XV
F.
10.


Digitized by Google



Digitized by Google

DOMINICI DE ZAULIS
PATRICII FAVENTINI
ARCHIEPISCOPI THEODOSIÆ

Et Congregationis ſacræ vniverſalis Inquiſitionis

ASSESSORIS
OBSERVATIONES

Canonicæ, Civiles, Criminales, & mixtæ non ſolùm Statutis Civitatis Faventiæ, ſed juri communi accomodatæ.

EDITIO SECUNDA

Ab ipſo Auctore novis Obſervationibus locupletata, & in duos Tomos diviſa

Cum duplici copioſo indice materiarum, uno in Obſervationibus, altero in Additionibus contentarum.

TOMUS SECUNDUS







ROMÆ MDCCXXIV.

Typis, & ſumptibus Hieronymi Mainardi in Platea Montis Citatorii.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google



LIBER QUINTUS

STATUTORUM CIVITATIS FAVENTIÆ.

De Officio Judicum damnorum datorum, & de modo, & forma procedendi.

RUBRICA PRIMA.



TATUIMUS, & ordinamus, quod Judices damnorum datorum potestatem, arbitrium, & baliam, ac omnimodam iurisdictionem habeant cognoscendi de quibuscunque damnis datis, & in futurum dandis, in quibuscunque bonis cujuscunque qualitatis, & conditionis sitis in Civitate, Comitatu, & Districtu Faventiæ, & de denunciationibus, & accusationibus, quæ de coetero fient, super talibus damnis datis, & dandis in bonis supradictis, & super talibus denunciationibus, & accusationibus procedendi, cognoscendi, & eas terminandi summariò, simpliciter, sine strepitu, & figura Iudicij, & sola facti veritate inspecta, & omni alia iuris, & Statutorum solemnitate omissa, dum tamen tales accusationes reperiantur scriptæ, & adnotatæ per unum ex Notariis ad dictum officium deputatis, in suo libro actorum cum die datæ accusationis, & cum nominibus accusantium, & accusatorum, & loci, & ubi damnum datum esse diceretur. Posteà autem citentur accusati, seu denunciati personaliter, vel ad domum habitationis eorum cum termino trium dierum ad se defendendum ab accusationibus contra eos datis, & adnotatis. Declarantes nullam accusationem dari posse post bimestre numerandum à die dati damni, alias accusatio non admittatur, & admissa non valeat; credatur autem accusatori de tempore damni dati cum Sacramento de novo præstando, nisi contrarium probaretur, teneanturque dicti Iudices Communis accusationes prædictas expedire infrà dies 40. continuos à die contradictionis factæ accusationi, quibus 40. diebus elapsis instantia sit ipso jure deserta, & accusati absolvantur, & accusatores in expensis condemnentur, ubi verò nulla fuerit contradictio, seu excusatio, elapsis decem diebus teneantur committere exequutionem, & si non commiserint possit accusatum accusator gravari facere per milites Potestatis, & non per alios executores, & aliter executio facta non teneat: Ipsæ autem quæstiones, & causæ damnorum datorum terminari, & expediri debeant absolvendo, vel condemnando per dictos Dominos Iudices infrà tempora prædicta [ut suprà dictum est] priùs tamen citatis accusatis, saltem semel personaliter ad allegandum, & posteà ad audiendum sententiam una die pro alia: Probationes autem fieri possint parte etiam absente, dummodo legitimè citata, alias accusati absolvi possint, & debeant, & quidquid factum fuerit non servata forma prædicta, ipso iure sit nullum; nulla tamen alia solemnitas iuris, aut Statutorum Faventiæ requiratur tàm in procedendo, quàm in iudicando in causis prædictis. Insuper volumus quod quilibet accusans, & accusatus habitans in Comitatu, vel Districtu Faventiæ tempore eorum accusationis, vel responsionis, si petatur, eligere debeant locum in Civitate Faventiæ, ubi velint in dicta causa accusationis ad earum processum, & sententiam citari, alias non audiantur qui in prædictis fuerint contumaces, & contra eos sic procedatur, ac si non comparuissent, & sic non excusassent; ubi autem causæ dictarum accusationum per procuratorem agitarentur, suffi-

ciat procuratorem citari ad omnes actus iudiciales eadem die,una hora pro alia, & pro eadem hora, ſi reperiatur in Palatio, vel in Platea, præterquam ad ſententiam, ad quam una die pro alia citatio requiratur, & ſi ſemel contumax fuerit accuſatus, non audiatur, niſi refectis expenſis Nunciorum antea factis, & quod à ſententiis ſupra dictis accuſationibus latis liceat utrique parti ſemel tantum appellare, & non ultra. Locus autem reſidentiæ dictorum Dominorum Judicum competens, & idoneus ſit, & eſſe intelligatur Maſſaria vetus, quæ eſt ſub Palatio Communis Faventiæ reſidentiæ Domini Poteſtatis dictæ Civitatis, vel alius locus dicti Palatii ubi, & quando locus dictæ Maſſariæ eſſet occupatus, vel impeditus.

S V M M A R I U M.

1 POEnæ damnorum datorum ſpectant ad Communitates Status Eccleſiaſtici titulo onerolo cum eiſdem privilegiis & prærogativis, quæ competebant Commiſſario generali damnorum datorum olim deputato à *Sixto V.* vide ibi.

Pœnæ damnorum datorum ſpectant titulo oneroſo ad Communitatem *Faventiæ*, quæ proinde habet jura Fisci, & Principis n. 1.

Civitas *Faventiæ* emit, ſeu redemit à Camera Officia Notariatus actorum Civilium Gubernatoris, & Poteſtatis ac damnorum datorum num. 1.

Civitas *Forolivii* emit, ſeu redemit à Camera Officia Notariatus actorum Civilium, & damnorum datorum n. 1.

2 Statuta, & Edicta laicalia ſuper damnis datis an comprehendant Ruſticos, & Laboratores retinentes, vel conducentes animalia Eccleſiæ, & perſonarum Eccleſiaſticarum.

Eccleſiaſtici an poſſint conveniri coram Judice ſæculari in cauſis damnorum datorum num. 2.

Eccleſiaſtici an teneantur ad pœnam, an verò tantum ad emendationem damni dati cum eorum animalibus num. 2.

Coloni, & Cuſtodes animalium Eccleſiaſticorum an poſſint conveniri coram Judice ſæculari in cauſis damnorum num. 2.

3 Pœnæ in cauſis damnorum datorum ſpectant ad Communitatem, quamvis Judex Eccleſiaſticus proceſſerit.

4 Declaratio *Sac. Congregationis Immunitatis* emanata per viam legis generalis de ordine Summi Pontificis ſervanda eſt.

5 Judex damnorum datorum eligitur quolibet anno, & tam in procedendo, quam in condemnando ſervare tenetur diſpoſitionem Statuti, & Capitula ſuper damno dato.

6 A ſententia lata, ſeu decreto emanato in cauſa damni dati non permittitur appellatio ſuſpenſiva.

7 Limita quando aliter diſponitur à Statuto, prout diſponit illud Faventiæ.

O B S E R V A T I O.

DAmnorum datorum pœnæ ſpectant ad noſtram Communitatem, ſicut ad alias Status Eccleſiaſtici, & quidem titulo oneroſo, nam poſtquam illæ de anno 1589. abdicatæ fuerant per *Sixtum V.* ab omnibus Communitatibus Ditionis Eccleſiaſticæ (exceptis Urbe, & Civitate Bononiæ) & omnia emolumenta ex juriſdictione, & pœnis hujuſmodi damnorum provenientia, & exigi, ac incurri ſolita juxtà formam Statutorum, Conſuetudinum, Reformationum, Bannimentorum publicatorum, & publicandorum Cameræ Apoſtolicæ aplicatæ fuerant, erectum fuit ab eodem *Sixto* Officium ſub titulo Commiſſarii Generalis damnorum datorum ad inſtar aliorum Romanæ Curiæ Officiorum illudque ſub die 24. Maij dicti anni locatum per Rev. Cameram Horatio Bargio ad decennium pro annua reſponſione ſcut. 3000. cum variis pactis, privilegiis, & prærogativis, ut in Capitulis impreſſis in fine Conſtitutionis ejuſdem *Sixti* deſuper editæ, & quorum aliqua recenſentur per *Cobell. ad Bullam Boni Regim. cap. 42. n. 35. cum ſeqq.* ſed quia quotidianis extorſionibus Subditi gravabantur à Conductore, ejuſque Miniſtris, proinde *Clemens VIII.* mediante ejus *Bulla* vix elapſo triennio affictus, de anno 1592. ſub die 10. Maij hujuſmodi officium una cum dicta locatione extinxit, & Communitates Status Eccleſiaſtici in locum ſupradicti Commiſſarii in omnibus, & per omnia ſubrogavit cum eiſdem prærogativis, & annua reſponſione ſcut. 8000. applicata pro ſolutione fructuum locorum Montium, expreſsè injuncto, quod ipſæ pœnæ damnorum datorum nequaquàm immutentur, ſed cujuſque loci Statuta ſerventur, ut ex lectura ejuſdem *Bullæ*, & proſequitur *Cobell. ubi ſuprà num. 39.* noſtra verò Communitas poſteà emit, ſeu redemit à Reverenda Camera Officium Notariatus actorum civilium Illuſtriſſimi Gubernatoris, & D. Poteſtatis, nec non aliud damnorum datorum reportata ab ea ceſſione omnium jurium pro pretio ſcut. 1650. ut ex inſtrumento ſtipulato die 20. Novembris 1565. à Hieronymo de Tarano Notario Cameræ; ſimilem redemptionem eorumdem Officiorum civilium, & damnorum datorum fecit etiam Civitas Forolivii, ut teſtatur *Rot. diverſ. deciſ. 763. in princip. par. 1.* Imò ulterius noſtra Communitas titulo damnorum datorum annuatim contribuit ſcuta 119. 69. & proindè tanquam emptrix eorumdem damnorum datorum habet Jura Fiſci, & Principis *Gratian. Diſcept. forenſ. 970. n. 25.*

Circà exercitium juriſdictionis ſuper damnis

nis datis variæ ortæ fuerunt diſputationes
inter Curias Eccleſiaſticas, & Sæculares con-
trovertente Curia Eccleſiaſtica Statuta, &
2 Ædicta Laicorum comprehendere Rusticos,
& Laboratores retinentes, vel conducentes
Animalia Eccleſiæ, & Perſonarum Eccleſia-
ſticarum, & pœnas exigi poſſe à Clericis,
aliiſque Eccleſiaſticis perſonis, ac ab earum
Colonis, & Cuſtodibus Animalium, ſuper
quibus, ac aliis articulis, & præſertim an Ec-
cleſiaſtici teneantur ad pœnam, an verò ad
emendationem dumtaxat damni late ſcripſe-
runt *Fermoſin. in cap. quia 11. quæſt. 9. num. 9. & 10. de judic. Surd. conſ. 301. nu. 88. Vermigliol. conſ. 336. Cobell. cit. cap. 42. nu. 33. cum pluribus ſeqq. Carleval. de Judic. lib. 1. tit. 1. diſput. 2. quæſt. 3. nu. 155. cum ſeqq. Pignatell. conſultat. 96. & 168. tom. 1. juncta conſultat. 36. tom. 3. Hermoſill. ad Lopez gloſſ. 1. leg. 3. tit. 5. par. 5. n. 69. cum ſeqq. pag. mihi 405. 2. impreſſ. Lugdunen. Novar. de Gravam. Vaſſallor. gravam. 44. cum ſeqq. tom. 1. Oter. de Paſcuis c. 12. cum ſeqq. Donat. Anton. de Marin. Reſolut. Juris lib. 1. cap. 220. nu. 11. Marius Cutell. de Priſca, & recent. Eccleſ. libertat. lib. 2. quæſt. 81. Panimoll. in Annot. 8. ad deciſ. 12. & dec. 55.*

Et deſuper emanarunt variis temporibus reſolutiones *Sac. Congregationum ſuper Controverſijs jurisdictionalibus Sacr. Conc. Trident. & Epiſcoporum, & Regularium, & Boni Regiminis* recenſitæ per *Patrem Thomam del Bene in addit. ad ejus tract. de Immunit. Eccleſiaſtic. in verbo damna data, Cobell. loc. cit. Barboſ. dec. Apoſtolic. in verbo damnum collectan. 238. Pignatell. & Panimoll. ubi ſuprà.*

Supervenit poſtea de anno 1680. declaratio emanata à *Sancta Memor. Innocentio XI.* mediante organo *Sacræ Congregationis ſuper Controverſiis jurisdictionalibus* ſequentis tenoris.

*La Santità di N.S. non intende che li Miniſtri,
e Lavoratori di Perſone Eccleſiaſtiche per le pe-
ne de danni dati ſiino convenuti altrove, che nel
Tribunale Eccleſiaſtico, ne che intorno à dette
pene ſoggiacciano à Statuto laicale, mà perche
la Sa. Me. di Clemente VIII. concedette gl'emolu-
menti di tali pene alle Communità dello Stato
Eccleſiaſtico per una certa riſpoſta annua, che ſe
medeme fanno alla Rever. Camera (à finche reſti
proviſto all' indennità loro) hà ſua Beatitudine
comandato, che VS. per Editto publico dichiari
le pene, nelle quali devono incorrere li Miniſtri,
e Lavoratori delle Perſone Eccleſiaſtiche per li
danni, che fanno con li Animali de medemi, e
venendo il caſo del danno dato proceda ſomma-
riamente alle pene comminate per Editto, appli-
3 candole ſempre à beneſitio di coteſta Communità,
ò ſuo Affittuario, regolandoſi al ſolito nella quan-
tità della pena, in modo che la Communità non
riceva alcun pregiudizio; Così dunque eſeguiſca,
e Dio la conſervi. Roma li 6. Luglio 1680.*

Come Fratello
G. Card. Carpegna.
I. Patriarcha d'Antiochia Segr.

Et prædicta declaratio tanquàm poſterior,
& emanata per viam Legis generalis de
Ordine Summi Pontificis attenditur, & ſer-
4 vatur, prout ſervari debet, *Fagnan. in cap.
quoniam. num. 9. de Conſtitut. Ciarlin. Controv. forenſ. cap. 227. n. 12. lib. 3. & Diana Reſolut. moral. par. 11. tract. 2. reſolut. 42. Vide Raynald. obſerv. cit. cap. 15. §. 4. ſub n. 87. & ſeqq.*

In noſtra Civitate eligitur quolibet anno
Judex damnorum datorum, qui tam in pro-
cedendo, quam in condemnando ſervare te-
5 netur diſpoſitionem *Statuti, & Capitula ſuper
damno dato à Sac. Congregatione Boni Regiminis confirmata ſub die 15. Maij 1684. & impreſſa in Appendice pag. 116. cum ſeqq.* Maximè cum in prædicta *Conſtitutione Clementis VIII.* expreſsè mandetur, quod cujuſque loci Statuta ſerventur.

Poſtquam verò Judex pronunciaverit non
eſſet permittenda appellatio ſuſpenſiva, cum
verſemur in cauſa indigente celeri expeditio-
6 ne ad *text. in l. final. ff. de Appellat.* & firmat
Vermigliol. conſ. 336. n. 9. quod & diſpoſitum
legitur *in L. L. Hiſpaniarum*, quarum verba
referuntur per *Oter. de Paſcuis cap. 12. n. 26.*
Nihilominus à noſtro *Statuto* permittitur
7 utrique parti ſemel appellare.

Poſt hæc ſcripta utile exiſtimavimus addere reſolutionem controverſiæ ortæ inter *Reverendiſs.* Epiſcopum Civitatis Caſtellanæ, & Communitatem, illiuſque Conſervatores ſuper eo quod ſtante *Statuto* Civitatis diſponente, quod animal damnificans in fragranti repertum poſſit à damnificato occidi, & dividi inter Prætorem, ſeu Conſervatores, Communitatem, & occidentem; prætendebatur à Communitate, quod fabricato deſuper proceſſu per Tribunal Eccleſiaſticum, cui per Canonicum damnificatum à multitudine porcorum, & occiſorem porci denunciatum fuerat damnum, non potuiſſet Epiſcopus medietatem porci occiſi in eleemoſynam tradi mandare Monaſterio Monialium, remanente altera medietate occidenti, ſed diviſionem faciendam ad formam Statuti, & à *Sac. Congregatione Immunitatis Eccleſiaſticæ ſub die 16. Martij 1694.* reſcriptum fuit *portiones animalium, de quibus agitur non ſpectare ad Gubernatorem, neque ad Conſervatores.*

ADDIT. AD RUBR. I. LIB. V.

SUMMARIO NON INDIGET.

Num. 1. Judex ſæcularis an ſit competens in cauſa contra cuſtodes Eccleſiaſticorum pro damnis datis vide *Bouden. ad Oter. de paſcuis cap. 8. Addit. ad Obſervat. Rub. II. hujus libri.*

Digitized by Google

De Saltuariis, seù Custodibus Bonorum.

RUBRICA II.

PRo evidenti publica utilitate, ut bona hominum existentia in Comitatu Faventino benè custodiantur, & à nemine damnificentur, & sic necessarium fore arbitrantes, ut custodes habeantur, & deputentur super hujusmodi custodia, quos custodes communis usus, & antiqua consuetudo saltuarios vocat. A, Statuimus ergò, & ordinamus, quod per Antianos dictæ Civitatis; & generale Consilium singulis annis de mense Octobris eligantur supèr custodia bonorum omnium dictæ Civitatis, & supèr damnis, quæ dabuntur in, & supèr dictis bonis sexdecim Saltuarii, qui durent uno anno, qui annus incipiat secundum determinationem præfati consilii, & Antianorum, quibus Saltuariis sit, & intelligatur concessa facultas exercendi dictum officium, & pœnas inventionum de dictis damnis exigendi iuxtà formam, & taxam Statutorum Faventiæ disponentium supèr damnis datis, vel etiam possit eis locari dictum officium damnorum datorum exercendum iuxtà, & secundùm formam dictorum Statutorum per dictum Consilium, & Antianos, & pœnæ dictorum damnorum datorum applicari possint eisdem Saltuariis prout eis videbitur expedire: Qui Saltuarii teneantur, & debeant primò iurare in manibus Dominorum Antianorum pro tempore de legalitèr eorum officium exercendo fine fraude, vel dolo aliquo, & dicto recepto iuramento bini ire per totum dictum Comitatum ad videndum, & investigandum de damnis datis per personas, & animalia quorumcumque, quibus duobus credatur de inventione, nisi probatum fuerit contrarium, super qua probatione Judices se diligentèr habeant ad instantiam conquerentis benè rimando fraudem, dolum, vel falsum, separatim eos interrogando, & alia faciendo, quæ eorum arbitrio videbuntur convenire, & si in falso reperti fuerint, sint ipso officio privati, & quilibet in pœnam librarum vigintiquinque bonon. ipso facto condemnetur, ad quam solvendam cogantur, & detineantur in carceribus, quàm si non solverint infrà decem dies fustigentur per Plateam Communis, & teneantur etiam personas, & animalia quasque, & quæcunque invenerint damnum dare denunciare, & descr.bi facere inventiones ipsas per Notarium ad officium damnorũ datorum deputatum infrà duos dies post dictas factas inventiones immediatè sequentes, pœna solidorũ viginti pro quolibet eorum, & qualibet inventione de facto ab eis, & quolibet eorum, per Judices damnorum datorum auferenda, & Communi Faventiæ applicanda pro dimidia, & pro alia dimidia Judicibus prædictis: Et si ipsi Saltuarii aliquam personã invenerint damnum dare, quam non cognoscerent, vel sibi non indicarent veridicè nomen suum, possint capere, & illum in carceribus ponere, & tùnc puniatur talis in pœnam dupli de damno, de quo inventus est, & pro nomine denegato, vel non veridicè indicato etiam puniatur in solidis 20. bonon. ultrà dictam pœnam, & similitèr puniatur fugiens à conspectu Saltuariorum ne capiatur, vel cognoscatur; Si autèm invenerint animalia damnũ dantia sine custodia, & ignorent cuius sint, debeant ea ducere, & ponere supèr hospitio B expensis cuius sint, & tùnc etiam Dominus animalium duplum solvat pœnæ, quam solvere debuisset, si ipsa animalia fuissent indicata, & notificara ipsis Saltuariis cujus sint. Et ad vitandam maiorem expensam quilibet interrogatus à Saltuariis de eo, qui damnũ dedit, vel cuius sunt animalia inventa in damno, teneatur eis dicere quis sit damnum dans, vel cuius sint animalia inventa, sub pœna solid. 20. bonon. pro quolibet, & qualibet vice qua non dixerit, & non indicaverint prædicta, vel si repertum fuerit talem interrogatum mendacium dixisse, & in hoc Judices habeant plenam auctoritatem decidendi, cognito tantùm de mera veritate, & considerata qualitate, & vicinitate personarum, & aliis indiciis animum eorum moventibus. Teneanturque ipsi Saltuarii notificare Domino animalium, & Patrifamilias personæ accusatæ infrà tres dies quòd veniat ad se defendendum ab accusatione data, & eo non veniente infrà dictam tertiam diem exequutio pœnarum fiat ad instantiam Saltuariorum, & quilibet de familia accusati possit gravari, & detineri ad solvendum, dùm tamèn excesserit ætatem 14. annorum. Et non possit aliquis gravari pro aliqua accusatione, quæ non sit, & reperiatur per Notarium descripta, pœna cuicunque aliter gravari facienti librarum quinque bonon. cuius pœnæ tertia pars sit Judicum, aliæ duæ partes applicentur Communi Faventiæ, & teneatur etiàm reficere gravato expensas, & damna, prout per Judices fuerit declaratum, & ad id compellantur, & graventur incontinenti, & realitèr, & personalitèr. Et cum sæpè numero accusationes, & denunciationes damnorum datorum indecisè pendeant Officialium incuria, & negligentia, ob id volumus, & statuimus, quod Depositarius Communis Faventiæ teneatur singulo anno curare, & facere, ut fiat liber unus omnium accusationum, & denunciationum pendentium super damnis illatis datarum per ipsos Saltuarios,

& alios

Digitized by Google

& alios quoſcumque, quos ſic denunçiatos, & accuſatos Judices damnorum huiuſmodi citari facere teneantur ad faciendum eorum legitimas defenſiones infrà terminum quinque dierum, & eodem termino elapſo, et nulla legitima defenſione facta dicti Judices, & Depoſitarius compellere teneantur dictos accuſatos, et denunciatos, etiàm nulla alia condemnatione expectata, ſeù fienda ad ſolvendum pœnas dictarum accuſationum, et denunciationum iuxtà formam Statutorum Faventiæ.

S V M M A R I V M.

1 Saltuarii ſunt Cuſtodes Agrorum, quibus data eſt etiàm facultas includendi pecudes in fundis inventas.

2 Saltuarii, ſeù Cuſtodes jurare debent de cuſtodia bona fide, & ſollicitè facienda, & de accuſando, ſeù notificando quamliber perſonam, & animal damnificans.

3 Cuſtodes duplicis ſunt ſpeciei, nàm alij non ſolùm cuſtodiunt Agros, & bona ne damnificentur, verùm etiam pignorant, & capiunt animalia pro pœnis damni dati, ac faciunt alios actus juriſdictionales; alii verò ſimpliciter cuſtodiunt.

4 Cuſtodes Agrorum apponere quinàm poſſint.

Saltuarii à particularibus præpoſiti cuſtodiæ gratia propriis prediis tanquàm inſtrumentum fundi conſiderantur num. 4.

Saltuarius præpoſicus cuſtodiæ Agrorum *Menſæ Epiſcopalis* gaudet fori privilegio num. 4.

5 Saltuariorum electio ſpectat ad Communitatem.

6 Conſuetudo deputandi à Communitate Saltuarios, ſeù Cuſtodes eſt ſervanda.

7 Salarium Saltuariis, ſeù Cuſtodibus debetur, & quidèm à Communitate.

8 Maximè quandò Communitas habet paſcua, ſeù jus paſcendi in toto Territorio.

9 Eccleſiaſtici an teneantur contribuere ſolutioni ſalarii Saltuariorum, ſeù Cuſtodum.

10 Saltuariis, ſeù Cuſtodibus à publico deputatis plena fides eſt adhibenda, quandò medio juramento deponunt aliquem in noxa comprehendiſſe, ſeù animalia damnum dantia inveniſſe, vide ibi. Decl. num. 11.

11 Animalia damnum dantia poſſunt capi, includi, & retineri tàm à Saltuariis, & aliis Officialibus deputatis, quàm ab ipſo Domino fundi damnificati, donèc pro damno illato ſatisfiat, vel caveatur Decl. num. 15. & 16.

13 Ampliа procedere quamvis ipſis animalibus Agri colantur. Vide ibi.

14 Animalia damnificantia ſi aufugerent poſſunt capi in alieno fundo.

17 Animalia damnificantia ſi capta fuerint, quandò ſint reſtituenda.

18 Animalia omnia damnificantia non debent capi, & retineri, ſed ſolùm aliqua pars eorum, quæ ſufficiat pro refectione damni, & ſolutione pænæ, ac expenſarum.

19 Pignoratio pro damnis datis ab animalibus facienda eſt in aliis bonis exiſtentibus penès Cuſtodem, ſeù Dominum animalium, non autèm ipſorum animalium.

20 Cuſtos animalium damnificantium non poteſt carcerari. Limita ut ibi.

OBSERVATIO.

Saltuarii ſunt Cuſtodes agrorum, quibus
A data eſt etiàm facultas includendi pe-
1 cudes in fundis inventas ut probat *Feltman. de Incluſione animal. cap. 4. ſect. 1. n. 1. cum ſeqq. Carpan. ad Statut. Mediolan. tom. 2. cap. 367. cum ſeqq.* ubi Saltuarii vocantur Camparii, & in *eodem cap. 367. n. 6. verſ. Qui Camparii* advertit quod tempore acceptationis eorum Officii
2 jurare tenentur de cuſtodia bona fide, & ſollicitè facienda, & de accuſando, ſeù notificando quamlibet perſonam, & animal damnificans; Cuſtodes autèm ſunt in duplici differentia: alii enìm non ſolum cuſtodiunt prata,
3 nemora, aliaquè bona ne damnificentur; Verùm etiam exercent actus ad juriſdictionem pertinentes pignorando, ſeù animalia pro pœnis damni dati capiendo, faciendoque alios actus juriſdictionales, undè iſtorum appoſitio, tanquàm de mero imperio ſpectat ad Dominum, ſeù Principem juriſdictionem in loco habentem; Alii verò agros, vineas, prata, & ſimilia loca ſimpliciter cuſtodiunt ab eorum ingreſſu, alios coercendo, abſquè eo quòd damnificantes ob id pignorare valeant, aut pignorum abſque auctoritate Judicis adjudicationem facere, & iſtos tàm Oppida, Ci-
4 vitates, & loca in propriis defenſis, aut paſcuis, quàm quilibet privatus apponere poteſt, cum nulla juriſdictio ad id ſit neceſſaria, nàm de hujuſmodi rerum, & bonorum naturali defenſione tantùm tractant, perſonas damnificantes Judici pro pæna ſolvenda, vel reficiendo damno denunciando, ut diſtinguendo tenet *Capiblanch. de Baron. to. 2. pragm. 10. cap. 70. n. 20. cum ſequent.* quem ſequitur *Lagunez de Fructib. par. 1. cap. 16. num. 78. cum ſeqq.* & iſti Saltuarii à particularibus præpoſiti cuſtodiæ gratia propriis prędiis, tanquàm Inſtrumentum fundi conſiderantur per *Text. in l. Inſtrumenta fundi in fine, & l. Quæſitum §. Saltuarium ff. de Fundo inſtruct. & inſtrum. legat.* firmat *Pignatell. conſult. Canon. 123. n. 5. par. 4.* Qua ratione Saltuarius præpoſitus cuſtodiæ agrorum Menſæ Epiſcopalis, & ex illo exercitio pro majori parte anni vivens gaudet privilegio fori, ut relatis reſolutionibus *Sac. Congregationis Immunitatis* reſpondit *Pignatel. ubi ſupra n. 4. cum ſeq.*

Saltuarii, de quibus in præſenti *Rubrica*, & in *Capitulationibus ſuper damno dato cap. 3. tit. de Saltari impreſſ. in Appendice pag.* 118. ſunt
5 primæ ſpeciei, eorumque electio ſpectat ad Communitatem vigore eiuſdem *Statuti*, *&*

Capi-

Capitulorum ac etiàm *de Jure*, *Oter. de Paſc. cap.19.n.11.* & ſi deficeret diſpoſitio *Statuti*,
ſed concurreret inveterata conſuetudo depu-
6 tandi per Communitatem talesCuſtodes cum
facultate damnificantes capiendi, pignoran-
di,& pœnas exigendi, ea eſſet ſervanda *Aven-
dan.de Exequen.mandat.lib.1. cap.1.n.12. verſ.
et adeò Oter. cit. n. 11. & Lagunez d. cap. 16.
num.85.*

Illis debetur ſalarium, & quidèm à Com-
munitata, cum eorum miniſterium redundet
etiàm in ejus utilitatem ratione pœnarum,
7 quæ ei applicantur ut reprobato *Avendana*
tenet *Cobell.ad Bullam Boni Regim.cap.42.n.31.
verſ. attamèn cum ſequent.* & reſtatur quod in
Tabellis Communitatum inter publicas im-
penſas adnotatur ſemper ſalarium Cuſtodum
juncto *n. 79. cum ſeq.* ubi ſubdit id maximè
procedere quandò illa Univerſitas habet pa-
ſcua, ſeù jus paſcendi in toto Territorio &
Oter.dicto cap. 19. n.5. An autèm ad illius ſo-
lutionem contribuere teneantur Clerici,& Ec-
cleſiaſticæ perſonæ, & quæ ad hunc effectum
concurrere debeant vide *Zacch.de Salar. qu.5.
n. 12. cum ſeqq.* & præſertìm *nu. 20. cum ſeqq.
Panimoll.in annot.1. n.7. ad ejus dec. 6.* ubi fir-
mat teneri concurrere quandò habent curam
prædiorum tàm Laicorum, quàm Eccleſiaſti-
corum,

Eiſdem Saltnariis, ſeù Cuſtodibus tanquàm
10 Officialibus à publico deputatis plena fides
eſt adhibenda, quandò medio Juramento de-
ponunt aliquem in noxa comprehendiſſe, ſeù
animalia damnum dantia inveniſſe ad *Text.in
l. final. C.De Ponderatorib. & auri illation. lib.
10.* plenè *Oter.de Paſcuis cap. 10.n.12.cum ſeq.
Guzman.de Evictione.quæſt.9.n.22.Capyc.dec.45.
n. 3.* quod juramentum in quolibet actu non
eſt neceſſarium, quandò in principio ſuſcepti
Officii præſtitit generale juramentum,ut cum
*Bald. in l. Hac edictali §. His illud n.5. C.De Se-
cund.nupt.* & aliis tenet *Chaſſan. in Conſuetud.
Burgund.rubr.1.§.6.ſub n.4. verſ. Sed redeundo,*
licèt eo relato contrarium dicat *Ripol.de Ma-
giſtrt.Logiæ maris cap.21.n.31.* ubi docet quod
depoſitio ſolius Cuſtodis vineæ eſt ſufficiens
ad probandum furtum vuarum, dummodò
expreſsè juret de illo furto particulari, nulla
habita ratione illius in principio præſtiti de
benè, & fideliter exercendo,

Advertendo tamèn eis plenam fidem, eſſe
adhibendam quandò tota pœna Communita-
11 ri, aut Fiſco, aut alio applicatur *Bart. in leg.
Ictus fuſtium n. 3. ff. de His qui notant infam.* uc
declarat *Guzman. ubi ſupra*, & *Oter. loc. cit.
cap.19.n.12.in fine.* Vèl ſi ei aliqua portio ap-
plicaretur, quæ eſſet modica, cum pro mini-
ma pœna nemo mentiri, & pejerare præſuma-
tur, ut cum *Barbat. conſ. 12. n. 15. & Caleto in
Addit. ad Pacian. de Probat. lib.1. n.48. litt.*L.
declarat *Oter.dicto n.12. in fine*, ubi de ſumma
trium, vel quatuor argentorum, & *Guzman:
citat. quæſt.9. n. 23. Chaſſan. in Conſuetud. Bur-
gund. rubr. prima §.6. verbo Sont treux num.9.*
vel ſi ageretur de re modica, ac levi crimine
ut tradunt *Oter.cit.n.12.in fine, & Guzman al-
legat. n.23.* vel concurreret depoſitio alicujus
Teſtis atteſtantis de damno, aut ipſe Officia-
lis cæperit, proùt diſponit de Cuſtodibus vi-
nearum noſtrum *Statutum lib. 5. ſub Rubr. 39.*
ac retinuerit animalia damnificantia, ut de-
clarat, *Novar. de Gravam.Vaſſall.to.1. gravam.
57. n.2.* Vel demùm niſi ſubſit aliqua cauſa in
contrarium, nàm ea concurrente, non credi-
tur Saltuario, quamvis alioquin ex diſpoſi-
tione *Statuti* ei fides eſſet præſtanda, ut dixit
Rot.cor.Coccina dec.215.n.4.

Quoties reperiuntur animalia damnum
B dantia poſſunt capi, & includi, ſeù retineri
12 tàm à Saltuariis, & aliis Officialibus deputa-
tis *Feltman. de Incluſion. Animal. cap. 10. n. 1.
cum ſeqq. Carpan.ad Stat. Mediolanen. tom. 2.
cap. 469. n.1.*; quàm ab ipſo Domino fundi,
in quo damnum fuit illatum, quouſquè pro
damno illato ſatisfiat, vel caveatur ad *Text.
in l. Ratis ff. de Incend. ruin. naufrag. l.Hoc am-
pliùs 9. §.De his, & §. Horatius ff. de Damno in-
fect. l.De pecorib. C. de Leg.Aquil.* & poſt rela-
tam contrariam opinionem adducit *Oter. de
Paſc. cap.13. n. 18. cum duobus ſeqq.* tenèt *Me-
norb.de Recuperan. poſſeſs. remed.9. n.282. Thor.
vot.par.1.vot.38. n.14.* ubi *n. 18.* advertit, ne
Magiſtratus officium uſurpaſſe videatur com-
mittendo vim privatam, cautius erit, ſi de-
nuncietur Curiæ, proùt in Burgundia, & in
aliis locis ſervari teſtatur *De Luca in Animad-
verſ.ad Gratian. diſcept. 80. n. 3.* Eo magis vi-
gente Statuto,vel Conſuetudine id permitten-
te ut firmant *Antonell. de Loco legal.lib.3. cap.
20. quæſt.2. n.18. Boſs. Tract. var. tit.de Damn.
dat. in fine Cepoll. de Servit. Juriſpaſcen. n. 30.
Gratian.diſcept.80.n.8. & deciſ.Marth.57.n.12.
Romagner. ad Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 6.
rubr.10.n.6.*

Etiàmſi cùm animalibus ipſis agri colan-
13 tur, nàm imputare ſibi debet Dominus, ſi il-
la mediante cautione de damno reficiendo,
vel mediante actuali refectione damni ea non
liberavit, ut tenet *Feltman.dicto cap.10.loc.cit.*
ubi advertit militare diverſam rationem in
executione, quàm in incluſione, quià dùm in
executione pro debito animalia ad agricultu-
ram deſtinata capiuntur, ea diſtrahuntur, aut
creditori adjudicantur, & proindè prohibe-
tur ſuper illis executio, cum exindè reſultet
præjudicium agriculturæ; in incluſione verò
licet ea redimere, & ſic recuperare: Verùm
hæc diverſitas rationis non videtur ſubſiſtere,
quia ſequuta incluſione ſi non præſtetur cau-
tio, aut non redimantur, utpotè quià Domi-
nus nolit, vel non poſſit, paritèr animalia di-
ſtrahuntur in præjudicium agriculturæ.

Nec non etiàm poſſunt capi in alieno fun-
do, quando aufugerunt à terris damnificatis,
14 dùm capi nolebant tradit *Maſſi in Addit. ad
Capyc. deciſ. 45. circà med. verſ. quid ſi animal
aufugit.*

Adverte quòd dictum eſt de incluſione,
& re-

& retentione permiſſa Domino fundi damni-
ficati procedit,quandò ignotatur quiſnàm ſit
15 Dominus animalium damnificantium, nàm
quouſquè ſciat, licita eſt retentio, cum priùs
quærendum ſit de perſona, contrà quam poſſit
moveri actio, quàm de jure, nàm non poteſt
haberi actio efficax, dùm ignoratur contrà
quem ſit dirigenda, ſecùs autèm ſi ſciat cujus
ſint animalia, cum tùnc illicò abſquè remedio
retentionis poſſit ſuas movere actiones con-
trà Dominum animalium pro damno, & pœ-
na, ut declarant *Barboſ. in l. De pecoribus n. 3.
cum ſeq. C.de Leg.Aquil. Cancer.Var.reſol.par.2.
cap.10.n.86.* latè *Oter. de Paſc.cap.13.n.21.cum
duobus ſeq. Fulvius Benigni in Add.ad Statutum
Agriculturæ Urbis cap.4.lit.F.verſ.Limita Mer-
lin.de Pignor.lib.1.tit.3.quæſt.14.n.12. cum ſeq.*
ubi quod alioquin læderetur juriſdictio Judi-
cis,cum pignora capere ſit ſpecies juriſdictio-
nis *Carpan.dict.cap.369.n.7. & 9. Surd.de Ali-
ment. tit.8. privil. 62. n.2. cum ſeq.* ubi firmat
quod reperto Domino non poterit retineri
animal pro damno dato, ſed ſolùm pro pabu-
lo interìm præſtito *Gratian.diſcept.80.n.2.cum
ſeqq. & n.11.* niſi vigeat Statutum, ſeu Con-
ſuetudo,quod animalia inventa damnum dan-
tia poſſint retineri, nàm iſto caſu indiſtinctè
competet retentio, ut concordantibus relatis
firmat *Oter. d. cap. 13. n.24. Gratian. ubi ſuprà
n. 8. cum ſeq. Romaguer. in addit.ad Conciol. ad
Statut. Eugub. lib.6. Rubr.10. n.6. & Sabell. in
Sum. diverſ. tract. §. Animal. n.2. verſ.quod de
conſuetudine*.
Idemque procedit, quò ad Cuſtodes,& Sal-
tuarios habentes ex Statuto, Lege, vel Con-
ſuetudine facultatem capiendi, & retinendi
16 animalia, quæ reperta fuerunt damnum da-
re, nàm ea quoquè indiſtinctè poterunt cape-
re, & retinere, donèc reficiatur damnum, &
ſolvatur pœna incurſa, vel fiat depoſitum,vel
præſtetur cautio, aut detur pignus mortuum;
17 altero enim ex iſtis concurrentibus, anima-
lia reſtitui debent,ut relatis *Avendan.de Exeq.
mandat.par.1.cap.1.* juncto *cap.4.n.30. verſ. ſed
quæro aliquis,& Azeved.in l.12.tit.7.lib.7. no-
væ Recop.n.4.* tradit *Oter.de Paſc.cap.19. n.14.
Scialoya de Foro compet.cap.26.n.37.*
Benè verum eſt, quod non debet retinere
omnia animalia, ſed ſolùm aliquam con-
gruam partem,cujus pretium ſufficiat pro re-
fectione damni, & ſolutione pœnæ, & expen-
ſarum, ne omnia animalia in hoſpitio conſu-
mentur; Ac etiam quia hujuſmodi ſequeſtra-
tio, ſeu retentio non improbabilitèr ſuadere
videtur per quandam ſpeciem privatæ vindi-
ctæ fuiſſe proceſſum ut ratiocinatur *Card. de
Luca de juriſdict.diſc.66.n.11.*
Et magis æquum etiàm eſt, quod pignora-
tio fiat in aliis bonis exiſtentibus penès Cu-
19 ſtodem, seù Dominum animalium; *Oter. de
Paſc.cap.19.n.14.*
20 Nec poteſt carcerari Cuſtos Animalium
juxta *Surd. conſ.561. n.26. verſ.Tertio*. Quod
tamèn non procedit, quando agitur de dam-
no ſtudioſo, & doloſo, tanquàm criminalitèr
punibili ut reſpondit *Raynald.Vot.139. num.5.
& 8.* præcedente tamèn fabricatione pro-
ceſſus.

ADDIT. AD RUBR. II. LIB. V.

SUMMARIUM.

1 Officii ſaltuariorum, & alii remiſſive.
2 Saltuarii, ſeu cuſtodes dicuntur in-
ſtrumenta fundi.
3 Retineri poſſunt animalia damnificantia
& n.11. Amplia n.7. vide n.8. & n.12.
4 Et poſteà relaxantur de mandato Judicis
facto depoſito alicujus ſummæ ac præſtita
cautione de ſolvendo illud pluris.
5 Animalia damnificantia retenta ſi interim
pereunt periculo retinentis pereunt.
6 Etſi locata ſint ad vecturam retinens tenetur
imputare in alimenta quicquid exegit.
7 Animalia damnificantia etiamſi ſint Eccle-
ſiaſticorum poſſunt retineri, & arreſtari
pro damno à Judice ſæculari, Contrarium
n.8. & n.12.
8 Cauſę damnorum datorum quando ſpectent
ad Judicem Eccleſiaſticum, & quando ad
Judicem ſæcularem & n.12.
9 Retinens animalia damnificantia ſi repetat
expenſas pro illis alendis, non tenetur
probare, quod illas fecerit.
10 Et pro illis competit hypoteca.
11 *Pignatell. conſult.112. n.3. cum ſeq.tom.4.* re-
probatur.
14 Judex opinionem probabiliorem in judican-
do ſequi tenetur,neglecta minus probabili.

Num.1. De ſaltuariis ſeu cuſtodibus boum eo-
rumque Officio, & alia vide *Bonden. ad Oter.
de paſc. cap.19. n.1. cum ſeqq.*
Num.4. Saltuarii ſeu cuſtodes dicuntur inſtru-
2 menta fundi *Oter. de paſc.* * *cap. 19. n.1. cum
ſeqq. & n. final.*
Num.12. Retinentur animalia damnificantia ſi-
ve ſciatur, ſive ignoretur Dominus juxta
3 conſuetudinem * quæ ſervanda eſt ſecundum
opinionem *Bonden. ad Oter.de paſc. cap.13.n.2.
cum ſeq.* ubi quod relaxantur animalia de
mandato Judicis facto depoſito alicujus ſum-
4 mæ * & præſtita cautione de ſolvendo quid-
quid de pluri fuerit judicatum, eandemque
praxim docet *D. Advocatus Calderonus in ejus
reſponſo impreſſ. penes eumdem Bonden.ad Oter.
cap. 42. nu. 61. cum ſeqq.* & quod de generali
conſuetudine poſſint retineri concordantibus
relatis poſt relatas diverſas opiniones firmat
Cortiad. deciſ. 215. n.33. p. 3. qui *n.30. & 31.*
duo notabilia addit, nempe quod ſi animalia
5 interim perierint * periculo retinentis pe-
reant, & alterum, quod ſi animalia locaverit
6 ad vecturam tenetur * imputare in alimenta
quicquid exegit. Am-

Amplia procedere etiamſi ſint animalia
Eccleſiaſticorum, quæ poſſunt retineri, & ar-
7 reſtari pro refectione damni* à judice ſæcula-
ri, donec illud extrajudicialiter taxatum re-
ficiat Domino prædii non in ratione juriſ-
dictionali, & auctoritate publica, ſed in ra-
tione privata ad inſtar retentionis, quæ datur
Domino domus conductæ de bonis inve-
ctis, & illatis ut concordantibus relatis reſ-
pondit *Card. de Luca de juriſd. diſcurſ. 66. n. 8. Pignatell. conſultat. 25. n. 5. tom. 9.*

Verum non ita de plano videtur admitten-
da prædicta ampliatio, attento tertio caſu
8 deciſo * in ſequenti *Terracinem 16. Nov. 1627.*
regiſtrata penes *Panimoll. deciſ. 12. Annot. 8. nu. 14.* ibi: *Cauſas damnorum datorum per Clericos, & Eccleſiaſticos, ſeu per eorum animalia, nec non per familiares, Miniſtros, & Colonos Epiſcoporum, & menſæ Epiſcopalis etiam laicos, ſeu eorum animalia in bonis quibuſcumque tam Eccleſiarum, quam etiam laicorum ſpectare ad Curiam Epiſcopalem privative; ſi vero laici, eorumque Miniſtri, & animalia damnificent bona Eccleſiarum, & perſonarum Eccleſiaſticarum, Curiam Epiſcopalem procedere poſſe tanquam in cauſis mixti fori? At quando Coloni, & Miniſtri Eccleſiarum, Clericorum, & Eccleſiaſticorum cum animalibus propriis bona. Laicorum damnificant, cognitionem tam quo ad bona, quam quoad perſonas laicorum, & eorum animalia ſpectare ad judicem laicum privative; Sed ſi cum animalibus Eccleſiaſticorum, vel Eccleſiarum, quoad perſonas ſpectare ad laicum, quo verò ad animalia ſpectare ad Curiam Eccleſiaſticam.*

Et ex litteris *Sac. Cong. Boni Regiminis* ſub die 12. *Novembris* 1695. nobis uti tunc Epiſcopo Verulano directis ibi *Illuſtre e Molto Reverendo Signore come Fratello le cauſe de danni dati dalli Coloni partiari dell' Eccleſiaſtici con gl' animali de medemi Coloni in beni laici devono conoſcerſi dal Giudice laico, e quando detti danni ſono commeſſi da detti Coloni con gl' animali dell' Eccleſiaſtici, contra la perſona deve parimente procedere il Giudice laico; ſe poi li danni foſſero commeſſi ſopra i beni Eccleſiaſtici, in tal cauſa tanto il Giudice Eccleſiaſtico, quanto il laico poſſino procedere, come di cauſa mixti fori, conforme è ſtato altre volte riſoluto dalla Sac. Congregatione del Concilio; Avertendo, che anco ne caſi, ne quali la cognizione della cauſa ſpetta al Giudice Eccleſiaſtico, ſempre le pene ſi devono applicare alla Communità o ſuo Affittuario, che le goda per titolo oneroſo in riguardo della Bolla di Siſto V. di Sa: Me: onde V. S. doverà in tal conformità contenerſi ne caſi, che ne ſuccederanno alla Communità di Torrice, e Dio la proſperi. Roma 12. novembre 1695.*

Di V. S. *Come Fratello*
F. Cardinale Spada
Franceſco Caffarelli Segretario

Sub n. 15. Retinens animalia damnificantia ſi re-
9 petat expenſas factas in illis alendis * non te-
netur probare, quod illas fecerit, cum præ-
ſumptio ſit, quod alimenta præſtiterit ut fir-
mat. *Bouden. ad Cter. de paſc. cap. 13. n. 8. ubi*
numeris ſeqq. firmat, etiam quod tam pro
damnis, quam pro alimentis præſtitis com-
10 petit hypoteca * *Cortiad. deciſ. 215. num. 28.*
& 29. p. 3.

Poteſt etiam Dominus fundi retinere ani-
malia ratione privatæ facultatis tam pro ſo-
11 lutione * pretii paſcui, quam pro refectione
damni illati ut aliis relatis docet *Romaguer. in addit. ad Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 6. Rub. 10. n. 8. & ad Conſtit. Synodal. Gerunden. lib. 5. tit. 8. cap. unic. n. 15.* ubi concordantes *Cortiad. loc. cit.*

Cum cognitio quo ad animalia ſpectent ad
12 Judicem Eccleſiaſticum * quam damnum il-
latum fuit cum animalibus Eccleſiaſticorum, difficillime *theorica* in prædicta ampliationem de qua *ſup. n. 7.* redigi poteſt ad praxim; Etenim Judex ſæcularis retinere veriſimiliter curat animalia, non ut damnum ſimpliciter reficiatur damnificato ſed ut damnificans videns ſe ſubjacere expenſis hoſpitii, in quo detinentur animalia facilior, & celerior reddatur ſolutioni emolumentorum debitorum eidem judici, & Cancellario pro cauſatione querelæ, & proceſſus; unde ſi prædicta retentio ſub hujuſmodi colorato prætextu refectionis damni permitteretur, daretur occaſio judici ſæculari exercendi juriſdictionem ſuper animalibus Eccleſiaſticorum, ſuper quibus ſolummodo ad judicem Eccleſiaſticum ſpectat juxta prædictas *reſolutiones Sacrarum Congregationum* cum fere impoſſibile ſit, quod cum privata auctoritate non ſit complicata juriſdictio judicis ſæcularis, & quod is exuens ſe totali juriſdictione, & ſe induens ſolo habitu charitatis extrajudicialiter curet refectionem damni.

Nec attendenda eſt auctoritas *Pignatell.*
13 *conſult. 112. n. 3. cum ſeq. par. 4.* tenentis, quod
cum ſecundū opinionem graviſſimorum *DD.* animalia Eccleſiaſticorum ſint de Foro ſæculari, judex ſæcularis poſſit exigere pænam damni dati quæ opinio tanquam probabilis poſſit retineri in iis, quæ ſunt Juris, licet ſit minus probabilis.

Etenim contrarium tenendum eſt cum ultrà quatuor graviſſimorum *DD.* ſententiam concurrat auctoritas dd. *Sac. Congregationum*, quæ prævalere debet, eo quia tam perſonæ Eccleſiaſticæ, quam eorum bona uti illis acceſſoria à Foro ſæculari ſunt exempta, & tantummodo Foro Eccleſiaſtico ſunt ſubjecta ut tradit *Del bene de Immunit. Eccleſ. c. 4. dub. 35. Sect. 5.* & pleniſſimè relatis concordantibus firmavit *Panimoll. dec. 12. annot. 21.* & in ſpecie de animalibus clericorum tenet idem *Panimoll. eadem dec. 12. annot. 8. nu. 1.* & late *Romaguer. in Conſtit. Synodal. Gerunden. lib. 5. tit. 8. cap. unic. n. 10. cum ſeq.* ubi quod non poſſunt retineri per judicem ſæcularem pro pæna, nec pro refectione damni, & concordantes allegat, & quod ſolus judex Eccleſiaſticus ſit
com-

Digitized by Google

competens tam quo ad personas Clericorum, quam quo ad eorum animalia *Cortiad. decis.* 215. *n.*41.*&* 47. ubi etiam refert quo ad animalia alias opiniones *p.*3.

Et contraria opinio uti minus probabilis
14 non potest admitti in judicando * cum illa opinio quod *Judex possit judicare juxta opinionem etiam minus probabilem* fuerit damnata à *Sa:Me:Innocentio XI.die* 2.*Martii* 1679.*in ordine la* 2. & est *impress. in nostra Synodo Verulana in appendic.pag.*51.

Quod Capitularii teneantur ad emendationem damnorum datorum in eorum Scholis.

RUBRICA III.

Statuimus, & ordinamus cum aliquod damnum datum fuerit in pertinentiis, Scholarum Faventiæ, & ignoretur quis dederit, aut cujus fuerint animalia damnum dantia, quod tunc per Dominum, vel aliquem de ejus Familia, aut per ejus Laboratorem, vel alium de Familia Laboratoris possit accusari Schola, & Homines ipsius in generali de dicto damno juramento prædictorum, vel alterius eorum si dicatur per jurantem damnum vidisse, & credatur accusantis juramento usque ad solidos viginti, si juramento dixerit esse damnificatum in tanta quantitate, vel ab inde infra, si autem dicat damnum excedere dictam quantitatem, tunc Iudices vadant, vel unus eorum vadat, aut mittere debeant duos bonos Viros ad videndum dictum damnum, quorum æstimationi, & relationi cum juramento eorum stari debeat, requisito, vel monito Capitulario ad interessendum, seu videndum dictum damnum cum ipsis Æstimatoribus, & Capitularius dictæ Scholæ, in qua damnum datum fuerit cogatur ad emendationem damni damnum passo tantum, & non ad aliam pœnam, usque ad quantitatem suprascriptam. Si autem Capitularius, vel alius nomine Scholæ vellet investigare, & docere de damnum dante, si petierit debeat infrà terminum quinque dierum denunciare damnificantem, vel animalia cujus fuerint, quæ damnum dederint, quod si liquido apparuerit de damnificante, vel cujus fuerint animalia, cogatur talis denunciatus damnum emendare ipso facto. Si autem inter Scholam, & seu Capitularium esset super hoc controversia cum denunciato, cogatur, si convictus fuerit ipse denunciatus per sententiam emendare damnum passo secundum quod judicatum fuerit damna, & expensas reficere. Si autem non fuerit convictus cogatur captus ipse damnum emendare sine aliqua dilatione, quod quidem damnum probari possit per homines dictæ Scholæ, in qua damnum datum fuerit. Volumus tamen pro exoneratione Hominum Scholarum, & in odium delinquentium, & damnificantium quodsi quandocumque ante quam facta fuerit exactio emenditæ damni pro parte Scholæ, etiam post dictos quinque dies fieret denunciatio damnificantis, quod tunc ipsa emenditæ exactio differatur, usque quo denunciatus fuerit per sententiam convictus, vel absolutus, & si convictus fuerit, teneatur ad damni emendationem, & ad reficiendum damna, & expensas Scholæ, & damnificati secundum taxationem per Iudices fiendam, ;& quod nullus possit accusare Scholas pro sermentibus ablatis à mense Iulii ultra. Insuper si quando aliqua accusatio ab aliquo, seu aliquibus instituta esset contrà aliquam Scholam de damno dato in possessionibus, seu terris, quas accusatores assererent esse in pertinentiis Scholæ, adversus quam talis accusatio instituta esset, Capitulario, seu alio Procuratore, vel Defensore ipsius Scholæ comparente, & negante ipsam possessionem, seu terram esse in pertinentiis talis Scholæ, tunc de hoc stetur Extimo Communis Faventiæ, quod sufficiat quo ad id pro plena probatione, ubi in eo contineretur possessionem, seu terram hujusmodi esse in pertinentiis illius Scholæ, alias ubi per dictum Extimum de hoc stare non possit, teneantur Capitularii, Procuratores, seu Defensores Scholæ sic accusatæ ostendere, & liquidare infra decem dies sibi ad hoc per Iudicem, seu Iudices damnorum datorum assignandos, in qua Schola sita sit talis possessio, in qua damnum datum diceretur, citatis tamen ad hoc Capitulario, & Sindico alterius Scholæ, in qua allegaretur possessionem, seu terras hujusmodi sitam esse expensis Capitularii, seu Scholæ ut supra accusatæ. Si autem pro parte Scholæ diceretur etiam minus esse damnum quantitatis solidorum viginti. Iudices semper possint de hoc cognoscere, & terminare, pro ut æquum eis videbitur, faciendo damnum etiam revideri per unum vel duos, ut eis videbitur convenire, & declarantes, quod collectæ, quæ imponerentur super hujusmodi emenditis damnorum ponantur super fumantibus habitantium in ipsa Schola tantum, non obstante aliquo Statuto loquente de collectis imponendis.

Digitized by Google

SUMMARIUM.

1 OCularis inspectio, & evidentia rei omne genus probationis superat, & cavillandi materiam tollit.
2 Oculari inspectione probatur damnum datum.
3 Testibus probatur damnum datum.
4 Attestatione Officialium deputatorum probatur damnum datum.
5 Liquidatur damnum datum ex depositione Testium.
6 Liquidatur damnum datum relatione Peritorum, & Æstimatorum.
8 Maximè si fuerunt de communi consensu partium electi.
9 Vel fuerunt ad hunc effectum à Consilio, seù Publico Civitatis deputati.
Peritis in arte standum est num. 6.
Periti præferuntur Testibus num. 7.
10 Peritus, & Æstimator unicus sufficit pro liquidatione damni dati, quandò talitèr disponit Constitutio, seù Statutum.
11 Etiàmsi non præcedat electio partium, vel Judicis.
12 Periti eligendi sunt à partibus mandante Judice, prævia citatione, & num. 13.
14 Et si una pars renuat, vel negligat eligere suum Peritum, tunc Judex illum deputat ex officio.
15 Tertius Peritus à partibus eligendus est, quandò Periti hinc indè electi discordant in eorum relatione.
16 Judex non potest assumere partes tertii Periti.
17 Non potest quis in causa partes Judicis, & Testis sustinere.
18 Judex eligit tertium Peritum ex officio, quandò partes sunt morosæ in eum eligendo.
19 Tertius Peritus an teneatur adhærere relationi unius ex præcedentibus Peritis hinc indè electis.
Rot. coram Manzaned. decis. 460. num. 1. impugnatur num. 19.
20 Concordante tertio Perito in sua relatione cum uno duorum Peritorum hinc indè electorum, tùnc duæ relationes, seù peritiæ præferendæ sunt alteri.
21 Relationi tertii Periti ab aliis Peritorum hinc indè electorum discordanti standum est. Contrarium num. 22. Decl. num. 23.
22 Peritior eligendus est, quandò tertius Peritus discordat ab aliis.
24 Discordantibus relationibus trium Peritorum, tùnc coacervanda est tota summa in eis contenta, & in tres partes dividenda, desumendo unam partem pro justo valore. Contrarium num. 27. Declara num. 28.
25 Periti extendunt eorum arbitrium augendo, & minuendo in relatione valorem, prout affectio ergà eos, qui illos elegerunt allucinat.
26 Tertius Peritus mediam viam solet tenere.
29 Periti accedere debent ad locum differentiæ prævia citatione partium ad interessendum prò diebus, & horis certis.
30 Limita, quandò citatio à partibus fuit remissa.
31 Periti relationem, seù peritiam tradere possunt etiàm die feriato absque eo quod requiratur citatio. Vide num. 32.
Citatio ad videndum referre Peritos an, & quandò requiratur num. 31. cum seq.
33 Damnum taxari, & liquidari debet secundùm tempus, quo fuit illatum, habito respectu ad herbam, non secundùm futurum, & superventurum messis.

OBSERVATIO.

OCulari inspectione, & evidentia rei, quæ omne genus probationis superat, & cavillandi materiam tollit *Cravett. consl.* 104. *n.* 12. *Ciriac. contr.* 580. *n.* 52. *Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 6. Rubr. 7. n. 6.* ubi subdit quod potest fieri quandocunque etiàm post conclusum in causa *Franciscus Palma consult. 46. n. 21. Afflict. dec. 216. n. 3. Barz. dec. 2. n. 57. Rota cor. Ludovis. dec. 575. n. 6. & cor. Dunozet. jun. decis.* 1008. *n.* 13. probatur damnum datum, ut respondit *Rota in eadem decis.* 1008. *loc. cit.*

Probatur etiàm depositione Testium *Hermosill. ad Lopez gloss. 4. leg. 10. tit. 1. part. 5. n. 326. pag. mihi 163. secundùm Impress. Lugdunen.*

Nec non attestatione, seù depositione Officialium ad hunc effectum à Publico deputatorum, ut firmatum fuit suprà in *antecedenti observatione num.* 10.

Liquidatur verò præ cæteris depositione Testium, ut tradit *Oter. de Pasc. cap. 15. n. 19.*

Liquidatur etiàm relatione Peritorum, & Æstimatorum, quibus standum est ad *Text. in l. 1. ff. Si Mensor falsum mod. dixerit*, & in specie firmat *Oter. de Pasc. cap. 15. n. 22.* cum aliis adductis suprà in *Observ. ad Rubr. 50. n. 1. lib. 3. Rot. cor. Dunozet. dec.* 1008. *n.* 14., & ipsi præferuntur Testibus *Ridolphin. Prax. par. 1. cap. 8. n. 114. Rot. cor. Ludovis. decis. 161. n. 8. ibique Beltramin. n. 10. cor. Celso dec. 236. n. 13.*

Eò certiùs si Periti, seù Æstimatores fuerunt de communi consensu partium electi juxtà individualem resolutionem *Sac. Congreg. Episcopor., & Regular.*, de qua testatur *Thomas del Bene in addit. ad tract. de Immunit. in verbo Damna data circà finem*: vel quandò fuerunt ad hunc effectum à Consilio, seù Publico Civitatis deputati, quorum fidei tanquàm approbatæ stari debet, ut tenet *Oter. d. cap. 15. n. 21. cum seq. Pacion. de Locat. cap. 34. §. 5. n. 28.*

Imò etiàm sufficit unicus, si talitèr disponat Constitutio, Lex municipalis, seù Statutum notat *Anton. Gomez. tom. 2. de Contract. cap. 9. circa finem*, quem refert, & sequitur *Oter. ubi supra n. 22. vers. quandòque nuncius Officialis, seù Æstimator*, & dictum fuit supra in *Observ.* ad

ad Rubr. 50.*n.* 9. *lib.*3. Abſque quod præcedat
11 electio partium, vel Judicis, ut nrmant *addu-
cti in dicta Obſerv. ad Rubr.*50.*n.*8.

Quandò verò deficiunt Æſtimatores publi-
ci, tunc de conſuetudine eligendi ſunt Periti
à partibus, mandante Judice, ut tradit *Ca-
gnol.in l.*2.*n.*259.*C.de Reſcind.vendit. D.Pacion.
de Locat. & conduct.cap.* 24. *n.*76. *cum aliis ad-
ductis ſupra in dicta Obſervat. ad Rubr.*50. *n.* 3.
prævia citatione, quæ neceſſaria eſt, ut docent
Jaſon. in §. *Quædam n.*79. *Inſtit. de Action. Ca-
13 gnol. ubi ſuprà n.* 260. & *Pacion. loc. cit. n.*77.
*Annot.ad dicta Rubr.*50. *n.*6. juxta praxim tra-
ditam per *Ridolphin. Prax. par.*1. *cap.* 8. *n.*11.
Et ſi una pars renuat, vel negligat eligere
ſuum Peritum, tunc Judex illum deputat ex
14 officio, juxtà praxim traditam ab ipſo *Ridol-
phin. ſub n.* 11. *Pacion.de Locat. cap.* 34. §. 5.
num. 15. *cum aliis adductis in citat. Obſerv. ad
Rubr.*50.*n.*4.

Cum autèm rariſſimè contingat, quod Pe-
riti à partibus hinc indè electi concordent in
eorum relationibus, proindè illis diſcordan-
tibus eligendus eſt ab ipſis partibus tertius
15 Peritus *Ridolphin. loc. cit. n.*120. *Pacion. dicto
cap.*34. §.5.*n.*70.

Nec Judex poteſt aſſumere partes Periti,
tùm quià materia, de qua agitur poteſt eſſe
extranea ab illius profeſſione, & cognitione,
16 tùm etiàm quia cum Peritus conſideretur
etiàm tanquàm Teſtis, abſurdum eſt, quod
quis in cauſa partes Judicis, & Teſtis ſuſtineat
*Gratian.diſcept.*235.*n.*38.*cum ſeq.* & reſpondit,
*Rot.cor. Merlin. dec.*678. *per tot.* & *cor. Priolo
deciſ.*243. *n.*14. *Pacion. ubi ſuprà n.*73. ubi re-
probat *Joſeph Ludovic. deciſ. Peruſin.*28. *n.*21.
contrarium ſentientem.

Et ſi partes ſint moroſæ in eligendo, tunc
18 ſuppletur à Judice ex officio eum eligendo, ut
proſequitur *Ridolph.ubi ſuprà Pacion.dicto* §.5.
*n.*74. & *dicta Obſervat.ad Rubr.*50.*n.*5.*Rot.cor.
Merlin. dec.*678.*n.*2.

Sequuta tertii Periti electione, dubitari
poteſt, an in ejus relatione teneatur adhærere
uni ex præcedentibus Peritis nec nè, nàm
quod uni ex eis adhærere teneatur dixit *Rot.
cor.Manzaned. dec.*460. *n.*1. Contrarium verò
19 videtur veriùs, & in praxi ſervatum, & qui-
dèm duplici ratione. nempè prima, quià ut
plurimum inutilis eſſet electio tertii Periti,
ejuſque relatio, cum Judex poſſet ex ſe ipſo
cognoſcere quænam ex duabus relationibus
eſſet attendenda uti validioribus fundamentis
munita; ſecunda verò quià primis duobus Pe-
ritis congruit potiùs nomen, vèl terminus
partialium defenſorum, tertio verò Perito
congruit nomen, & terminus Aſſeſſoris, & in-
ſtructoris Judicis, qui non tenetur adhærere
uni ex Advocatis partium, ut animadvertit
*Card. de Luca de Judic. diſcurſ.*33. *n.*26. *verſic.
Et merito.*

Quandoque tamèn tertius Peritus cum al-
tero ex duobus Peritis concordat in ſua peri-
tia, ſeù relatione, ſed quandòque etiàm ab

ipſis diſcordat; Quotiès enim concordat,
tùnc prævalere debent duæ relationes unifor-
20 mes alteri ſingulari, & unicæ *Pacion. cit.*§.5.
*n.*83.*Rot.cor.Coccin.dec.*745. *n.*1.

Sed ſi diſcordet controvertitur, an ſit ſtan-
dum ejus relationi, nàm affirmativam opinio-
nem tenent *Soccin.ſen.conſil.*54.*n.*2. *verſic. ter-
21 tius, & ultimus caſus lib.*1. *Rot. cor. Bichio de-
ciſ.*291.*n.*9.*cor.Peutinger.dec.*231.*n.*1.*poſt med.
par.*2.*dec.*211.*n.*1. *cum tribus ſeqq. par.*7. & *in
dec.*178. *n.*5. *cum ſeq. par.*14. Contrariam ve-
rò, quod ejus relationi non ſit ſtandum, ſed
22 deveniendum ſit ad electionem peritioris ſe-
quuntùr *Menoch. conſil.*343. *n.*29. *Gabriel conſ.*
168.*n.*106. *Rot. in recent. dec.*554.*n.*3.*par.*2.*co-
ràm Buratt.dec.*56.*n.*5. *ibique Adden. litt.C.*

Alii prædictas opiniones conciliando, di-
ſtinguentes tradunt primam opinionem pro-
cedere, quandò tertius Peritus electus fuit ex
diſpoſitione Legis, vèl Statuti, & Judice co-
23 gente, ſecundam verò in Perito electo de par-
tium voluntate, ut poſt *Surd. conſ.* 452. *n.*60.
cum ſeqq. tradit *Adden.ad Buratt.dicta dec.*56.
n. 8. *Eſcobar. de Ratioc. cap.* 32. *n.*23. *Card. de
Luca de Judic.diſcurſ.*33.*n.*26. *Rot.cor.Dunozet.
jun.dec.*934.*n.*4. *ac dec.*947.*n.*2. *cor.Peutinger.
dec.*231.*n.*2. *cum duobus ſeqq.*

Non deſunt etiàm qui docent in diſcordia
trium Peritorum coacervandas eſſe omnes
ſummas in eorum relationibus contentas, &
24 deindè tota ſumma ſic coacervata dividenda
in tres partes, quarum una capiatur pro juſto
valore, juxtà originalem theoricam *Salycet.in
l.Hac edictali n.*10. *verſ.videtur igitur C. de Se-
cund.nupt.* deſumptam ex *l. Si fundum* 35. *in fi-
ne* juncta *l.ſeq. in princ.ff.Mandati*, quam aliis
relatis ſequuti ſunt *Rodoer. in conſ.* 44. *ſub
n.*57. *Gizz. in Addit.ad Capyc.Latr.dec.*42.*n.*13.
*Munoz. de Ratioc. comput.*24.*num.*4. ubi in fine
ſubdit *& tu eam digito ligabis, quia ad multa
prodeſſe poterit*, *Pacion. de Locat. cap.* 34. §.5.
*n.*90.alios adducit *Scoppa in Addit. ad Gra-
tian.diſc.*32.*n.*1.*cum tribus ſeqq. Benign.in Ad-
dit. ad Statut. Agricultur.Urbis cap.*44. *litt.D.
in fine*, ubi in ſpecie de æſtimatione damni da-
ti, & concordantibus relatis cenſuit *Rot. in
recent.dec.*114.*n.*7. *cum ſeq. par.*17.

Iſte modus firmandi valorem ſecundùm
quotidianam experientiam non eſt improba-
bilis, cum regularitèr Periti ob affectionem
25 erga illos, à quibus fuerunt electi extendant
eorum arbitrium augendo & minuendo valo-
rem, prout affectio eos allucinat; Judex verò,
ſeù tertius Peritus ab eo in diſcordiam alio-
26 rum electus ſoleat mediam viam inter unam
& alteram relationem tenere; Nihilominùs
illum non canonizarem pro regula certa, non
ſolùm quià in contrarium valdè urgere vide-
tur *Text in l. Diem proferre* 23. §.*Si plures ff.de
Recept. arbitr.* & *l. Inter partes* 38. *in fine ff. de
Re judic.* & per has *LL.* de opinione *Salyceti*
dubitavit *Petrus Gerard. de Petra Sancta ſin-
gular.* 25. *n.*2. *verſ.cogita*: Verùm etiàm quià
ſæpè contingit, unum ex Peritis à partibus

Digitized by Google

electis uti virum timoratæ conscientiæ, & ab
affectione, ac corruptione alienum referre
verum, & justum valorem, alterum verò er-
roneè excedere, vel in augumento, vel in di-
minutione, & tertiam mediam viam sequen-
do non approbaret relationem justam, nec
improbaret injustam, ac erroneam, & con-
sequenter coacervatio, & divisio, de quibus
suprà per necesse non conferunt semper ad
dignoscendum justum, & verum valorem,
solummodo autem in praxi sequerer prædi-
28 ctas coacervationem, & divisionem, quan-
do ex circumstantiis, qualitate Peritorum,
verisimilitudine, aliisque probationibus sal-
tem daretur vehemens fumus, seu probare-
tur excessus in augumento, & respective in
diminutione valoris relationis duorum prio-
rum Peritorum à partibus electorum, &
respective tertii, nam tunc prævia coacerva-
tione subsequens divisio verisimiliter redde-
retur justa, ac ex ea resultaret probatio veri
valoris.

Antequam vero Periti referant, debent
accedere ad locum, ubi illatum est damnum
29 prævia citatione partium ad interessendum
pro die, & hora certa *Cagnol. in dicta l. 2.
n.261. C.de Rescind. vendit. Aldobrand.cons.59.
n.6. lib.1. Gratian. disceptat. 874. num.33. cum
seq. Pacion. dicto cap.34. §.5. n.35. cum duobus
seqq.* ubi limitat quando citatio à partibus
30 fuit remissa, & *Ridolphin.cit.cap.8. n.130.* ubi
tradit praxim.

Et postquam accesserunt, ac viderunt pos-
sunt quandocunque tradere eorum Peritiam,
seu relationem etiam die feriato, absque eo
31 quod requiratur citatio, cum ea non fiat in
forma judicii *Bart. in l. Theopompus n.11. cum
ibi Addit. in verbo respondeo ff. de Dot. prale-
gat.* & in specie *Fulu. Benign. in Addit. ad
Statut. Agricultura Urbis cit. cap. 41. litt. O.*
Quæ tamen conclusio non transit sine contro-
32 versia, ut videre est penes *Pacion. de Locat.
& conduct. cap. 24. n. 83. cum seq. juncto c.34.
§. 5. n. 51. cum seqq.* ubi tamen post relatam
utramque opinionem concludit quod quan-
do pars fuit semel citata ad videndum eligi
Peritum, seu alias electioni interfuit, vel Pe-
riti electi fuerunt ab ipsis partibus, seu de
earum consensu, vel si partes interfuerunt
æstimationi per eosdem factæ, vel ad interes-
sendum citatæ non requiratur alia citatio in
ipsa relatione, & concordantes cumulat.

Non omittendo quod damnum taxari, &
liquidari debet secundum tempus, quo fuit
illatum, habito respectu ad herbam, non se-
33 cundum futurum, & superventurum messis,
cum multa accidere valeant, per quæ matu-
ritas impediri, & ad nihilum reduci valeat,
juxta veriorem opinionem per *Text. in l. Om-
nis hæreditas §. Nunquam crescit ff. de Reg. jur.*
& juxta originalem theoricam *Bald. in cons.
182. nu.4. cum seq. juncto nu.7. lib.1.* quem se-
quitur *Cravett. cons.40. n. 10. Menoch. de Ar-
bitr. Judic. cas. 149. nu.21. Marescott. Variar.
resolut. lib. 2. cap.16. n.7. Cancer. Variar. reso-
lut. cap.13. n.14. vers. similiter damnum datum*
late *Oter. de Pasc. cap.13. n.4. cum seqq. Roma-
guer in Addit. ad Conciol. ad Statut. Eugub.l.6.
rubr.10. n.10. Fragos.de Regim. Reipubl. par.1.
lib.7. disputat. 19. n.46. vers. dicendum tamen,
Gratian decis.57. a num.5. ad 13. ibique Scoppa
n.5. cum seqq. Giurb. dec.105. n.5.*

ADDIT. AD RVBR. III. LIB. V.

S V M M A R I V M.

1 Damnum passum à belluis liquidandum est mediante accessu, & relatione peritorum.

2 Estimatio damni facienda est tam inspecto tempore damni illati, quam futuri eventus.

Num. 5. & 6. Damnum passum à belluis liquidandum est mediante accessu, ac relatione
1 Peritorum * ut firmat etiam *D. Advocatus Calderon. in ejus respons. impress. penes Bonden. ad Oter. de pasc. cap.42. n.66. cum seqq.*

Num. 33. Estimatio damni facienda quidem in-
2 specto tempore, quo fuit illatum * sed habita consideratione quanti vendi posset dubius eventus perceptionis frumenti, seu alterius rei fructiferæ ex *Pigant.* & aliis allegatis per *Bonden. ad Oter. de pasc. cap.13. n. 7.* & firmat *D. Advocatus Calderon.* in d. ejus respons.

De Salario Notariorum damnorum datorum.

R U B R I C A IV.

IN primis pro qualibet accusatione scribenda in actis denarios duodecim, & tantundem accipiatur de productione accusationis in scripis productæ à qualibet singulari persona, sive Universitate: de cancellatione vero tantundem accipere possint si causam expressit in cancellatione: de accusatione verò data per Saltuarios nihil accipere possint; pro cancellatione autem ipsius, à quolibet accusato denarios sex si pœna illius accusantis non excedat solidos X. bononenorum, si verò excesserit tunc verò unum bononenum pro qualibet cancellatione accipere possint; de qualibet verò appodissa de gravando denarios, IIII. tantum, quandocumque qualitercumque, & à quocumque fiat. Pro quacumque autem satisdatione solidum unum tantum, nisi fuerint plures fidejussores, quia tunc sex denarios,
pro-

Digitized by Google

pro quolibet accipere valeant. Pro examine verò restium solidos duos tantum pro quolibet teste computata Judicis portione, nisi pœna accusationis excederet summam librarum V. accipere possint. De aliis vero scripturis, quæ fierent in processu, si pœna excedat supradictam summam, tantum accipiant, quantum in civili causa permittitur, & si non excedat dimidiam tantum accipere possint. Pro citationum relationibus nil accipere valeant, salvo tamen in prædictis Judicum damnorum datorum moderamine, quibus Notarii parere teneantur.

S V M M A R I V M.

1 MErces Notariis est de jure debita.

2 Notario Actuario Tribunalis damni dati merces debetur juxta taxam, de qua ibi remissive.

3 Notarius exigere non potest mercedem ultrà taxam etiam sub prætextu consuetudinis introductæ.

4 Notarius exigens mercedem ultra taxam crimen concussionis, seu quasi committit.

O B S E R V A T I O.

SAlarium, seu merces Notariis est de Jure
debita *Gloss. in l. Argentariis in princ. ibi-*
1 que *Bart. ff. de Eden. Dec. in l. 1. nu. 23. ff. eo-*
dem, & in cap. 1. de Probat. Zacch. de Salar.
quæst. 78. nu. 1. Et quidem juxta taxam statu-
2 tam in *Capitulis damni dati cap. 9. insertis infra*
in Appendice pag. 122. absque eo quod ultra
eam quidquam exigere valeant sub prætextu
3 consuetudinis introductæ *l. 1. §. ergo jubemus*
C. de Offic. Præfect. Prætor. l. In sacris scriniis
C. de Proxim. sacr. scriniorum lib. 12. Bald. in
auth. sed hodie C. de Episcop. & Cleric. Molin.
de Just. & Jure disput. 83. quos refert, & se-
quitur *Zacch. dicta quæst. 78. nu. 30.* Alioquin
4 crimen concussionis, seu quasi committunt,
ut firmatum fuit supra in *observat. ad Rub.*
LIV. *lib. III. n. 25.*

De modo emendandi damna data per Scholas, & qui teneantur.

R V B R I C A V.

STatuimus, & ordinamus, quod si quod damnum dabitur super aliquibus bonis in aliqua Schola, quod omnes homines dictæ Scholæ, & seu habitantes in ea teneantur ad emendationem dicti damni. Nec laboratores dictorum bonorum cogi possint ad emendationem dicti damni directè, vel indirectè, nisi prius constiterit dictos laboratores, vel eorum familiam, seu eorum animalia tale damnum dedisse, quo casu tunc laboratores teneantur ad eorum emendationem; & collectæ, quæ imponerentur pro tali emendatione distribui debeant pro fumante tantum, & non pro Exstimo. Nec liceat hominibus dictæ Scholæ aliquid directe, vel indirecte in contrarium quoquo modo attentare, seu ordinare in fraudem hujus Statuti, propter quod aliqui de dicta Schola magis graventur, quam alii pro tali condemnatione damni dati, aut aliqui immunes habeantur ab hujusmodi onere. Et Schola, quæ contra prædicta disposuerit, sive ordinaverit pæna quinque librarum bononenorum puniatur, & dispositio sit ipso jure nulla, & nihilominus universa Schola talem emendationem solvere compellatur.

S V M M A R I V M.

1 AUthor, & Malefactor damni copulative una cum damno debet probari, ut locus sit condemnationi ad refectionem, & pœnam.

2 Pastori, vel Domino gregis viciniori in dubio imputandum est damnum illatum.

3 Statutum mandans damnum datum in Oppido, Castro, & Villa resarciendum esse à Vicinis, quando locum habeat remissive, & num. 4.

5 Statutum disponens, quod Communitas teneatur resarcire damnum illatum, dum ignoratur delinquens valet, & est justissimum, & quare n. 7. & 8. Contrarium n. 10. Decl. n. 11.

6 Statutum *Cremonæ* disponit quod si aliquod damnum, vel incendium in aliqua Villa datum fuerit, quod illi de Villa debeant denunciare Malefactorem, alioquin iidem teneantur ad emendationem damni.

8 Damnum habitatorum culpa datum præsumitur.

9 Bannitis, & Sicariis cuiquam damna inferentibus in Civitatibus, Terris, Castris, & locis, si ipsæ Civitates, & Communitates locorum eos non deprehenderint, & tales delinquentes impune evaserint, illæ Communitates, & Universitates tenentur ad refectionem damni parti læsæ, & tantumdem Cameræ Apostolicæ ex dispositione *Bullæ B. Pij V.* vide ibi remissive.

10 Statutum disponens unum pro alterius delicto puniri repugnat naturali rationi, & æquitati, ac Juri humano, & Divino, ac tanquam iniquum, & irrationabile non valet. Decl. n. 11.

Pu-

Digitized by Google

Puniri quis non debet ſine culpa n. 10.
Pœna ſuos tenet Authores n.10.

12 *Amaya in l. Providendum nu. 27. cum ſeq. C. de Decurionib. lib.10. reprobatur.*

13 *Deus* infligit pœnas temporales etiam innocentibus pro peccatis ab aliis commiſſis.

14 Cauſa legitima ad hoc ut Statutum mandans pro damno dato teneri vicinum, Villam, vel Communitatem valeat, quando dicatur.

15 Statutum mandans pro damno dato teneri vicinum, Villam, vel Communitatem procedit dumtaxat damnificatore non invento, & non procedit quando datur clàm, & de nocte fuit datum n.7.

16 Agens pro refectione damni contra Vicinum vel Dominum confinium, vel contra Communitatem probare debet Malefactorem non inveniri.

OBSERVATIO.

NOn ſufficit conſtare de damno, niſi etiam copulative doceatur de illius Authore,
1 ſeu Malefactore ad hoc ut deveniri valeat ad condemnationem, tam quo ad refectionem, quam quo ad pœnam, ut animadvertit *Oter. de Paſc. cap.14. n.1.*

Sed quia aliquando clam, de nocte, & occulto damnum infertur abſque eo quod poſitive probari valeat quænam animalia, & armenta illud intulerint, tunc procedendum eſt
2 cum præſumptione dictante, in dubio damnum imputandum eſſe Paſtori, vel Domino gregis viciniori, qui armenta magis propinqua loco damni adducere ſolebat, ut firmat *Luc. de Pen. in l. Quemadmodum verſ. nonageſimo præſumitur C. de Agricol. & Cenſit. & in l. Quicunque in verbo vicinos C. de Omni agro deſerto lib.11.* late, ac erudite comprobat *Oter. loc. cit. n. 2. Marcus, Cato de Re ruſtica lib. 1. & Columell. eod. tract. cap. 3. lib. 1.* & de Statutis mandantibus damnum in Oppido, Ca-
3 ſtro, & Villa datum reſarciendum eſſe à vicinis, eo quia præſumatur Incolas ipſos damnum dediſſe late firmat *Menoch. de Præſumpt. lib. 5. præſumpt. 31. nu. 19. cum duobus*
4 *ſeqq.* ubi *n. 22. cum quatuor ſeqq.* declarat, & limitat in quatuor caſibus.

Occurrit etiam in variis locis mediante Statuto particulari diſponente, quod Univerſitas, ſeu Communitas teneatur reſarcire
5 damnum illatum, dum ignoratur delinquens, quod quidem Statutum valet, ut docent *Bart. in l. Dinus ff. de Teſtam. milit. Jaſ. in l. De quibus n.56. ff. de Legib.* & reſpondit *Bald. conſ.174. vol.2.* ubi *de Statuto Cremonæ* diſponente, quod ſi aliquod damnum, vel incendium in aliqua
6 Villa datum fuerit, quod illi de Villa debeant denunciare Malefactorem, alioquin teneantur ad emendationem damni, & juſtiſſimum eſt, ut tradit *Bald. in l. Si quis non dicam rapere ſub n. 17. C. de Epiſcop. & Cleric. & in l. Ne quid §. facinora ff. de Incend. ruin. & naufr. Burſatt. conſ.222. n.8. Bero. conſ.213. n.7. cum ſeq. vol. 3. Carpan. ad Statut. Mediolan. tom.2. cap.375. n.6.* ubi *n.20. cum duobus ſeqq.* notat, quod ſi in Statuto addita ſint verba *clam, vel de nocte* tollitur diſceptatio Scribentium, An Villa, & Univerſitas teneatur, quando damnum datum eſt clam, vel de nocte, cum talibus verbis deficientibus Statutum habeat locum in eo qui tenetur ad damnum ex cuſtodia, non in ſubſidium *Surd. deciſ. 340. nu. 3. duobus ſeqq. par.2.*

Ejuſdem autem Statuti tres rationes à DD. aſſignantur, nempe prima quia præſu-
8 mitur datum damnum facto, & culpa ipſorum habitatorum, ut tradit *Calcan. conſ. 63. n.3.* cui ſubſcripſit *Rocchus Curt. in conſ. ſubſequenti Menoch. de Arbitr. judic. lib.2. centur.4. caſ.345. nu.15. Carpan.* ubi ſupra *nu.7. Magon. deciſ. Florentin.123. n.14.*

Altera vero ad hoc, ut habitantes curent loca eſſe tuta à damnis, ut conſiderant *Bart. & Bald. in l. prima §. ſumma ff. de iis, qui dejecerint, & effuderint, Gramatic. conſ.22. n.3. cum ſeq.* quos refert *Menoch. d. caſ. 345. n.16. Oter. de Paſc. cap.14. nu.6. Maria de Juriſdict. par.4. caſ.96.* ubi ulterius firmat Clericos non teneri contribuere ex diſpoſitione Statutorum laicalium *Carpan. d. cap. 375. n.10. Surd. deciſ.340. n.3. cum ſeqq. par.2.*

Et tertia, ut magis reprimatur improborum audacia, & ne depopulationes, & deprædationes fiant, quæ publicam utilitatem reſpiciunt, & operantur, ut tale Statutum cenſeatur juſtum *Gratian. diſcept.469. n.1. cum ſeqq. Oſaſch. deciſ.88. n.25.*

Qua ratione *B. Pius V.* ad tollendas homicidarum, bannitorum, & ſicariorum nequitias, & crimina confirmando Conſtitutiones Pontificum anteceſſorum, mandavit, quod ſi illi in Civitatibus, Terris, Caſtris, & locis
9 cuiquam damna aliqua intulerint, ipſiſque damnis taliter illatis à Civitatum Communitatibus, ac Terrarum, Caſtrorum, & locorum hujuſmodi Univerſitatibus capti, & deprehenſi non fuerint, ſed taliter delinquentes impune evaſerint, Communitates, ac Univerſitates ipſæ, prætet refectionem damnorum parti læſæ, ejuſque hæredibus, teneantur etiam tantundem quantum damna æſtimata fuerint Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ perſolvere, ut in ejus *Conſtitutione in Bullar. novo la 10. §.10. vol.2.* confirmata à *Sixto V. in ejus Conſtitutione la 6. §.7. eod. vol.* & refert *Farinac. quæſt.24. n.198.* ubi *numeris ſeqq.* varias declarationes, ampliationes, & limitationes harum Conſtitutionum adducit, ac *Oter. de Paſc. cap.14. n.3. Gratian. diſcept.469. n.12. Cohell. ad Bull. Boni Regim. cap.14. n.80. cum ſeqq.* ubi reſolvit varias quæſtiones.

Contrarium vero quod ſimilia Statuta diſponentia unum pro alterius delicto puniri tanquã repugnantia naturali rationi, & æqui-
10 tati, ac *Juri humano, & divino* non permittenti quem puniri ſine culpa, cum pœna ſuos te-

teneat authores, ut late comprobat *Farinacc. quæst.24. nu.1. cum seq. juncto nu.*150. sint iniqua, & irrationabilia, & uti talia non valeant, nec sint servanda tradunt *Bald. in l.Sancimus C. de Pœnis, & alii adducti per Amayam in l.Providendum* 15.*n.*27.*C.de Decurion.lib.*10. *Surd. decis.*340. *n.*1. *par.*2.

Nihilominus tenenda est prima opinio pro validitate, & justitia hujusmodi Statutorum,
11 quando concurrit legitima, & rationabilis causa; cum loco culpæ, quæ requiritur ad pœnam infligendam succedat, contraria vero, quoties cessat talis causa, ut distinguendo firmat *Bald. in d. l. Sancimus vers. posset*, *Eugen. cons.*69. *n.* 2. *Farinacc. loc. cit. n.*152. ubi concordantes *Gratian. discept.* 469. *nu.* 4. 5. & 7. *juncto n.* 25. plenissime discusso articulo tenet *Gutierez. Canonic. qq. lib.* 2. *cap. ult. n.*26. ubi tamen declarat procedere quo ad alias pœnas prærer corporis afflictivas *Osasch.decis.*88. *n.*23. *vers. non obstant cum seqq.*

Quamvis *Amaya in l. Providendum nu.* 27. *cum seq. C. de Decurionibus lib.*10. tradat quod etiam concurrente aliqua rationabili causa, adhuc ea non possit vincere, & superare aliam
12 longe superiorem naturæ, & *juri* convenientissimam, ne quis pro alterius delicto teneatur, fundatam etiam in auctoritate *Justiniani in Auth.ut nulli Judicum* §. *quoniam vero* ibi *Quoniam vero contingit adulteria, & homicidia, aut alia qualibet crimina in Provinciis committi jubemus peccantes teneri, & non alios pro aliis, & n.* 19. *cum duobus seqq.* respondit *Legib.* quæ militare videntur pro justitia Statutorum: Etenim verius est causam publicæ utilitatis vincere, ut firmant *DD. Allegati*, & comprobatur auctoritate *B. Pii V. & Sixti V. Constitutionibus*. Accedente potissime, ipsum *Deum Omnipotentem* pœnas temporales
13 infligere etiam innocentibus, pro peccatis ab aliis commissis, ut ex testimonio *Sacræ Scripturæ* in variis locis recensitis per *Ybanez. de Faria ad Covar. resol. lib.*2. *cap.* 8. *n.*10. *cum seq.* ubi etiam refert *Sanctos Patres*, aliosque *Interpretes* idem tenentes.

Ad hoc autem ut legitima causa concurrere dicatur, requiritur quod aliter non possit consuli utilitati, & necessitati publicæ, quam
14 mediante dispositione talis Statuti; Nec damnum Communitatis, seu privatorum sit majus damno publico, ut advertit *Gratian.d. discept.*469. *n.*26. Non enim omnis, utilitas, vel necessitas publica suffragatur, sed debet esse talis, quæ præponderet utilitati privatæ, cui assistit naturalis ratio, & æquitas vetantes, ne quis pro alterius delicto puniatur, ut ponderat *Gratian. loc.cit.n.*26. *cum seq.*

Advertendum talia Statuta mandantia pro damno dato teneri vicinum, Villam, vel Com-
15 munitatem procedere dumtaxat damnificatore non invento, & ita de consuetudine servari testatur *Calcan. cons.* 63. *post n.* 4. *Carpan. ad Statut. Mediolan.vol.*2. *cap.*375.*n.*102. *Oter. de Pasc. cap.*14. *n.*7. *Osasch. decis.*88. *n.*31. ubi cum *Angel.* docet, quod quando non ignoratur delinquens tunc non debet quis gravari odio alterius, sed debent intelligi Statuta in duobus casibus, scilicet quando ignoratur à quo damnum fuerit illatum vel scitur, & is, qui damnum intulit non est solvendo.

Unde qui agit pro refectione damni, & in-
16 tendit sibi persolvi, vel à vicino, vel à Domino confinium, vel à Communitate, probare prius debet Malefactorem inveniri non posse, ut relatis *Corn. cons.*123. *n.* 2. *Alexand. cons.*47. *n.*2.*vol.*6. *Cravet. cons.*12. *in fine lib.*1. prosequitur *Oter. ubi supra n.*7.

ADDIT. AD RVBR. V. LIB. V.

SVMMARIVM.

1 Villa tenetur pro facientibus furta in ea.
2 Viciniores habentes animalia propinquiora præsumuntur damnificantes.
3 Quid dicendum, si damnum dans non ignoratur, sed ab eo damnorum refectionem spetare non licet.

Num.3. Valet consuetudo, quod Villa teneatur
1 pro facientibus furta * ut cum *Bald. in l. de quibus ff.de legib.* tradit *Marta de jurisdict.p.*4. *cas.*51. *n.*5.

Num.16. Quando ignoratur damnificans præsu-
2 mitur damnum datum à vicinioribus* habentibus animalia propinquiora damno ut firmat *Bonden. ad Oter. de pascuis cap.*14.*n.*1.

Quid dicendum, quando non ignoratur de-
3 linquens, sed est talis conditionis, quod non adsit spes obtinendi refectionem damnorum, prout nostris temporibus sæpissime damnum est patens, quod toti Provinciæ frequenter accidit occasione violenti transitus copiarum Imperatoris per Statum Ecclesiasticum; An damna ab ipsis illata domibus particularibus quibus hospitabantur, sint reficienda per Communitates dominis particularibus.

Et videtur affirmative respondendum, quia sive communitas, quæ habet à Principe proprio, vel ab alia extrinseca necessitate obligationem hospitandi copias transeuntes consideretur tamquam comodataria domorum, in quibus ex ejus destinatione milites hospitio excipiuntur, dubium non est, ipsam teneri restituere rem Commodatam in statu & terminis quibus ipsa illam suscepit, & relevare dominum fundi, vel domus à quocumque damno occasione ejusdem hospitii eidem illato, juxta regulas commodati.

Aut consideratur tamquam Domina absoluta, nam de jure gentium impellente publica necessitate, cessat jus civile, & omnia fiunt communia, & tunc cum res pereat domino, utique domus quæ damna patiuntur, patiuntur

Digitized by Google

tur in damnum communitatis proindeque cum deficiente publica neceſſitate, ceſſet jus gentium, & redeat jus civile, quo mediante domus, vel fundus iterum acquiritur primævo domino particulari, dubium non eſt dominum particularem non teneri ad damna proprio fundo irrogata de tempore quo non erat Dominus, ſed illi reficienda eſſe à communitate, quæ de tempore damni habebat uſum, & dominium fundi.

Hiſce proinde rationibus innixa Illuſtriſſima Congregatio ſuper hujuſmodi tranſitu copiarum ex terarum deputata, mandavit legatis & Gubernatoribus Status Eccleſiaſtici, quod juris ordine ſervato cogerent Communitates ad hujuſmodi damnorum refectiones, & ſignanter in noſtra Provincia Romandiolæ Eminentiſſimus Devia tunc Legatus coegit Communitatem Cæſenæ ad reficiendum damnum paſſum per R.P.D. Dandinum ex incendio ſuæ domus à militibus Germanis occaſione dicti Tranſitus perpetrato;pariter que coegit noſtram Communitatem Faventiæ ad refectionem damni conſimilis ex ſimili cauſa favore D. Marci Antonii de Azallis.

Alia de damnis vide penes *Raynald. obſerv. crim. tom. 2.*

De damnis perſonalitèr datis.

RVBRICA VI.

PErſonaliter damnificantes refrenare, ac punire volentes, eorumque temeritatem, & dolum acriùs pœnis cohibere cupientes, qui ratione non utuntur, Statuimus, & decernimus, quod ſi quis alterius vineam abſque Domini, vel alterius de Domini familia præſentia, vel licentia per priùs habita ingreſſus (A) fuerit à calendis Martii uſquequò vinea fuerit vindemiata ſolvat ſolidos xv. alio autèm tempore ſolidos ſeptem, ſi in lazariis extra vineam exiſtentibus dimidiam dictarum pœnarum dictis temporibus perſolvat. Si damnum in ea dederit herbam, vel foliam vitium faciendo, duplum ſolvat ejus quod ſuprà dictum eſt dictis temporibus. Si vitem devaſtaverit, (B) vel deferri curaverit in vinea, vel lazaria, aut ſuper arborem exiſtentem, ultra pœnam ingreſſus, ſolvat pro qualibet vice ſolidos decem. Et ſi vitem ex vinea, vel lazaria, vel ex arbore rapuerit, vel extirpaverit, ultra pœnam ingreſſus, pro qualibet vite in ſolidis viginti puniatur, ſi uvas exportarit, ſolvat pro quolibet racemo ſolidos quinque ultra pœnam ingreſſus vineæ, vel lazariæ. Et ſi quo tempore quis arundines, vel palos ex vinea aſportaverit pœna ſolidorum viginti puniatur, & in eandem pœnam incurrat, qui inventus fuerit portare vites, arundines, vel palos, (C) niſi requiſitus oſtenderit de ſuo accepiſſe, vel de alieno de Domini, vel alicujus de ejus familia præſentia, vel conſenſu. Portantes vero (etiam ab eorum vineis) ultra tres racemos, prout conſuevit portari per quamlibet perſonam, quinque ſolidos bonon. pro quolibet racemo ſolvere debeant. Et qui non permiſerit ſe perquiri, & videri ab Officialibus ſuper ipſis uvis aſportandis fugiendo, vel recuſando, puniatur ac ſi inventus eſſet habere quinque racemos, ſive (ut ajunt) grappos ultrà tres ut ſuprà permiſſos, & ſimili pœna puniatur qui uvas dejecerit ne videretur eas indebitè portare, & hoc non intelligatur de muſcatello, & lugliatica, eum licere volumus aſportare de ſuis, & ad vendendum, & pro eorum uſu ad libitum, dum tamèn ſint maturæ. Nullus etiam portare poſſit uvam immaturam, vel de alieno accipere ſub pœnis prædictis, niſi cum appodiſſa, & licentia officii Dominorum Antianorum. Si quis autèm vinum novum, vel muſtum fecerit ante publicam vindemiarum ordinationem in centum ſolidis bonon. puniatur, & liceat Officialibus deputatis à Communitate perquirere in domibus, & aliis locis pro inveniendo vinum, vèl muſtum hujuſmodi. Si vilis, vel abiecta perſona inventa fuerit in vineis damnum dare, ſi condemnationem non ſolverit in termino trium dierum, ponatur ad catenam publicam Palatii domini Poteſtatis verſus plateam, & ibi permanere debeat catenatus à manè uſque per totum diem. Licentiam tamen damus, & impartimur omnibus garavellare (D) volentibus, per octo tantùm dies poſt expletas vindemias, vineas ingredi, & in vineis, & lazariis racemos colligere dicto tempore, dùm tamèn aliud damnum non inferant, quo caſu de damno dato puniri debeant ſecundùm formam Statutorum. Venatoribus verò liceat cum canibus, & perſonis tantùm ire per vineas, & lazarias vindemiatas impunè uſque ad Kalendas Martii, dummodò pedeſtres eant. Qui autèm fructus arborum alterius, vèl folia (E) eatum acceperit, in ſolidis decem bonon. qualibet vice puniatur. Si quis verò in hortis, vineis, & arboribus in Civitate ſeu Burgis damnum, vel devaſtationem intulerit, condemnetur ipſe, & quilibet ſimùl, vèl conjunctim inferens damnum hujuſmodi in libris quinque bonon. ſi de die id fuerit; ſi autèm noctis tempore pœna talis duplicetur Communi tantùm Faventiæ pro dimidia applicanda, & pro alia dimidia Accuſatori, ſi Accuſator intervenerit pro hujuſmodi quaſi maleficio, & damno commiſſo, & ad emendationem Domino damni, ſecundùm quod juraverit ipſe Dominus, ſalva ſem-

Digitized by Google

ſemper auctoritate Judicum damnorum datorum moderandi ipſam damni emendationem, quandò videretur jurans debitam emendationis metam exceſſiſſe. Pro ſimplici verò ingreſſu contra Domini voluntatem pœnæ prædictæ dimidientur. Si quis in hortum vèl canetum pedeſter iuerit, ſolidos quinque ſolvere teneatur, ſi autèm damnum dederit, ſolidos decem ſolvat. Si in prato damnum dederit herbam faciendo, in ſolidis decem bonon. pœna puniatur. Si in ſilva, vel ſalicto ligna inciderit, vèl acceperit in ſolidis quindecim puniatur. Si verò in aliqua terra ſata, vèl ſeminata damnum dederit herbam faciendo, vel evellendo, in decem ſolidis bononen. puniatur, ſi ſolùm pedeſter per eam iuerit, in quinque ſolidis puniatur, & ſi quis repertus fuerit portare herbam puniatur, ac ſi repertus fuerit in actu damni dictæ herbæ, niſi oſtenderit illo tùnc accepiſſe de loco non vetito, & ſeù ſibi licito, ad quod videndum Officiales ire teneantur, & ſi in mendacio repertus fuerit, in duplo puniatur. Si quis autèm plantam (F) aliquam arborum devaſtaverit, inciderit, vèl ruperit, ſi planta fuerit unius anni, in ſolidis viginti puniatur; ſi ſecundi anni, in libris tribus bonon. puniatur; ſi autèm fuerit tertii anni, vèl ab indè ſuprà, ſolidis centum bonon. pœna puniatur, & quod de planta dictum eſſe intelligimus, etiàm & idem obſervari, & fieri in arboribus naturalitèr natis, quàmvis non plantatis declaramus, quarum pœnarum pro arboribus, ut ſuprà impoſitarum medietas ſit Domini, alia Communis. Si verò ignoretur de damno dato in plantis, & arboribus, vèl cujus fuerint animalia, quæ arbores decoriaverint, aùt devaſtaverint, tùnc à Schola, & ſeù per homines Scholæ, in qua damnum datum fuerit, quarta pars dictarum pœnarum Domino arborum pro emendatione ſui damni perſolvatur. Etſi intus circlam per habitantes in d. circla pro porta, ad quam reſponderent habitantes pro Cappellis Faventiæ, & prædicta quarta pars pœnæ Domino damni perſolvatur. Declarantes, quod prædictæ omnes pœnæ intelligantur eſſe appoſitæ pro qualibet vice, qua damnum datum ſit, & pro qualibet perſona, & pro qualibet arbore, *vèl vite, & pœnæ* ipſæ duplicentur, & exigi poſſint, ſi de nocte damnum datum *fuerit*, aùt in aliquo prædictorum contrafactum fuerit. Pœnarum autèm omnium pro damnis datis tàm à perſonis, quàm ab animalibus impoſitarum exactio, & exequutio fieri poſſit, & debeat incontinenti ſine alio proceſſu. vèl declaratione, & de facto, & tàm realitèr quam perſonaliter gravari poſſint in Comitatu, & in circlis habitantes, & quilibet de familia ejus, cujus perſona, vèl animalia reperta fuerint damnum dediſſe. In Civitate autèm Paterfamilias tantùm, & ille, qui inventus fuerit in damno gravari debeat, eo tamèn ſalvo quod cum Judicibus damnorum datorum eis videretur cognoſcendum eſſe de cauſa damni dati, tùnc non fiat ipſa exequutio, niſi proùt diffinitum eſſet per ſententiam, ipſa tamèn cognitio ſaltèm infrà menſem fieri debeat, alioquin talis exequutio impediri non poſſit modo aliquo, ſalvo ſi non appellaretur à declaratione Judicum ad Dominos Antianos pro tempore, quæ appellationis cauſa terminetur etiàm infrà menſem, aliàs in exequutione procedatur, ſi confirmata fuerit Judicum ſententia. Quarum omnium pœnarum exequutio locum habeat, & fieri poſſit pro tempore unius anni, à die accuſationis computandi, quo anno elapſo quis moleſtari non poſſit. Excepto tamèn ſi ſuper hujuſmodi accuſatione litigaretur, quo caſu annus incipiat à die finitæ litis.

SUMMARIUM.

1 Tranſiri non poteſt per fundum vicini invito Domino.
2 Tranſiri non poteſt per Vineam alterius, præſertim ſi adſit uva.
3 Rumpere quis non poteſt ſepem vicini.
4 Limita occaſione evacuationis, & exonerationis corporis, ſeù ſeceſſus cauſa tranſiri poteſt per fundum vicini, quamvis prætioſiſſimis frugibus ſatum unà cum equo occaſione evacuationis, quandò in via publica ſine verecundia id facere ei non licet n. 4.
Reus exiens ab Eccleſia cauſa exonerandi ventrem quandò gaudeat Immunitate Eccleſiaſtica num. 4.
5 Intrans fundum alienum delictum committit.
6 Uvam, poma, pira, ceraſas, alioſve fructus ex aliena vinea ſurripiens furti actione tenetur, Decl. n. 7. 8. & 17. Vide n. 14.
8 Uvam ex aliena vinea ſurripiens, ut ſtatim eam ibi comedat, non tenetur actione furti, nec alia pœna. Decl. n. 12.
9 Statutum diſponens non licere Viatoribus ſurripere uvam ex aliena vinea ad effectum ibidem comedendi non valet. Decl. n. 12.
10 Peregrinus capiens herbam ex fundo alieno pro equo non tenetur actione furti. Decl. n. 12.
11 Statutum puniens damnum dantem non comprehendit eum, qui comedit ficus ad Solem poſitos. Decl. n. 12.
13 Furtum uvarum probatur ex veſtigiis pedum furis facta confrontatione, ut ibi.
15 Furans roſmarinum, roſas, lilia, gelſuminos, & alios flores, ac herbas odoriferas, & medicinales, qua pœna puniatur.
16 Fures uvarum, aliorumque fructuum reperti in vineis ad furandū poſſunt ſtatim abſquè proceſſu duci per Civitatem cum uvis, vèl fructibus ad collum, vèl poni ad berlinam,

vel denudati subtùs torturam in publica platea cum uvis ad collum, vel sub pedibus Vide ibi, & n.17.
17 Delictum non potest esse tàm notorium, ut non competat aliqua defensio.
18 In delicto notorio coram Judice commisso quomodò procedatur.
19 Incisores vitium gravissimum facinus committunt.
Incisores vitium tamquàm latrones puniuntur in pœnam ultimi supplicii n. 19. Vide n.20.
20 Incisores arborum fructiferarum quomodò puniantur, & n.25.
21 Incisor arborum fructiferarum tenetur ad refectionem damni, videlicet ad eos fructus, qui verisimilitèr percipi potuissent.
22 Actio duplex oritur in unoquoque delicto, nempè una pœnalis, & alia ad reparationem damni.
23 Vineæ fructus est incertus, & ejus liquidatio remittenda est arbitrio Judicis.
Vineæ in dies deteriorantur n.23.
Vites citiùs senescunt, quam aliæ arbores n.23.
24 Damnum ex incisione arboris resultans regulari non debet juxtà tempus incisionis, sed habito respectu ad utilitatem futuram, æstimato dubio eventu etiàm mediante juramento Domini.
26 Pali Vinearum dividendi sunt inter locatorem, & conductorem, ut ibi.
27 Spicas colligere licet post metentium terga, absquè eo quod agi valeat ad refectionem damni.
Racemos colligere licet post vindemiam factam, absquè eo quod agi valeat ad refectionem damni n.27.
28 Racemi omissi ampliùs non sunt in dominio, & possessione Domini.
29 Deserendo rem propriam, eam facimus communem, & fit occupantis.
30 Animus derelinquendi rem propriam præsumitur ex negligentia eam recuperandi, quamvis facilè recuperari posset.
Animus derelinquendi rem propriam ex coniecturis colligitur n.30.
31 Racematio in Vineis post vindemiam non potest prohiberi.
Spicarum in agro relictarum recollectio non potest prohiberi n.31. Lim.n.34.
32 Spicæ post recollectionem frumenti in agro remanentes relinqui debent pauperibus, & peregrinis. Vide num. 33. Contrarium num.34.
Racemi uvarum post vindemiam relinqui debent pauperibus, & peregrinis num.32. Contrarium n.34.
Præcepta Sacræ Scripturæ alia sunt judicialia, alia cæremonialia, & alia moralia, quæ autèm sint obligatoria, Vide n.34.
33 Lex mosayca fundata in ratione morali obligationem inducit. Vide n.34.
35 Folia arborum, prout illa mororum, & mirtorum sunt in fructu.
Vermes serici vescuntur foliis mororum num.35.
Sericum ratione originis est fructus terræ num. 35.
Sericum non potest confici absquè foliis mororum n.35.
36 Vermiculorum conficientium Sericum natura &c. remissivè.
Ars serica in variis Regionibus, & Civitatibus cum magna utilitate exercetur n. 36.
37 Clerico licet folia arborum in propriis bonis existentium alicui laico concedere eo pacto, ut lucrum, quod ex bombycibus proveniet inter utrumque dividatur.
38 Clerico licet arti sericæ operam dare pro suæ familiæ substentatione, dummodò in hujusmodi artificio personas suspectas non adhibeat, & licentia Episcopi gratis concedenda concurrat.
39 Incisores arborum non fructiferarum non possunt conveniri criminalitèr. Limita, ut ibi.
40 Incisores arborum fructiferarum criminalitèr conveniri possunt; & tanquàm latrones puniri etiam usquè ad mortem. Decl.n.41. Vide n.42.
43 Incisores arborum fructiferarum sempèr tenentur ad refectionem damni.
44 Incisionis arborum materiam tractantes remissivè.

OBSERVATIO.

A
1 Invito Domino quis non potest transire per fundum vicini *l. Per agrum 11. ibique Barbos.* & communiter *Scribentes C. de Servit. & aqua* : Præsertim si ibi adsit vinea cum uva, cum tunc promptius sit damnum;
2 Et multò minùs potest quis rumpere sepem agri vicini, cum idem judicetur de sepe, ac
3 de arbore *Florian. de Sancto Petro in l. Servitutes §.Traditio sub n.6. ff.de Servit.rustic.præd.* quem referr, & sequitur *D. Pacichell.de Distant.cap.4.memb.1.n.9.* nisi occasione evacua-
4 tionis, ac exonerationis corporis, seù secessus causa, nam isto casu homini permissum est, nedùm rumpere sepem fundi vicini, sed etiàm per eundem, quàmvis pretiosissimis frugibus satum transire una cum equo, dùm in via publica non sine verecundia id facere ei non licet, ut probat *Feltman de Inclusion. animal. cap. 16.* & hujusmodi causa adeò legitima, & necessaria judicatur, ut etiàm Reus egressus ab Ecclesia ad exonerandum ventrem, statim regressurus, cum moralitèr non censeatur egressus è loco Sacro, gaudere debet Immunitate Ecclesiastica, dummodò in Domibus extraneorum non se recipiat, sed tantùm progrediatur per spatium triginta passuum *Can. diffinivit caus.17.quæst.4. Del Bene de Immunit. Eccles. cap. 16. dub. 25. sect.2. tom.2. Panimoll. Annot.1. n.3. ad ejus dec. 95.*
Intrans autèm fundum alienum delictum
5 com-

5 committit *Gregor. Tholosan. Syntagmat. jur. univer. lib. 37. cap. 7. n. 7. par. 3.* & si positivè probetur, quod qui transivit per vineam alterius damnum intulerit, uvam, poma, pira, cerasas, aliosque fructus surripuerit, tenetur
6 actione furti per *Text. in l. Verum §. Eorum nomine l. Fullo §. Frugibus ff. de Furtis Bonifac. de Furt. §. Nobilis n. 2. Gregor. Tholosan. Syntagmat. jur. univer. lib. 37. cap. 9. par. 3. Farinacc. quæst. 168. n. 17. & Basilico dec. 26. n. 1.*

Adverte, quod si uvæ, aliique fructus tempore surreptionis erant crudi, & immaturi
7 tenebitur actione *legis Aquiliæ* juxtà *Text. in l. Si Servus 27. §. Si olivam, & §. seq. ff. ad Leg. Aquil. Berlich. Conclus. par. 5. conclus. 53. n. 9. Carpan. ad Statut. Mediolan. tom. 2. cap. 371. n. 8. versic. Si enim sint immaturi.*

Si autèm erant maturi, tùnc distinguendum est, nam aut surripuit ut statim illos comede-
8 ret absquè asportatione extrà fundum, & vineam, & sic excluso animo lucri, non tenetur actione furti, nec alia pœna puniendus, cum id sit permissum etiàm de *Jure Divino*, ut in *Deuteronom. cap. 23. n. 24.* ibi: *Ingressus vineam proximi tui comede uvas quantum tibi placuerit; foras autèm ne efferas tecum. Si intraveris segetem amici; franges spicas, & manu conteres, falce autèm non metes. cap. discipulos distinct. 5. de Consecrat. Afflict. in cap. unic. §. Quicumque num. 2. versic. nota primo cum seq. de Pace tenen. ejusque violat. Harprecht. in §. Furtum n. 19. Institut. de Obligat. quæ ex delict. nasc. Gregor. Tholosan. Syntagmat. Jur. univers. lib. 37. cap. 7. n. 6. Carpzov. Prax. crimin. par. 2. quæst. 83. n. 33. Gratian. discept. forens. cap. 80. n. 16. cum seqq.* ubi *n. 19.* subdit non valere Statutum interdicens
9 hujusmodi facultatem Viatoribus, tanquàm contra *jus Divinum*, & *num.* 20. addit idem procedere in herba, quam licèt capere pere-
10 grinanti pro ejus equo *Surd. de Alimen. tit. 8. privileg. 39. n. 8. Carpan. ad Statut. Mediolan. tom. 2. cap. 371. n. 7.* ubi etiàm *num.* 10. subdit, quod si Statutum puniat damnum dantem in
11 loco alieno non comprehendit eum, qui comedit ficus, qui ad Solem desiccarentur, & refert *Bonacorf. in QQ. crimin. in verbo de Damno dato versic. si Statutum puniret* tradit *Berlich. dicta conclus. 53. n. 10. Basilico cit. decis. 27. n. 2. cum seq. Vivian. dec. 488. n. 9.* ubi firmat transeunti per viam publicam licitum esse herbam colligere pro equo, quatenùs potest juxtà viam ipsam protendere brachium.

Quod intelligendum est concurrente necessitate, utpotè quia capiantur gramina pro
12 equo delassato, & refectione indigente, nec alia media suppetant, ut relatis *Coras. in l. 1. n. 137. ff. de Servit. Boer. ad Consuetud. Bitioric. tit. 10. §. 4. add. & Job. Thomas de Noxa animal. cap. 15. n. 27.* declarat *Fritsch. Conclus. pract. Miscell. tit. de Messe cap. 13. n. 9.* & de Viatoribus transeuntibus fame oppressis, quibus licèt aliquot spicas; uvam, & poma evellere, & comedere, ut prosequitur *Fritsch. ubi suprà n. 12. cum seq.* cum de Jure naturali pauperibus in extrema necessitate positis subvenire teneamur *ex firmatis infra sub n. 34.*

Sed si eas uvas, & fructus surripuerit ad effectum aliundè transportandi lucri faciendi
13 causa, eo casu actione furti tenebitur *dicta l. Si Servus 27. §. Si olivam versic. sed si collecta cum §. seq. ff. ad Leg. Aquil. l. Fullo 92. §. Frugibus ff. de Furt.* & distinguendo firmat *Berlich. loc. cit. n. 11.* ubi *n. 12.* subdit, quod non punitur
14 pœna ordinaria mortis, sed alia extraordinaria *Rendel. de Vinea, & vindem. cap. 10. de Tutela fructuum* ubi in *versic.* & *notatu quoque* allegat *Alberic. de Rosate in l. Judicia C. de Re judic.* asserentem quendam Judicem condemnasse furem ad vestigia pedum cognitum, eò quià remanserant in terra humida signa ubi uvarum furtum commiserat, itaque ducto ad locum Reo, formaque pedis concordata illum condemnavit.

Prædicta etiàm procedunt contra Furantes rosmarinum, rosas, lilia, gelsuminos, ac alios flores, & herbas odoriferas, ac medicinales ut
15 docent *Berlich. ubi suprà num. 1. cum seqq. Carpzov. dicta quæst. 83. n. 33. & Basilico allegat. decis. 27. n. 3.*

Et talibus furibus repertis per Birruarios, seù Officiales Rectorum Civitatis in vineis, ad
16 furandum uvas, aliosque fructus absquè processu potest per Judicem mandari eos duci cum uvis ad collum per Civitatem, ut ab omnibus derideantur, vèl poni ad catenam, seù berlinam juxtà praxim traditam per *Angel. in l. Ictus fustium num. 2. ff. de His qui not. infam.* quam sequuntur *Bajard. ad Clar. lib. 5. §. final. quæst. 8. n. 14. Scacc. de Judic. lib. 1. cap. 78. n. 19. & Dominus Urceol. Consult. forens. cap. 42. n. 13. vol. 1.* ubi subdit vidisse in Civitate Forolivii istos Latrunculos in fragranti cum uvis repertos statim subtus tortura poni in publica platea denudatos cum iisdem uvis ad collum, vel sub pedibus, & aliquando, ubi concurrebat notabilis uvarum quantitas furata, habitis priùs duobus, vèl tribus ictibus funis relaxatos fuisse: Tutiùs tamèn erit, si summariè aliqualis formetur processus, cum nullum maleficium adeò sit notorium, ut non competat
17 aliqua excusatio, ut cum *Guazzin. ad Defens. Reor. defens. 31. cap. 1. n. 5.* suadet *D. Urceol. loc. cit. n. 16.* & cumulatis concordantibus advertit *Cavalcan. de Brachio Regio par. 1. num. 206. cum seqq.* ubi docet, quod Judex in delicto notorio
18 coram se commisso debet mandare Notario, quod statim se roget de tali delicto, ejusque qualitatibus, omnia per extensum scribendo, ipso Judice dictante in præsentia adstantium casui notorio, & eis audientibus legantur quæ scripta erunt, advertens quod Notarius dicat *Vos Testes, & ego Notarius rogatus &c.* & comprobatur à *Mattheu de Re crim. controv. 28. n. 23. cum seqq. juncto n. 43.*

B Incisores vitium gravissimum, atque atro-
19 cissimum facinus committunt, ut dicit *Cohell. ad Bullam boni Regim. cap. 14. n. 100. cum seq.* & ideò tanquàm Latrones puniuntur juxtà Text.

Digitized by Google

Text. in leg. Sciendum 2. ff. Arborum furtim
cæſar. Rot. coram Dunozet. jun. dec. 1008. n. 10. &
quidèm de jure in pænam ultimi ſupplicii juxtà gloſſ. in dicta l. Sciendum, Clar. Pract. crim.
lib. 5. quæſt. 68. n. 43. Farinac. quæſt. 20. n. 113.
Caball. Var. reſolut. caſ. 21. n. 1. & ſeqq. cent. 1.
Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 6. rubr. 15. n. 1. Cortiad. alius cumulans deciſ. 109. n. 16. ubi teſtatur etiam id ſervari in Principatu Cathaloniæ. Hæc tamèn pæna capitalis in praxi non
ſervatur, ſed imponitur pæna extraordinaria,
modò trium ictuum funis, modò fuſtigatio-
20 nis, & modò triremium juxtà facti, & perſonarum qualitatem, ut tradit Clar. & Farinacc.
loc. cit. Conciol. dicta rubr. 15. n. 4. ubi etiam Romaguer. n. 9. Sabell. Sum. tract. verbo Arbor. n. 4.
& Card. de Luca de Juriſdict. diſcurſ. 81. n. 3. ubi
n. ſeq. ſubdit intrare pænam criminalem quotiès concurrat animus injuriandi, & damnificandi Berlich. Concluſ. par. 5. concluſ. 52. n. 43.
& alios refert Cortiad. dicta dec. 109. n. 16. verſ.
in aliquibus autem Regnis non imponitur, quod
conſonat cum diſpoſitione Bannimentorum Generalium Status Eccleſiaſtici cap. 71. ibi: Deſiderando S. E. provedere con ogni opportuno rimedio alli mali, e danni eccesſivi, che intende, che
continuamente ſi fanno per lo Stato Eccleſiaſtico,
ordina, e commanda, che niuna perſona in modo
alcuno tagli viti, olivi, & altri arbori fruttiferi
nelli Giardini, ò Poſſeſſioni altrui ſotto pena ſe
ſarà di giorno di trè tratti di corda in publico
ſenza alcuna remiſſione, e ſe ſarà di notte della
Galera per cinque anni, e più, e meno ad arbitrio,
di S. E. oltre la refettione del danno, che haverà
patito la parte.

Eoquè certiùs imponitur pœna extraordinaria, quandò damnum eſt leve; nàm etiàm
ubi attenditur diſpoſitio Juris communis, vel
Lex, aùt Statutum particulare imponens pœnam mortis pro inciſione arborum, & vitium, adhùc eo caſu imponitur pœna mortis,
ſi damnum ſit magnum ſecùs ſi ſit leve, ut
proſequendo declarat Cortiad. loc. cit. n. 17. ubi
n. 18. cum Azeved. leg. 6. n. 31. cum ſeq. lib. 8.
Recopil. ſubdit damnum eſſe leve, niſi inciſio
excedat decem arbores, ſed ſupèr hoc articulo vide Ciarlin. Controv. lib. 1. cap. 2. n. 57. cum
ſeqq.

Tenetur etiam damnificans ad refectionem
damni, id eſt ad eos fructus, quos eorum
21 Dominus veriſimiliter quotannis percipere
potuiſſet deductis expenſis, donec uſque aliæ
vites fuerint ſubrogatæ, ex quibus tantumdem fructum percipi valeat, ut per Tex. in
cap. fin. de Iniur. & l. Nihil intereſt ff. de Sicar.
late comprobat Aldovin. conſ. 43. n. 4. docet
Barboſ. de Offic. & poteſt. Epiſcop. par. 3. alleg. 51.
n. 81. Conciol. loc. cit. n. 3. & Rot. coram Dunozett. Jun. cit. deciſ. 1008. n. 6. cum ſeq. Nam
in unoquoque delicto duplex actio oritur,
22 nempe una pœnalis ad pœnam, & vindictam,
altera ad repetitionem damni, & intereſſe,
ſic firmat Berlich. cit. concluſ. 52. n. 14. verſ. propterea.

Sed quia quantitas fructus incerta eſſe poteſt, vel quia vineæ in dies deteriorantur, &
23 vites citius ſeneſcunt, quam aliæ arbores
Poſt. reſolut. 17. num. 51. Pacion. de Locat. &
conduct. cap. 19. num. 158. juncto num. 161.
vel ratione caſuum fortuitorum, vel quia non
ſemper quotannis vites fructum producunt,
idcirco liquidatio, & taxatio remittenda eſt
arbitrio boni viri, ut ſubdit Barboſ. loc. cit.
Et quod damnum datum ex arboris inciſione
præciſe regulari non debet juxta valorem
24 de tempore inciſionis, ſed habito reſpectu
ad utilitatem in futurum allaturam, æſtimato dubio eventu, etiam per juramentum Domini relatis Purpurat. conſ. 430. n. 5. Burſatt.
conſ. 70. n. 31. cum ſeqq. Anſald. conſ. 5. n. 23.
Fulgin. de Jure Emphyt. tit. de var. caducit.
quæſt. 2. n. 4. docet Gobb. conſult. 5. n. 88.

Cæterum quo ad noſtram Civitatem, ejuſque Territorium attendi debent tam quo ad
25 modum procedendi, quam quo ad pænam,
& refectionem damni Capitulationes ſuper
damno dato impreſſæ infrà in Appendice p. 116.

Pali vinearum dividendi ſunt inter locatorem, & conductorem, habita ratione ad tem-
26 pus, quo ſunt duraturi, ut tradit Gargiar.
C conſ. 73. nu. 4. per doctrinam Caſtr. in l. Domos
hæreditarias 61. n. 6. ff. de Legat. primo, ubi
firmat, quod Vineam conducens ad quinquennium, ſi ponat ibi palos duraturos per
decennium repetit pro dimidia, ſi vero annuales, non repetit.

Nedum permiſſum eſt ſpicas poſt meten-
D tium terga, & poſt vindemiam factam race-
27 mos colligere, ut ex Sacra pagina in Jerem.
cap. 6. n. 9. ibi uſque ad racemum colligent quaſi
in vinea reliquias Iſrael & ex l. Sylva §. ſtipula
ibique Alciat. de Verb. & rer. ſignific. abſque
eo quod agi valeat ad refectionem damni, ut
tradit Capiblanch. de Baron. par. 1. pragmat. 8.
n. 364. Nam racemi omiſſi, & neglecti amplius in dominio vel poſſeſſione Domini non
28 exiſtunt, ſed tanquam pro derelictis habiti,
quaſi Dominus eos in poteſtate ſua amplius
habere noluerit ad Text. in leg. 1. ff. Pro dere-
29 lict. deſerendo enim rem propriam, eam facimus communem omnibus, adeout primo
occupanti cedat, ſi derelinquamus negligendo, & animo abiiciendi §. penult. Inſtit. de Rer.
diviſ. l. Si id quod. ff. Pro derelict. Præſertìm
ſi Dominus rem, quam facile recuperare po-
30 teſt, nihilominus negligit, quo caſu eo magis animus derelinquendi præſumitur, quaſi
nolit eam amplius in numero rerum ſuarum
habere, & animus derelinquendi ex conjecturis colligitur, ut in puncto racemationis
ratiocinando reſpondit Nicolaus Mylerius in
ejus Metrologia cap. 20. tit. de Jure ſtatuendi
circa torcula &c. §. 14. per tot ubi firmat,
quod nec racematio poteſt prohiberi, & de
31 libertate colligendi ſpicas in agro derelictas
tenet Fritſch. Concl. pract. Miſcell. tit. de Meſſe
cap. 5. n. 3. cum ſeqq.

Verum injunctum eſt hujuſmodi ſpicas, &
race-

racemos relinqui pauperibus, & peregrinis
32 ut in *Levitic. cap.* 19. *n.* 10. ibi: *Cumque meſ-
ſueris ſegetes terræ tuæ non tondebis uſque ad
ſolum ſuperficiem terræ, nec remanentes ſpicas
colliges, neque in vinea tua racemos, & grana
decidentia congregabis ſed Pauperibus, & Pe-
regrinis carpenda dimittes, Ego Dominus Deus
veſter*, & in *Deuteronom. cap.* 24. ibi: *Quando
meſſueris ſegetem in agro tuo, & oblitus mani-
pulum reliqueris, non reverteris, ut tollas eum,
ſed advenam, & pupillum, & viduam auferre
patieris, ut benedicat tibi Dominus Deus tuus
in omni opere manuum tuarum*, quæ lex Moſay-
ca eſt ſervanda, vel quia nos admonet, ut
pauperum rationem habeamus, & deterreat
nos ab illiberali, ac ſordida frugum colle-
ctione; vel quia tanquam fundata in ratione
morali obligationem inducit, ut reſpondit
Fritſch. loc. cit. n. 10. *cum ſeq.* Idque in pluri-
bus locis ſervari reſtatur *Fulvius Benign. in
Annotat. ad Statut. Agriculturæ Urbis cap.* 82.
litt. E; Unde non eſt mirum, ſi *Gregorius Tho-
loſan. Syntagm. Jur. Univ. lib.* 37. *cap.* 7. *nn.* 5.
cum ſeqq. par. 3. aſſerat duram eſſe illam *legem*
33 *Juſtiniani*, qua cavetur, quod deprehenſus
in furto ſtipulæ alienæ in duplum reſtituat, &
aliam, in qua mandatur quod ingrediens tem-
pore meſſis fundum alienum, ut faſciculos,
vel ſpicas, aut legumina furetur, plagis affe-
ctus veſtibus exuatur.

Contrariam tamen opinionem, quod po-
tius hujuſmodi ſpicæ, & racemi poſt meſſem,
& vindemiam inter fructus connumerentur,
34 & adeo ad Dominum fundi ſpectent, ut poſ-
ſit aliis prohibere collectionem, cum potius
meſſorum incuria in terram cadant, quam à
Dominis pro derelictis habeantur tanquam
veriorem latiſſime tenet *Lagunez de Fructib.
par.* 1. *cap.* 7. *n.* 15. *cum pluribus ſeqq.* ubi quin-
que fundamentis hanc opinionem compro-
bat, *& n.* 32. *cum ſeqq.* firmat non obſtare
S. Scripturam in locis ſupra allegatis animad-
vertendo, præcepta antiquæ legis alia eſſe ju-
dicialia, quæ ad Juſtitiam hominibus exhi-
bendam, juſque unicuique tribuendum perti-
nebant; Alia cæremonialia, quæ ad cultum
Divinum, reverentiam, & honorem erga
Deum ſtatuebantur; Et alia moralia, quæ ex
Juris naturalis ratione emanabant, ne quis
aliquid à lege naturali alienum ageret; Et
quò ad præcepta judicialia, & cæremonialia
per novam Legem Evangelicam ceſſaſſe, &
vim præceptorum ammiſiſſe; Moralia paritèr
non habent vim legis ex ipſius antiquæ legis
authoritate, ſed ex eo ſolùm, quòd ſint à na-
tura ipſa conſtituta, & ita à *Chriſto Domino*
Lege Evangelica eadem ratione naturali con-
firmata: ut autem racemi, & ſpicæ Viduis,
Peregrinis, & Pauperibus relinquantur ad Jus
naturale non pertinet, ſed ſolum in voto li-
beræ charitatis conſiſtit, quia non aliter Ju-
re naturali neceſſarie pauperibus ſubvenire
adſtringimur, quam ſi eos in extrema neceſ-
ſitate conſtitutos inſpiciamus, ibique con-
cordantes *Theologos*, & *Canoniſtas* adducit.

Hinc eo certius Magiſtratus ex certa cauſa
publicam utilitatem reſpiciente ſpicarum
collectionem prohibere, aut reſtringere va-
let, ut limitat *Fritſch.* ubi ſupra *n.* 12. *cum ſeq.*

Folia arborum prout illa mororum, &
E mirtorum *gloſſ. in l. Plenum* §. *foliis ff. de Uſu,
& habitat.* ſunt in fructu *Barbat. de Diviſ.
fruct. par.* 1. *cap.* 17. *n.* 11. *cum ſeq. Lagunez de
Fructib. par.* 1. *cap.* 4. *n.* 48. ubi circa ſolutio-
35 nem decimæ *Giurbam* reprobat, *Rot. coram
Zarate dec.* 90. *n.* 3. nam Sericum, quod ver-
mium fructus eſt, licet hominis labore pro-
veniat, ortum tamen ab ipſis mororum fron-
dibus habet; eis namque veſcuntur vermes
ipſi, & ſine eis confici non poſſet Sericum,
proinde ſi hominis labor interveniat, negari
non poteſt ratione originis fructus terræ eſſe,
prout ad effectum ſolutionis decimæ reſpon-
dit *Giurb. obſervat.* 39. *n.* 24. & quod ex foliis
mororum alantur vermiculi ſerici conficien-
tes bombyces, quibus mediantibus ars ſeri-
ca in variis Regionibus, & Civitatibus, cum
36 magno commodo, & publica utilitate fuit
introducta notat *Knipiſchild. de Jurib. &
Privil. Civit. Imperial. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 70. quo-
rum vermiculorum naturam, alimenta, cu-
ram, & utilitatem late docet *Klock de Ærar.
lib.* 2. *cap.* 6.

Dubitari poteſt an Clerici cum foliis ſua-
rum arborum poſſint in propriis ædibus arti
ſericæ operam dare, vel idem opus alteri ad
37 medietatem committere prout interrogata
Sacra Congregatio Concilij reſpondit licere
Clerico arborum in propriis bonis exiſten-
tium folia alicui laico concedere eo pacto;
ut lucrum, quod ex bombycibus proveniet
inter utrumque dividatur, ac pariter eidem
licere earumdem arborum foliis per ſe ip-
ſum abſque officii ſui dumtaxat detrimento,
ac pro ſua, & familiæ ſubſtentatione arti ſe-
ricæ operam dare, dum tamen in artificio
38 hujuſmodi perſonas non ſuſpectas adhibeat,
& quo ad hoc Epiſcopi licentiam, quæ gratis
detur, obtineat, ut reſtatur *Fagnan. tunc
ejuſdem Sac. Congregationis à Secretis in cap.
multa. n.* 41. *cum ſeq. Ne Clerici, vel Monachi.*

Arborum, & plantarum non fructiferarum
inciſores non poſſunt conveniri criminaliter,
39 niſi in duobus caſibus, nempe primo ſi ſint
deſignati ad confines terminandos, & ſecun-
do ſi fiat in deſpectum, vel in injuriam Do-
mini earum, ut notat *Foller. in Conſtit. Regni
rub. de Offic. Juſtit. n.* 89. quem refert, & ſe-
quitur *Carpan. ad Stat. Mediolan. vol.* 2. *c.* 375.
num. 9.

Si autem ſint fructiferæ tunc criminaliter
conveniuntur, aliis relatis firmat *Panimoll.
dec.* 78. *n.* 27. & de Jure communi tanquam
40 Latrones puniuntur per *Text. in l. Sciendum
ff. Arborum furtim caſar. Carpan. ad Statut. Me-
diolan. vol.* 2. *cap.* 66. *num.* 6. *& cap.* 371. *num.* 8.
Etiam uſque ad mortem, ut tradit *Gloſ. in*
41 *dicta l. Sciendum*; Quotieſcumque tamen id
ege-

Text. in leg. Sciendum 2. ff. Arborum furtim
*cæsar.Rot.coram Dunozet.jun.dec.*1008.*n.*10. &
quidèm de jure in pænam ultimi supplicii jux-
tà *gloss. in dicta l. Sciendum , Clar. Pract. crim.*
*lib.5. quæst. 68. n.43. Farinac. quæst.20. n.*113.
*Caball.Var. resolut. cas.*21. *n.*1. *& seqq. cent.* 1.
Conciol. ad Statut.Eugub.lib.6.rubr.15.n.1.Cor-
tiad. alios cumulans *decis.*109. *n.*16. ubi testa-
tur etiam id servari in Principatu Cathalo-
niæ. Hæc tamèn pæna capitalis in praxi non
servatur, sed imponitur pæna extraordinaria,
modò trium ictuum funis, modò fustigatio-
20 nis, & modò triremium juxtà facti, & perso-
narum qualitatem, ut tradit *Clar. & Farinacc.*
loc.cit. Conciol.dicta rubr.15.n.4. ubi etiam *Ro-*
maguer.n.9. Sabell.Sum. tract.verbo Arbor.n.4.
*& Card. de Luca de Jurisdict.discurs.81.n.3.*ubi
n.seq. subdit intrare pænam criminalem quo-
tiès concurrat animus injuriandi, & damnifi-
candi *Berlicb. Conclus. par. 5. conclus. 52. n.43.*
& alios refert *Cortiad.dicta dec.109.n.16. vers.*
in aliquibus autem Regnis non imponitur , quod
consonat cum dispositione *Bannimentorum Ge-*
*neralium Status Ecclesiastici cap.*71. ibi: *Deside-*
rando S. E. provedere con ogni opportuno rime-
dio alli mali , e danni eccessivi, che intende , che
continuamente si fanno per lo Stato Ecclesiastico ,
ordina , e commanda , che niuna persona in modo
alcuno tagli viti, olivi, & altri arbori fruttiferi
nelli Giardini , ò Possessioni altrui sotto pena se
sarà di giorno di trè tratti di corda in publico
senza alcuna remissione , e se sarà di notte della
Galera per cinque anni, e più, e meno ad arbitrio,
di S. E. oltre la refettione del danno, che haverà
patito la parte .

Eoquè certiùs imponitur pœna extraordi-
naria, quandò damnum est leve; nàm etiàm
ubi attenditur dispositio Juris communis, vel
Lex, aùt Statutum particulare imponens pœ-
nam mortis pro incisione arborum, & vi-
tium, adhùc eo casu imponitur pœna mortis,
si damnum sit magnum secùs si sit leve, ut
prosequendo declarat *Cortiad.loc.cit.n.17.* ubi
n.18. cum Azeved. leg.6. n. 31. cum seq. lib.8.
Recopil. subdit damnum esse leve, nisi incisio
excedat decem arbores, sed supèr hoc articu-
lo vide *Ciarlin. Controv. lib.1. cap.2. n.57. cum*
seqq.

Tenetur etiam damnificans ad refectionem
damni, id est ad eos fructus, quos eorum
21 Dominus verisimiliter quotannis percipere
potuisset deductis expensis, donec usque aliæ
vites fuerint subrogatæ, ex quibus tantum-
dem fructum percipi valeat, ut per *Tex. in*
cap. fin. de Iniur.& l. Nihil interest ff.de Sicar.
late comprobat *Aldovin. cons. 43. n. 4.* docet
Barbos. de Offic.& potest.Episcop.par.3.alleg.51.
n.81. Conciol. loc. cit. n.3. & Rot. coram Duno-
zett. Jun. cit, decis. 1008. *n. 6. cum seq.* Nam
in unoquoque delicto duplex actio oritur,
22 nempe una pœnalis ad pœnam, & vindictam,
altera ad repetitionem damni, & interesse,
sic firmat *Berlich. cit.conclus.52.n.14. vers.pro-*
pterea .

Sed quia quantitas fructus incerta esse po-
test, vel quia vineæ in dies deteriorantur, &
23 vites citius senescunt, quam aliæ arbores
Post. resolut. 17. num. 51. Paclon. de Locat. &
conduct. cap. 19. num. 158. juncto num. 161.
vel ratione casuum fortuitorum, vel quia non
semper quotannis vites fructum producunt,
idcirco liquidatio, & taxatio remittenda est
arbitrio boni viri, ut subdit *Barbos. loc. cit.*
Et quod damnum datum ex arboris incisione
præcise regulari non debeat juxta valorem
24 de tempore incisionis, sed habito respectu
ad utilitatem in futurum allaturam, æstima-
to dubio eventu, etiam per juramentum Do-
mini relatis *Purpurat. cons. 430. n.5. Bursatt.*
cons. 70. n.31. cum seqq. Ansald. cons. 5. n.23.
Fulgin. de Jure Emphyt. tit. de var. caducit.
quæst.2. n.4. docet *Gobb. consult.5. n.88.*

Cæterum quo ad nostram Civitatem, ejus-
que Territorium attendi debent tam quo ad
25 modum procedendi, quam quo ad pænam.
& refectionem damni *Capitulationes* super
damno dato *impressæ infrà in Appendice p.*116.

Pali vinearum dividendi sunt inter locato-
rem, & conductorem, habita ratione ad tem-
26 pus, quo sunt duraturi, ut tradit *Gargiar.*
C *cons.73. nu.4.* per doctrinam *Castr. in l. Domos*
hæreditarias 61. n. 6. ff. de Legat. primo , ubi
firmat, quod Vineam conducens ad quin-
quennium, si ponat ibi palos duraturos per
decennium repetit pro dimidia, si vero an-
nuales, non repetit.

Nedum permissum est spicas post meten-
D tium terga, & post vindemiam factam race-
27 mos colligere, ut ex *Sacra pagina in Jerem.*
cap.6. n.9. ibi *usque ad racemum colligent quasi*
in vinea reliquias Israel & ex *l. Sylva §. stipula*
ibique Alciat. de Verb. & rer. signific. absque
eo quod agi valeat ad refectionem damni, ut
tradit *Capiblanch. de Baron. par.1. pragmat.8.*
n. 364. Nam racemi omissi, & neglecti am-
plius in dominio vel possessione Domini non
28 existunt, sed tanquam pro derelictis habiti,
quasi Dominus eos in potestate sua amplius
habere noluerit ad *Text.in leg. 1. ff. Pro dere-*
29 *lict.* deserendo enim rem propriam, eam fa-
cimus communem omnibus, adeout primo
occupanti cedat, si derelinquamus negligen-
do, & animo abiiciendi *§. penult. Instit.de Rer.*
divis. l. Si id quod. ff. Pro derelict. Præsertìm
si Dominus rem, quam facile recuperare po-
30 test, nihilominus negligit, quo casu eo ma-
gis animus derelinquendi præsumitur, quasi
nolit eam amplius in numero rerum suarum
habere, & animus derelinquendi ex conje-
cturis colligitur, ut in puncto racemationis
ratiocinando respondit *Nicolaus Mylerius in*
ejus Metrologia cap. 20. tit. de Jure statuendi
circa torcula &c. §. 14. per tot ubi firmat,
quod nec racematio potest prohiberi, & de
31 libertate colligendi spicas in agro derelictas
tenet *Fritsch. Concl. pract. Miscell. tit. de Messe*
cap.5. n.3. cum seqq.

Verum injunctum est hujusmodi spicas, &
race-

Digitized by Google

racemos relinqui pauperibus, & peregrinis
32 ut in *Levitic. cap. 19. n. 10.* ibi: *Cumque mes-
sueris segetes terræ tuæ non tondebis usque ad
solum superficiem terræ, nec remanentes spicas
colliges, neque in vinea tua racemos, & grana
decidentia congregabis sed Pauperibus, & Pe-
regrinis carpenda dimittes, Ego Dominus Deus
vester*, & in *Deuteronom. cap. 24.* ibi: *Quando
messueris segetem in agro tuo, & oblitus mani-
pulum reliqueris, non reverteris, ut tollas eum,
sed advenam, & pupillum, & viduam auferre
patieris, ut benedicat tibi Dominus Deus tuus
in omni opere manuum tuarum*, quæ lex *Mosay-
ca* est servanda, vel quia nos admonet, ut
pauperum rationem habeamus, & deterreat
nos ab illiberali, ac sordida frugum colle-
ctione; vel quia tanquam fundata in ratione
morali obligationem inducit, ut respondit
Fritsch. loc. cit. n. 10. cum seq. Idque in pluri-
bus locis servari testatur *Fulvius Benign. in
Annotat. ad Statut. Agriculturæ Urbis cap. 82.
litt. E*; Unde non est mirum, si *Gregorius Tho-
losan. Syntagm. Jur. Univ. lib. 37. cap. 7. nu. 5.
cum seqq. par. 3.* asserat duram esse illam *legem*
33 *Justiniani*, qua cavetur, quod deprehensus
in furto stipulæ alienæ in duplum restituat, &
aliam, in qua mandatur quod ingrediens tem-
pore messis fundum alienum, ut fasciculos,
vel spicas, aut legumina furetur, plagis affe-
ctus vestibus exuatur.

Contrariam tamen opinionem, quod po-
tius hujusmodi spicæ, & racemi post messem,
& vindemiam inter fructus connumerentur,
34 & adeo ad Dominum fundi spectent, ut pos-
sit aliis prohibere collectionem, cum potius
messorum incuria in terram cadant, quam à
Dominis pro derelictis habeantur tanquam
veriorem latissime tenet *Lagunez de Fructib.
par. 1. cap. 7. n. 15. cum pluribus seqq.* ubi quin-
que fundamentis hanc opinionem compro-
bat, *& n. 32. cum seqq.* firmat non obstare
S. Scripturam in locis supra allegatis animad-
vertendo, præcepta antiquæ legis alia esse ju-
dicialia, quæ ad Justitiam hominibus exhi-
bendam, jusque unicuique tribuendum perti-
nebant; Alia cæremonialia, quæ ad cultum
Divinum, reverentiam, & honorem erga
Deum statuebantur; Et alia moralia, quæ ex
Juris naturalis ratione emanabant, ne quis
aliquid à lege naturali alienum ageret; Et
quò ad præcepta judicialia, & cæremonialia
per novam Legem Evangelicam cessasse, &
vim præceptorum ammisisse; Moralia paritèr
non habent vim legis ex ipsius antiquæ legis
authoritate, sed ex eo solùm, quòd sint à na-
tura ipsa constituta, & ita à *Christo Domino*
Lege Evangelica eadem ratione naturali con-
firmata: ut autem racemi, & spicæ Viduis,
Peregrinis, & Pauperibus relinquantur ad Jus
naturale non pertinet, sed solum in voto li-
beræ charitatis consistit, quia non aliter Ju-
re naturali necessarie pauperibus subvenire
adstringimur, quam si eos in extrema neces-
sitate constitutos inspiciamus, ibique con-
cordantes *Theologos*, & *Canonistas* adducit.

Hinc eo certius Magistratus ex certa causa
publicam utilitatem respiciente spicarum
collectionem prohibere, aut restringere va-
let, ut limitat *Fritsch.* ubi supra *n. 12. cum seq.*

Folia arborum prout illa mororum, &
E mirtorum *gloss. in l. Plenum §. foliis ff. de Usu,
& habitat.* sunt in fructu *Barbat. de Divis.
fruct. par. 1. cap. 17. n. 111. cum seq. Lagunez de
Fructib. par. 1. cap. 4. n. 48.* ubi circa solutio-
35 nem decimæ *Giurbam* reprobat, *Rot. coram
Zarate dec. 90. n. 3.* nam Sericum, quod ver-
mium fructus est, licet hominis labore pro-
veniat, ortum tamen ab ipsis mororum fron-
dibus habet; eis namque vescuntur vermes
ipsi, & sine eis confici non posset Sericum,
proinde si hominis labor interveniat, negari
non potest ratione originis fructus terræ esse,
prout ad effectum solutionis decimæ respon-
dit *Giurb. observat. 39. n. 24.* & quod ex foliis
mororum alantur vermiculi serici conficien-
tes bombyces, quibus mediantibus ars seri-
ca in variis Regionibus, & Civitatibus, cum
36 magno commodo, & publica utilitate fuit
introducta notat *Knipischild. de Jurib. &
Privil. Civit. Imperial. lib. 2. cap. 16. n. 70.* quo-
rum vermiculorum naturam, alimenta, cu-
ram, & utilitatem late docet *Klock de Ærar.
lib. 2. cap. 6.*

Dubitari potest an Clerici cum foliis sua-
rum arborum possint in propriis ædibus arti
sericæ operam dare, vel idem opus alteri ad
37 medietatem committere prout interrogata
Sacra Congregatio Concilij respondit licere
Clerico arborum in propriis bonis existen-
tium folia alicui laico concedere eo pacto;
ut lucrum, quod ex bombycibus proveniet
inter utrumque dividatur, ac pariter eidem
licere earumdem arborum foliis per se ip-
sum absque officii sui dumtaxat detrimento,
ac pro sua, & familiæ substentatione arti se-
ricæ operam dare, dum tamen in artificio
38 hujusmodi personas non suspectas adhibeat,
& quo ad hoc Episcopi licentiam, quæ gratis
detur, obtineat, ut testatur *Fagnan. tunc
ejusdem Sac. Congregationis à Secretis in cap.
multa. n. 41. cum seq. Ne Clerici, vel Monachi.*

Arborum, & plantarum non fructiferarum
incisores non possunt conveniri criminaliter,
39 nisi in duobus casibus, nempe primo si sint
designati ad confines terminandos, & secun-
do si fiat in despectum, vel in injuriam Do-
mini earum, ut notat *Foller. in Constit. Regni
rub. de Offic. Justit. n. 89.* quem refert, & se-
quitur *Carpan. ad Stat. Mediolan. vol. 2. c. 375.
num. 9.*

Si autem sint fructiferæ tunc criminaliter
conveniuntur, aliis relatis firmat *Panimoll.
dec. 78. n. 27.* & de Jure communi tanquam
40 Latrones puniuntur per *Text. in l. Sciendum
ff. Arborum furtim cæsar. Carpan. ad Statut. Me-
diolan. vol. 2. cap. 66. num. 6. & cap. 371. num. 8.*
Etiàm usque ad mortem, ut tradit *Gloss. in*
41 *dicta l. Sciendum*; Quotiescumque tamen id
ege-

Digitized by Google

egerint more Latronnm doloſè, & ad injuriam, ac cauſa celandi, ut ad *Text. in l. Facienda ff. Arbor. furt. cæſar.* firmat *Card. de Luca de Jurisdict. diſc.81.n.4.* cum aliis adductis ſuprà occaſione ineiſiouis Vinearum *n. 20.*

Attamèn in praxi proceditur tantummodò
ad pænam extraodinariam juxtà facti, & per-
42 ſonarum circumſtantias, ut tenet *Card. de Lu-
ca ubi ſupra n.3.* cum aliis allegatis ſupra circà
inciſores Vinearum *n.20.*

Maximè concurrente diſpoſitione Bannimentornm generalium cap. 71. quorum verba relata fuerunt ſuprà *numer. 20.*

Sempèr tamèn tenebitur ad refectionem
43 damni ex adductis ſuprà *nu. 21.* pro cujus li-
quidatione attendendum eſt juramentum
damnnm paſſi, ut reſpondit *Rat. coram Dunozet. jun. der.1008. n.17.*

Poſt hæc ſcripta in lucem prodierunt *Obſervationes Criminales Domini mei Raynaldi tom.2.* ubi in *rap.15. §.2.* materiam inciſionis arborum egregiè examinat, undè in quavis contingentia ille adeundus, illiuſque opinio ſequenda.

ADDIT. AD RUBR. VI. LIB. V.

SVMMARIVM.

1 INciſione Sylvæ facta in præjudicium Domini præcium exinde retractum, & inveſtimentum factum ſpectat ad ipſum Dominum.

2 Sylva cędua quæ dicatur, vèl non & *n.3.*

4 Vinea deterior ſacta præſumitur poſt lapſum longi temporis.

5 Collectio ſpicarum non poteſt prohibeti, & quare.

6 Maximè concurrente conſuetudine.

Auctorizavit *D. Comes Bondenns* hanc noſtram Obſervationem dùm illam ad unguem imprimi voluit *in ejus notis ad Oter. de paſt. Cap.38.*

Num. 21. Inciſione Sylvæ facta In præjudicium
Domini ſi pretium exinde retractum fuerit
1 inveſtitum, vèl exiſtat, nec fuerit bona fide
conſumptum ſpectat una cum fructibus inve-
ſtimenti ad eumdem Dominnm *Pacion. de locat. & conduct. rap. 29. num. 10. & 11. juncto n. 30.* & me hic allegato firmavit *Rot. in Hortana Sylvarum 10. Martii 1698. ror. bon: mem: Muto §.Demaadarnnt &c.*

Ad conſtituendam verò Sylvam cęduam
non ſufficit, quod eadem ex inciſione renaſca-
2 tur, ſed copulativè requiritur, quod ad hoc
per Emphyteutam, ſeù Conductorem habea-
tur, ut cædatur, & cædi ſaciat, & in hoc conſiſtat utilitas per *Text. in l. Sylva 30. ibique Gloſs. de verb. ſignifir. Ruginell. de arbor. rap.13. n.13. Caſtill. de uſufruct. cap.25. n.35. Garz. de expenſ. cap.11. n.31. & 35.* cum aliis quos refert, & ſequitur *Rot. in d. Hortana 10. Martii §. In nibilo, & in eadem 9. Junii 1698. coram eodem Muto §. Deveniendo.*

Præcipuè excluditur, quod Sylva ſit cędua,
quando arbores in ea exiſtentes ut plurimum
3 ſunt fructiferæ nempè quercus, Caſtaneæ, &
ſimiles *Bucraſcr. reſponſ. 84. n. 9. Quæſad. & Pila diſertat.4.n.8. Mangiorg. de inciſione arbor. ab Emphyt. facien. n.20. Pecch. de Servit. tom.2. cap.8. quæſt.28. n.89.* advertit *Rat. ia d. Hortana 10. Martii §. In ſequelam juncto §. Ex natura & 9. Junii §. Deveniendo:*

Num.23. Vinea deterior effecta præſumitur poſt
lapſum longí temporis, prout hanc opinio-
4 nem ſecuta eſt *Rota in Ramana Fideicammiſſi de Avila ſuper fructibus 17. Junii 1715. coram R.P.D. Lanretra §. Atquè.*

Num. 34. Quod Collectio Spicarum non poſſit
prohiberi tanquàm pro derelictis habirarum
5 ita ut ex Dominio Domini exierint, & conſe-
quenter fiant occupantis tenet *Campell. ad Conſtit. Vrbinl decret. 45.* fundans ſe particulariter in præſcriptione.

Idque maximè procedit vigente conſuetu-
ne, qnod perceptis per Dominum fructibus
6 ſeù ſegetibus, ſpicæ temanentes fiant vicinis
comunes, ut limitando docet *Lagunez de fructib. par.1. cap.7. n.62.*

De damnis datis à Beſtijs.

RVBRICA VII.

STatuimus, & otdinamus, quod quælibet perſona, quæ accuſata fuerit de damno dato ab ejus Equo, ſeu Mulo, aut Bove, vcl Aſino, ſi in vinea, aut ejus ripa, ſeu capitali, à medio menſis Martij, uſquequo vinea fuerit vindemiata, ſolvat pro quolibet prædictorum animalium, & qualibet vice ſolidos viginti bonon. quolibet vero alio tempore ſolvat ſolidos decem. Si vero damnum (A) datum fuerit in horto quolibet tempore, ſolvat ſolidos decem bonon. In ſilva vero, ſeu ſalicto primi anni, ſeu ut ajunt noveletæ, ſolidos quinque bonon. ſi in caneto totidem. In omnibus autem aliis ſeminatis ſolidos ſex bonon. In prato vero à Kalendis menſis Martii uſquequo pratum ſectum fuerit ſolidos quinque bonon. Nulla tamen perſona accuſari poſſit, ſi ejus animalia cujuſcunque conditionis exiſtant, reperta fuetint in pratis ſectis, niſi pratum hujuſmodi eſſet, ut ſupra aliquo modo ſigna-

signatum, quo casu ut supra possit accusari. Excipimus tamen porcos, aut sues, qui nullo modo in dictis pratis ullo unquam tempore pascere, aut intrare queant sub dictamet pœna. Volumus item, & ordinamus quod si quis accusatus fuerit de damno dato ab ejus pecude, si in vinea à medio mensis Martij, usque quo fuerit vindemiata solvat pro qualibet pecude solidos quinque, quolibet vero alio tempore solidum unum bonon. Si vero daretur damnum in ripa, seu capitali vineæ intra vineam, quolibet tempore denarios sex bonon. Si vero in horto, quolibet tempore solidos duos bonon. Si autem in prato à Kalendis mensis Aprilis usquequo pratum fuerit sectum denarios sex bonon. si in caneto per totum mensem Maij totidem solvat, in salicto, seu silva primi anni, seu noveleta solvat pro qualibet pecude solidum unum, & denarios sex bon. In omnibus vero aliis seminatis denarios sex. Si vero anseres, seu anates (B) damnum dederint in aliqua terra seminata, solvat Dominus earum pro qualibet ansere, seu anate solidum unum bonon. pro qualibet vero gallina, capone, vel gallo denarios tres pro quolibet qualibet vice. Decernimus insuper, & ordinamus, quod si aliqua persona accusata fuerit de damno dato ab ejus caprâ, vel hirco, si in vinea à Kalendis mensis Aprilis usque ad Kalendas mensis Junii, solvat pro qualibet capra, seu hirco solidos vigintiquinque bonon. qualibet vice, à Kalendis vero mensis Junii usquequo vinea fuerit vindemiata solidos decem bonon. quolibet vero alio tempore in vinea, seu ejus ripa, vel capitali intus vineam solidos tres bonon. Si vero in horto, salicto, seu silva primi anni solidos decem bonon. In caneto vero à Kalendis mensis Aprilis usque ad Kalendas mensis Septembris solidos quinque bonon. quolibet vero alio tempore solidum unum bonon. Si vero in tristigo à Kalendis mensis Aprilis usque ad Kalendas mensis Julij solidos tres bonon. Alio vero tempore solidos duos bonon. Si in prato à Kalendis mensis Martij usquequo pratum fuerit sectum solidum unum. Si vero damnum datum fuerit in plantis non fructiferis primi, vel secundi, aut tertii anni solidos quinque. *In plantis* fructiferis à dictis tribus annis in antea solidos decem bonon. Statuimus præterea, & ordinamus quod quælibet persona, quæ accusata fuerit pro damno dato ab ejus sue, aut porco, si in vinea, aut ejus ripa, seu capitali intus vineam, à Kalendis mensis Aprilis usquequo vinea vindemiata fuerit, solvat pro quolibet sue, aut porco qualibet vice solidos decem bonon. quolibet vero alio tempore solidos tres bonon. Si vero in horto damnum datum fuerit solidos decem bonon. & si in caneto à Kalendis mensis Aprilis, usque ad Kalendas mensis Septembris solidos tres, alio vero tempore solidum unum. Si autem in trisigo, lino, legumine, vel prato, seu alia terra seminata solidos quinque bonon. Si vero damnum datum fuerit per suillos, seu porcellos lactantes solvatur in omnibus casibus, ac si damnum datum esset à pecudibus, & suptascriptæ pœnæ in singulis casibus prædictis duplicentur in Bestiis Forensium.

SUMMARIUM.

1 Dominus pecudum, aliorumque animalium in alieno fundo depascentium, vel aliter damnificantium tenetur ad damni emendationem, tam in foro poli, quam in foro fori.

2 Damnificato, quæ actio competat contra Dominum animalium damnificantium.

3 Dominus animalis damnificantis potest vel dare idem animal pro noxa, vel damni æstimationem solvere.

4 Dominus animalium damnificantium tenetur ad pœnam.

Animal damnum dans non potest occidi n.4.

Occidi potest animal damnificans, si vigeat Statutum, vel Consuetudo n.4.

5 Oves, aliaque animalia tempore hyemali à locis, & contradis frigidis, ac herbis carentibus traducuntur ad loca, & contradas calidas, seu tepidas, ac pascuorum abundantes, ut in Apulia, & in territorio Urbis, ac in Provinciis Maritimæ, & Campaniæ, & Patrimonio Divi Petri, tempore vero æstivo reconducuntur ad Montaneas.

6 Fida est vectigal impositum super animalibus.

In Regno Neapolitano Fida nuncupantur etiam *Dohana Menepecudum*, *ac Vectigal Pecuarium* n.6.

7 Fida est pretium illius servitutis, ac earum commoditatum, quæ à Principe dantur Pastoribus in fundo manendo, & redeundo cum eorum animalibus à pascuis.

8 Fida est impositio debita Principi pro animalibus pascentibus in pascuis alienis.

9 Fida Romanorum tempore, erat vectigal cognitum, ac exigebatur.

Locus certus tempore Romanorum assignatus fuerat pro pascendis pecoribus n.9.

10 Fidæ vectigal in Regno Neapolitano confirmatum, & respective ampliatum fuit à Regibus.

11 Fidæ descriptio remissive.

12 Fida Status Ecclesiastici differt à Fida Regni Neapolitani, & n.13

13 Dohanerius Rev. Cameræ Apostolicæ non tenetur subministrare pascuum Affidatis, sed solum præstare securitatem.

Dohanerius Regni Neapolis tenetur præstare affidatis pascua, & securitatem, & ad

hunc

Digitized by Google

hunc effectum emit à particularibus Vassallis omnes herbas n.13.
14 Quantitas Fidæ in Regno Neapolis.
15 Fidæ redditus numeratur inter primarios Rev. Cameræ Apostolicæ.
16 Pontifices invigilarunt, ne Fidæ redditus diminuatur.
Prohibitum est cuique personæ, Collegio, Universitati &c. vendere, ac quovis modo alienare aliquid de pascuis, tenutis, bannitis, & herbaticis ad se pertinentibus, & infra limites Dobanæ sitis absque expressa licentia Dohanerii n. 16.
Prohibitum est cuicunque personæ, Collegio, Universitati &c. introducere aliquod genus animalium ad pascendum in propriis tenutis, & herbaticis intra limites Dohanæ sitis absque expressa licentia Dohanerii num. 16.
17 Domini tenutarum, & pascuornm sitorum intra limites Dobanæ tenentur vendere pascua, tenutas, bannitas, & herbatica Dohanetio pro justo, & rationabili pretio.
18 Damnum, molestiam, aut impedimentum dantes personis, animalibus, rebus, & bonis directe, vel indirecte conducentibus animalia ad pascendum in Dohanam tenentur ad refectionem damni expensarum, & interesse, ac etiam ad pœnam dupli.
19 Conducentes animalia in Dohanam ad pascendum benigne recipi, & benevole tractari debent, ac libere transire, & exire permitti.
20 Communitates tenentur ad refectionem damnornm, & interesse, ac ad pœnam dupli ob damnum, molestiam, aut impedimentum illatum in ejus terris, & tenimentis, personis, aut animalibus, aut rebus, aut bonis, dum conducuntur animalia ad pascendum in Dohanam.
21 Conducentes animalia in Dohanam ad pascendum in quolibet territorio in ipso eorum itinere permanere possunt per triduum, quo durante ad aliquam damni emendam non tenentur, nisi in seminatis, vineis, & similibus damnum dedsrint, & quidem studiose n.22. Vide n.97.
Affidati pascere non possunt cum eorum animalibus in vineis, vel agris satis, & ubi extant fructus n.23.
24 Sed elapso triduo tenentur, nedum ad emendationem damni, sed etiam ad pœnas, sicut cæteri alii, etiamsi per dictum tempus Affidati cum belluis permanserint in propriis domibns, & regionibus.
25 Affidati damnum studiose dantes tenentur non solum ad emendationem damni, verum etiam ad pœnam n.22. Vide n.97.
26 Æstimatio, valor, quantitas, & qualitas damni probatur ex depositione jurata conducentium animalia in Dohanam ad pascendum, ac eorum famulorum, & pastorum.
Nomina, & Cognomina, ac personæ damnum inferentes conducentibus animalia ad pascendum in Dohanam probantur ex depositione jurata eorumdem, ac eorum famulorum, & pastorum n.27.
27 Conducentes animalia in Dohanam ad pascendum non tenentur ad solutionem alicujus gabellæ pro passu, vel transitu, & illam exigentes incurrunt pœnas, de quibus ibi remissive.
Conducentes animalia in Dohanam ad pascendum tenentur solum ad solutionem Fidæ Cameræ, seu ejus Dobanerio n.27.
28 Fraudes circa solutionem Fidæ quomodo evitentur remissive.
Licentia Dohanerii requiritur tam in accessu, quam in recessu conducentium animalium ad pascendum in Dohanam conductorum sub pœna illorum ammissionis.
29 Fructus pecudum vulgo nuncupat. *il tratturo delle pecore* est quædam contributio, quæ in Regno Neapolis solvitur per Regem Dominis locorum, per quæ transeunt animalia.
30 Ministri vulgo nuncupati *Passagieri* retinentur à Dohanerio Patrimonii in variis locis, in quibus transeunt animalia, ne illa permittant exire absque bulletta, quæ supponit solutionem Fidæ.
31 Stanga erat virga, quæ per Dohanerium retinebatur in quibusdam locis, & viis ad impediendum Vergariis, aliisque Custodibus animalium ingressum antè numerationem, & recessum ante solutionem Fidæ.
32 Decima ex animalibus apud Levitas exigebatur mediante appositione virgæ Pastoris in certo loco arcto, & angusto per quem singulatim ea transire debebant, & illud, quod decimo loco egrediebatur pro decima debebatur.
33 Loca intrà stangam, & extrà stangam quæ dicantur.
Tenutæ, & loca comprehensa in Dohana Patrimonii, seu Fidæ, quæ sint remissivè n.33.
34 Cives ex privilegio tenentur ad solutionem Fidæ majoris, prout Forenses.
35 Vervices, *Castrati* nuncupati, qui ultra duos menses intrà Dohanæ pertinentias permanent tenetur ad soluticuem Fidæ.
36 Domini Tenutarum existentium intrà Dohanam Patrimonii non possunt quidquam innovare, ac prætendere plusquàm per Dohanerium sit solvi sollitum.
37 Omnes, & singuli etiam Provinciales pascuorum Urbis, Campaniæ, Maritimæ, & Patrimonii quomodolibet subjecti pro quibusvis animalibus etiam porcis in pascuis alienis pascentibus, sivè intrà stangam, sivè extrà eam, ad solutionem Fidæ cenentur.
38 Forenses circà solutionem Fidæ dicuntur etiam Cives cum privilegio, vel ex domicilio.
Forenses solvunt Fidam ad rationem juliorum sexaginta sex pro quolibet centenatio animalium minutorum, & juliorum duorum

rum pro qualibet bellua magna, addito in totum alio julio pro quadam gabella applicata Populo Romano n.38.

39 Romani originarii solvunt Fidam ad rationem Juliorum duodecim cum dimidio pro quolibet centenario belluarum minutarum, & medietatis unius julii pro qualibet bellua magna, ac ulterius julium unum pro gabella applicata Populo Romano.

40 Affidati solvunt pro carta, seu literis patentibus, quas voluerint ad annum julios quatuor, & si ad sex menses julios duos.

41 Forenses non eximuntur à solutione Fidæ majoris ob fictitias assignationes, aliasque simulationes.

Animalia empta per maritum forensem ex pecuniis dotalibus favore uxoris Romanæ originariæ tenentur ad Fidam majorem num.41.

42 Animalia donata à Patruo forense Nepoti *Infanti* in Urbe nato tenentur ad Fidam majorem.

43 Usufructuarius animalium tenetur ad solutionem Fidę tanquam onus impositum personis pro re. Amplia n.44.

Usufructuarius tenetur ad solutionem Collectarum n.43.

44 Amplia etiamsi proprietarius sit immunis *num.4*.

45 Forenses intra Districtum, seu Provinciam Urbis habitantes majori parte anni non tenentur ad solutionem Fidæ majoris; Et eo magis si inibi contraxerunt domicilium.

46 Omnes exeuntes cum animalibus à proprio territorio, & se conferentes ad pascendum in teritorium alterius Castri, seu Terræ ejusdem Status, seu Principatus tenentur ad solutionem Fidæ.

Animalia transcurrentia de uno territorio ad aliud, si damnificarunt, tenentur ad emendationem damni, non autem ad pœnam num.49.

47 Cardinales tenentur ad solutionem Fidæ.

48 Clerici, & Ecclesiastici quicunque tenentur ad solutionem Fidæ pro eorum animalibus.

Pignatell, Consultat.26. n.15. cum seqq. part.3. declaratur n.48.

Clerici, & Ecclesiasticæ personæ tenentur ad solutionem illius Fidæ, quæ sit pretium herbarum, non Vectigal n.48.

Clerici volentes mittere eorum animalia ad Pascua Universitatis tenentur ad onera à Statuto Universitatis imposita n.48.

Animalia Clericorum, & Ecclesiasticorum non sunt comprehensa sub dispositione Statutorum laicorum n.48.

49 Cives, & Incolæ Urbis æstivo tempore transmittentes eorum animalia ad Montes intrà districtum positos non tenentur ad solutionem Fidæ.

50 Boves aratorii laborantes in propriis Tenutis, aut in proprio laborerio non tenentur solvere Fidam. Contrarium quando in proprio laborerio actu non laborant n.51. vel numerus est excessivus n. 59. Vide ibi.

Equæ triturantes proprium frumentum non tenentur ad solutionem Fidæ n.50.

Contrarium quatenus actu in proprio laborerio non laborant n.52. vel numerus est excessivus n.59. Vide ibi.

51 Barones exigentes Fidam pro bobus per Vasallos ab exteris conductis pro cultura terrarum reddititiarum gravant.

53 Dictio *quando* adiecta verbo futuri temporis importat conditionem. Vide n.55.

54 Obligatio, aut actio non oritur ante impletam conditionem, sub qua concepta fuit promissio.

55 Dictio, *quando* adiecta executioni non reddit dispositionem conditionalem, sed accipitur temporaliter tantum.

56 Dictio *quousque* denotat temporalitatem, ac est limitativa temporis.

57 Qualitas adiecta verbo debet verificari secundum tempus verbi vere, & realiter, & num.58.

60 Fida debetur juxta dispositionem Statuti, Constitutionum, & Consuetudinis loci.

61 Taxa Fidæ alterari non potest, alias Vassalli gravantur.

62 Manutentio datur existenti in quasi possessione percipiendi Fidam pro animalibus aliqua pascua intrantibus.

63 Fida Rev. Cameræ, & pro ea Dohanerio solvenda est in Statu Ecclesiastico, non autem Baronibus Feuda, & bona intrà Dohanam possidentibus.

64 Barones Regni Neapolis an possint affidare animalia in territoriis Vassallorum, itaut Fida eis sit solvenda. Vide ibi remissive.

65 Jus Fidæ, & Disfidæ est de Dominio Feudi.

66 Barones affidare non possunt animalia Exterorum in tanto numero, & quantitate, ut usus pascendi Vassallis restringatur.

67 Affidati fruuntur variis privilegiis, de quibus ibi, & n.68. remissive, & quare n.78. Vide n.97.

69 Fori privilegio gaudent Affidati.

70 Forum Affidatorum Regni Neapolis est vel Regia Dohana, vel R.C.S.

71 Assessores tres cum amplissima jurisdictione deputantur à Dohanerio Patrimonii, nempe unus in Urbe, & alter in Civitate Viterbii, & tertius in Provincia Campaniæ, & Maritimæ. Vide ibi, & n.97.

72 Inhibitiones Fidæ expediuntur tam ab Assessore Dohanerii, quam ab Eminentissimo Camerario, Illustrissimo Dohanarum, & Grasciæ Præside, ac à DD. Consulibus Agriculturæ. Vide n.97.

73 Fori privilegio, ut Affidati gaudeant, debent possidere belluas parvas, nempe pecudes, vel sues, vel appellas in numero triginta, vel belluas magnas, vid. Boves, vel Vaccinas, vel Bubulas, vel Equas in numero decem, in quo non-

connumerantur Equi, & Muli.

74 Privilegia Fidæ non suffragantur pro parvo numero Animalium affidatorum.

75 Immunitate, & exemptione non gaudent in Regno Neapolis Affidati non habentes propria Animalia in numero ducentum, nec cum eis accedentes ad pascua Apuleæ per Regiam Cameram locata.

76 Supranumerariis, & extraordinariis non debentur privilegia.

77 Exequi non potest mandatum contra Affidatum, qui, vel ante, vel in ipso actu præsentavit inhibitionem Fidæ, etiamsi prætendatur ipsum non gaudere privilegiis Affidatorum. Vide n.97.

Attentatum committitur, si non obstante præsentatione inhibitionis Fidæ mandatum exequatur contrà Affidatum, etiamsi inhibitio non substineretur n.77.

76 Deferentes Grasciam ad Urbem benignè sunt tractandi, ac favoribus prosequendi, non autem angariis molestandi.

80 Lex generalis pro spretu inhibitionum Fidæ non est promulganda, & quare n.81.

81 Revocatio inhibitionum injustè extortarum facile obtinetur.

82 Leges antiquas mutantes, aut corrigentes pro abusibus corrigendis in nova, & majora incommoda quotidie incidunt.

83 Minus malum experitur Leges, vel Consuetudines in aliqua parte vitiosas tolerando, seu quadam dissimulatione permittendo, quam novas majores difficultates, & damna inferentes condendo.

84 Remedia incerta, aut quæ sint graviora, & periculosiora ipsorum malorum, adhibenda non sunt pro curatione Reip.

85 Vitia semper erunt, donec homines erunt.

86 Mercatura prohibenda non est ob abusum aliquotum Mercatorum.

Pecunia damnanda non est, ut avaritiæ occurratur n.86.

Panni bannìendi non sunt, ut fastus retundatur n.85.

Fœminæ sepeliendæ non sunt, ut libidine non concitentur viri n.86.

Oculi eruendi non sunt, ex quo cum eis peccatur n.87.

Lingua adimenda non est, ex quo cum ea peccatur n.87.

Nihil prodest, quod lædere non valeat n.87.

Nihil est adeo sanctum, ac bene divinitus provisum, quod in perniciem suam aburi non possit humana fragilitas, & malitia num.87.

88 Princeps leges novas facile ferre non debet, sed summa maturitate enixe ponderare tenetur, an Reip. utile, effectu promptum, eidemque Principi gloriosum futurum sit.

89 Leges utiles plus Reipublicæ prosunt, quam arma.

Leges erroneæ, & inconsultæ plus damni afferunt, quam homines occidere n.89.

90 Novitates calamitatibus pondus adiiciunt.

91 Novitates periculosæ sunt.

Arbores annosas è loco suo evellere, & in alium transplantare difficile est n.91.

92 Remp. ad aliam vivendi normam traducere, dimissis ejus inveteratis Institutis, non licet.

Eventus varios res nova semper habet n.92.

93 Male præsumitur contra illos, qui regimina, & administrationes Civitatis innovare nituntur.

94 Præsumitur contra Judicem, qui adversus antiquam Curiæ praxim; & stylum novam citationis, & in Jus vocationis formam inducit.

95 Eligendi sunt Judices doctrina, & integritate excellentes ad evitanda infinita damna, alioquin ex mala eorum electione contingentia. Judices docti, & integri, vel non concedunt inhibitiones injustas, vel eas concessas facile revocant n.95.

Damna resultantia ex multiplicitate inhibitionum, earumque præsentatione cessant mediante electione Judicum doctrina, & integritate excellentium n.5.

96 Birruarii exequentes mandata non obstante præsentatione inhibitionum, puniendi sunt, ac cogendi ad refectionem damnorum, & expensarum, alioquin reportarent utilitatem ex propria culpa, & dolo mediante exactione capturæ.

Tertius reportare non debet pœnam ex facto alieno n.96.

Tertio præjudicare non debent attentata ab alio commissa n.96.

97 Fidam grossam solventes, & habentes requisita necessaria privilegio Fori gaudent quo ad executionem personalem, ipsasque res, seu bona affidata, & tantummodo in causis, ac negotiis quomodocunque concernentibus Fidam, vel ab ea dependentibus, & non in aliis.

Affidati Urbis Romæ, Latii, Sabinæ, ac Maritimæ, & Campaniæ solvunt Fidam parvam n.97.

Fidam parvam solventes Fori privilegio gaudent, & inhibitiones suffragantur quo ad Affidatos tantum, & in causis Fidam concernentibus, nec non quo ad personas solum ex professo incumbentes servitio gregis, & animalium affidatorum n.97.

Privilegium Affidatorum suffragatur usque quo permanserint ad depascendum cum animalibus intra Stangam, seu Dohanam, & per tres dies postquam reversi fuerint ad eorum domos, & Provincias n.97.

Affidati exempti sunt à Represaliis n.97.

Affidati immunes sunt à pœnis damnorum datorum, dummodo non probentur studiose commissa n.97.

Damnorum datorum studiose ab Affidatis cognitio spectat ad Judices locorum n. 97.

Inhibitiones Fidæ concedendæ tantum sunt ab Eminentissimo Camerario, & Grasciæ Præside juxta formam, de quibus,

Digitized by Google

quo quis ſeparatur à communione Fidelium, & bonis ſpiritualibus Eccleſiæ privatur.

134 Homo baptizatus, mortalis, & baptizanti ſubjectus ſolum excommunicari poteſt.

136 Exorciſmis, & adjurationibus uti poteſt contra Locuſtas, & quare.

Aqua benedicta, & precibus uti poteſt contra Locuſtas n.126. Vide n.141.

137 Adjurationis ſolemnitas aliquatenus reſpondet ſolemnitati excommunicationis.

Adjuratio à vulgo accipitur pro excommunicatione n.1, 7.

138 Locuſtæ mittuntur à Deo irato, tanquam maledictio in populo audire nolenti vocem ejus, ac mandata illius contemnente, & ſic uti flagellum propter ſcelera hominum.

139 Recurrendum eſt ad orationes, pænitentias & proceſſiones publicas pro extirpatione Locuſtarum, & placanda ira Dei.

Proceſſiones inſtitutæ ſunt à Sancta Matre Eccleſia pro placanda ira Dei n.139.

140 Litaniarum multa remiſſive.

142 Benedicuntur populi, & agri ad effectum extirpandi Locuſtas, & quare, & n.143.

143 Benedictionis populi, & agrorum formula remiſſive.

OBSERVATIO.

A DOminus pecudum, aliorumque Animalium in alieno fundo depaſcen-
1 tium, vel alitèr damnificantium, tenetur ad
damni emendationem, tàm in foro poli, ut
latiſſimè examinato articulo reſpondit *Gutierez Canonic. quæſt. lib. 2. cap.27.*, quàm in
foro fori, & quidèm utroque jure, competente damnificato contrà Dominum Animalium damnificantium actione de paſtu per
2 *Text. in dicto §. Si glans*, vel actione *legis
Aquiliæ cit. l. fin. Cod. ad leg. Aquil.* vel actione de pauperie, ſi animalia dederint damnum
faciendo foveas in prato per *Text. in leg. 1.
ff. Si quadrup. Pauper. feciſſ. dicatur*, vel actione ad exhibendum, ut in *leg. Julianus §. glans
ff. Ad exhiben.* tradit *Oter. ubi suprà n.2. cum
ſeq.* & latiſſimè materiam examinat *Joannes
Thomas de Noxa animalium, & David Mevius
in Jus Lubecenſe lib.3. tit.11. tom.2. Canonicus
Raynald. in ejus obſervat. crimin. vol.2.* ubi eam
examinat diverſis quæſitus & doctiſſimè reſolvit.

Poterit tamèn Dominus, vel animal dam-
3 nificans pro noxa dare, vel damni æſtimationem ſolvere, ut innovando *legem 12. tabul.*
diſponitur in dicta *l.1. in princ. ff. Si quadrup.
Pauper. feciſſ. dicatur leg. Si Servus C. de Noxal.
action.* & tradit *Carpzou. Prax. crim. par. 3.
cap.131. n.17. Thor. Vot. par.1. vot.38. n.6. juncto
n. 9. 13. 21., & 27.*, & pleniſſimè *Thomas d.
tract.*

Pratèr emendationem damni tenetur
etiàm ad pœnam inflictam, vel à Statuto, vel
4 à Bannimentis, ut proſequitur *Oter. ubi suprà
n. 2.* Sed non poteſt animal damnum dans
occidi tàm de *Jure Canonico* argumento *Text.
in cap. Si læſerit de Iniur. & damn. dat. Ibique
Abb. n.3.* quàm *Civil. l. Quintus Mutius 39. &
l. Quamvis 40. ff. ad leg. Aquil. ubi gloſs.* ibi:
*Si invenias animal alterius in Agro tuo ipſum
occidere non debes, ſed expellere ſine damno Antonell. de Loc. legal. lib.3. cap.20. quæſt.2. n.14.*
Secùs verò ſi vigeat Statutum, vel Conſuetudo permittens illud occidi, ut tradit *Antonell. de Loco legal. lib.3. cap.20. quæſt.2. n.17.*

Quid dicendum de animalibus damnificantibus occaſione eorum acceſſus ad Dohanam ad paſcendam, vel receſſus ab ea, vel
permanentia in ea, reſolutio pendet ab examinatione materiæ Fidæ, quæ eſt quotidiana
in Urbe, undè præſciendum eſt, primò quod
Greges Ovium, aliaque animalia tempore
5 hyemali à locis, & contradis frigidis, & herbis carentibus, ut eſt Provincia Aprutina, &
ſimiles traducuntur ad loca, & contradas calidas, ſeù tepidas, ac paſcuorum abundantes,
ut in Apulia, ubi eo tempore viget clementiſſimum Cælum, ac uberrimum paſculum,
prout etiàm in Territorio Urbis, ac in Provinciis Maritimæ, & Campaniæ, & Patrimonio Divi Petri, tempore autèm æſtivo reconducuntur ad Montaneas, ut quotidiana experientia docet, ac tradit *Rebuff. in l. 1. ſub n.1.
& 3. in fine C. de Paſc. public. vel privat. lib.11.
Freccia de Subfeud. lib. authorit. 46. n.12. cum
ſeq. Moles deciſ. tit. de Dohana Menepecudum
Apuliæ quæſt.6. §.1. n.1. cum ſequent.*

Impoſitum eſt autèm supèr iſtis animalibus quoddam vectigal, quod in Urbe Fida
6 nuncupatur, in Regno verò Neapolitano vocatur etiàm *Dohana Menepecudum, ac vectigal.
pecuarium*, ut per *Moles loc. cit. eod. §.1.*, quod
eſt pretium illius ſervitutis, ac earum commoditatum, quæ à Principe dantur Paſtori-
7 bus in eundo manendo, & redeundo cum eorum animalibus à paſcuis, ut ponderando
verba *Bullæ Gregorii XIII. la 69. in Bullar. veteri* docet *Spad. conſ.7. ſub n.16. vol.1.* vel eſt
8 impoſitio debita Principi pro Animalibus
paſcentibus in paſcuis alienis.

Quod vectigal etiàm tempore Reipublicæ
Romanorum erat cognitum, ac exigebatur,
certumque locum publicum pro paſcendis
pecoribus olim fuiſſe aſſignatum probat
Freccia loc. cit. ſub n.14. cum ſeq. quem refert
*Card. de Luca de Regal. diſcurſ. 94. ſub n.12. de
Ponte de Poteſt. Proreg. tit.4. de Regalib. impoſit.
§.8. n.56.* & comprobat *Moles loc. cit. alleg. n.2.
cum ſeqq. Scyaloja de Foro competen. cap. 20.
ſub n. 1.* In Regno verò Neapolitano confir-
10 matum fuit per *Regem Fadericum II.* & deindè per *Regem Alphonſum I.* ampliatum, ut tradit *Scyaloja d. cap. 20. n.1.* & firmat *Freccia,
& Moles ubi suprà* cum certis legibus, & conditionibus, de quibus idem *Moles §. 2.* & fuiſſe deſumptum ex *l.1. & tot. tit. C. de Paſc. public. & privat. lib.11.* tenet *de Ponte cit. §.8.
n.46. cum ſeqq. ac n.56.*

Ad-

Digitized by Google

Advertendo , quod Fidę , quæ solvitur in
Statu Ecclesiastico non convenit descriptio
11 facta per *Knichen, de Superioritatis eiusque
possess.velque actib. cap.3. n. 338. cum seq. & à
Card.de Luca de Regal.discurs.94.n.2. & discurs.
seq. n.3.* Nam iste illam desumpsit ex DD.Re-
gnicolis loquentibus de Fida Regni Neapo-
12 litani , quæ diversimodè solvitur : Etenim
Dohanerius Rev. Cameræ Apostolicæ non
tenetur subministrare pasculum Affidatis,sed
solùm præstare securitatem ; utcumque verò
13 præstare Dohanerius Regni, idcircò Rex ad
hunc effectum emit à Vassallis pro certa an-
nua responsione omnes herbas , quas posteà
Dohanerius subministrat Animalium Domi-
nis, qui viceversa tàm ratione privilegiorum
14 passus liberi , quàm foci , & pasculi solvunt
scuta duodecim carolenorum undecim pro
singulo centenario pecudum Regni,& Foren-
sium scuta sex ; aliorum verò animalium,quæ
nuncupantur *grossi* scuta viginti quinque , ut
docet *Moles decis. tit. de Dohana Menepecudum
quæst.6. §. 2.per tot.*,& præsertim *n.4. & §.3.
n.13.*

Præsciendum est etiàm secundò , quod
Summi Pontifices non ignari redditus ex
Dohana pecudum pascuorum Urbis , Cam-
15 panæ , Maritimæ , & Patrimonii intèr Ca-
meræ Apostolicæ primarios contineri , ut ex
infrà recensendis Bullis Apostolicis patebit ,
attentè sempèr invigilarunt nè diminueren-
tur, varia remedia, & diligentias adhibendo,
16 & præsertim *Pius II.* sub gravissimis pænis
prohibuit , tàm omnibus , & singulis Comi-
tibus, Populis , Universitatibus , Baronibus,
Dominis , cujuscumque status , gradus , or-
dinis, & conditionis,aùt dignitatis,tàm Cle-
ricis,quàm Laicis,Capitulis,Collegiis,& qui-
busvis aliis Universitatibus nè vendant , ac
quovis modo alienent alicui personæ , Com-
muni , Collegio , & Universitati aliquid de
pascuis, tenutis, bannitis, & herbaticis ad se
pertinentibus , & infrà limites Dohanæ præ-
fatæ consistentibus , atque in eisdem, aùt eo-
rum aliquo introducere , aùt fidare aliquod
genus animalium ad pascuandum, quàm cui-
cunque sub eisdem pęnis emere , aùt aliquod
genus animalium in eis introducere,locumve
certum pascendi assignare (quod fidare dici-
tur) sine Dohanerii pro tempore existentis
expressa licentia , sed sub eisdem pænis tene-
17 antur omnia, & singula pascua, tenutas,ban-
nitas,& herbatica vendere, & concedere Do-
hanerio pro Camera Apostolica, & in usum ,
ac utilitatem Dohanæ hujusmodi ementi pro
justo , & rationabili pretio , ut in ejus *Consti-
tutione in Bullario veteri in ordine la 6.* confir-
mata à *Gregorio XIII. in ejus Constitutionibus
impressis in eodem Bullario veteri la 46. & 69.*

Idem *Pius II.* consulendo etiàm condu-
centibus animalia in dictam Dohanam plu-
rima damna , & impedimenta, quæ illis , eo-
rumque animalibus inferebantur per Com-
18 munitates,Universitates, Comites, Barones,
Dominos,& particulares personas in venien-
do,stando,& recedendo sub certis pęnis man-
davit omnibus, & singulis mediatè, & imme-
diatè Sedi Apostolicæ subjectis cujuscumque
status, gradus , ordinis, vel conditionis, aùt
dignitatis, Clericis , & Laicis etiàm Capitu-
lis, Collegiis , & quibuscunque aliis Univer-
sitatibus,quatenùs sub prætextu alicujus con-
suetudinis,aut quavis alia ratione,occasione,
vel causa directè,vel indirecte conducentibus
animalia cujuscunque generis ad pascendum
in Dohanam præfatam,damnum, molestiam,
aùt quodvis aliud impedimentum in perso-
nis, animalibus, rebus,& bonis universis eo-
rum in veniendo, stando , & redeundo nulla-
tenùs inferre audeant,vel præsumant,sed hu-
jusmodi animalia conducentes benignè reci-
piant, & benevolè pertractent, & sine injuria
prorsus , aùt aliquo impedimento reali , vel
personali per eorum Civitates, Terras, loca,
& tenimenta liberè transire , & exire permit-
tant, aliàs teneantur ad refectionem omnium,
damnorum expensarum,& interesse,ac etiàm
ad pœnam dupli æstimationis eorumdem,
damnorum illatorum Camerę Apostolicę ap-
20 plicandam , quas pœnas quæcumque Com-
munitas, in cujus terris, & tenimentis dam-
num illatum fuerit incurrat, ut in ejus *Consti-
tutione in d. Bullar. in ordine la 9.* Itaùt in
quolibet Territorio in ipso eorum itinere
per triduum permanere , seù moram trahere
21 permittant , quo triduo durante ad aliquam
damni emendam nisi in seminatis , vineis &
similibus damnum dederint non teneantur,ut
conventum legitur in Instrumento Appaltus
cap. 23. ibi : *Possano gl' Affidati per servitio, e
commodo loro allargarsi , e stare per trè giorni
per ogni Territorio , non facendosi danni a semi-
nati , vigne, & altre cose simili, come è solito, e
facendo danno siano tenuti all' emendatione del
danno , e non alla pena ,* & disponitur in *Ban-
nimento generali Dohanæ Patrimonii Eminen-
tissimi Camerarii publicato sub die 4. Februarii*
1681. ibi : *Dichiarando che gl' Affidati possino
stare trè giorni per ogni Territorio , non facendo
danno alli seminati, vigne, e altre cose simili co-
me il solito,e facendo danno siano tenuti all'emen-
da del danno , e non alla pena tanto in venire à
detta Dogana, stare , e tornare , quanto anco
mentre stanno nelle loro Terre , e Case proprie in
qualsivoglia Provincia , Terre , e Luoghi dello
Stato Ecclesiastico, e per tutto il tempo della loro
Fida conforme alli loro privilegii antichi , & al
Breve della fel: mem: di Gregorio XIII.* , & ex
alio antecedenti *Bannimento Eminentissimi Ca-
merarii publicato sub die 22. Maii* 1671. supèr
observatione privilegiorum , & exemptio-
num Affidatorum ibi : *Item che sotto l' istesse
pene non ardischino far pagare à detti Affidati
pena alcuna delli danni , che dessero con li loro
animali , mentre stanno in Dogana , mà il danno
solo da stimarsi conforme si contiene nelle loro pa-
tenti, & fide , al quale ne meno siano tenuti non
essendo in detto modo stimato , e quando sono in*
vaig-

Digitized by Google

*viaggio tanto nel venire , quanto nel tornare ,
non ardiſcbino farli pagare ne pena , ne danno
dato , eccetto ſe non foſſe dato ſtudioſo in vigne ,
ſeminati , & in coſe ſimili, mà ſi laſcino paſcere
li loro animali , mentre ſono in viaggio libera-
mente ſecondo il ſolito ſenza alcun pagamento,&
impedimento per tutti li Territorii, in qualſivo-
glia de quali poſſino liberamente per trè giorni
pernottare , e paſcere ;* Ac ex literis parenta-
libus, quæ à Dohanerio dantur Affidatis ibi ;
*E di più li promettiamo, che facendo danno alcu-
no con loro Beſtiame tanto in venendo , ſtando , e
tornando à detta Dogana , quanto anco mentre
ſtaranno alle loro Terre, e Caſe proprie in qualſi-
voglia Provincia , e Terre, e Luoghi dello Stato
Eccleſiaſtico , e per tutto il tempo della loro fida
non poſſino eſſere coſtretti à pagare pena , mà ſo-
lo d'emendare il danno da ſtimarſi da doi huomi-
ni communemente eletti per le parti , quali non
eſſendo d' accordo li promettiamo Noi , ò noſtri
mandati ſtimarli, & accordarli.*

Quod autèm non poſſint paſcere in vineis,
23 vel agris ſatis , & ubi extant fructus firmat
Capyc.latr.conſultat.83.n.25. cum ſeq.

Elapſo verò triduo tenentur ad emenda-
tionem damni, ac ad pœnas ſicuti cæteri alii,
etiàmſi per dictum tempus Affidati cum bel-
luis permanſerint in propriis Domibus, &
24 Regionibus, cum illud fuerit aſſignatum pro
faciliori acceſſu ad loca paſcuorum , & receſ-
ſu ab illis, ut reſpondit *Sacra Congregatio Bo-
ni Regiminis de anno* 1606. cujus reſolutiones
referendo declarat *Cohell. ad Bullam boni Re-
giminis cap.50.n.170. verſ.declara cum ſeq. &
Conciol.ad Statut.Engub.lib.6.rubr.*38.Et quod
teneantur ad ſolutionem ſimilium pœnarum
pro tempore , quo permanent in eorum pro-
pria Patria , ſeù aliis locis Status Eccleſiaſti-
ci pro eorum animalibus affidatis , quæ con.
duxerunt,& retinuerunt intrà limites,& ſtan-
gam dictæ Dohanæ Patrimonii , illaque po-
ſteà reconduxerunt ad eorum Patriam , ſeù
alia quæcumque loca Status Eccleſiaſtici tem-
pore æſtivo ad effectum illa menſe Septem-
bris intrà eandem Dohanam reconducendi ,
& retinendi per totum menſem Maii declara-
tum fuit *ſub die* 13. *Octobris* 1660. mediante
ſententia per *Auditorem fel: record: Cardinalis
Carraccioli* tùnc *Graſciæ Præſidis* per acta
Mazzatelli in cauſa vertente intèr D. Princi-
pem Præneſtis , & Saluſtium de Angelis , ac
Univerſitatem Affidatorum . Verum cum
poſtmodùm emanaverint prædicta *Bannimen-
ta* fundata in Capitulis appalrus Chirogra-
pho Papæ muniti , eorum diſpoſitio eſt at-
tendenda , & ſic Affidati hodiè non tenentur
ad ſolutionem alicujus pœnæ pro damnis per
eos , vel illorum animalia datis , ſed tantùm
ad eorùm emendationem pro toto tempore ,
quo permanent in Fida , vid. intrà limites
25 Dohanæ , niſi damnum ſtudiosè datum fue-
rit , nàm iſto caſu tenentur etiàm ad pœnam
cum proprius dolus,& culpa nemini patroci.
nari debeat, nec Lex debet eſſe vinculum ini-
quitatis *ex vulgatis* .

Advertendo quòd circà æſtimationem , &
valorem, ac quantitatem,& qualitatem dam-
26 ni , ac circa nomina , perſonaſquè auferen-
tium , & inferentium ipſum damnum anima-
libus plena fides adhibenda eſt depoſitioni
juratæ conducentium eadem animalia , ac il-
lorum famulorum, & paſtorum, ut ſequendo
diſpoſita per Anteceſſores mandavit *Grego-
rius XIII. in ejus Bulla impreſſ. in Bullar. ve-
teri la* 46. & de ſimilibus Conſtitutionibus
Regni Neapolis tradunt *Borell. de Magiſtrat.
Ædict.lib.4.cap.6.num.25. cum ſeq. Novar. de
Gravam.Vaſſall.gravam.42 n.3. Sanfælic.dec.8.
n.8.par.1.*

Paulus IV. quoquè ad facilitandam intro-
ductionem animalium in Dohanam ſub non-
nullis pænis prohibuit omnibus exactionem
27 Gabellæ pro paſſu , vel tranſitu animalium
tàm in adventu , quàm in reditu , volens ſo-
lummodò teneri ad ſolutionem Fidæ favore
Cameræ, ſeù Dohanerii, à quo recipienda ſic
Bullecta,ut in ejus *Conſtitutione in Bullar.vete-
ri in ordine la prima*, quod confirmavit etiam
Gregorius XIII. in dicta Conſtitutione 46. undè
contrà Dominum Ducem Mutum prætenden-
tem Gabellam paſſus pro belluis tranſeunti-
bus per ejus Territorium Terræ Rignani ſen-
tentiatum fuit favore Univerſitatis Affidato-
rum,Dohanerii,& Cameræ Apoſtolicæ Com-
miſſarii in Tribunali Eminentiſſimi Camera-
rii *ſub die* 20. *Octobris* 1645. *per acta Mazza-
telli* .

Ad evitandas tamèn fraudes,quæ circa ſo-
lutionem Fidæ committi poſſunt in præjudi-
28 cium Dohanerii traditur modus , & praxis
per *Moleſ.dec.tit.de Dohana Menepecudum qu.6.
§.2. cum ſeqq.* Et prætertim requiritur licen-
tia ipſius Dohanerii tàm in acceſſu, quàm in
receſſu animalium ſub pæna ammiſſionis ani-
malium juxtà diſpoſitionem *Bannimentorum
Dohanæ* , ut in terminis bullectini tradendi à
Dohaneriis Regni Neapolis docet *Moleſ. dec.
tit. de Dohana Menepecudum quæſt. 6. §.6.n.13.*
ubi *n.2. & per tot.* notat, quod in illo Regno
ſolvitur per Regem quædam contributio vul-
29 go *il tratturo delle Pecore* Dominis locorum,
per quæ tranſeunt animalia .

Hinc per Dohanerium in diverſis locis ,
per quæ tranſeunt animalia quæ introducun-
tur, & exeunt à Dohana , ſeu Fida retinentur
30 Miniſtri vulgo nuncupati *Paſſagieri* , qui non
permittunt exire animalia abſque bullecta
Dohanerij , quæ ſupponit præcedentem ſolu-
tionem Fidæ ſequutam in manibus Miniſtri
ad talem effectum deputati , ſecundum verò
antiquam traditionem retinebatur per Doha-
nerium in quibuſdam locis, & viis virga vul-
31 go nuncupata *Stanga* , qua mediante impe-
diebatur vergariis , aliiſque Cuſtodibus ani-
malium ingreſſus ante illorum numeratio-
nem , & reſpectivè receſſus, priuſquam de ſo-
lutione Fidæ docerent ad ſimilitudinem pra-
xis exigendi decimam ex animalibus dedu-
ductæ ex *Levitico* , reſtringendo ſcilicet ea
in

Digitized by Google

in certo loco habente arctum, & angustum
32 egressum, per quod ope virgæ Pastoris singulatim transire debebant, & illud, quod decimo loco egrediebatur sivè macilentum, sive obesum, & pingue in fortem Levitarum pro decima transibat, ut cum *Oleastro* notat *Nicolaus le Maistre de Bonis, & possessionib. Ecclesiar. lib. 1. cap. 10. vers. modum verò p. 51.* ubi etiam refert verba *Levitici, & Paraphrasis caldaicæ.* Ex prædicta enim appositione, & retentione Stanghæ traxit origiuem termi-
33 nus intra *Stangam*, & extra *Stangam*, quod scilicet intrà Stangam contineantur loca comprehensa in Fida, seu Dohana recensita in *Bulla Gregorij XIII. la 69. in Bullar. veteri*, in cujus executionem emanarunt *Bannimenta Eminentissimi Camerarii de anno 1647. sub die 26. Aprilis,* quæ innovari solent in principio cujuslibet novi Appaltus; extra Stangam verò comprehendantur loca extra Fidam, seu Dohanam.

Sed quia his remediis, & provisionibus non obstantibus, valde iste proventus in prejudicium Reverendæ Cameræ, & Publici diminuebatur, ex quo multi Advenæ, & Forenses favoribus, & intercessionibus obti-
34 nentes civilitatem Urbis, se à Fida majore eximere satagebant, idcirco *Innocentius VIII.* mandavit, quod non attenta tali civilitate ad solutionem integræ Fidæ teneantur, prout cæteri Forenses, ut in ejus *Constitutione impress. in Bullar. veteri la 6.* innovata per *Julium III.* in sequenti ejus Motu proprio: *Julius Episcopus &c. motu proprio &c. Cum inter alios Cameræ Apostolicæ redditus diversis etiam Romanæ Curiæ Officialium Collegiis sint annui redditus, qui ex Dohana Patrimonii vulgariter nuncupata percipiuntur, conveniatque non solum pro Officialium prædictorum, sed etiam pro ipsius Cameræ, quæ Officialibus prædictis obligata existit interesse redditus hujusmodi non solum manuteneri, sed etiam pro posse augeri. Et licet inter alias Tenutas in pertinentiis Patrimonii existentes ad diversas personas, Collegia, Universitates, Ecclesias, & Loca pia spectantes usui dictæ Dohanæ ex cujus proventibus earundem Tenutarum Dominis certæ annuæ pecuniarum summæ solvi consueverunt fuerit, & sic quædam Tenuta vulgariter nuncupata Montis Romani, & pro manutentione dictæ Dohanæ fel. rec. Innocentius Papa Octavus Prædecessor noster ad obviandum fraudibus, quæ plerumque in præjudicium Dohanæ prædictæ fiebant, statuerit, & ordinaverit, quod omnes per Privilegium, seu alias quomodolibet facti Romani Cives non obstante acquisita Civilitate hujusmodi, & illius Privilegiis, nihilominus ad solvendum consuetum Dohanæ prædicta obligarentur, & licet etiam insuper secundùm decretum alias in plena Camera factum pro vervecibus, Castratis nuncupatis, qui ultrà duos menses intrà ejusdem*
35 *Dohanæ pertinentiis permanserint, eidem Dohanæ debitum sit persolvendum, nihilominus non desunt, qui in dies Dohaneriis, Et Agentibus Dohanæ prædictæ in præmissis se opponere, eosque impedire satagant. Nos igitur pro Officialium, & Cameræ præfatæ indemnitate, modernorumque, & qui erunt pro tempore ejusdem Dohanæ Dohaneriorum quiete oppositiones, & impedimenta hujusmodi penitùs removere, & tollere volentes, Motu simili &c. omnes, & quascunque lites, & causas super præmissis, & quolibet præmissorum inter Dohanerios, seu etiam Cameram præfatam ex una, & quoscunque alios ex altera parte forsan pendentes ad Nos avocamus, & penitùs extinguimus, partibusque ipsis desuper perpetuum silentium imponimus. Volumusque, statuimus, & ordinamus, quod de cætero in perpetuum omnes illæ Tenutæ, quæ fuerint usui dictæ Dohanæ, ut præfertur, deputatæ, eisdem modo, & forma permanere,*
36 *& perseverare, nec ab illorum Dominis desuper quicquam innovari, aut plusquàm sit eos per Dohanerios solvi consuetum peti possit. Quodque circà exemptionem Civium Romanorum non originariorum, & circa solutionem debiti Dohanæ præfatæ ordinatio Innocentii Prædecessoris, & Decretum Camerale prædictum respectivè inviolabiliter observari debeant. Mandantes dilectis filiis Guidoni Ascanio S. Eustachii Diacono S. R. E. Cardinali Camerario nostro, & Thesaurario Generali Præsidentibusque, & Clericis Cameræ, ut præmissa observent, & ab aliis inviolabiliter observari faciant, & mandent. Præsentesque, quarum solum signaturam Regulæ contraria non obstante sufficere, & ubique in judicio, & extrà, fidem facere volumus, de subreptionis, obreptionis, intentionis nostræ defectu, seu alio vitio infringi, notari, redargui nullatenùs posse. Sicque per prænominatos, & alios quoscunque Judices quacunque perfulgeant dignitate, & auctoritate fungantur etiam Sac. Palatii Apostolici Causarum Auditores, & S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos sublata &c. ac irritum, & inane &c. judicari, & interpretori debere decernimus. Præmissis ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis tam sub plumbo, quàm per Breve sub quibusuis verborum expressionibus; & aliis quantumcunque fortissimis, & insolitis derogatoriis derogatoriis, irritantibusque, & aliis decretis illorum, ac præmissorum, & aliorum omnium, & singularum, sic forsan latius generaliter, vel specialiter de necessitate exprimendis, tenores, perindè, atsi specifica individua mentio, ac de verbo ad verbum expressio facta foret, non per clausulas generales idem importantes pro plene, & sufficienter expressis, & supradictis, cæterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque cum clausulis oportunis, & consuetis: Placet motu proprio &c.*

Declaravit etiam *Gregorius XIII.* quod non solùm Forenses, & qui extrà Provincias Dohanæ prædictæ subjectas degunt Fidam hujusmodi Dohaneriis solvere teneantur, sed etiam omnes, & singuli Provinciales in præ-
37 fatis Provinciis pascuorum Urbis, Campaniæ, Maritimæ, & Patrimonii quomodolibet

bet subjecti tam intrà, quam extrà Stangam,
& tàm si bullectam sibi dari fecerint, quam
non pro quibusvis animalibus etiam porcis
in pascuis alienis pascentibus, ita & taliter
quod nemo sive sit Romanus, sivè Forensis,
sive Districtualis, vel Provincialis ex prædi-
ctis Provinciis Dohanæ prædictæ subjectis,
sivè intrà stangam, sivè extra eam à tali so-
lutione Fidæ sub quovis prætextu cujusvis
consuetudinis, præscriptionis, non usus,
permissionis, seu quavis alia ratione, occa-
sione, vel causa nullatenus exemptus sit, ut
in *dicta ejus Constitutione in ordine la 46.*

Hac adhibita distinctione, quod nempe à
Forensibus, inter quos comprehenduntur
Cives ex privilegio, vel ex domicilio solvitur
38 ad rationem juliorum sexaginta sex pro quo-
libet centenario animalium minutorum,
nempe pecudum, caprarum, & suum, & ju-
liorum duorum pro qualibet bellua magna,
nempè equa, bove, vaccina, & bubala, ad-
dito in totum alio julio pro quadam Gabella
applicata favore Populi Romani; à Romanis
verò originariis ad rationem juliorum duo-
decim cum dimidio pro quolibet centenario
39 belluarum minutarum, & medietatis unius
julii pro qualibet bellua magna, ac ulterius
julium unum pro dicta Gabella Populi Ro-
mani: Et si Affidati volunt ad annum pagi-
nam, seu cartam, vel litteras patentes Fidę,
solvere debent julios quatuor pro illius ex-
40 peditione; Si vero pro semestre solvere te-
nentur julios duos, reposita electione spatij
temporis in eorum arbitrio.

Nec ad effugiendam Fidam majorem debi-
tam à Forensibus admittuntur fictitiæ assi-
gnationes, aliæque simulationes in fraudem
41 Dohanerli, prout resolutum fuit à *Tribunali
Cameræ Apostolicæ 27. Novembris 1673. in
Romana Fida coram Eminentissimo Costaguto
tunc Cam. Apost. Clerico* in qua denegata fuit
Christophoro Nicolao appellatio suspensiva à
mandato contra eum relaxato ab Illustrissi-
mo Thesaurario pro solutione majoris Fidæ,
quamvis Massaria pecudum empta fuisset ex
pecuniis dotalibus favore Magdalenæ Uxoris
Civis originariæ Urbis, eique assignata à Vi-
ro, adhoc ut se, & filios aleret, sicuti etiam
in alia *Romana Fidę sub die 4. Maij 1676. coram
Eminentissimo Astallio tunc Cameræ Apostolicæ
Clerico* resolutum fuit, Augustinum de Tertiis
Forensem teneri ad solutionem Fidæ majoris
42 pro Massaria donata Jacobo ejus filio infanti
nato in Urbe ab Achille Patruo, quia cum
usus fructus dictæ Massariæ tanquam peculii
adventitii spectaret ad Augustinum Patrem,
solutio hujusmodi vectigalis debetur ab usu-
fructuario, uti onus impositum personis pro
43 re eodem modo, quo usufructuarius tene-
tur ad solutionem collectarum *Pacific. de Sal-
vian. inspect. 3. cap. 4. n. 529. Koppen. decis. 6.
n. 3. par. 2.* ubi *n. 8.* subdit procedere, etiamsi
proprietarius sit persona immunis *Nicolaus
Antonius Marotta de Collect. cap. 7. n. 11. im-
press. penes Joannem Franciscum Marottam Di-
sceptat. forens. Castill. de Usufruct. cap. 56. n. 14.
cum seq.* & firmavit *Rot. in Ravennaten. Bono-
rum 12. Julii 1676. coram bo. mem. Albergato
§. tertio onera*; juncta ulterius non levi suspi-
cione simulationis, quæ ponderatis omnibus
circumstantiis concurrebat.

Eximuntur tamèn Forenses à solutione Fi-
dæ majoris, quotiès intrà districtum, seù
Provinciam etiàm habitaverint majori anni
45 parte, ut in *capit. 25.* Appaltus Dohanæ Pa-
trimonii stipulati cum D. Luca Antonio Ron-
cha de anno 1680. ibi: *Che alli Cittadini aggre-
gati alle cittadinanze di qualsivoglia luogo di
detta Provincia per privilegio non debba suffra-
gare in cosa alcuna detto Privilegio in pregiu-
ditio delle Dogane, se loro non habitaranno nel-
li luoghi dove sono aggregati con la sua Fame-
glia la maggior parte dell'anno.* Eoque magis,
si inibi contraxit domicilium, habitando
cum tota familia, possidendo bona stabilia
& alia similia domicilium importantia exer-
cendo, & gerendo, proùt in causa *Romana,
seù Alatrina Fidæ favore Francisci Diotallevi
contra eundem Roncam* pronunciatum fuit in
Tribunali *Eminentissimi Camerarii* cujus sen-
tentia canonizata fuit à *Tribunali Cameræ
coram Illustrissimo de Aste* rescribendo *sub die
23. Februar. 1685. In devolutivo.*

Ad solutionem Fidæ verò tenentur omnes
ji, qui exeunt à proprio Territorio, & unà
cum animalibus se conferunt ad pascendum
in Territorium alterius Castri, seù Terræ,
licèt utrumque Castrum sit ejusdem Status,
seù Principatus, proùt fuit pronunciatum *de
anno 1633. in Tribunali Cameræ per bon: mem:
Serram* ejusdem Cameræ Apostolicæ Cleri-
cum, quæ sententia per pactum canonizatur
in Instrumento appaltus solito Chirographo
Summi Pontificis confirmato apponendo se-
quens Capitulum: *Che persona alcuna non hab-
bia ardire cavare bestiame, ne d'Estate, ne d'In-
verno fuori del Territorio suo per mandarlo in
quello d'altri senza saputa, è licenza in scriptis
del Doganiero, che se li darà gratis, acciò si
paghi la Fida dovuta in qualsivoglia tempo, &
il Territorio di ciascuno s'intenda quel del luogo
dove è, & habita la maggior parte dell'anno,
ancorche si mandino in altri luoghi dello Stato
del medesimo Barone, o Signore in conformità
della sentenza data in Camera da Monsignor Ser-
ra dell'anno 1633. sotto li 3. Ottobre per gl'atti
del Giordani Notaro di Camera. Dichiarandosi
che passato S. Giovanni di Giugno s'intenda do-
versi pagare la Fida dell' Estate come è solito.*
Propterea non obstant deducta contrà Justi-
tiam dictæ sententiæ per *Card. de Luca de Re-
gal. discurs. 95.* sed si animalia per transcursum
exierint à proprio Territorio damnum in-
ferendo in alieno Territorio, tenentur so-
lùm ad emendationem damni, non autèm ad
pœnam, ut resolvit Eminentissimus, & Reve-
rendissimus Dominus Cardinalis Imperialis,
dùm omnium plausu exercebat Thesauraria-
tum

Digitized by Google

rum Generalem, ut ex ejus Epistola scripta D. Gubernatori Verularum tenoris sequentis.

Molt'Illustre e Molt'Eccellente Signore.

Quando sia vero, quanto rappresentano col-l'annesso Memoriale Domenico Paniccia, Gio: Battista d'Amico, e compagni, si compiacerà V.S. di non dare ad essi loro alcuna molestia ad instanza di Giuseppe Bensoni Commissario Cavalcante del Signore Ronca Doganiere del Patrimonio, mentre per il semplice trascorso de loro Bestiami per pascere ne' territorii d'altri luoghi confinanti con quello di cotesta Città non devono soggiacere alle pene, mà solamente tenuti all'emenda del danno, e resto.

Di V.S. *Roma* 18. *Agosto* 1688.

Affettionatissimo per servirla G. R. Imperiale Tes. Gen.

Tenentur ad solutionem Fidę etiam S.R.E. Cardinales, ut sequendo dispositionem *dictæ*
47 *Bullæ Gregorii XIII. la 69. circà medium*, in qua mandavit Constitutiones, Bullas, privilegia, & decreta circà hanc materiam jàm emanata ab omnibus, & quibuscunque &c. etiàm Cardinalatus honore &c. persulserint, & persulgeant &c. observari debere canonizavit *Tribunal Cameræ sub die* 5. *Julii* 1677. *coram fel: mem: D. meo Cardinali de Cavaleriis tunc Cameræ Apostolicæ Clerico in Romana Fidæ inter fel: record. D. Cardinalem Ulderic um de Carpinea, & bo: mem: Jacobum de Romanis Dohanerium*, resolvendo pro infirmatione sententiæ Eminentissimi Camerarii, qui absolverat D. Cardinalem, & sic pro solutione Fidæ; concessa tamèn nova audientia adversùs prędictam resolutionem causa terminata fuit per concordiam mediante interpositione eiusdem *D. mei Cardinalis de Cavaleriis*, cujus arbitrio pro exactione tantummodò medietatis Fidæ majoris se submisit Dohanerius.

Hinc indubitantèr tenentur animalia quorumvis Clericorum, & Ecclesiasticorum
48 ad solutionem Fidæ, undè non applicantur *resolutiones Sacræ Congregationis Immunitatis relatæ per Pignattell. consult. 26. num. 15. cum seqq. par. 3.* in quibus firmatum fuit esse exempta, cum non loquantur in terminis *dictæ Constitutionis Gregorii XIII.*, sed particularium Statutorum locorum, in quibus vèl ratione defectus potestatis, vèl voluntatis non sunt comprehensa. Cæterùm quoties agitur de Fida, quæ non sit Vectigal neque Collecta, sed sit pretium herbarum depastarum ab animalibus, tunc etiàm Clerici, & Ecclesiasticæ personæ volentes depascere eorum animalia tenentur ad solutionem Fidæ, ut tradit *Jason. in l. 1. in prima lectur. sub n. 19. vers. advertit tamèn, & in secunda lectur. n. 25. C. de Sacrosanct. Eccles.* ubi firmat, quod si Communitas habeat loca pasturæ in fundis privatorum, & Clericus velit immittere sua animalia ad ibi depascendum, tenetur solvere Communitati, comprobat *Abb. consf. 6. per tot. Tom. II.*

quos refert, & sequitur *Roccha Episcopus Isclanus Disputat. select. volum. 2. cap. 170. n. 3. cum seq.* & quod Clerici volentes mittere eorum animalia ad pascua Universitatis teneantur ad onera à Statuto Universitatis imposita, docet *Fagnan. in cap. cum in cunctis num. 20. de His, quæ fiunt à major. part. Capitul.* & resolvit *Sac. Congregatio boni Regiminis in Farfen. solutionis Pascui, seù Taxæ sub die* 22. *Novembris* 1687. rescribendo *Ecclesiasticos non teneri, nisi pro animalibus depascentibus, & non esse cogendos ad pascendum.*

Non tenentur tamèn solvere Fidam Cives, & Incolæ Urbis quandò estivo tempore transmittunt animalia ad Montes intrà distri-
49 ctum existentes, & ità super manutentione in quasi possessione transmittendi eorum animalia ad pascendum quolibet anni tempore de loco ad locum, & de Territorio ad Territorium, Urbis districtum absquè ulla solutione Fidę, seù obligatione petendi licentiam à Dohanerio pronunciatum fuit per bo: mem: *D. Metellum Talpam Auditorem Eminentissimi Caraccioli tunc Rev. Cam. Apost. Clerici, & Grasciæ, ac Dohanarum Præsidis de mense Octobris* 1656. & in petitorio lata fuit sententia de *mense Julii* 1672. per bo: me: *D. Joannem Baptistam Raulinum Auditorem Illustrissimi Salviati pariter tunc Grasciæ, & Dohanarum Præsidis*, in qua pronunciatum fuit Cives, & Incolas prædictos non teneri ad solutionem Fidæ ob transmissionem eorum animalium ad pascendum quolibet anni tempore de loco ad locum, & de Territorio ad Territorium, in qua causa pro Dohaneriis scripsit *Eminentissimus de Luca de Regal. discurs.* 34. qui de prædicta sententia testatur.

Eximuntur etiàm à solutione Fidæ boves aratorii, & equæ laborantes, & respectivè triturantes in Tenutis propriis, aut in proprio
50 laborerio ex dispositione *Cap. Appaltus*, ibi: *Che alla Fida siano tenute tutte le sorti de bestiami tanto grossi, quanto minuti, che s'introducono nelli Territorii, ò Tenute d'altri, come si dispone nella Constitutione di Gregorio XIII. eccetto li bovi aratorii, e le cavalle per le trite, quando lavoraranno, e tritaranno respettivamente nelle tenute proprie, overo nel proprio lavoro.* Et quod Vassalli graventur, quandò Barones exigunt Fidam pro bobus per eos ab exteris conductis pro cultura terrarum red-
51 ditiariarum eisdem Baronibus respondit *Novar. de Gravam. Vassall. gravam.* 39.

Advertendo quod quàmvis Bobaterii Veliterni prætenderent vigore præsati *Capituli Appaltus*, quod exemptio extendatur etiam
52 ad illud tempus, quo à laborerio quiescunt boves, & equæ destinatæ ad arandum, & respectivè triturandum extrà proprium territorium; Nihilominùs in causa *Romana*, *seù Veliterna Fidæ sub die* 21. *Junii* 1677. *coram bonæ memoriæ R. P. Domino Raggio à Tribunali Cameræ* resolutum fuit, boves *aratorios*, & equas triturantes teneri ad solutionem Fidæ

tempore, quo actu non laborant in propriis
laboreriis, quæ reſolutio mihi viſa fuit juſta,
ponderando dictionem illam *quandò* adiectam
53 verbo futuri temporis *lavoraranno, e tritaranno*, quæ cum importet conditionem *Surd.
conſ.298.n.35. Larrea dec.52. n.18. par.2. Rot.
cor. Ludoviſ. dec.428. n.2. cor. Bichio dec. 196.
n.8. & cor. Arguelles dec.97.n.3. cum ſeq.* antè
implementum ejuſdem conditionis nulla ori-
54 tur obligatio, vèl actio *l. Cedere diem ff. de
Verb. ſignific. Surd. loc.cit.n.35.* & proſequitur
Rot. cor. Ludoviſ.n.3.

Et quatenùs prædicta dictio tanquàm adjecta executioni non reddat diſpoſitionem
conditionalem, & accipiatur temporalitèr
55 tantùm, ut tradit *Honded. conſ.53. n.58. vol.2.*
quem ſequitur *Rot. cor. Bich. dicta dec.196. n.9.*
eò clariùs reſtringitur exemptio ad tempus
culturæ, & tritutationis, eo modo, quo dictio
56 *quouſquè* denotat temporalitatem, ac eſt li-
mitativa temporis *Bart. in l. final. ſub num.2.
ff. ad S. C. Tertull. Dec. conſ. 637. n. 12. ac 14.
Menoch. conſ.274. n.10. Cattan. conſil. 8. n.20.
Bertazzol. de Clauſul. instrumen. clauſ.15. gloſs.4.
nu. 1.* & faciunt tradita per *Rot. coram Carill.
dec.266.n.4.*

Accedenre, quod qualitas adjecta verbo debet verificari ſecundùm tempus verbi per
57 *Text. in l. In delictis §. Extraneus ff. de Noxal.
& in l. Titius 26. ff. de Milit teſtam.* cum aliis
58 vulgatis: Et quidèm verè & realitèr, ac actu
ad *Text. in l. Quod pupillæ 30. ff. Quemad. dies
legat. cedat Barbaſtren. de Intruſ. quæſt. 22. n.6.
cum ſeq. Larrea dicta deciſ. ſub eodem n.18. cum
ſequen.*

Notando in propoſito, quod moderatè introducendus eſt numerus bobum, & equarum
pro cultura, & trituratione, ne ſub iſto prætextu exindè reſultet præjudicium Dohane-
59 rio, nam alioquin competit exactio Fidæ, ad
tradita per *Covar. Pract. qq. cap.37. n.1. Cancer.
Variar. reſolut. par.3. cap.4. n.65. verſ. unum cum
ſeqq. Novar. de Gravam. Vaſſall. gravam.38.* ubi
concordantes. Ad effectum verò dignoſcendi, an numerus animalium introductorum ſit
exceſſivus, nec ne, eligendi ſunt Periti, quorum judicio ſtandum eſt, ut proſequitur *Novar. ubi ſuprà gravam.38.n.2. cum ſeq.*

Circà ſummam, & quantitatem verò Fidæ
ſolvendam ſervandæ ſunt Conſtitutiones, Statuta, & Conſuetudo loci illam taxantes, ut
60 docet *Rebuff. in l. 1. circà finem C. de Paſc. public.
vèl privat lib.11. Sanfelic. dec.8. ſub n.14. par.1.*
abſque eo quod taxa alterari poſſit, aliàs gra-
61 vantur Vaſſalli, ut docet *Novar. de Gravam.
Vaſſall. gravam.41. nu.1.* Et exiſtenti in quaſi
62 poſſeſſione percipiendi Fidam pro animalibus aliqua paſcua intrantibus datur manutentio *Poſth. de Manutent. obſervat.10.n.74.*

In Statu Eccleſiaſtico ſicuti non cadit diſputatio cuinam ſit ſolvenda, cum Reverendæ
Cameræ Apoſtolicæ, & pro ea Dohanerio
63 debeatur, non autèm Baronibus Feuda, & bona intra Dohanam poſſidentibus juxtà diſpoſitionem dd. *Conſtitutionum Pii II.* ac aliorum
Summorum Pontificum, ut reſpondit *Spad.
conſ.7. per tot.* & præſertim *à n.15. verſ. animadvertendumque eſt uſquè in finem vol. 1.* ità
nec circa quantitatem, cum debeatur ad rationem, de qua ſuprà *n. 38. & 39.*

Quid autèm ſit dicendum circa Barones
Regni Neapolitani, an ſcilicet poſſint affidare
animalia in territoriis Vaſſallorum, itaut Fi-
64 da eis ſit ſolvenda ab Exteris pro animalibus
paſcua ſumentibus in Feudo vide *Novar. de
Gravam. Vaſſallor. gravam. 37. cum ſeqq. Capoblanc. de Baron. pragm.11. Monach. ad Minad. deciſ.32.n.18. Adden. ad Reverter dec.472. Capyc.
latr. conſut. 83. Hieronymus Cald in reſponſ. 3.
impreſſ. poſt ejus tract. de Reſtitut. in integrum
min. quandoque denegan.* ubi *n. 3.* tenet, quod
65 Jus Fidæ, & Diſfidæ ſit de Dominio Feudi
Sanfelic. dec. 8. Quatenùs verò Baronibus ſit
ſolvenda, notandum eſt, quod ipſi non poſſunt
affidare animalia Exterorum in tanto nume-
66 ro, & quantitate, ut uſus paſcendi Vaſſallis
reſtringatur *Caput. de Regim. Reipubl. cap.1. §.2.
num.122. verſ. ſicut. Borell. de Magiſtrat. Ædict.
lib.4. cap.6. n.33. cum ſeqq.*

Præſciendum eſt etiam tertiò, quod Affidari, *ut ſincero animo, & hilari mente abſque
aliqua trepidatione, vel timore ad ipſam Dohanam accedere, & in illa ſtare valeant*, ut ſunt
67 verba præciſa *dictæ Bullæ Gregorii XIII. in
46 antè finem*, decorati fuerunt variis privilegiis, de quibus ſuprà, aliiſque expreſſis in li-
68 teris patentibus, ſeù Fida concedi ſolita per
Dohanerium, cujus ſit mentio in genere in
cit. Conſtitutionibus Gregorij XIII. & in ſpecie
69 eis conceditur privilegium fori, ut legitur
in eadem Fida, Capitulis Appaltus muniti
ſpeciali Chirographo Papæ tenoris ſequentia,
ibi: *Præterea pro faciliori dd. Dohanarum gubernio, & adminiſtratione, Juriumque debitorum conſecutione omnes, & ſingulos Pij II. Pauli II. Leonis X. Alexandri VI. Pauli IV. Gregorij XIII. & omnium aliorum Prædeceſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum Conſtitutiones
pro dictis Dohanis, & illarum Affidatis emanatas, nec non omnia, & ſingula privilegia juriſdictiones, immunitates, & exemptiones, facultates, gratias, & jura quæcumque tam per
eoſdem Prædeceſſores noſtros, quam per ipſam
Cameram vigore quarumvis litterarum patentium, Statutorum, & Bannimentorum, ſeu quarumvis aliarum proviſionum, tam ipſis Dohanis
Theſauraria, illarumque Dohaneriis, & Theſaurariis, Officialibus, Agentibus, & Miniſtris,
quam omnibus Affidatis, eorumque bonis, rebus, animalibus, quomodolibet conceſſas, &
indulta, illorumque omnium, & ſingulorum tenores hic pro expreſſis, & de verbo ad verbum
inſertis habentes, harum ſerie pariter. Confirmamus, approbamus, innovamus, ac de novo
concedimus, & indulgemus, & præcipue ſtatuimus, & mandamus, quod ipſe Dohanerius, &
ejus Agentes, & Miniſtri tanquàm ipſius Cameræ Officiales ejuſdem Cameræ Apoſtolicæ juriſ-*

Digitized by Google

risdictioni immediatè, & privativè, quo ad omnes subsint, & nullus alius Judex tam Ordinarius, quàm Delegatus, etiam S.R.E. Cardinales de Latere Legati, Vicelegati, seù Gubernatores in eorum Causis, & negotiis se se ingerera, aut intromittere valeant ipseque Dohanerius, ac ejus Auditor, vel Assessor in omnibus Causis standum dd. Dohànarum, & damnorum datorum in suis Tenutis, ac in omnibus Affidatorum Causis activis, & passivis Civilibus, Criminalibus, & mixtis [infradicendis tantùm exceptis] etiam damnorum datorum, tam cum quibusvis particularibus personis, quam cum quibusuis Communitatibus, & Universitatibus, eorumque incidentibus, dependentibus, annexis, & connexis sint Judices competentes privativè quo ad omnes alios Judices, tam Civiles, quam Criminales, tam Ordinarios, quam Delegatos, & Commissarios etiam Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, & præsertim, quo ad Consules Artis Agricultura, & Magistros Justitiarios Urbis, qui in quibusuis Affidatorum, & ipsius Dohanerii Causis etiam sub prætextu damnorum datorum, & aliarum rerum in Capitulis, & Statutis Artis Agricultura, & Justitiariorum comprehensarum nullo modo se ingerere possint, etiam si damna studiosè data fuisse prætenderetur, vel appareret, itaut Affidati ad pœnam etiam tenerentur, quia has quoque Causas a dicto Dohanerio, sive ejus Assessore, vel Auditore in prima Instantia, in aliis verò in Camera nostra cognosci volumus, alios verò Judices, & Tribunalia etiam si deputati essent à Congregatione super bono Regimine, ac sublevaminis ad easdem procedere posse etiam sub prætextu præventionis omninò prohibemus; Inhibentes propterea iisdem, & præsertim dictis Consulibus Artis Agricultura, eorumque Assessori, & Notario, ne in dictis Causis damnorum etiam studiosè datorum procedere valeant, quibus etiam Inhibitionem sub pœna scutorum quingentorum auri, nullitatis, & attentatorum, itaut præventionem nunquam inducere possint, juxtà formam prædictorum Capitulorum fieri posse à dilecto filio nostro S.R.E. pro tempore existente Camerario, seu à Camera nostra toties, quoties opus fuerit, volumus, & mandamus, quodque nullus alius Judex tam Ecclesiasticus, quam Secularis jurisdictionem dicti Dohanerii, aut Assessoris, vel Auditoris in prima instantia, etiam sub prætextu cujuscumque obligationis Cameralis, seu alterius privilegii valeat impedire, sed ipse Dohanerius, sive ejus Auditor, vel Assessor possit, & debeat in omnibus Causis prędictis usque ad sententiam inclusive summarie, & sola facti veritate inspecta, etiam non obstantibus quacumque inhibitione, & impedimento cujusvis Judicis, Tribunalis, & Congregationis procedere, exceptis tamen Causis homicidii voluntarii, læsæ Majestatis, furti, ultrà tamen summam scutorum quinquaginta, ac omnibus aliis Criminibus ex quibus pœna mortis, aut mutilationis membrorum infligenda veniret, quæ causa per eorum Judices competentes cognosci, & decidi debeant, cum interventu tamen Dohanerii, seu illius Assessoris, quatenus interesse, & intervenire velit, & non alias, usu quocumque in contrarium, & aliis non obstantibus, & in Bannimento Generali Dohanæ publicato 4. Februarii 1681. ibi: *Item; che nessuna persona Giudice, ò Officiale di qualsivoglia stato, grado, e dignità si sia, benche deputato dalla Congregatione del buon Governo possa conoscere in modo alcuno le cause d'essi Affidati tanto attive, quanto passive, civili criminali, e miste etiam li danni dati anco studiosi, ancorche dovessero pagare le pene, nè quelle decidere, eccetto esso Doganiere, ò Giudice, ò vero Assessore da deputarsi da esso, quale sia Giudice Competente privative quo ad omnes alios, eccettuando però dalle cause criminali, crimen læsæ Majestatis, heresia, homicidio volontario, e furto che eccedesse la somma di scudi cinquanta, quali si riservano al loro Giudice competente coll'intervento del Doganiere, ò suo Assessore, volendovi intervenire, sotto pena di scudi 500. d'applicarsi &c.* Et de affidatis
Regni Neapolis, quorum forum est, vel Re-
70 gia Dohana, vel R. C. S. *A Ponte de Potest.
Proreg. tit.4. de Regalib. imposit. §.8. n.48. cum
seqq. Moles cit. quæst.6. §.2. n.3. Gizz. in Addit. ad Capyc. latr. decis. 54. num. 13. cum seq. Novar. de Elect. for. quæst. 47. n.2. cum seq.* & latissimè *Scyaloia de Foro compet. cap. 20.*

Ad quem effectum per Dohanerium depu-
71 tantur tres Assessores cum prefata amplissima,
& privativa jurisdictione, nempe unus in Urbe, quatenus tamen accedat approbatio Illustrissimi Thesaurarii, quæ non debet concedi ob præjudicium resultans propriæ jurisdictioni, & ne multiplicentur inutiliter Tribunalia; Alter in Civitate Viterbii, cujus meminit *Cohell. ad Bullam boni Regim. cap.50. n.171. vers.in super cum seq.* Et tertius in Provincia Campaniæ, & Maritimæ, sed hujusmodi deputatione non obstante adhuc ab Eminentissimo Camerario, & ab Illustrissi-
72 mis Thesaurario, & Grasciæ, & Dohanarum
Præside, ac à DD. Consulibus Agriculturæ expediuntur favore eorumdem Affidatorum inhibitiones.

Sed hujusmodi inhibitiones nequeunt impedire, quin Curia Ecclesiastica valeat procedere in causis ad ejus Forum spectantibus, & si Assessor avocaret ad se causam, potest Judex Ecclesiasticus contra eum procedere, ut ex sequentibus resolutionibus *Sac. Congregationis Immunitatis.*

In Sacra Congregatione super Immunitate Ecclesiastica, & controversiis jurisdictionalibus habita die 2. Octobris 1691. fuerunt proposita pro parte Episcopi Anagnini infrascripta dubia, & resoluta prout infrà.

Primo. Se ne'casi di trasgressione dell'Editto di esso Vescovo fatto publicare di concerto con il Governatore Laico per ovviare alli danni, che dalli Garzoni, & animali degl'Ecclesiastici, e da Laici s'inferivano alli Pignoni di grano esistenti ne'beni di persone Ecclesiastiche, possa la Curia

Vescovale procedere senza attendere l'Inhibitione della Fida, e di Pietro Paolo Graziani, che come stato deputato per quarto Assessore delle Dogane della Fida in quella Città, ha eretto nuovamente un Tribunale sopra i danni dati.

Secondo. Se parimente detta Curia possa procedere contro il presato Assessore, quando pretenda avvocare à se le Cause ne' casi particolari della trasgressione, come sopra.

Terzo. Se debba non solo ordinarsi la remotione del Tribunale eretto dal detto Graziani, atteso il non havere potuto gl'Appaltatori delle Dogane deputarlo per quarto Assessore, mentre non hanno facoltà d'eligerne se non trè, come si dispone nel Capitolo 21. dell'Istromento dell'Affitto, ma ancora provedersi all'Attentato, che detto quarto Assessore ha commesso per havere con ordine del Tribunale dell'Eminentissimo Sig. Cardinal Camerlengo fatto restituire, non ostante l'Inhibitione della predetta Curia Vescovale à Padroni gl'animali stati per ordine della detta Curia Ecclesiastica arrestati, come trovati à far danno ne' beni di due Chierici.

Sacra Congregatio respondit. Ad primum, & secundum affirmative. Quoad tertium ad D. Secretarium cum Auditore Eminentissimi Camerarii. Et *sub die 8. Julii 1692.* confirmavit eandem resolutionem, ut ex Epistola sequenti scripta Illustrissimo, & Reverendissimo Maserio Nobili Perusino, ac doctissimo, & vigilantissimo Episcopo Anagnino.

Illustre, e Molto Rev. come Fratello.

Esaminatosi da questa Sacra Congregatione dell'Immunità Ecclesiastica le nuove istanze fatte per parte di V. S. e di Pietro Paolo Graziani asserto Assessore della Dogana della Fida in cotesta Città, l'EE. loro sono state costanti nella resolutione presa sotto li 2. Ottobre dell'anno prossimo scorso, e di più hanno decretato, che aboliti gl'atti fatti avanti detto Graziani per la turbativa inferita alla di lei giurisditione con havere ordinato la restitutione d'una cavalla, che si riteneva in pegno dal Depositario, come fatta carcerare dalla Corte Ecclesiastica di V. S. con altri animali del Canonico Graziani ritrovati à danneggiare in una Tenuta di cotesto Capitolo, Ella con le facoltà, che qui se le communicano lo assolva etiam in forma privata dalle Censure per tal causa contro di lui fulminate. Il che tutto se le significa, perche così si contenga; E Dio la prosperi. Roma 8. Luglio 1692.

Di V. S.

Come Fratello
Il Card. di Carpegna.
N. Grimaldi Segret.

Animadvertendo, quod ad hoc, ut affidati in Statu Ecclesiastico gaudeant privilegio fori, requiritur, quod saltem possideant bel-
73 luas parvas, nempe pecudes, vel sues, vel capellas in numero triginta, vel belluas magnas vid. boves, vel vaccinas, vel bubalas, vel equas in numero decem, in quo non connumerantur equi, & muli: Nam privilegia
54 Fidæ non suffragantur pro parvo numero animalium, ut relato *A' Ponte de Potest. Proreg.* tradit *Capiblanch. de Baron. privileg. 8. par. 2. n. 167.* quem sequitur *Cobell. ad Bullam boni Regim. dict. cap. 50. nu. 172. in fine* juncto *n. 293.* Unde deficiente numero prædicto animalium non deberent concedi literæ patentales, & inhibitiones, quæ tunc fraudulenter obtinentur ad se confovendum in delictis, in gravissimum præjudicium animarum, & Publici, ac eo casu Affidati nequeunt allegare privilegium fori, ut de non gaudentibus im-
75 munitate, & exemptione, ex quo non habeant propria animalia in numero ducentum, necnon cum eis recedant ad pascua Apuleæ per Regiam Cameram locata tradit *Novar de Elect. for. quæst. 47. n. 4. vers. declara. Cobell. ad Bullam boni Regim. cap. 50. nu. 293. & Scyaloja dict. cap. 20. nu. 14. cum seq.* Cum habeantur
76 tanquam extraordinarii, & supranumerarii, quibus non debentur privilegia, ut per *Tex. in l. final. C. de Apparit. Magistr. milit. lib. 11.* loquendo de Cavallariis tenet *A' Ponte allegat. §. 8. n. 53. cum seq. & Novar. d. quæst. 47. n. 6.* Non ideo tamen id judicandum erit ab Adversario, exequi curando mandatum ex-
77 peditum contra affidatum, non obstante præsentatione inhibitionis Fidę sequuta vel ante, vel in ipso actu executionis, sed adeundus erit Judex inhibitionis, qui illam revocabit, quoties non concurrant necessaria requisita:
78 Si enim aperiretur via spernendi hujusmodi inhibitiones, Affidati trepidantes, & timentes apprehensionem, vel capturam personæ, seu bonorum recusarent accedere cum eorum animalibus ad Dohanam, vel saltem difficilius venirent contra mentem, & dispositionem tot Summorum Pontificum, qui ad alliciendos, præsertim forenses varia privilegia eis indulserunt, præ oculis habentes, quod ex majori concursu animalium, non solum augetur Vectigal Fidæ favore Reverendæ Cameræ, quod redundat in beneficium publicum ob faciliorem solutionem fructuum locorum Montium, & Officiorum, pro quibus fuit destinatum; Verum etiam exinde resultat commodum Dominis Tenutarum, prædiorum, & pascuorum, ac evidens utilitas Urbis, & omnium ad eam confluentium ob majorem abundantiam carnis, casei, lactis, lanæ &c. ut advertit *Gregorius XIII. in d. ejus Bulla la 69. circa med.* Undè optime applicatur, quod deferentes Grasciam ad Urbem
78 benigne tractandi sunt, ac favoribus prosequi debent, ut deinceps alliciantur, non autem angariis molestari, ut relato *Platone in lib. de Repub. & Tex. in l. 1. ff. de Nundin.* tradit *Caput de Regim. Reip. cap. 7. §. 14. sub n. 25. Scanarol. de visit. Carcerat. lib. 3. cap. 5. n. 64. Matien. ad LL. Hispan. tit. 25. gloss. 3. per tot. p. 484.*

Et quamvis non desint, qui affectant gaudere privilegiis Affidatorum, utendo inhibitionibus injuste extortis; attamen non est promulganda Lex generalis permittens spre-

80 tum

Digitized by Google

80 tum hujusmodi inhibitionum, constituendo
adversarium Judicem in causa propria; nam
periculum retrahendi ab introductione ani-
malium in Dohanam operari valet, quod per
eam non dicatur porrectum remedium, sed
medium productivum majoris damni; præ-
ponderant namque lucra, & commoda suprà
recensita ex majori concursu animalium,
quam damnum resultans ex abusu, vel inju-
stitia etiam quamplurium inhibitionum Fidę,
81 cum istarum revocatio facilè obtineatur à
justis Judicibus, sed concursus animalium,
qui etiam ex vana, & errronea voce, & cre-
dulitate inobservantiæ inhibitionum Fidę im-
pediri potest, ut in simili cum *Anna Seu. al-
legat.* 21. advertit *Card. de Luca de Regal. di-
scurs.*107. *sub n.* 7. *vers. et de Appaltatore*, &
faciunt firmata per *Rot. in Bononien. Pecunla-
ria, seu Affictus Gabellarum* 10. *Decembris*
1659. *coram Verospio impress. penes Actolin.
resol.* 44. *sub nu.* 25. eadem facilitate aliunde
non valet resarciri, undè conveniret, quod
animadvertit *Plato lib.* 4. *de Rep.* de Leges
corrigentibus, aut mutantibus, ut novis, quæ
82 subinde pullulant abusibus corrigendis oc-
currant, quod ii in nova, & majora incom-
moda quotidie incidant, & sequitur *Solor-
zan. de Jure Indiar. lib.*1. *cap.*4. *n.*86. Propte-
rea *minus malum experitur*, Leges, vel Con-
suetudines in aliqua parte vitiosas tolerando,
83 seu quadam dissimulatione permittendo,
quam novas majores difficultates, & damna
inferentes condendo, cum minus malum
comparative ad majus habeat rationem boni
ad *Can. duo mala dist.*13. *& can. juravit caus.*22.
*quæst.*4. comprobat *Barbos. axiom.* 141. *nu.* 6.
*cum seq. Borell. de Magistrat. Edict. lib.*2. *cap.*2.
*n.*104. *Solorzan. d. tract. lib.*2. *cap.*30. *n.*106.
in fine cum seq. & priùs *cap.*1. *n.*24. Pro cura-
tione enim Reip. non sunt adhibenda reme-
84 dia incerta, aut quæ sint graviora, & pericu-
losiora ipsorum malorum, quorum reparatio
desideratur incidendo in id, quod dixit *Ovid.
lib.* 3. *de Ponto eleg.*7. ibi.

Curando fieri quadam majora videmus
Vulnera, quæ melius non tetigisse fuit

& comprobando prosequitur *Solorzan. cit.
cap.*30. *nu.*109. *cum seqq.* ubi *num.* 141. notat,
quod semper vitia erunt dùm homines erunt,
85 *& lib.*4. *cap.*8. *n.*27. *cum duobus seqq.*

Hinc mercatura non est prohibenda ob
abusum aliquorum Mercatorum, nec pecu-
86 nia damnanda, ut avaritiæ occurratur, nec
prætiosi panni banniendi, ut fastus retunda-
tur, nec fęminæ sepeliendæ, ne libidine con-
citentur viri, nec vineæ extirpandæ ob ali-
quorum ebrietatem, nec oculi eruendi, nec
87 lingua adimenda, ne cum eis peccemus, cùm
nil profit, quod lædere non valeat, nihilque
est adeò sanctum, ac benè divinitus provisum,
quod in perniciem suam abuti non possit hu-
mana fragilitas, & malitia, ut elegantissimè
aliis pluribus exemplis cumulatis advertit
Quintilian. lib. 2. *Inst. orat. cap.* 16. & cum *D.
Chrisostomo homil.* 3. *in princ. ad Corinth.* con-
cludit *Acosta lib.* 3. *de Procur. Indor. solut.
cap.*22. *Petr. Gregor. lib.*6. *de Rep. cap.*2. *num.*11.
& lib. 13. *ferè per tot. & præcipuè cap.* 19.
*Solorzan. de Jure Indiar. lib.*1. *cap.*4. *n.*90. *cum
seq. Mager. de Advocat. armata cap.*1. *n.*328.

Nec ideò Princeps proclivis esse debet ad
novas Leges ferendas, sed summa maturitate
enixè ponderare tenetur, an Reip. utile, effe-
88 ctu promptum, eidemque Principi gloriosum
futurum sit, ut admonet *Tacit. lib.* 2. *Histor.*
ibi: *Omnes, qui magnarum rerum consilia susci-
piunt, æstimare debent, an id, quod inchoatur
Reip. utile ipsis gloriosum, aut promptum effectu,
aut certè non arduum sit*, & comprobat *Solor-
zan. d. tract. lib.*4. *cap.*12. *n.*69. *cum seqq.* ubi
etiàm notat, quod quemadmodùm Leges
utiles plus Reipublicæ prosunt, quàm arma,
ità erroneæ, & inconsultæ plus damni affe-
runt, quàm homines occidere.

Novitates enim sunt, quæ calamitatibus
90 pondus adiiciunt, ut cum *Senec. Epistol.* 91.
notat *Knipschild. de Jurib. & privil. Civit.
Imperial. lib.*5. *cap.*3. *sub n.*55. Undè sunt peri-
91 culosæ, & eo modo, quo difficile est arbores
annosas, quæ jàm latè radices egerunt è lo-
co suo revellere, & in alium transplantare,
ità Rempublicam suis insuetam, inveteratam-
que Institutis ad aliam vivendi rationem, seù
92 normam traducere non licet, quin maximi
rerum novarum motus indè consequantur,
ut juxtà illud *Cornelii Galli. Eventus varios
res nova sempèr habet* aliis relatis comprobat
*Knipschild. d. cap.*3. *num.*53. *cum seq. Menoch. de
Præsumpt. lib.*5. *præsumpt.*34. *num.*2. *cum seqq.
Hermosill. ad Lopez. gloss.*2. *prol. part.*5. *n.*102.
tom. 1. Atque ideò malè præsumitur contrà
illos, qui regimina, & administrationes Civi-
93 tatis innovare nituntur, ut ex *Bald. & An-
gel. in l. In rebus ff. de Constit. Princip. Menoch.
loc. cit. n.*5. *Knipschild. ubi antè sub nu.* 54. Et
quod præsumatur contrà Judicem, qui ad-
versùs antiquam Curiæ praxim, & stylum no-
94 vam citationis, & in Jus vocationis formam
inducit tradunt *Angel. in l. ultima C. de Canon.
largit. lib.*10. *Felin. in cap.*2. *in verbo Stylus de
Rescript. Jas. in l.*1. *§.*1. *n.*3. *ff. Si quis Jus dicen.
non obtemp.* quos cum aliis refert, & sequitur
*Menoch. ubi sup. n.*6.

Verum autèm, ac singulare remedium cir-
ca subjectam materiam videtur sola electio
95 Judicum, qui doctrina, & integritate sint
excellentes, proùt ad evitanda infinita mala,
quæ Reipublicæ obveniunt, & quæ eligenti-
bus adictibi possunt generalitèr admonet
Principes *Fontanell. dec.* 321. *n.*25. cum à simili-
bus Judicibus speranda sit, vèl denegatio hu-
jusmodi inhibitionum, vèl saltèm eis conces-
sis, facilis illarum revocatio, quotiescunque
non doceatur de necessaria justificatione.

Non minor etiàm utilitas resultabit ex ri-
gorosa punitione Birruatiorum, qui proprio
marte sæpè attentant, ac ex propria culpa,
96 & delicto præmium consequuntur mediante
exa-

exactione capturæ, creditor verò innocens condemnatur ad refectionem damnorum, expensarum, & interesse, quamvis, tertius non debeat reportare pœnam facti alieni, & ejus culpa gravari, ut in specie attentatorum advertit *Rot. in Terraconen. Sacristiæ 14. Maii 1677. coram Ubago §. Et in omnem casum*. Et ideò acritèr reprehendi debent illi Judices, qui non puniunt Birruarios ultrà restitutionem capturæ, mandando refici damna, & expensas factas occasione attentatæ executionis, ac etiàm corporalem pœnam infligendo, nulla habita ratione, quod redarguatur de excessu, nàm *habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod contrà singulos utilitate publica rependitur* juxtà verba *Cornel. Tacit. lib.14. Annal.cap.44.* Nec alienum erit à justitia, si Judices id negligentes, cogantur de proprio solvere expensas, & reficere damna tanquàm deficientes in eorum Officio.

Dùm prædicta erant Typis mandanda supervenit decretum emanatum à *Congregatione particularitèr* deputata, & à *Summo Pontifice* approbatum sub *die 10. Augusti 1692.* tenoris sequentis.

Licet in Decretis Sacræ Congregationis super
97 *Reformatione editis tempore san: mem: Urbani VIII. & confirmatis per san: mem: Innocent. XI. in ejus Constitutione incipien. Decet Romanum Pontificem, intèr cætera statutum fuerit, quod quibuscumque solventibus Fidam grossam, habentibus tamèn requisita necessaria, serventur solitæ Inhibitiones, omnibus verò aliis Fidæ, & Inhibitiones non suffragentur, nisi respectu rerum Fidam concernentium: Nihilominùs quid contrà, seù prætèr intellectum eorumdem Decretorum, & privilegiorum Affidæ plures irrepserunt abusus nimis administrationi Justitiæ, ac fælici regimini præjudiciales; Congregatio Particularis, ut infrà, à Sanctissimo Domino Nostro Innocentio Divina Providentia Papa XII. deputata, & approbata, re maturè discussa, & auditis interesse habentibus declaravit.*

Quòd solventibus Fidam grossam (habentibus tamen, ut suprà, requisita necessaria) privilegium Fori suffragetur dumtaxat quoàd executionem personalem, ipsasque res, seu bona affidata, & tantummodo in causis, & negociis quomodocumque, & qualitercumque eandem Fidam concernentibus, vèl ab ea dependentibus, & non in aliis.

Solventibus verò Fidam parvam, prout sunt Affidati Urbis Romæ, Latii, Sabinæ, ac Maritimæ, & Campaneæ, idem Fori Privilegium, & Inhibitiones suffragentur, paritèr quoàd res affidatas tantum, & in causis (ut suprà) Fidam quomodocumque concernentibus; Quò verò ad personas, nullo modo idem privilegium, vèl Inhibitiones juvent, nisi ex professo, seù principalitèr incumbant servitio Gregis, & animalium affidatorum.

Rursùs declaratum fuit, quod privilegium Affidatorum solventium tàm Fidam grossam, quàm parvam veniendo, stando, & redeundo dures, & durare debeat, durante ipsa Fida, nempè usquequò permanserint ad depascendum cum eorum animalibus intrà Staagham, seù Dohanam, ac ulteriùs per tres dies, postquam reversi fuerint ad eorum Domos, & Provincias, & non ultrà; excepto casu Represaliarum, in quo etiamsi reversi fuerint, & permanserint in eorum Domibus, & Provinciis, adhuc debeant gaudere exemptione à prædictis Represaliis; Prout etiàm in eorum Domibus, & Provinciis censeantur, & sint immunes à pœnis damnorum datorum, dummodò non probentur studiosè commissa: Eorumdem verò damnorum cognitio in hoc casu spectet tantummodò ad Judices locorum.

Inhibitiones Affidæ in posterùm non concedantur à Dohanerio, neque ab ejus Assessoribus, sed dumtaxàt à Camerario, & Grasciæ Præside, servata tamèn forma, & cum præcisa insertione præsentium Decretorum, aliàs Inhibitiones præfatæ impunè valeant contemni.

A' Decretis moderationis præfatarum Inhibitionum nullus Judex, aùt Tribunal, etiàm Cameræ Apostolicæ, admittat Appellationes suspensivas, neque concedat supersessorias ad impediendam executionem Mandatorum.

Obstante autem moderatione unius Inhibitionis vigore Privilegiorum Affidæ, omnes aliæ Inhibitiones similes per Affidatum expeditæ, aùt expediendæ coràm eodem, vèl diverso Judice nullæ sint, & invalidæ, & absquè incursu attentatorum possint impunè sperni. Die 10. Augusti 1692.

Facta relatione Sanctissimo præfatorum Decretorum, Sanctitas Sua approbavit, eaque servari mandavit in omnibus Curiis, & Tribunalibus tàm Urbis, quàm Status Ecclesiastici.

Ansaldus de Ansaldis Sanctiss. D. N. Auditor.

B Anser olim à Germanis *Gaza* fuit appel-
98 latus, ut cùm *Plinio* tradit *Felman. de Inclusion. animal. cap.21. sect. prima n.2.* Istud animal pugnacissimum appellatur à *Petronio in Satyr. par.81.* & improbum dicitur à *Virgilio Georgic. lib.1.* ibi

Nec tamèn hæc cùm sint hominumque boumque labores,
Versando terram experti nihil improbus Anser,
Strimonièque graves, & amaris intybasibris.
Officiunt &c.

ut refert *Feltman. loc. cit. n.3. & numeris seqq.* ampliat ad domesticos.

Si Anseres, Pavones, Gallinæ, & similia damnum dederint, pro damni emendatione
99 tenentur Domini *Borell. de Magistrat. Ædict. lib.4. cap.6. n.57. cum seq.*

Et si vigeat Statutum disponens quod includens alienum animal in suo fundo possit illud occidere, possunt necari Anseres, nullo
100 habito respectu, an ager sit, frugibus satus, nèc nè, stercus enim anserinum valdè ei est noxium, efficitque nè reviviscat ea æstate,

nisi

Digitized by Google

nisi pluvia abundet, ut notat *Feltman. loc. cit. sect. 2. & 3.* ubi tamen tradit quod Dominus priùs est denunciandus, & *sect. 6.* subdit hæc omnia procedere etiàm in Anaribus.

Puniuntur etiàm aliquandò ipsamet animalia irrationabilia, & bruta, quorum occasione delicta commissa, sunt ad exemplum, & in detestationem patrati criminis, ac ad illius memoriam abolendam, ut de conjunctione carnali in *Levitic. cap. 20. nu. 15. & 16.* ibi: *Qui cum jumento, & pecore cojerit, morte morietur, pecus quoque occidite. Mulier quæ succubuerit cuilibet jumento simùl interficietur cum eo, sanguis eorum sit super eos,* ibique *Divus Augustinus, ut in can. mulier Caus. 15. quæst. prima,* & tradunt *Carpzon. Prax. crimin. part. 3. cap. 101. n. 20. cum seq. Solorzan. de Crimin. Parricidii libr. 1. cap. 2. Franciscus Fernandez de Minano Basis Pontificiæ jurisdictionis tract. 2. fundam primo quæst. 3. §. 2. n. 37. Quesada, & Pilo controv. 14. n. 20. Pegas in Ordinat. Regni Portugal. ad lib. 1. tom. 5. tit. 68. §. 28. cap. 7. & Thor. Vot. decisiv. par. 1. vot. 38. n. 1. cum duobus seqq.* & in eadem causa *vot. 5. n. 38. cum seqq.* ubi distinguendo firmat, id non procedere in cæteris delictis ab ipso solo animali com-
102 missis, ut homicidio, vulnere, non solùm quià animalia injuriam facere non videntur, verùm etiàm quià imperium in belluas non exercetur *Joannes Thoma de Noxa animal. cap. 27. n. 27. cum seqq.* ubi id admittit in casibus obscœnis, & atrocibus.

Paritèr excommunicantur, & anathematizantur Locustæ, brucus, aliaque similia portenta, quæ inferunt multa, & gravissima mala, & damna in agris, & vineis secundùm opinionem *Chassanei*, ut infrà dicam, qui autèm funditus scire desiderat Locustarum generationem, descriptionem, species, corporis formam, cæteraque plenissimè de materia adeat *Aldrovand. de Insectis lib. 4. cap. 1. juxtà secundam impressionem Bononiæ de anno 1638. Quinonnes de Locustis. Patan. eod. tractat.*

Hujusmodi animalia ex limo terræ originem sumunt, hùc, & illùc errantes volant,
104 nec in uno loco sempèr permanent quià ventus urens passim ea levat, & ad longinqua loca etiàm trans mare conducit juxtà illud *Exodi cap. 10.* ibi: *Ventus urens levavit Locustas, quæ ascenderunt super universam terram Ægypti, & sederunt in cunctis finibus Ægyptiorum innumerabiles. Fermosin. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ quæst. 11. n. 1. cum tribus seqq. de Constit.* earum edacitate omnia depascuntur, devastant, & devorant, sivè segetes, sivè plantas, sivè nemora, sivè prata, ut in *Deuteronomio cap. 28. n. 38. cum seq.* ibi: *Sementem multam jacies in terram, & modicum congregabis, quià Locustæ devorabunt omnia &c. in libro Judicum cap. 6. n. 5.* ibi: *Ipsi enim, & universi greges eorum veniebant cum tabernaculis suis, & instar Locustarum universa complebant, innumera multitudo hominum, & camelorum, quidquid tetigerant devastantes. David. in Psalm. 103. Feriæ Sabbathi* ibi: *Dixit, & venit Locusta, bruchus, cujus non erat numerus, & comedit omne fœnum in terra eorum, & comedit omnem fructum terræ eorum can. revertimini 67. Caus. 16. quæst. 1.* ibi: *Verùm, aùt Locusta veniat, aùt bruchus, aùt erugo, aut eruca, & labores hominum vastabunt. l. Excepto 18.* ibi: *Edaci Locustarum pernicie C. Locati,* & tradunt *Fermosin. ubi suprà Amaya Observ. Jur. lib. 3. cap. 3. n. 6. cum seq. Aldrovand. loc. cit.* ubi de eorum victu, & damnis *pag. 421. cum seq.* juncta *pag. 427. litt. B. Cened. QQ. canonic. 19. n. 2. Chassan. cons. 1. n. 1.*, suntque præsagia, & pro-
106 digia, vèl pestis, vèl belli, vèl penuriæ, ut variis exemplis comprobat *Aldrovand. sub cit. cap. 1. pag. 421. cum seqq.* & præsertìm *pag. 425.* ubi quod non pestem solummodò, sed, & bellum portendunt, & quod periculum pestilentiæ afferant cum *Oros. lib. 5. Histor. cap. 11.* & aliis tradit *Amaya ubi suprà n. 8. Menoch. de Recuper. remed. 12. n. 36. Aldrovand. cit. cap. 4.* ubi loquendo de earum victu, & damnis *pag. 421. cum seqq.* refert variis temporibus aerem corrupisse, vèl quià uno agro, ac arborum frondibus depastis in alium transvolantes ad instar nubis densissimæ depopulabantur, passim humi nascentia, fœtore gravissimo post se relicto, vèl quià ventorum flatu in mari, aut flumine submersæ, & deindè refusione Oceani in litus rejectæ, seù alitèr extinctæ putredinè aeris ex fœtore pepererint, & comprobant *Divus Hieronym. Coment. in Joel. cap. 2. Matthia Unthzer. de Peste lib. 1. pag. 34. ac Card. Gastald. de Avert. & profig. pest. cap. 249. n. 52. cum seq.*

Undè ponuntur intèr casus sterilitatis, ut
107 prosequitur *Amaya loc. cit. sub n. 8.* qua ratione facienda est conductori remissio affictus, ut per *Text. in l. Excepto 18. C. Locati* tradunt *Sebastian. Medic. de Casib. fortuit. par. 2. quæst. 10. n. 39. D. Pacion. de Locat. & conduct. cap. 46. n. 60. cum seq. & Magon. Decis. florentin. dec. 67. n. 11. cum seqq. ubi n. 22. cum seq.* firmat, quod si ob justum timorem Locustarum
108 conductor desierit agrus colere, adhùc debetur illi remissio, *Amaya Observat. Jur. lib. 3. cap. 3. n. 12. Balmaseda de Collectis quæst. 53. n. 4.* & respondit *Joannes Antonius Molignanus altercat. 98. n. 17. cum seqq.* ac intèr casus inopi-
109 natos, & insolitos *Amaya ubi suprà eod. n. 8. Menoch. d. remed. 12. n. 36. & de Arbitr. Judic. cas. 80. n. 9. Valasch. de Jure emphyt. quæst. 27. num. 25.*

Adverte tamèn hunc casum olim forsàn numerari intèr casus insolitos, & inopinatos
110 in agro Romano, verùm cum in hoc sæculo pluriès evenerit, nempè de anno 1577. & de anno 1612. in Pontificatu *Pauli V.* de anno 1644. Sede Vacante per obitum *Urbani VIII.* de anno 1652. per totum annum 1655. pro quarum extirpatione sumptus ascendit ad scuta 50. m. circitèr, de anno 1687. & de anno 1688. in quo hæc scribebam, talis amplius non est judicandus, sed solitus, & qui prævideri valet, prout prævidetur, dùm re-

111 gula-

11 gularitèr in locationibns agrorum,& tenu-
tarum expresſè solet conveniri circa hunc
casum, quæ conventio est servanda Fermosin.
in cap. Ecclesia S. Maria quæst. 11. n. 21. de Con-
stitution.

Et si nullum intèr contrahentes intercessit
pactum adhùc conductori, qui absquè sua
culpa damnum intolerabile passus est in fru-
112 ctibus causa Locustarum debetur restau-
rum tanquàm casus fortuitus per Text. in l. Si
merces §. Vis major, & l. Ex conducto §. primo
ff. Locat. ibiquè Scribentes, & in puncto l. Ex.
cepto C. Locati respondit Joannes Antonius
Molignauus altercat. 98. n. 7. Paschal. de Virib.
patr. pot. par. 4. cap. 6. n. 95. Narbon. ad Leg. re-
compilat. lib. 4. tit. 4. leg. 57. gloss. unic. n. 50. cum
seq. Thesaur. QQ. forens. lib. 3. quæst. 79. n. 2. Ma-
gon. Decis. Florentin. dec. 67. n. 11. cum seqq.

Inito verò pacto de facienda remissione
pensionis, succedente casu fortuito, tùnc ad
hoc ut pactum aliquid operetur ultrà Jus
113 commune, facienda est remissio, quamvìs
damnum non sit intolerabile, & notabile, ut
tradit Giurb. observ. 24. n. 15. vers. declara quin-
to D. Pacion. de Locat. & conduct. quæst. 24. n. 3.
& in puncto Molignan. loc. cit. n. 8. cum seq.

Et si omnes fructus, & segetes fuerunt à
Locustis devoratæ integra pensio erit remit-
114 tenda, nam inest contractui locationis con-
ditio, si fructus colligantur d. leg. Ex condu-
cto §. 1. vers. sed si ager. Antonius Faber in tit.
de Locat. deffinit. 22. in specie firmant Molignan.
loc. cit. n. 14. cum seq. & Balmased. de Collect.
quæst. 53. n. 4.

Si autem pactum negative conceptum sit,
nempe de non petenda remissione pensionis,
cum versetur in casu impedimenti, prove-
115 nientis ex casu fortuito, non autem ex fa-
cto locatoris, vel quem ipse impedire potue-
rit, sustinebitur, itaut locator ad remissio-
nem non teneatur l. Si quis fundum 20. ff. de
Locat. Valasc. de Jure emphyt. q. 270. num. 34.
vers. secundus casus, Castill. Controv. jur. lib. 3.
cap. 3. sub. n. 62. & distinguendo tenet D. Pa-
cion. de Locat. d. quæst. 49. n. 24.

Fugantur Locustæ vi ventorum, nam me-
diante eorum flatu in Mari, seu Flumine de-
116 latæ submerguntur; extirpantur etiam va-
riis modis late recensitis à Plin. Histor. natu-
ral. lib. 11. cap. 29. ab Vliten. Aldrobadin in
Ornytologia lib. 20. cap. 5. & lib. 12. cap. 6. à
Bartholomæo Patan. de Locustis, à Quinnonez
eodem tract. cap. 3. ab Aldrovand. loc. cit. in §.
Vt fugentur pag. 426. cum seq. & in Pragmati-
ca ædita à Prorege Neapolis die 8. Octobris
1652. ac impressa penes Rovit. tit. de Bruchis
pragmat. 1. Nam quo ad Matres statim mo-
riuntur ac pepererint, tunc vermiculo circa
117 fauces innascente, qui eas strangulat Aldro-
vand. ubi supra, Chastan. cons. 1. sub n. 1. Quo ve-
rò ad partum extirpantur, ova obterendo,
deinde fœtum, postremo adultas, ut cum Plin.
d. cap. 29. tradit Fermosin. loc. cit. n. 5. Etenim
118 cum pariant de mense Augusti ova conden-
sa, quæ sub terra durant hyeme, donec us-
que subsequenti mense Aprilis ex eis emit-
tuntur parvæ, nigricantes, & sine cruribus,
pennisque reptantes Locustę, quæ paulo post
majores efficiuntur Aristotil. de Histor. animal.
lib. 5. cap. 17. Aldrovand. d. lib. 4. cap. 1. ac
Chastan. d. cons. 1. n. 1. Hyppolit. Rimin. cons. 40.
119 n. 29. vol. 1. & in primo, ac secundo anno
quidem non volitant, nec graviter damnifi-
cant, secus verò in tertio, & quarto, qui est
ultimus annus earum vitæ secundum opinio-
nem aliquorum, sed juxta aliorum sententiam
incertum est tempus earum vitæ. Perquirun-
tur enim ova regulariter in mensibus Sep-
120 tembris, & Octobris, illaque conteruntur,
& concremantur, Rimin. loc. cit. num. 30. cum
aliis supra allegat. Occiduntur etiam post-
quam sunt natæ, & adhuc non volitant, vel
121 introducendo ibi sues, (non tamen præ-
gnantes, nec parvuli ob periculum eorum
mortis) qui avide illas perquirunt, & co-
medunt, prout practicatum fuit de anno
1688. in Agro Romano, quòd remedium ta-
men caute videtur practicandum, nam cum
tale alimentum sit pessimæ conditionis caro
suina ob contractam illam malam qualita-
tem ex proximo esu ejus facile potest præju-
dicari saluti humanæ, nam alimenta prava,
& corrupta humanum corpus alterant, &
quamvis in primis coctionibus digerantur,
suas tamen retinent malignas vires, quibus
sanguinem, & solidas etiam partes corporis
immutant, & inficiunt Campeg. de Re cibar li. 1.
cap. 11. & 19. Pravidell de Peste tit. de cæter.
ad salubrit. Civit. pertin. §. Dum diximus, Ripa
eod. tract. in prælud. nn. 7. & 20. Marchin eod.
tractat. lib. 1. cap. 1. n. 9. Vrsell. conclus. 111. n. 17.
& Card. Gastald. de Avert. & proflig. pest.
cap. 250. n. 1. cum seq. Tale remedium tamen
de anno 1689. in quo vigebant in aliquibus
Tenutis Agri Romani non fuit practicatum,
quia experientia agnitum fuit, quod Sues il-
las saltirantes insequendo paulatim introdu-
cebant de uno ad alium Agrum, ita ut brevi
tempore posset totum territorium inficiari,
& corrumpi. Vel extendendo pannos lineos
albos supra, terram, ad quos paulatim intro-
ducuntur ab Operariis mediantibus scopis,
aut aliis similibus instrumentis, & hoc reme-
dium est tutius, & facilius, prout expertum
fuit de anno 1689. in Agro Romano, cum
Locustæ hujusmodi colorem album amantes
statim currant, & superimponant, deinde
eisdem pannis insimul junctis, illisque per-
cussis, omnia ea animalia descendunt in Sac-
culum in medio panni consitum, ibique com-
primuntur, & occiduntur, & postea combu-
runtur, vel in foveis sepelliuntur, & ita pra-
cticatum etiam fuisse de anno 1648. in Terri-
torio Vallisoletano, ac in Provincia Castellæ,
testatur Fermosin. in cap. Ecclesia S. Mariæ
qu. 11. sub n. 4. de Constitution. Idemque mo-
dus servatur quoque, quando grandiores fa-
ctæ volitant.

Ad

Digitized by Google

Ad prædictum effectum habita notitia hu-
jusmodi animalium mediante Edicto publico
pœnali DD.Consulum Agriculturæ Vrbis in-
122 jungitur Dominis Terrarum, & Tenutarum
expurgatio, & ne ob controversiam inter Lo-
catorem, & Conductorem cuinam ex eis in-
cumbat onus exputgandi differatur expurga-
tio in grave præjudicium publicum, præcæte-
123 ris expresse in eodem Edicto subditur. *In
ordine poi alle spese, che si faranno, si doveran-
no ripartire, e pagare frà li Padroni delle Te-
nute, & Affittuarii, e Lavoratori in confor-
mità d'un decreto generale fatto dal sudetto Tri-
bunale dell'Agricoltura li 27. Aprile 1654. Di-
chiarando però, che il peso, e cura di spurgare
debba essere de Padroni, e non altrimente degl'
Affittuarii, e Locatori, à quali volendo fare, e
facendolo con effetto saranno fatte restituire le
spese per la rata, che toccarà à Padroni subito,
con una semplice citatione, dandoli anco facoltà
di potersèli ritenere nell'Affitti, e riposte à loro
arbitrio.* Tenor autem dicti Decreti est qui
sequitur. *Mandarunt expurgari Tenutas, Ca-
salia, & Terras tam ad Ecclesiasticas personas,
Capitula Ecclesiarum, loca Pia, Hospitalia,
quam ad quoscunque alios spectantia, & perti-
nentia, & tam sata, quam sodiva à Grillis
sumptibus propriis, pro quibus possint se re-
valere contra Dominos pro medietate, & con-
tra Laboratores pro tertia parte pro rata sa-
torum dividenda inter Dominos & Affictua-
rios pro medietate, & in casum non expur-
gationis mandarunt expurgationem fieri per
vicinos sumptibus eorumdem Dominorum, vel
per Cameram Agriculturæ ex officio, & re-
spectu quantitatis illarum ad effectum illas repe-
tendi, seu agendi pro illarum solutione stari no-
tulæ juratæ eorumdem vicinorum, seu Ministris
ab ipsis deputandis, casu quo expurgare nolve-
rint nisi infra duos à die affixionis per Mandata-
rium ad Valvas Officii nostri, omni &c.*

Valerius de Sancta Cruce Cons.
Ludovicus Casalius Cons.
Marius Gabriellius Cons.
Petrus Vaoninus Cons.

Nam illi, in quorum prædiis hujusmodi
animalia reperiuntur compelli valent, etiamsi
privilegiati, & Ecclesiastici, ut eorum ex-
124 pensis propria prædia mundent, ne alii vi-
cini inficiantur, ut tenet *Bobadil. in Politic.
lib.2. c.18. fallent.18. n.292. Mexia in Pragm.
taxa panis conclus. 5. n. 44.* & late *Fermosin. in
cap. Ecclesia S. Mariæ 10. qu.11.n.8. cum seqq.*
& præsertim *n. 13. cum seqq.* ubi *n.19.* adver-
tit, talem compulsionem faciendam esse per
Judices Superiores Ecclesiasticos *de Constitu-
tion.* nam Judex laicus super illis non potest
exercere Jurisdictionem, eo modo, quo Sta-
tutum laicale de expellendis Locustis non
comprehendit Ecclesiasticos, ut firmat *Mart.
de Jurisd. par.4. centur.1. cas. 2. n. 11.* Taliter
cuim cessat controversia in Urbe, cui incum-
125 bat onus expurgandi, & an ex publico æra-
rio, vel privato sit facienda, quam exami-
nant *Fermosin. loc. cit. Narbon. in Leg.57.tit.4.
lib. 2. recompil. gloss. unic. n. 4. cum seqq.* qui
tenet expensam faciendam esse ex ærario
Principis, cum agatur de debellatione Depo-
pulatorum agrorum, & extirpatione Ho-
stium publicorum, quod redundat in utilita-
tem totius Principatus, & Reipub. ob evidens
periculum penuriæ, & pestis, *Bobadill. in
Politic. lib.2.cap.18.fallent.18. n.292. & lib.5.
cap.4. n.41. Avendan. de Exequen. mandat.p.2.
cap.10. n.26. Villadieg. in Politic. cap. 5. §.30.
n.32. 76.cum seq. Mexia de Taxa panis concl.5.
n.44. cum seqq. Balmaseda de Collect. q. 53. n.1.*
juncto *n. 6. cum seqq.* qui cum *Bobadill. dicto*
126 *n.292. & Mexia* tenet, quod quoties impo-
nitur collecta pro extirpatione Locustarum,
omnes quamvis privilegiati solvere, & con-
tribuere tenentur, quia etiam in eorum utili-
tatem resultat *Cobell. ad Bullam boni Regim.
cap.42. n.87.*

Pro facienda autem perquisitione, & ex-
tirpatione alias sedente *Paulo V.* a Congrega-
tione Annonæ missos fuisse Commissarios
127 sumptibus ipsius Annonæ, cum amplissimis
facultatibus cogendi rusticos ad illas occi-
dendas, soluta competenti mercede de visu
testatur *Cobell. d. cap. 42. n. 86.* Vt plurimum
128 tamen deputantur à Tribunali Agriculturæ
Commissarii, & non minus ad earum debel-
lationem hominum agmina colliguntur,
quam si adversus Hostes dimicandum foret,
ut de *Gn. Sicinio Prætore à Romanis* designato
ad extirpandam immensam quantitatem Lo-
custarum à Mari vento repente in Apuliam
illatam refert *Tit. Livius, lib.2. dec.5.* tradunt
*Amaya observ. lib.3. cap. 3. n. 6. Jo. Antonius
Molignanus Legal. altercation.98. n. 2. Rimin.d.
cons.40.n.29.cum seq. Menoch. de Recuper. posses.
remed.12. num.13. cum duobus seqq. & Magon.
decis. Florentin.67. n.12.*

Publicari enim solet in Vrbe Edictum, in
129 quo præcipitur omnibus etiam Ecclesiasti-
cis, & privilegiatis, *Che debbano spurgare,
e far spurgare, prontamente le loro Tenu-
te, Casali, possessioni, terre, e territorii dal-
le Locuste, ò Grilli dentro, e fuori del suo di-
stretto, quando siano, e si scoprissero in esse, do-
vendo subitamente incontinenti, e senza tardan-
za veruna dar principio à detto spurgo, e quello
seguitare sino alla totale esterminatione d'esse,
per riparare securamente alli pregiuditii, che
potrebbero fare nelle prossime raccolte, sotto pe-
na alli trasgressori di scudi 500. d'oro d'applicar-
si la metà alla Rev. Camera Apostolica, e l'altra
metà alla Camera dell'Agricoltura, & altre pe-
ne anche corporali ad arbitrio, all'esecutione
delle quali si procederà irremissibilmente senza
ammettere scusa, ricorso, ò appellatione, oltre
che siano tenuti à rifare à vicini tutti li danni,
che mostraranno haver patiti per dif[illegible]to di detta
espurgatione, la quale si farà anco fare ex officio
à spese di quelli, che mancaranno d'espurgare,
& alla refettione di dette spese, e risacimenti di
danni patiti si procederà manu Regia, de facto
su-*

*ſubitamente, rimoſſo ogni ricorſo, & appella-
tione; & affinche detta eſpurgatione ſegua onni-
namente, ſi dà anche ſacoltà à Vicini di potere
eſpurgare nelle terre d'altri Vicini, quando però
nel termine di trè giorni proſſimi non hauranno
poſto mano allo ſpurgo ne'luoghi tocchi da detti
animali, e riſpetto alle ſpeſe, & eſpurgatione,
ſi ſtarà alla nota giurata, che ſi darà da Vicini,
che hauranno ſpurgato ſenz'altra prova, e giu-
ſtificatione*, & teſtatur *Card. de Luca de Servitut.
diſc. 46. n. 1. cum ſeq.*

Nec per unicam diligentiam in expurgan-
130 do dicitur ſatisfactum, ſed cum agatur de
reſpicieutibus certum effectum, ac tractum
ſucceſſivum, injuncta dicitur earumdem dili-
gentiarum continuatio toties, quoties caſus
evenerit, ut tenet *Card. de Luca ubi ſupra nu. 4.*
131 Intelligendo tamen de diligentiis morali-
bus, ut reſpondit *Card. de Luca eodem diſcurſ.
46. n. 5. cum ſeqq.*

Anathematizantur etiam, & excommuni-
cantur Locuſtæ ſecundum opinionem *Chaſſan.*
132 latiſſimè comprobatam in *conſil. 1. per tot.*
& præſertim *n. 80. verſ. partem tamen affirma-
tivam uſque in finem*, ubi ponit etiam formu-
las monitorii & ſententiæ ferendæ, aliaque
ad praxim neceſſaria ad validam excommu-
nicationem fulminandam, & teſtatur de fa-
cto latas fuiſſe quatuor ſententias, quibus
mediantibus liberatos fuiſſe populos è vexa-
tione talium animalium, & relata auctorita-
te *Hieronymi Grati* proſequitur *Aldrovand.
loc. cit. pag. 427.*

Verum quia cenſetur ſuperſtitioſum, & à
ratione omninò alienum, quod excommuni-
catio, quæ eſt pœna, quæ fertur in animam,
133 & eſt gladius ſpiritualis, quo quis ſeparatur
à communione fidelium & bonis ſpiritualibus
Eccleſiæ privatur, ferri poſſit contra hujuſ-
modi animalia, dum ſolus homo baptizatur,
134 mortalis, & baptizanti ſubjectus excom-
municari poſſit, idcirco opinio *Caſſanei* re-
probatur à *Navarr. lib. 5. de Sent. excom.*
135 *conſ. 5. n. 1. & in Manual. cap. 27. n. 13. verſ.
quare ſuperſtitionis eſt, Soto de Juſt. & Jur.
lib. 5. qu. 12. art. 2. & in lib. 8. queſt. 3. art. 3.
Ugolin. de Cenſur. Eccleſ. tabul. 1. cap. 17. n. 2.
cum ſeqq. Rodriguez tom. 1. Caſ. conſcient. c. 78.
n. 3.* late diſcuſſo articulo, & aliis relatis re-
ſpondit *Cened. Canonic. qq. 19. per tot.* qui ſub
nu. 10. cumulatis concordantibus, advertit
quod liberatio a vexatione hujuſmodi anima-
lium non fuit ſubſequuta ex bonitate, & vir-
tute ſententiarum relatarum à *Chaſſaneo loc.
cit.* ſed ex poteſtate Diaboli, qui abſtulit illa
animalia de terris, vel occidit ea etiam ſubi-
to ad perſuadendum credentibus illam libe-
rationem provenire ex efficacia præfatorum
proceſſuum, & ſententiarum, & ſic continere,
& manutenere confidentes in eis in per-
verſis ſuperſtitionibus, & invocationibus, &
amicitia Dæmonum, qui ut plurimum cu-
piunt haberi, & adorari pro Diis, & bene-
factoribus noſtris *Clar. lib. 5. §. fin. qu. 99. n. 8.
in fine*, ubi dicit nunquam vidiſſe in practica
obſervari opinionem *Chaſſanei*, *Leo in The-
ſaur. for. Eccleſ. par. 4. cap. 3. Duard. in Bulla
Cœnæ Domini cap. 1. qu. 3. n. 90. P. Theophilus
Raynaudus de Monitoriis Eccleſiaſtic. cap. 12.* qui
poſt regiſtratam formulam ſententiæ excom-
municationis, tenet eſſe abuſum, & nugaci-
tatem judicium inſtituere cum illis beſtiolis,
eaſque admonere, & excommunicare *Moli-
gnanus d. altercat. 98. num. 4.* latiſſimè *Joannes
Thoma de Noxa animalium cap. 27. à n. 40. uſque
in finem.*

Religioſe tamen uti poſſumus contra illa
animalia aqua benedicta, precibus, adjura-
tionibus, & exorciſmis juxtà Ritum, de quo
infrà in *Obſervat. ad rubr. 39. hoc eodem libro*
humiliter implorando auxilium Divinæ Cle-
136 mentiæ adverſus Dæmones, quibus in ul-
tionem delictorum noſtrorum permitti divi-
nitus ſolet, hujuſmodi incurſionibus nos in-
feſtare, ut referunt *Sot. lib. 5. quæſt. 12. art. 2.
in fine, & lib. 8. quæſt. 3. art. 3. Vega in Sylva
lib. 5. caſ. 102. Rodriquez d. cap. 78. in fine, Na-
varr. cit. conſ. 5. n. 14.* ubi advertit, quod in
his exorciſmis, & orationibus non debet fie-
ri mentio excommunicationis, & anathema-
tizationis, quarum nec *ipſa* animalia, nec
Dæmones capaces ſunt, quos cum aliis re-
fert, & ſequitur *Cened. d. quæſt. 19. n. 7.*

Nam Miniſter Eccleſiæ pro poteſtate ſibi
in Satanam conceſſa, execratus ejus maligni-
tatem, urget illum in nomine *Domini* ut rece-
dat, deſinatque illa animalia movere in dam-
num mortalium. Et quia plerumque annuen-
te *Deo* non diſpar exitii, aut ſucceſſionis ta-
lium animalium effectus ſequitur, quando
cum homo excommunicatus abſcedit, deſe-
ritque aliorum hominum comercium, ac
137 etiam quia ſolemnitas adjurationis aliqua-
tenus reſpondet ſolemnitati, quæ inter ex-
communicandum ſervatur, propterea vulgus
eo devenit, ut talem Satanæ bruta illa mo-
ventis execrationem, & adjurationem arbi-
tretur, eſſe excommunicationem, eoque no-
mine illam appellet juxtà præciſa verba *Patris
Rainaudi loc. cit. ſub n. 4. & n. 5. cum ſeqq.* refert
varios caſus liberationis reportatæ mediante
hujuſmodi adjuratione pro excommunicatio-
ne à vulgo ſumpta.

Cum enim hujuſmodi animalia ut pluri-
mum miſſa ſint à Deo irato tanquam maledi-
ctio in Populo audire nolente vocem ejus, ac
138 mandata illius contemnente, & ſic propter
ſcelera noſtra uti flagellum in pœnam noſtro-
rum peccatorum, & ſcelerum, ut in *Deuter.
cap. 28. n. 38 cum ſeq. in libr. Judic. cap. 6. nu. 5.*
teſtatur *Regius Propheta in Pſalm. 77.* ibi *Miſit
in eos iram indignationis ſuæ, indignationem,
& iram, & tribulationem immiſſiones per An-
gelos malos, & dedit ærugini fructus eorum, &
labores eorum Locuſtæ, & occidit in grandine
vineas eorum, & moros eorum in pruina, &
tradidit grandini jumenta eorum & poſſeſſiones
eorum igni* advertit *Amaya cit. cap. 3. n. 5. Bal-*

ma-

Digitized by Google

naſeda de Collect. quæſt. 53. *nn.* 1. *& Cobell. ad Bull. boni Regim.cap.*42. *n.*87. *verſ.verùm quid.*
Ideò ut avertatur ira Dei, & preces noſtras
placatus admittat, & flagella ſuæ iracundiæ,
quæ pro peccatis noſtris meremur avertat,
139 recurrendum eſt ad validum remedium pu-
blicarum orationum, & pœnitentiarum, nec
non proceſſionum, quas *Sancta Mater Eccleſia*
ad hunc effectum inſtituit, ut tradunt *Aven-
dan. de Exequen. mandat. par.*2. *cap.*10. *nu.*27.
Leo in Theſaur For. Eccleſ. par. 4. *cap.*3. *nu.*31.
*cum ſeqq. Cobell. loc.cit. n.*89. *Garz. de Expenſ.
cap.* 21. *n.* 36. *cum ſeqq.* ubi multa de Litaniis
in hujuſmodi ſupplicationibus decantari ſoli-
140 tis, de quibus etiam loquitur *Card. Baron.
in Annal. tom.* 1. *ſub anno Chriſti* 58. *Pontifica-
tus B.Petri pag.*534. aſſerens hunc precandi ri-
tum antiquiſſimum tàm in Orientali, quàm
in Occidentali Eccleſia fuiſſe, & quod variis
temporibus reportata fuerit liberatio ad in-
terceſſionem Religioſorum, & Sanctorum
Virorum relatis exemplis teſtatur *Aldrovand.
loc. cit. pag.* 427. & de *Stephano VI. Pontifice
Cardin.Baronius Annal.tom.*10.*anno* 885.*p.*661.
litt. A.& B. teſtatur legiſſe in antiquo *Codice
Vaticanæ* Bibliothecæ ſequentia verba: *Cum
clades itaquè Locuſtarum, quæ Prædeceſſoris ſui
Adriani, vid. totam Patriam penè conſumpſerat
malo multiplicato germine naſci cæpiſſent, &
omnia repleviſſent, miſertus ille Papa afflicti
Populi primùm quidèm divulgavit, ut ſi quis de
iis unum ſextarium coperet, & ſibi attuliſſet
quinque, vel ſex denarios ab eo perciperet. Hoc
autem Populi audientes cæperunt hùc, illùc di-
ſcurrere, eaſque capere, & miſericordioſiſſimo
Patri portare, ſed cum illas tali argumento de-
lere nequiſſet, ad Domini miſericordiam confu-
giens in Oratorium B. Gregorii, ubi ejus lectus
habetur juxtà Eccleſiam Principis Apoſtolorum
veniens ſe ſe cum lacrymis in orationem dedit,
cumque diutius oraſſet, ſurrexit, & aquam
141 pro priis manibus benedicens tradidit Man-
ſionariis præmonitis, ut in nomine Domini
agros ſuos circumeant, & hanc aquam ſpar-
gant per ſata, & vineas, petentes Divinum
ſibi ſuffrogari ſubſidium, quo facto tanta Om-
nipotentis Dei ſubſequuta eſt miſericordia, ut
ubicumque ipſa aqua aſperſa eſt nulla peni-
tus Locuſta remanſerit, & circum quaque
vicini oudientes ad Urbem confluunt ſubveni-
ri ſibi depoſcunt, omnem terram in pulveris
modum Locuſtis coopertam clamitant, quos be-
nignus Papa benignè commonuit de Cœlo auxi-
lium petere debere contra flagellum imminens.*
Benedicuntur etiàm Populus, & agri, nàm
benedicere eſt alicui bonum precari a Deo, à
142 quo eſt omne bonum, non quidem, ut ipſa
benedictio ex opere operato, aut infallibili-
tèr impetret, quod precatur, ſed quod nomi-
ne Eccleſię facta magnam vim habeat ad illud
impetrandū, ut docet *Lezana Oper.Moral.to.*2.
*verbo Benedictio n.*1. ad effectum autem abſol-
vendi, & benedicendi Populos, & agros ex
143 Apoſtolicæ Sedis indulto traditur formula
à *Leone in Theſaur.For.Eccleſ.par.*4.*cap.*3.*n.*43.
ſecundum ultimam impreſs. & in *Rituali Romano
in fine* ibi enim à Delegato auctoritate *Dei
Omnipotentis, & Beatorum Apoſtolorum Petri,
& Pauli à Sanctiſs. D.N.Papa* ſibi conceſſa ab-
ſolvit Populos & omnes illius loci ab omni
vinculo excommunicationis, ſuſpenſionis in-
terdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis,
cenſuris, & pœnis etiam *in literis die Cœnæ
Domini* ſolitis legi contentis per eos incurſis,
quas modo ignorant, & reſtituit eos omnes
communioni, & unitati Fidelium, & *Sanctis
Sacramentis Eccleſię*; Nec non benedicit agros;
implorata verò à *Deo* averſione illius iræ, &
benedictione, poteſt exindè etiàm ſperari in-
crepatio contrà talia animalia, ut in *Can.re-
vertimini* 67. *Conſ.*16. *quæſt.*1. ibi: *Et increpa-
bo pro vobis devorantes Locuſtas, videlicèt, &
reliqua, quæ prædiximus, & non currumpent
fructum terræ veſtræ.*

ADDID. AD RUBR. VII. Lib. V.

SUMMARIUM.

1 ÆDictum, in quo ſtatuatur pæna major damni publicari poteſt ad obviandum frequentibus damnis.
2 Pæna major damni impoſita poteſt exigi etiamſi nullum probetur damnum.
3 Et procedi poteſt per inquiſitionem.
Per inquiſitionem procedi poteſt in quibuſcumque delictis num.3.
4 Maximè quando pars penæ applicanda eſt Fiſco.
5 Actio de paſtu pecudis competit Domino prædii damnificati.
6 Dominus pecudum tenetur ſi Paſtor ſui gregis damnum dedit.
7 Paſtores mercenarii gregum tenentur de leviſſima culpa.
8 Actio noxalis competit pro damno dato à bellua feroce.
9 Dominium herbarum, & paſcuorum ſpec-r*t ad illum, ad quem ſpectat dominium prædii.
10 Dominus prædii poteſt prohibere nequis ingrediatur pro paſcendis herbis, non probata ſervitute.
11 Servitus Juris paſcendi ut dicatur probata indiget præſcriptione immemorabili, vel quadragenaria cum titulo.
12 Occidi non poſſunt animalia damnum dantia à Domino fundi damnificari Contrarium vigore Statuti, vèl Conſuetudinis num. 17. & iſto caſu Dominus fundi occidens non tenetur ad reſtitutionem animalium mortuorum num.18.
13 Et ſi occidecit poterit contra eum agi criminalitèr. Contrarium de Jure Communi.
15 Dominus fundi tenetur ad emendam damni, quando dedit cauſam, quod animalia

Digitized by Google

se præcipitaverint, & interierint.

16 Dominus animalium occisorum non tenetur recipere carnes, & corium in computum pretii.

19 Jus affidandi competens Comunitati non est servitus sed venditio, & locatio herbarum.

Fida est Jus Legale competens Papæ uti Supremo Principi num.19.

20 Solutio pro pretio herbarum non tanquàm gabella fieri debet tàm à laicis, quàm ab Ecclesiasticis.

21 Mutari non debent ea, quæ diù certam interpretationem habuerunt.

22 Mutationes, & novitates tanquàm Reip. perniciosæ sunt arcendæ.

23 Opiniones *Rotæ antiquæ* debent sequi, nec possunt in dubium revocari ob gravissimum præjudicium Reip.

24 Judex ignarus judicando peccat lætalitèr, & tenetur ad refectionem damnorum.

25 Gallinæ damnificantes occidi non possunt à Domino fundi damnificati.

26 Locustarum, & murium, ac de modo dissipandi remissive, & num. 30. cum seqq.

27 Excommunicari, abjurari, maledici, atquè execrari non possunt locustæ, & bruccoli, & quare.

28 Excommunicatio in animalia irrationabilia non est ferenda, sed tantum in hominem baptizatum.

29 Processiones ordinatæ sunt ad implorandam Divinam opem, & ad avertenda Divina flagella.

30 Pro dissipandis locustis, & Bruchis recurrendum est ad Orationes, & jejunia.

Non solũ *D. Comes Bondenus hujus nostræ meminit observationis*, sed etiã illã integrè imprimi curavit *in ejus Votis ad Oter. de pasc. cap. 39.*

Ad obviandum damnis, quæ frequentèr committuntur, potest publicari ædictum, in
1 quo statuatur pæna etiàm damno major *,
cum pænæ hujusmodi sint arbitrariæ, & pro modo necessitatis, & periculorum, quibus decet occurrere, imponi possunt graviores, vèl severiores ad tradita per *Oter. de pasc. cap. 12. n. 30. ibique Co: Bonden. n. 10.* Respondit *Rot. in Interamnen. Jurispascendi* 5. *Maii* 1694. *cor. R. P. D. Emerix impress. inter recollect. ad Card. de Luc. super materia de Servit. dec. 2. n. 12. vol. 1. secundùm impress. Lugdunen.* ubi de Ædicto, in quo taxata fuerat pæna in juliis tribus pro qualibet bellua, & vice.

Et potest exigi etiàmsi nullum probetur
2 damnum, quia non exigitur ratione damni *,
sed ratione contemptus Banni, sivè Ædicti Principis, ut prosequitur *dicta dec. 2. n. 13.*

Nèc non procedi valet per inquisitionem, cum de generali consuetudine hodie in qui-
3 buscumque delictis * procedi possit ex Officio; & sic per inquisitionem ut docent *Clar. lib. 5. sent. §. final. quæst. 3. num. 6. ibique Bajard. quæst. 17. n. 4. Farinac. in fragment. par. 2. verbo Inquirere n. 349.* & prosequitur *d. dec. 2. n. 15.*
4 ubi subdit id maximè procedere * quandò
pars pænæ applicanda est Fisco.

Num. 1. Actio de pastu pecudis competit domi-
5 no prædii damnificati * ut etiam firmat *D.*
Advocatus Calderonus in ejus responso impress. penès Oter. de pascuis cap. 42. n. 50.

Et Dominus tenetur ad satisfactionem si
6 Pastor sui gregis damnum dederit * *Aylon.*
ad Gomez cap. 3. n. 23. quem sequitur *Pegas. resol. forens. cap. 3. n. 304.*

Et Pastores, qui mercedem accipiunt pro gregum custodia tenentur de culpa levissi-
7 ma * *l. Qui mercedem 43. ff. locat. Guttierez.*
lib. 4. quæst. 47. per tot. quos cum aliis sequitur *Pegas ubi supra n. 303.*

Num. 3. Actio noxalis competit pro damno
8 dato à bellua * ut etiam firmat *Calderonus in*
d. ejus responso n. 45. & numeris seqq. declarat procedere in animali feroci.

Cum enim Dominium herbarum, & pascuorum spectet ad illum, ad quem spectat
9 dominium prædii * ad *Text. in l. Qua actione,*
& in l. Adeo §. final. ff. de acquir. rer. domin. Card. de Luca de servit. disc. 35. n. 4. Eminentissimus Card. Corradin. de prelat. quæst. 54. n. 1., & dixit *Rot. in Acheruntina Juris pascendi 14. Februarii 1712. §. Solidissimum cor. R. P. D. Falconerio.*

Proindè ad ejus libitum potest prohibere, ne quisquam in sua bona ingrediatur pro pa-
10 scendis *, vel pasci faciendis herbis, nisi
concludentèr probetur acquisita servitus Juris pascendi *l. Pratum de Pasc. public. lib. 11. Idem Eminentissimus Corradin. loc. cit. Rot. in rec. dec. 416. n. 1. cum seqq. par. 14. & in d. Acheruntina loc. cit. & in §. finali* subditur procedere in omnibus fructibus prædii.

Quæ servitus tanquàm causam discontinuam habens indiget probatione temporis
11 immemorabilis *, vèl quadragenaria cum ti-
tulo *l. Hoc jure §. Si aqua vers. ductus ff. de aqua quotid., & estiv. Guidopap. dec. 573. n. 4. vers. Sed requiritur Rot. dec. 300. n. 9. cum seq. par. 9. & in d. Acheruntina §. Hujusmodi.*

Num. 4. Occidi non possunt animalia damnum
12 dantia à Domino fundi damnificati *; *Con-*
ciol. ad Statut. Engub. lib. 6. Rub. 11. n. 1. aliis relatis firmat *Cortiad. dec. 215. n. 18. par. 3.*

Et si occiderit, poterit contra eum agi criminalitèr ut concordantibus adductis docet
13 *Cortiad. d. dec. 225. eod. n. 18.* * maximè si illud
fecerit ob inimicitiam, vèl in odium ut tradit *Franciscus Ant. Bousiu. ad Banniment. General. cap. 75. sub nu. 24. circa med.* Contrarium
14 tamèn quod de jure communi * contra eum
non possit agi criminalitèr, sed solum pro damno dato relatis *Bertazzol. & Guazzin.* tenet *Conciol. ubi supra n. 3.*

Quinimò si Dominus fundi animalia non tetigerit, sed adeò exagitaverit, ut se præci-
15 pitasseut, * vel coegerit, transire per viam
arctam, aut alio modo, & illa sibi ruperint Collum, seu interitum passa sint, tenebitur actione in factum ad emendam damni ut firmat

Digitized by Google

mat *Text.in* §. *ultimo Inſtit.de lege Aquilia* cumulatis concordantibus ampliat *Cortiad. d. dec.215.n.21.*

Secuta occiſione Dominus animalium non
16 tenetur recipere in computum * pretii carnes, & coria ut cum *Queſada Urſell. & Romaguer.* firmat *Cortiad.d.dec.215.n.19.*

Vigeote tamen diſpoſitione *Statuti*, vèl le-
17 gitima conſuetudine poſſunt * occidi *Barboſ. in l. de Pecoribus n.6. C.Ad leg.Aquil,Scyaloja de Foro compet. cap.26. n. 54.* & aliis allegatis limitat *Cortiad.d.dec.215.n.22.par.3.* qui tamèo *numeris ſeqq.* ſublimitat primo quando animalia ſine culpa Paſtoris aliena prædia intrarunt; & ſecundo quando animalia neceſſitate compulſa intrarunt,ut ſi fluvius crevisſet, aut caſualiter aliena prædia intraſſent, utroque tamen caſu debet refici damnum Domino fundi.

Et quotiès poſſunt occidi vigore Statuti, vel conſuetudinis, tùnc Dominus fundi occi-
18 dens * non tenetur ad reſtitutionem animalium mortuorum, ut docet *Cortiad.loc.cit.eodem n.22.*

Num.7. Jus affidandi competens alicui Communitati non eſt ſervitus, ſed potiùs aſſimilatur
19 dominio tanquàm importans* venditionem, & locationem herbarum, ut dixit *Rot.in Eugubina Juris paſcendi ſuper expenſis 11. Junii 1708. cor. R.P.D. Anſaldo* §. *Si quidem* ſolutio verò, quæ fit Rev. Cameræ Apoſtolicæ pro ſecuritate Affidatorum in eundo, & redeundo eſt Jus Regale, per quod Papa tanquam Supremus Princeps poteſt diſponere de rebus ſuorum ſubditorum privatorum ſaltèm cauſa publicæ utilitatis concedendo Fidam ſuper Caſalibus, & bonis eorum ut reſpondit *Spada conſ.7.n.20.cum ſeqq. vol.1.*

Num. 48. Quando ſolutio, quæ fit non eſt ſpecies Gabellæ, ſed fit pro pretio herbarum * tùnc tenentur omnes indiſtinctè ſivè laici, ſivè Eccleſiaſtici ſint ut concordantibus relatis, & me hic allegato Reſpondit *Rot. in Viterbien. uſus paſcuorum 15. Martii 1700. cor. R.P.D. Muto* §. *Poſito tamèn impreſs.penes Pacion.de locat. & conduct. ſecundùm ultimam impreſs. dec.17.*

Num. 90., cum ſeqq. Repugnat cuicunque convenientiæ ſivè legali, ſivè politicæ, quod ea,*
21 quæ diù certam interpretationem, ac diuturnum rerum ſtatum cum fælici populorum gubernio habuerunt, ſubvertantur mutationibus,& novitatibus contra *Text.in l. Minimè ff.de Legib.* quæ ſemper fuerunt Reip. perni-
22 cioſæ, & pròviribus ſunt * arcendæ, & comprobatur ex *Cap.Cum conſuetudinis 9. de conſuetud.ex Ariſtotile* Reffert *Patric. lib.3.tit.1, de Rep.& Gonzalez Tellez.in d.cap.Cum conſuetudinis n. 2. cum ſeq. de conſuetud.*, ipſa enim conſuetudinis mutatio etiam quæ adjuvat utilitate oovitate pertutbat ut ait *D. Auguſtinus in Epiſtol.128.cap.5.*

Hinc *ſa: me: Paulus V. in ejus Conſtitutione la 71.- Super reformatione Tribunalium Urbis,**
23 *ſub Tit.De Auditorio Rotæ* §. *Item Decanus* ſapientiſſimè diſpoſuit ibi: *Item Decanus,& alii Auditores præſertim antiquiores attendant, ne aliquid non ſolum contra Jus, ſed nèc etiàm contra ſtylum,& deciſiones antiquas factas in Rota, quæ impreſſæ habentur quoquo modo decidatur etiàm prætextu æquitatis in Jure non ſcriptæ, niſi maxima cum ratione,& diſcuſſione omnibus Votis, ſeù ſaltèm illorum duobus tertiis partibus,alitèr faciendum eſſe judicaverint.* Ex introductione enim opinionum quæ ſunt antiquis contrariæ excitari valent immemorabiles lites,& cauſæ jam diù terminatæ,& extinctæ in graviſſimum Reip.damnum.

Num.95. Judex exercens ſuum munus abſque ſufficienti ſcientia tanquàm indignus munere
24 judicandi peccat * lætaliter munus illud ſuſcipiens, & manet obnoxius reſtitutioni omnium damnorum inde provenientium ut cum *S. Antonin. & Navarr.* docet *Pereira in ejus Acradem. literar.lib.7.diſput.3.qu.1.n.1055.*

Num. 100. Gallinæ damnificantes non poſſunt occidi à Domino fundi damnificati * ut cum
25 *Navar.Bott.,& Caſſan.*firmat *Cortiad.dec.215. n.20.par.3.*

Num.103. Locuſtarum, & brucorum plura vide
26 penes *Cortiad.deciſ. 230.par.4.*

Num. 116. Plura de locuſtis, & muribus, ac de illis diſſipandis poſt has obſervationes impreſſas ſcripſit *Raynald. in ejus ſupplement. ad obſervat. crim.ad cap.15.ſupplet.1. Cortiad. deciſ.230.par.4.*

Num.133. Excommunicari, abjurari,maledici,
23 atque execrari non poſſunt * brucculi, & locuſtæ, quia non poteſt excommunicari is, de quo creditur non eſſe corrigendū per excommunicationem, & ſecundo quia prædicta animalia non ſubſunt juriſdictioni Epiſcopi, ideoque excommunicari non valent, & demum quia hujuſmodi animalia ſunt incapacia culpæ,ut aliis relatis per has rationes reſpondit *Ricc.prax.var.reſol.par.2.reſol.408.*

Et quod excommunicatio in animalia ir-
28 rationabilia non ſit ferenda,* ſed tantum in hominem baptizatum & excommunicationi ſubjectum contra *Caſſaneum* tenet *Petra ſuper rit.Magnæ Curiæ Rit. 236.n.6.* ubi concordantes,& comprobat *D.Advoc.Urſaya Inſtit.crim, lib.4.tit.5.n.28. cum ſeqq.*

Num. 139. & ſeq. Proceſſiones ordinatæ ſunt à *S. Matre Eccleſia* ad implorandam Di-
29 vinam opem, * & ad avertenda flagella iracundiæ,quæ pro peccatis meremur ut concordantibus relatis firmat etiam *Rot.in Tolerana manutentionis 3.Junii 1701. cor.R.P.D.Anſaldo* §.*finali* ubi etiam laudabiliter meminit harum noſtrarum *Lucubrationium ad Statut. Faventiæ.*

Et quod recurrendum ſit ad Orationes, una cum uſu aquę benedictæ prout in caſu
30 relato * à *Ricc.prax.var.reſolut. par.2.reſolut. 308. in fine.*

Et quod jejuniis, & orationibus obſecran-
31 dus ſit *Deus*, quando Locuſtæ, * vèl Bruchi dam-

Digitized by Google

damnificant docet *Monacell. Formular. For. Ecclesi. tit. 2. formular. 8. n. 18.*

Num. 143. Formulam absolutionis isto casu ad-
32 hibendam ponunt * *Reynald. in ejus supplement. ad observat. crim. ad cap. 15. supplet. prima sub n. 20. Monacell. in ejus formular. legal. tit. 12. formular. 4. vol. 1. & Ursaya loc. cit.*

Quando, & in quantum credatur Juramento Accusatoris de, & super damnis datis.

RUBRICA VIII.

Sancimus; & firmamus, quod si quis aliquem in judicio accusaverit, & proprio juramento affirmaverit, se invenisse talem accusatum sibi damnum dantem, vel ejus animalia tale damnum inferentia in ipsius accusantis bonis stabilibus cujusvis generis, & dicto suo juramento dixerit sibi damnum datum fuisse usque ad summam, & quantitatem solidorum viginti bonon. tali accusatori sic juranti usque ad dictam quantitatem credatur, & idem permittatur cuilibet laboratori, & colono etiam partiario, & cuilibet de ipsius domini, seu coloni familia, & sic juramento suo firmanti invenisse aliquem dicto ejus domino in ejus bonis damnum dare. Quibus casibus tali juramento accusatoris usque ad quantitatem prædictam credatur, & ultra etiam exigatur, si legitime aliter quam per juramentum constiterit DD. Judicibus damnorum datorum de majore quantitate damni dati. Teneantur etiam dicti coloni quorumcunque bonorum denunciare infra triduum secututum immediate à die dicti damni dati Dominis bonorum hujusmodi quoscunque invenerint ipsi, aut aliquis de ipsorum familia dare damnum personaliter, vel cum ipsorum animalibus in vineis possessionibus, & bonis à se quomodolibet conductis, sub pœna solidorum viginti pro quolibet, & qualibet vice incurrenda, & tali denunciatione, de qua supra facta talibus denunciantibus specter, & pertinear dimidia emendationis damni prædicti, & idem intelligatur quando accusaretur aliqua Schola de damno sibi in bonis prædictis dato, quando non constaret quis damnum dederit, cui accusatori eum juramento credatur usque ad dictam quantitatem solidorum viginti, & non ultra, nec ad aliam pœnam teneatur. Si autem damnum fuerit à viginti solidis suprà usque ad solidos quinquaginta bon. tantum, tunc ultra juramentum prædictum talis accusans hujusmodi damnum probare teneatur, etiam per unum Testem omni exceptione majorem, sin autem per evidentiam rei, aut alio legitimo modo constare posset tale damnum datum non fuisse, vel non tantæ quantitatis, tunc tali juramento neglecto veritati rei omnino standum esse decernimus. In dubio tamen tali accusatori cum juramento prædicto usque ad dictam taxatam quantitatem credi volumus, & mandamus.

SUMMARIUM.

1 Juramento damnum passi standum esse Statutum disponere valet.

2 Statutum disponens stari juramento damnum passi est odiosum, & contrà Jus.

Testis in causa propria quis esse non potest tam in civilibus, quam in criminalibus n. 2.

3 Statutum disponens stari dicto damnum passi intelligendum est non de simplici dicto, sed juramento roborato.

4 Statutum disponens standum esse dicto damnum passi non valet, nisi in modico.

6 Testis debet esse talis qualitatis, ut repulsari nequeat, quando Statutum disponit, quod ultra juramentum damnum passi requiratur depositio unius Testis.

7 Damnificatus debet esse omni exceptione major, ac persona legalis, & bonæ qualitatis, ac fide digna, ad hoc, ut illius juramento stetur.

8 Infamis damnificati juramento non statur circa damnum passum.

9 Juramento damnum passi statur quandò agitur civiliter, non autem criminaliter.

10 Damnum probari debet per evidentiam facti, quando agitur criminaliter, non obstante dispositione Statuti, quod stetur juramento damnum passi.

11 Juramentum damnificati in criminalibus non admittitur.

Statuto mandante standum esse juramento damnum passi cum uno Teste fide digno, vel indiciis, quæ ex unico Teste de visu resultarent Judex non poterit infligere pœnam corporalem n. 11.

12 Causa damni dati an sit civilis, vel criminalis remissive.

Causa pro damno casuali est civilis, nec intrat pœna n. 12.

13 Substantia damni debet probari non obstante Statuto disponente stari juramento damnum passi, nam tunc solum admittitur ejus declaratio super quantitate. Limita n. 14.

15 Positiones non admittuntur contra damnificantem, quando agitur criminaliter secus si civiliter.

16 Statutum disponens credi juramento damnum

num passi non extenditur contra Tertium, etiamsi ille teneatur ex delicto alterius.

17 Probatio per juramentum non admittitur, quando quis convenitur ex delicto alterius.

18 Statutum disponens stari juramento damnum passi non habet locum in furtis.

19 Nec super dependentibus à damno dato, vel accessoriis ejus. Decl. ut ibi.

20 Contrarium probari potest ejus, quod damnificatus juravit, non obstante Statuto disponente stari juramento damnum passi, Limita n.5. Vide n.22.

21 Inveniens animal in proprio fundo potest illud ducere ad Justitiam causa mulctæ, seu emendæ, & tunc ejus juramento creditur.

23 Et contrarium dicitur probatum per inspectionem loci. Ampl. n.24.

25 Juramento damnum passi non statur, si per inspectionem loci Judex viderit damnum non fuisse illatum.

26 Judex potest non adhibere fidem juramento damnum passi, quando cognoscit illud calumniosè præstitum; Vel si viderit ipsum velle dejerare.

OBSERVATIO.

Juramento damnum passi standum esse Sta-
1 tutum disponere valet, ut cum *Phanuc.de Juram. in lit. par.3. cap.2. post n.10. ante med. & Catt. in Memorial. in verf. Statuto Civitatis Mediolani cautum reperitur in princ.* tenet *Farinac. in Fragment. par. 2. in verbo juramento damnum passi nu. 1137. & Giurb. in Consuetud. Messanen. cap.2.gloss. 7. n.3.*

Quod tamen Statutum est odiosum, cum damnum passus efficiatur Judex in Causa pro-
2 pria, ut tradit *Carpan. ad Statut. Mediolan. vol.2.cap.375.n.156.Farinac.ubi supra n.1140. in fine.* Ac est contra Jus, nam absurdum reputatur in Jure, quod quis admittatur in Testem in causa propria, tam in civilibus,quam in criminalibus,ut firmat *Dec.Conf.83.sub n.3. verf. & primo quia, Conciol. Resolut. crim.verbo Accusatio resolut. 6. n. 1. cum seq.* & in specie in *Annotat. ad Statut. Eugub. lib. 6. rub. 8. n.1. cum duobus sequent.* Ideoque strictè est intelligendum, ut docent *Dec.ubi suprà, & Farinac. dicto n. 11. in fine.*

Et si disponat standum esse dicto damnum passi intelligendum est non de simplici dicto,
3 sed juramento roborato, ut tradit *Carleval.de Judic.lib.1.tit.3.disput.8. sect.6.sub n.110.verf. quod etiam Giurb.dicta gloss.7. n.6. & Gratian. dec.166. n.7.*

Adverte tamèn primo dispositionem talis
4 Statuti non valere nisi in modico, ut cum *Plot.de in lit.juran. §.48.nu.8. cum seqq.* notat *Cancer.Var.resol. par.2.n.244.* ubi subdit, quod in duobus causis consecutus fuit honorem, & non sine commodo, & quod Statutum disponens stari juramento damnum passi substineatur saltèm ratione parvitatis materiæ tradit *Conciol.ad Statut.Eugub.lib.8.rubr.8.nu.4. cum seq.* Ideòque nostrum *Statutum* disponens stari illius juramento usquè ad summam viginti solidorum sicuti concordat cum dispositione *Juris communis*, ex qua creditur Sacramento alicujus de modica summa *Plat.in l.Si quando n.763. C. Unde vi*, & tenet *Carpan. ad Statut. Mediolan.tom.2.cap.371.n.66.* ubi etiam *n. seq.*
5 subdit, quod stante modica summa non potetit deindè exadverso probari contrarium, ità cum magna prudentia in hac eadem *Rubrica* sancitum est, quod quando agitur de damno suprà summam viginti solidorum ultrà juramentum damnificati requiratur etiàm depo-
6 sitio unius Testis omni exceptione majoris, cum agatur de majori præjudicio, ut de simili Statuto Mediolani animadvertit ibi *Carpan. vol.2.cap.375.n.163.* Et quod Testis debeat esse talis qualitatis, ut repulsari nequeat tenet *Novar.de Gravam. Vassall. gravam. 57. num.4. tom.1.*

Adverte secundò, quod damnificatus debet esse omni exceptione major, ad hoc ut illius
7 juramento stetur, docet *Salycet.in l. Judicio ff.de Accusat.Angel. in l.Pupillaris ff.de Pupillar.Franc.Curt.in Repetit.leg.Admonendi n.201. verf. quod est notandum pro Statutis ff. de Jure juran.* ubi admonet id fore perpetuo calamo signandum *Farinac. conf. 20. sub num.1.vol.1.* & relato *Boss.de Captura n. 47.* tradit *Scyaloja de Foro compet.cap.26.num.12.* & quod debeat esse persona legalis,& bonæ qualitatis *Roman. in l.Damnum 3.ff.de Damn.infect.Conciol.ad Statut.Eugubin.lib.6.rubric.8.n.8.* fide digna,tradit *Chassan.ad Consuetud.Burgund. Rubr.1. §.6. verb.Par leurs sermens sub n.5.* & integræ vitæ *Scopp.ad Gratian. dec.57.nu.11.* Undè si damnum passus est infamis non statur ejus jura-
8 mento, ut relato *Salycet. in l. In Judicio ff. de Accusation.& Gramatic.conf.crim.71. num.61.* tradit *Scyaloja ubi suprà.*

Adverte tertiò, quod Statutum disponens juramento stari damnum passi habet locum quandò agitur civilitèr; secùs si criminalitèr,
9 quia in criminalibus probationes debent esse luce meridiana clariores: ut cum *Marsil. de Bannit.In verbo Villis num. 54. cum seq.* tradit *Bart.in l. final.n.4.ff.de In lit. juran.Mascard.de Probat.conclus.472. n.42. & Carpan.ad Statut. Mediolan. vol.2. cap.375. n.161.* quandò enim agitur criminalitèr,debet ante omnia consta-
10 re de corpore delicti per evidentiam, facti, pront regulare est in quolibet crimine,ut tradit *Jason.in l.Si quando nu.36. C. Unde vi Cravett.conf.211.n.3.juncto conf.260. n.1.Bonacoss. QQ. crim. verbo de Damno dato verf. Itèm nota Magon. decis.Florentin.123.num.2. & sub n.11. verf.non obstat*; nec similia juramenta in cri-
11 minalibus admittuntur *Bart.in l.final.n.5.ff.de In lit. juran.* maximè si ageretur ad effectum majoris,vel minoris pœnæ,ut declarat *Curt. in l.Admonendi n.349.versic.quià autem agitur ff. de Jure Juran.* quem sequitur *Mascard. dicta conclus.472.n.45.* & si vigore Statuti standum esset

Digitized by Google

eſſet juramento damnum paſſi cum uno Teſte fide digno, vel indiciis ad plenam probationem, quæ reſultarent ex unico Teſte de viſu omni exceptione majori adhùc non poterit infligi pœna corporalis, ut cum *Boſs. Marſil. & Bajard.* tenet *Guazzin. ad Defenſ. Reor. defenſ.33.cap.14.n.9.*

Quandò verò cauſa damni dati ſit civilis,
12 vel criminalis vide *Vermigliol. conſil.336. Conciol. ad Statut. Eugub. lib.6. rubr.6. n.1.* ubi remiſſivè, & *rubr.8.n.10. Queſada, & Pilo contr.7. n.2. Farinace. quæſt.100.n.37. & Cortiad. dec.35. n.79.* ubi cum *Novar. de Gravam. Vaſsall. par.2. gravam.64. n.1. cum duobus ſeqq.* poſt relatam utramque opinionem, diſtinguendo docet, quod quando damnum datum fuit cum injuria, & violentia, cauſa eſt criminalis, ſed ſi ſine violentia eſt civilis *Capiblanch. de Baron. lib.2. cap.45.n.4.* ubi, firmat, quod pro damno doloſè, vel culposè, illato poteſt oriri actio criminalis *Pignatell. conſultat.96. ſub n.10. tom.1.* ubi poſtquàm firmavit, quod pro damnis caſualibus non debet ſolvi pœna, ſed Dominus animalium liberetur reficiendo damnum, tradit, quod iſta actio eſt ſolùm civilis, & non datur à Lege ex maleficio, vel quaſi, ſed ſolum propter pauperiem illatam, ità ut non poſſit agi de pœna, quæ ſolùm conſideratur, quandò agitur criminalitèr.

Adverte quartò quod non obſtante Statuto diſponente ſtari juramento damnum paſſi, adhùc debet priùs probari ſubſtantia damni, nempè illud verè datum fuiſſe, & ſic conſtare debet de corpore delicti vel per evidentiam facti, vel mediante depoſitione Teſtium, quò verò ad perſonam damnificantis ſtatur juratæ declarationi damnificati in odium ipſius delinquentis, & ita intelligendum eſſe Statutum per *Text. in l. Si quando Cod. Undè vi ubi Bartol. & Bald. utrobique n. 4.* reſpondit *Dec. conſ.83. ſub n.3. Cenſal. conſ.9. n.2. impreſs. poſt ejus deciſ. Conciol. ad Statut. Eugubin. lib.6. rubr. 8.n.3. ibique Romagner. n.13. Sabell. Tract. var. in verbo Damnum nu.12. verſ. Intelligitur Gratian. diſcep.171. n. penult. Scopp. ad eundem Gratian. dec.57.n.11. Maſcard. de Probat. dicta concluſion.472.n.24. cum ſeq.* juncto *n.48. Scace. de Judic. lib.1. cap.71.n.3. verſ. ſi verò versùs finem princ. Benign. ad Stat. Agricultur. Urbis cap. 41. litt. A.* & admiſit *Rot. in Recent. dec.239. n.14. par. 7.* optimè firmat *D. meus Raynald. Obſervat. crimin. tom.2. cap.15. §.2. n.156. cum ſeqq.* poſt hæc ſcripta impreſs. ubi *n.158.* admonet Judicem ut ſit cautus in tranſmittendo Notarium ad locum ad effectum deſcribendi quantitatem, & qualitatem damni, ac ſuper illis ibidem examinandi Teſtes, & *nu.146. cum ſeqq.* docet quod damnificatus jurare debet de viſu proprio in actu damnum dantem, & tale juramentum non ſufficit, quod præſtetur de tempore accuſationis, nàm tùnc juratur accuſationem eſſe veram, & non calumnioſam ſed poſteà deferri debet juramentum à Judice. Quodque debeat priùs conſtare de damno in genere verè, & non fictè firmat *Carpan. ad Statut. Mediolan. tom.2. cap.371. num. 21.* ubi de Statuto diſponente *quod ſuper damno dato credatur adverſus Fictabilem, vel Partiarium, vel Conductorem Sacramento Domini ſeù Locatoris uſque ad quantitatem librarum 16. Imperialium, & ab indè ſupra credatur ei cum uno Teſte idoneo.*

Præſertim quandò Statutum diſponit, quod ſtetur dicto damnificati uſq; ad certam ſummam, ut animadvertit *Dec. ubi ſuprà verſ. et hoc modo.*

Limita tamèn quotiès verba Statuti ſunt effrenata, & apta comprehendere, nedùm quantitatem damni, ſed etiàm ſubſtantiam *Baron. de Effect. minor. ætat. effect.168.n.3.* & ex firmatis per *Rot. in rec. dec.239.n.15. par.7.*

Ad probandam verò ſubſtantiam damni non admittuntur poſitiones contrà damnifi-
15 cantem, quandò criminaliter agitur, ſecùs ſi civilitèr, ut declarando reſpondit *Scace. de Judic. lib.2. cap.7. quæſt.30. n.565. Micalor. de Poſition. cap.30. num.12.* ubi *num. ſeq.* declarat procedere, etiàmſi ille, qui damnum recepit ageret ſolum ad damni emendationem, nam adhùc Officialis, & Judex damnorum datorum poſſet, emendato etiàm damno, agere ad pœnam vigore Statuti illam imponentis.

Adverte quintò, quod tale Statutum diſpo-
16 nens credi juramento damnum paſſi non extenditur contrà Tertium, etiàmſi ille teneatur ex delicto alterius, ut firmat *Adden. ad Bar. in l. In actionibus ſub n.17. litt. A. ff. de In litem juran. Carpan. ad Statut. Mediolan. tom.2. cap. 371.n.26. & cap.375.n.106. Maſcard. dicta concluſ.472.n.21.* ubi reddit rationem, quià non concurrit odium delinquentis, & probatio per juramentum non admittitur quandò quis convenitur ex delicto alterius *Romaguer. ad Statut. Eugub. lib.6. rubr.8.n.14.* Undè iſto caſu eò certiùs debet aliundè probari damnum fuiſſe datum, quàm ex juramento damnum paſſi, ut firmat *Carpan. dicto n. 106.*

Adverte ſextò quod hujuſmodi Statutum
18 non habet locum in furtis *Dec. dicto conſ. 83. ſub n.4. verſ. quartò Seyalojn de Foro compet. cap. 26. ſub n.12. Magon. dec. Lucenſ.27. num.24. cum ſeqq.* Nàm appellatione damni non venit furtum vèl robaria, cum ſint ſpecies ſeparatæ, ut tradit *Carpan. dicto cap.375.n.54.*

Sicuti non habet locum ſuper dependenti-
19 bus à damno dato, vel acceſſoriis ejus, quandò illud loquitur de damno dato; ſecùs autèm ſi diceret in cauſa damni dati, nàm iſto poſtremo caſu venirent etiàm dependentia, & acceſſoria, ut declarando docet *Carpan. dicto cap.371.n.22.*

Adverte ſeptimo, quod non obſtante diſpoſitione hujuſmodi Statuti, nihilominus per adverſarium probari valet contrarium
20 ejus, quod ille juravit, cum probatio deſumpta ex tali juramento tanquam irregularis admittat probationem in contrarium *Carpan. ad Statut. Mediolan. to.2. cap.371.n.45.*

ple-

plenissimè *Hermoſill. ad Lopez gloſs. 4. leg. 10.
tit. 1. par. 5. n. 365.* juncto *n. 315. cum ſeq.* ubi
etiam plures concordantes *ſecundum impreſs.
Lugdunen. pag. 167. & 171. vol. 1. Giurb. in
Conſuetud. Meſſan. cap. 2. gloſs. 7. n. 11. Maſcard.
de Probat. concluſ. 472. nu. 34. cum ſeqq. Tira-
quell. de Retract. lignag. §. 4. gloſs. prima n. 1.
ubi nu. 3.* teſtatur hanc opinionem eſſe com-
munem *Cobell. ad Bullam boni Regim. cap. 14.
n. 89.* ubi ſubdit procedere, niſi aliter expreſ-
ſe caveatur *Scopp. ad Gratian. deciſ. 57. nu. 10.*
& idem *Gratian. diſcept. 80. n. 10.* ubi quod li-
cet de conſuetudine ſervetur, quod ſi quis
21 inveniat animal in proprio fundo, poſſit il-
lud ducere ad Juſtitiam cauſa mulctæ, ſeu
emendæ, & eo caſu credatur juramento ca-
pientis animal, quando non habet lucrum
confiſcationis, vel aliquam partem, nihilo-
minus admittitur probatio in contrarium,
& quod diſpoſitio prædicti Statuti intelliga-
tur, niſi contrarium probetur *Chaſſan. in Con-
ſuetud. Burgund. Rubr. 1. §. 6. verbo Par Leurs
ſermens nu. 6.* quicquid ſit, quando Statutum
diſponit, quod credatur juramento damnum
22 paſſi, & ultra non poſſit inquietari, ut relato
Cepoll. cautel. 104. docet *Scyaloja dicto cap. 26.
n. 11. verſ. niſi Statutum dicat.*

Contrarium autem probari valet per in-
ſpectionem loci, ex qua appareat non eſſe
23 tantum damnum prout juratum *Jaſ. in leg.
Videamus §. final. n. 15. ff. de In lit. juran. Car-
pan. d. cap. 371. n. 47. cum ſeq.* ubi ſubdit, quod
probatio per inſpectionem loci non eſt ſubla-
24 ta, etiam quod dictum ſit in Statuto, quod
non poſſit probari contrarium *Maſcard. ubi
ſuprà n. 38.* Undè ſi is, qui prætenditur dam-
num dediſſe inſtet, quod Judex accedat ſuper
faciem loci ad effectum inſpiciendi damnum,
25 tunc non ſtatur dicto damnum paſſi, ſi Judex
viderit damnum non fuiſſe illatum, ut cum
Vin. Com. opin. lib. 1. opin. 292. tradit *Scyaloja de
Foro compet. cap. 26. n. 12. in fine.*

Hinc Judex poteſt non adhibere fidem ju-
ramento damnum paſſi, quando cognoſcit
26 illud calumnioſe præſtitum *Cotta in ſuis Me-
morab. in verbo Damnum verſ. Statutum prædi-
ctum, & in verbo Statuto Civitatis Mediolani
cautum reperitur ad finem Carp in. d. cap. 371.
nu. 42.* vel ſi viderit, ipſum velle dejerare ut
tradit *Meſcard. d. concluſ. 472. n. 46.*

ADDIT. AD RUBR. VIII. LIB. V.

SUMMARIUM.

1 CRedi debet damnum paſſo quando ita
diſponit ſtatutum.
Damnum probari debet per legitimas pro-
bationes n. 1.
2 Actio criminalis pro damno illato compe-
tit quando concurrit dolus, lata, vel le-
vis culpa.

Num. 4. Creditur damnum paſſo ex diſpoſitione
noſtri ſtatuti ſolumodo uſque ad ſumam ſoli-
1 dorum vigiuti, ideoque * ultra prædictam
ſummam debet probari per legitimas proba-
tiones; ut etiam firmat *D. Advocatus Caldero-
nus in ejus reſponſ. impreſſ. penes Bonden. ad
Oter. de paſcuis cap. 42. n. 74.*

Num. 12. Actio criminalis pro damno illato ab
animalibus competit ſolum quando concur-
2 rit dolus, * lata, vel levis culpa, ut etiam fir-
mat *D. Advocatus Calderon. reſolut. 31. nu. 38.*
& repetit in dicto *reſponſ. n. 78. cum ſeq.*

De deferentibus ligna, vel arundines alicujus, & de emendatione damnum paſſi in prędictis.

RUBRICA IX.

NUllus deferat ligna, ſeu arundines de poſſeſſionibus, ſeu terris alienis, niſi de licentia Domini, vel poſſeſſoris, de qua licentia data, vel non, ubi refricaretur in dubium credatur Sacramento Domini, ſeu poſſeſſoris prædicti, & ſi quiſpiam contrafecerit pro ſic delatis per eum ſolvat pro pœna ſolidos decem bonon. pro qualibet vice, cum aſello, vel aliqua beſtia ſolidos viginti, ſuper barotio quadraginta, & ſuper curru centum ſolidos bononenorum parvorum. Et Saltuarii poſſint contrafacientes accuſare, & ſimiliter Dominus, ſeu poſſeſſor pro ejus ex hoc damno, & quicunque ejus famulus, vel familiaris, ſive etiam colonus, factor, nuncius, ſeu procurator, ita quòd Sacramento Domini, ſeu poſſeſſoris, ſeu famuli, vel familiaris, coloni, factoris, nuncii, ſeu curatoris Sacramento credatur, quantum eſt pro ejus damno, & ejus reſpectu tantum, non autem prætextu, & reſpectu pœnæ, ſi quicunque, vel alius ex eis ſuo juramento affirmaverit ſe talem ſic deferentem inveniſſe, & hoc uſque ad valorem viginti ſolidorum bonon. Ab indè verò ſupra, tunc ultra juramentum prædictum teneatur probare per unum Teſtem uſque ad decem libras bonon. à decem verò libris ſupra per duos Teſtes. Et in quolibet dictorum caſuum teneatur talis deferens, ſeu qui, ut ſupra, repertus fuerit deferre domino, & poſſeſſori prædicto ſatisfacere de ejus damno, ut ſupra liquidando, accedente juramento, & probatione de quibus ſupra, ſingula ſingulis congrue referendo. Et quod liceat domino, & poſ-

& possessori prædicto, aliisque pro eo ut supra agentibus, & cuilibet eorum talem deferentem, sicque deferre repertum, & quemcunque alium inventum sibi dare damnum in re domini, seu possessoris prædicti, si eum non cognoverit retinere, & præsentare personaliter Potestati puniendum, & ejusdem sic reperti, seu inventi pannos, res; & ferramenta, quæ habuerit, vel habebat, possit talis dominus, seu possessor, & alius quicunque ex prædictis pro eo agens propria auctoritate auferre impune, dummodo eos, eas,& ea præsentaverit dicto domino Potestati ea die, vel sequenti proxima.

SUMMARIUM.

1 Nemo potest incidere ligna in alieno fundo.

2 Domino tantum competit incisio arborum in proprio solo.

3 Incidens ligna in alieno fundo ad pœnam, & ad damni emendationem tenetur.

4 Actio duplex oritur in quolibet delicto nempe ad vindictam, & ad emendationem damni, & interesse.

5 Actio furti competit contra incidentem arbores in alieno fundo.

6 Maxime si incisæ sunt arbores eximii fructus, & miram culturæ diligentiam requirentes, prout vites, & similes.

7 Vel si arbores furti causa cæsæ, contrectatæ, & asportatæ sunt.

8 Arbores scindens in alieno fundo non plectitur eadem pœna ordinaria, qua latrones plectuntur.

9 Pœna gravior imponitur illi, qui arbores, quibus aggeres fluminis corroborantur, excidit.

Pœna gravior imponitur Conductori bonorum Fisci, qui arbores in bonis conductis excidit n.9.

10 Actiones variæ competunt contrà excidentem arbores in fundo alieno.

11 Plures excidentes eundem arborem in alieno fundo omnes in solidum tenentur, nec unius solutio alium liberat.

12 Mandatarius excidens arbores in alieno fundo de mandato alterius an, & quando teneatur.

13 Damnum illatum ex incisione arboris in alieno fundo quomodo æstimetur.

14 Jus lignandi acquiritur, vel ex concessione, vel ex pacto, vel ex consuetudine, & præscriptione.

15 Præscriptio immemorabilis requiritur ad acquirendum jus lignandi in alieno fundo.

Præscriptio immemorabilis requiritur ad acquirendum servitutem discontinuam n.15.

16 Scientia, & patientia adversarii in acquirenda servitute discontinua non requiritur, quando concurrit immemorabilis præscriptio; secùs si viginti, vel triginta annorum. Vide ibi.

17 Præferendi sunt in incisione lignorum illi, in quorum Territorio sunt ligna, & arbores Exteris, quibus competit jus lignandi.

18 Incisio lignorum denegatur habentibus jus lignandi, quando Dominus fundi illis indiget,

19 Moderatè debet uti jure lignandi is, cui competit, ne aliorum usui sit impedimento.

Jus pascendi habens commune cum aliis ità moderatè eo uti debet, ne aliorum usui sit impedimento, ideoque si unus habeat modicas possessiones, & teneat magnam quantitatem bestiarum, itaut habentes multas possessiones non possint uti pascuo pro eorum bestiis, tunc isti possunt intentare judicium Communi dividundo n. 19.

20 Vassallis an, & quandò competat jus lignandi in Territoriis, & bonis Baronum.

21 Prælato, Beneficiario, Usufructuario, & fideicommissario an, quando, & quas arbores liceat incidere remissivè,

OBSERVATIO.

1 Ligna incidere in alieno solo, seu fundo nemo potest *l.1.§.si Servus §.Et in Sylva ff. ad Leg. Aquil. leg. Si alius §. At qui arbores ff. Quod vi, aut clam, Aldovin. cons.46. nu.18. Giurb.obser.62.n.1.*

2 Nam ad solum Dominum spectare solet arborum incisio *L. Arboribus ff. de Usufr. l.Ubi Divortio §. Si fundum ff. Solut. matr. Giurb. ubi suprà, Ciarlin.controv.51. n.11. Intrigl. decis.6. num.8.*

3 Unde ligna in alieno fundo incidens ad damni emendationem compellitur, & pœnam patitur, nàm in quolibet delicto duplex

4 oritur actio, una nempè pœnalis ad pœnam, & vindictam, & altera ad emendationem damni, & interesse *ad Text. in l.Locatio §.Quod illicitè ff.de Publican. & vectigal.Boss.Tract.crim. in rubr. de Furtis n.37. Berlich. Conclus. par. 5. conclus.52.n.14.vers.propterea, Carpzou. Prax. crim.par.2.quæst.83. n.16.* absquè eo quod una pœna alteram absumat, ut prosequuntur *Berlich., & Carpzou.in locis mox allegatis.*

5 Et quidèm actione furti, quandò animo fraudandi quis ex alieno fundo arbores decerpserit, ut respondit *Vulpian. in leg. Verum 25. §. Eorum ff.de Furt. l. Sciendum 2. & l. Faciendæ 8. ff. Arborum furtim cæsor.Paris.cons.3. n.24.vol.1. Farinac.de Furt.quæst.168.n.17.Bonifac.de Furt. §.Mobilis n.7. & n.10.* plenè respondit *Gutierez Canonic. quæst. lib.2. cap.27. n.6. cum seqq.*

6 Maximè si incisæ sunt arbores, quæ eximium fructum ferunt, & miram culturæ diligentiam requirunt, quales sunt vites, ut firmat *Berlich.d.conclus.52.n.41.Sess.decis.112. n.1.tom.1.*

Vel

Vèl ſi arbores furti cauſa exciderit, contre-
7 ctaverit, & aſportaverit *Specul.in tit.de Injur. & damno dato §.Sequitur n.28.* & proſequitur
Berlich. ubi ſuprà n.2.

Non tamèn punitur eadem pœna ordina-
8 ria, qua latrones plectuntur, ſed extraordi-
naria arbitrio Judicis, cum propriè non ſint
larrones, ſed tanquàm latrones appellentur
in *L. Sciendum*, ut animadvertendo reſpondit
Menoch.de arbitr.lib.2.centur.6.caſ.579.num.4. verſ. et quamquàm Berlic.ubi ſuprà nu. 43. ubi
n. ſeqq. ſubdit graviorem pœnam imponi illi,
qui arbores, quibus aggeres fluminis corro-
borantur,& quaſi colligantur exciderit, ſicuti
9 etiàm conductori bonorum Fiſci,qui arbores
in bonis conductis exciderit; paritèrque ei,
qui arbores pro conſtituendis finibus poſitis
inciderit.

Ceſſante actione furti, adhùc competunt
variæ ſpeciales actiones, ut puta ex *edicto*
10 *Prætoris* actio civilis arborum furtìm cæſa-
rum in duplum, ex *Lege Aquilia* in ſimplum,
& ex *interdicto, quod vi, aùt clàm*, ut latè pro-
bat *Berlich. d. concluſ. 52. num. 2. cum ſeq. & Carpzon.ubi ſuprà n.2.* Quæ actiones ſimul non
competunt, ſed una alteram abſumit, ità ta-
mèn ut una finita ad reſiduum, quod in prio-
ri non continetur conſequendum, reliquis ex-
perici liceat *Menoch. de Arbitrar. d. caſ. 579. n.3. Berlich. & Carpzon.loc.mot citat.*

Et ſi plures eandem arborem ſurtìm inci-
derint, omnes, & ſinguli in ſolidum tenen-
11 tur, nec ſolutio unius alium liberat juxtà
Text. in l.Si plures 6. ff. Arbor.furt.cæſar. nàm
in pœnalibus omnes in ſolidum tenentur, &
quod unus præſtat, alium non relevat *Leg. Item Mela 11. §. Si plures & §. ſeq. ff. Ad leg. Aquil. leg.Si plures 34. ff.de Injur.* & in ſpecie
tradit *Carpzon. dict.quæſt.83.n.10. Berlich.cit. concluſ.52.n.36. cum ſeq. Queſad. diſſert.4.n.9.*

Non tamèn excidens arbores de mandato
alterius incurrit pœnam à Statuto contrà ex-
12 cidentes ligna præfixam, & ea ratione, quia
mandatum in his quæ poſſunt eſſe de genere
permiſſorum excuſationem mandatario legi-
timam præſtant, ſciſſio autèm lignorum non
eſt de genere prohibitorum, ſed permiſſionis
beneplacitum valet ſortiri, iſtique Operarii
in caſibus ſimilibus operas ſuas locare con-
ſueverunt,& reſpectu artis ſuæ dederunt ope-
ram reì licitæ, ut ratiociuando reſpondit *Roland.conſ.54.n.6.cum ſeq. vol.1.* quem ſequitur
Queſada diſſert.4.n.32. cum ſequent.

Quæ concluſio non eſt ſempèr vera,cum li-
mitetur quandò Mandatarius ſcit nullum jus
lignandi competere,vel quandò demandatum
fuit quod omnes arbores ſcinderentur,& de-
vaſtarentur, quo caſu tanquàm mandatum
nimis rigidum, & Tyrannicum, & in vindi-
ctam, ac in injuriam alterius injunctum non
debet, nec poteſt abſque dolo exequi, proùt
reſolutum fuit à *Conſilio Aragonenſi penès Seſſ. deciſ.112.n.11.verſ.verùm cum ſeq. vol.1.*

Damnum autèm liquidatur, & æſtimatur
quanti Domini interfuit non lædi, ipſorum
13 arborum pretium deducendo, & ejus, quod
ſupereſt faciendo æſtimationem *Leg. Facienda 8. ff.Arbor.furt. cæſar.* ut puta ſi arbor non in-
ciſa valet decem, & ligna arboris inciſæ va-
lent duo, tùnc his duobus deductis reliqua
octo æſtimantur, & duplicantur, itaùt ſexde-
cim ſolvere teneatur,ut docet *Specul.in tit. de Injur. & damn. dato §. Sequitur n.28.*

Poteſt tamèn ſicùt in aliis ſervitutibus tàm
realibus, quàm perſonalibus acquiri jus li-
gnandi, vel ex conceſſione, vel ex pacto, vel
14 conſuetudine, ſeù præſcriptione, ut tradit
Fritſch.de Jure lignan.d.membr.2.n.1.

Animadvertendo, quod ad acquirendam
mediante præſcriptione ſervitutem lignandi
tanquam habentem cauſam diſcontinuam,
quia non poteſt percipi commodum, niſi fa-
15 cto hominis, & quatenus utitur homo, qui
ſemper, & continuo non poteſt eſſe in actu
operandi,requiritur immemorabilis *Aldovin. conſ.46. n.81. Giurb. obſervat.62.nu.4.cum ſeq. Cancer.Var.reſol.par.3.cap.4.n.46.ac nu.50.cum ſeq.* & generaliter quod in ſervitutibus di-
ſcontinuis requiratur immemorabilis firmat
Card.de Luca de Servit.diſcuſ.23.num.6. Rot. in recent. deciſ.101.n.5.par.4.tom.2.deciſ.300.n.8. cum ſeqq. par.9. coram Cerro dec.838.n.5.

Et concurrente immemorabili non requi-
ritur ſcientia, & patientia Adverſarii ad ac-
16 quirendam ſervitutem,ut reſpondit *Ladercb. conſ.116.n.5.Schrader.conſ.13.n.99.* ubi firmat
procedere etiam contra ipſummet Princi-
pem, *& Giurb.d.obſerv.62.n.12.* licet contra-
rium teneant *Galeott. Controv. lib. 2. controv.42.n.8.cum ſeq.& Queſad.diſſert.4.nu.25. cum duobus ſeqq.*

Nam tunc ſolum requiritur ſcientia, & pa-
tientia Domini fundi ſervientis,quando con-
currit præſcriptio decem, viginti, & trigin-
ti annorum juncto animo utendi ſervitute
ſibi debita, ut reſpondit *Rot. d. deciſ. 101. num.12. cum ſeqq. d. deciſ.300. n.15. cum ſeqq. juncta dec.347.n.17.cum duobus ſeqq. par.9. & coram Cerro cit. deciſ.838. n.6.cum ſeq.*

Acquiſito verò mediante præſcriptione ju-
re lignandi in alieno teritorio, ſi arbores,
17 & Sylvæ,ac nemores omnibus non ſufficiant,
tùnc præferendi ſunt illi, in quorum terito-
rio ſunt ut concordantibus relatis firmat
Cancer.d.cap.4. n.52. cum ſeqq. Prout etiam ſi
18 Dominus teritorii, vel fundi indigent lignis
iſto paritèr caſu poteſt denegari lignorum
inciſio non obſtante præſcriptione, cum pri-
ma charitas incipiat à ſe ipſo, ut tradit *Surd. dec.236.n.20. verſ. Et confirmatur.cum ſeq. Afflict.dec.290.* qui teſtatur ità judicatum fuiſſe.

Et qui habet jus lignandi,& paſcendi debet
19 ita uti pro modo ne proptèr ſuum immode-
ratum uſum aliis, quo minus utantur, ſit im-
pedimento ut notat *Alberic. in l. Imperatores num. 2. ff. de ſervit. Urb. prædicto* ubi ponit,
quod ſi in certa Villa ſit unum paſcuum com-
mune omnibus, ſi unus habens ibi modicas
poſ-

possessiones reneat magnam quantitatem bestiarum ita quod alii habentes multas, & magnas possessiones non possint uti eo pascuo pro eorum bestiis, tùnc illi possunt intentare judicium communi dividundo ad hoc, ut ille utatur pascuo pro modo possessionum suarum sequuntur *Bertraud.cons.229.& cons.202. n.6.vol.2.cons.240.n.10. cum seq.vol.3. & Canter.d.cap 4.n.66. cum duobus seqq.*

An autem Vassallis competat jus lignandi
20 in territoriis, & bonis Baronum, & an, & quandò eis prohiberi valeat incisio, vide *Novar.de gravam.Vassall.tit.1. gravam.126. Quesad.dissert.4.n.16.cum seq. Gramatic.dec.67.n.7. Card.de Luca de servit.discurs.42.*

Et an, & quando Prælato, Beneficiario, Emphyteutæ, Usufructuario, Conductori, & Fi-
21 deicomissario liceat incidere sylvam, & arbores, & quas vide latissimè *Bosi. moral. var. vol.3.tit.de alienat.bonorum Ecclesiastic. n.431. cum pluribus seqq. Ciarlin.controv.forens.cap.2. juncto cap.51. Becc. cons.33. lib.1.Raudens. var. resol.cap.28.n.2. Mongeorg.de pactis francaudi*, & super incisione arborum ab Emphyteutis facienda *Hermosill. ad Lopez gloss. 1. leg. 15. tit.5.par.5.n.72. cum seq.pag.488.secundum impress.Lugdunen. tom.2. & doctissimum D. Saminiatum controv. 45. cum seq. Fulgin. de Jure Emphyt.tit.de var.caducit.quæst.2.D.Parion. de locat. cap. 54.* de more hanc materiam circa Emphyteutam, & conductorem ad partes examinantem *Legunez de fructibus par. 1. cap. 6. Rot. coram Dunozet. Jun. decis. 1008. num. 6. & seqq.*

De Fossatis, Carrariis, & terminis non movendis.

RVBRICA X.

CUpientes nemini damnum, injuriamve fieri, Statuimus, & ordinamus, quod nulli liceat in Fossatis, (A) seù Carrariis aliquid innovare, fossata in totum effodiendo, vel carrariam ad culturam reducendo, absque consortis licentia, vel consensu sub pœna librarum quinque bonon. & nihilominus per contrafacientem innovata ad pristinam formam reducantur, nisi vicino, vel consorte requisito, qua requisitione facta liceat requirenti post lapsum decem dierum, requisito non concurrente totum effodi facere, & terram, quæ extrahitur, in bonis suis impunè proiici facere, & si contrafacientis noritia non haberetur, Schola, in qua novitas talis commissa fuerit, novitatem ipsam ad antiquum, pristinumque statum reintegrare teneatur tantum. Prohibemus etiam terminos (B) poni, vel appositos amoveri absque convicini licentia, vel consensu, aut Judicis auctoritate & prohibi ionis hujusmodi contemptor in l bris 25. bonon. puniatur, & termini positio, vel amotio nullius sit efficaciæ, vel momenti, & quo firmius præmissa observentur, quoslibet ad accusationem hortamur, & admitti volumus, in præmiumque dimidiam pœnæ pollicemur, ac dari volumus, & sit præcisum.

SUMMARIUM.

1 FOssata communia præsumuntur intèr vicinos, nisi constet, quod ab uno tantùm possideantur.
Vicini possunt uti fossatis ad usum destinatum num.2.
2 Fossata in confinio posita sunt pro medietate Dominorum, qui à lateribus prædia possident.
3 Vicinus non potest fossatum commune cum aliis occupare, restringere, vel quoquo modo formam alterare, & mutare in præjudicium aliorum consortium, alioquin actione finium regundorum agi valet.
4 Vicini concurrere debent ad expurgationem Fossati communis.
5 Unusquisque tenetur expurgare Fossata adiacentia proprio fundo pro modo, & latitudine illius. Limita num.6.
7 Communia omnia erant in primævo mortalium fæculo.
8 Divisio rerum, & dominiorum introducta fuit ad conservandam intèr Cives quietem, & pacem publicam, & ad hoc ut unusquisque circà culturam agrorum propensior redderetur.
Communio excludere solet quietem, & pacem num.8.
Negligi plerumque solet, quod communitèr Possidetur num.8.
6 Inventi, & positi fuerunt termini post introductam divisionem bonorum.
10 Actio Finium regundorum, & crimen de termino originem sumpsit post introductam divisionem bonorum.
11 Romani ediderunt varias Leges contrà Violatores, & amoventes terminos, de quibus ibi.
12 *Numa Pompilius*, quas pœnas imposuit contrà amoventes terminos.
13 Maledictionis pœna in Sacris Literis imposita fuit contrà amoventes terminos.
14 Clerici amoventes terminos majori excommunicatione puniuntur.
15 Pœnæ contrà amoventes terminos de jure civili quæ sint num.16. & 17.
16 Remedia contrà turbantes terminos quot fuerint introducta.
17 Pœna amotionis terminorum est extraordinaria discreto Judicis arbitrio regulanda.

OB-

Digitized by Google

OBSERVATIO.

A FOssata inter prædia, sicuti præsumuntur
communia inter vicinos, nisi constet
quod ab uno tantùm ex eisdem vicinis possi-
1 deantur, itâ quilibet ex eis potest uti ad usum
destinatum, ut docent *Felic. allegat. 4. num. 1.
cum seq. juncto n. 8. Conciol. ad Statut. Engub.
lib. 6. rubr. 22. n. 3. ibique Romaguer n. 8. Pecc. de
Aqueduct. cap. 11. quæst. 9. n. 12. lib. 2. & lib. 4.
quæst. 84. n. 3.* ubi quod fossata in confinio sunt
pro medietate Dominorum, qui à lateribus
prædia possident *Polidor. Ripa observat. 256.
nu. 1.* ubi subdit eo magis procedere si fossa-
tum non deserviat pro confine, sed pro scea-
torio *Sperell. dec. 178. n. 84. cum seq. par. 1.*

Nec unus ex eis valet illa occupare, restrin-
gere, vèl quoquo modò formam alterare,
3 & mutare in præjudicium socii, alioquin agi
potest actione Finium regundorum tradit
Pecc. dicta quæst. 9. n. 11.

Et ad illorum expurgationem iidem vicini
4 concurrere debent, juxtà dispositionem *Text.
in l. Si tertius 6. §. Si ex plurium ff. de Aqua
pluv. arcen.* Prout unusquisque tenetur expur-
gare fossata adiacentia suo fundo pro modo,
5 & latitudine illius, ne ex illorum repletione
aqua stagnet, & vicino noceat, ad *Text. in
l. In summa 2. §. Apud Labeonem, & §. Apud
Alphenum ff. de Aqua pluv. arcen. Menoch. de
Arbitrar. cas. 128. n. 2. Cost. de Rat. quæst. 125. n. 3.
in princ.* cum aliis adductis per *Rot. in Leodien.
Rivulorum 4 Februarii 1678. §. Nec facit coram
Reverendissimo Bourlemont.* Quod tamèn non
procedit, quando inter partes alitèr fuit con-
6 ventum; nàm isto casu non est locus disposi-
tioni *Juris communis*, sed attendi debet pa-
ctum, quod derogat Legibus, ut respondit
*Rot. in dicta Leodien. 5. Julii 1677. §. Sinè dubio
coram Reverendissimo Bourlemont, confirmata
4. Februarii 1678. coram eodem dicto §. Nec fa-
cit vers. quià cum obligatio.*

B In primævo mortalium sæculo cum omnia
essent communia, ideòque sicuti nec meum,
7 nec tuum in usu erat, ita delictum termini
moti omninò incognitum erat, ut advertit
*Nicolaus Mylerius in ejus Metrologia cap. 14.
§. 1. n. 2.* Sequuta verò rerum, & dominiorum
divisione ob numerum personarum actum, ad
conservandam inter Cives quietem, & pacem
8 publicam, quas communio solet excludere
L. Cum Pater 77. §. Dulcissimus ff. de Legat. 2.
Et ad hoc, ut unusquisque circà culturam
agrorum propensior redderetur, cum plerum-
que negligi soleat, quod communitèr possi-
detur secundum *Theodosian. & Valentinian. in
l. Meminimus §. Naturale C. Quand. & quibus
quarta pars lib. 10.* ut prosequitur *Myler. ubi
suprà §. 19. n. 1. cum seq.* inventi, & positi fue-
9 runt termini, juxta *L. Ex hoc jure 2.* ubi *Castr.
aliique Scribentes ff. de Just. & Jure, Pacichell.
de Distant cap. 4. memb. 2. n. 13. vers. undè Roma-
ni cum seq.* & ab indè citrà actio Finium re-
10 gundorum, & crimen de termino originem
sumpsit *Joan. Bonifac. de Furt. §. Possessione 9.
n. 65. Hieronym. de Monte de Finib. cap. 15. n. 1.*

Variæ Leges à Romanis editæ fuerunt con-
tra Violatores, & amoventes terminos, seù
11 limites, ut ii sint pacis præsides, & amicitiæ
Custodes, nempè *Mamilia Roscia, Peducea,
Allinea, Fabia, Sempronia, Julia*, quarum
dispositionem latè refert *Gibalin. de Univers.
rer. human. negotiat. lib. 4. cap. 4. artic. 4. conse-
ctar. 5. num. 8. & Numa Pompilius Romanorum
12 Rex II.* de lapidibus terminalibus legem san-
xit; *Ut unusquisque sua sorte contentus esset,
nec res alienas appeteret cavit, lege determinan-
dis præsidiis lata; hosque lapides Jovi Termina-
li Sacros esse voluit* adiecta contrà Termino-
rum motores gravi pœna, *Si quis verò sustu-
lisset, aut suo loco movisset Terminos, eum qui ta-
le quid patrare ausus fuerit, huic Deo Terminali
sacrum esse sanxit, ut cuilibet impunè eum inter-
ficere tanquam sacrilegum liceret, & purus ab
eo piaculo esset*, ut tradit *Dionys. Halicarnass.
Roman. antiquit. lib. 2. in fine* quem refert *Myle-
rius in ejus Metrologia cap. 15. §. 1. n. 1. in fine
cum seq.* In *Sacris Literis* etiam horrenda ma-
ledictionis pœna imposita fuit, ut in *Deute-
13 ron. cap. 19. n. 14.* juncto *cap. 27. n. 17. & Pro-
verb. cap. 2. n. 28.*

De *Jure Canonico* Clericus finales terminos
movens majori excommunicatione punitur
14 *cap. tanta 14. distinct. 86. & cap. tanta 11.
Caus. 1. quæst. 7.* De *Jure* verò *Civili* varia pœ-
na secundum varietatem Imperantium, & di-
versitatem temporum imposita, ut advertit
15 *Myler. in dicto tit. de Pœna termini motoris §. 4.
& 5. utrobique n. 1.* Et præcipuè quatuor re-
media pro turbatis finibus fuerunt introdu-
16 cta, nempè Primum actio Finium Regundo-
rum, de qua *in tit. ff. & Cod. Finium regund.*
Secundùm ex *l. Si constiterit 4. C. Finium regund.*
ubi determinatum legitur, quod quandò post
litem contestatam in actione Finium regun-
dorum aliquis occupat rem propria auctori-
tate antè sententiam latam, tenetur restitue-
re id, quod occupavit, & tantumdem etiam
de suo fundo. Tertium est pœna pecuniaria
quinquaginta aureorum pro singulo termino
dolo malo amoto extrà proprium agrum per
Text. in l. Agraria ff. de Termin. mot. additis in
fine illis verbis *pœna plectendi sunt pro perso-
na, & conditione & factorum violentia*, & hæc
actio est popularis unicuique de populo com-
petens *Dambouder. in Prax. crim. cap. 127. n. 1.
cum seqq. Plot. de In lit. jur. §. 44. n. 2.* Quartum
est pœna corporalis in personam eorum, qui
terminos positos effodiunt, & evellunt, quæ
regulatur secundùm qualitatem personæ, &
circumstantias facti, & temporis, ut respon-
dit *Modestinus in l. 3.* ibi: *Terminorum avulso-
rum non mulcta pecuniaria est, sed pro conditio-
ne admittentium coercitione transigendum est*, &
Divus Adrianus in l. 2. ibi: *De pœna tamèn mo-
dus ex conditione personæ, & mente facientis
magis statui potest ff. de Termin. mot.* Nam ali-
quandò relegantur, aliquandò ad opus pu-
bli-

Digitized by Google

cum mittuntur, & aliquandò verberibus ecduotur juxta diſpoſitionem *Text. in dicta l. 2.* ibi: *Nam ſi ſplendidiores perſonæ ſunt, quæ convincuntur non dubiè occupandorum alienorum finium cauſa id admiſerunt, & poſſunt ad tempus, ut cujuſque patietur ætas relegari; Si junior in longius. Si ſenior reciſius; Si verò alii negotium geſſerint, & miniſterio functi ſint, caſtigari, & ad opus publicum biennio dari. Quod ſi per ignorantiam, aut fortuito lapides furati ſunt ſufficiet eos verberibus cedere ff. de Termin. mot.*

Cæterum pœna amotionis terminorum eſſe debet extraordinaria à diſcreti Judicis
arbitrio regulanda ex qualitate perſonæ, &
17 circunſtantiis facti, loci, & temporis, ut
decisum fuit ab *Imperatore Alexandro Severo in l. 1.* ibi: *Eos, qui terminos effoderunt extraordinaria animadverſione coerceri debet Præſes Provinciæ non ignorabit ff. de Accuſat.* juxtà diſtinctionem caſuum, de quibus latiſſimè *Farinacc. de Furt. quæſt. 168. n. 90. cum pluribus ſeqq. Menoch. de Arbitrar. caſ. 393. Myler. dicto cap. 15. §. 4. circà finem cum §. ſeq. nu. 1. & in §. 7. nu. 2. cum ſeqq.* ubi ſecundùm varietatem caſuum firmat diverſas concluſiones juncto §. 12. ubi cum *Menochio* contrà *Farinaccium* defendit, amoventem terminos finales non animo furandi, nec prædium vicini occupandi, ſed animo dumtaxat nocendi, ac ſeminandi rixas, & diſcordias inter vicinos per limitum confuſionem arbitrariè eſſe puniendum *Pacichell. de Diſtant. cap. 4. memb. 2. ſub n. 18.* ubi *in fine* firmat, quod pœna arbitraria pro circumſtantiarum gravitate pœna uſquè ad mortem extendi valet.

ADDIT. AD RVBR. X. LIB. V.

S V M M A R I V M.

1 Vicini concurrere bebeot ad expurgationem foveorum adiacentium eorum bonis.
2 Limites agrorum confinia diſtioguentes introducti ſunt ad evitandas diſſenſiones ioter vieinos, quæ aliquando converſæ ſunt in bellum.
3 Limitum tranſgreſſio Jure Divino vetita eſt.
4 Terminorum materiam remiſſivè tractantes.

Num. 4. & 5. Vicini concurrere debent ad ex-
purgationem foveorum adjacentium eorum
1 bonis * *L. Si tertius 6. §. Si ex plurium ff. de
Aqua pluv. arcen. Ciriac. contr. 676. n. 21. cum
ſeq. & ſecuta eſt Rot. in Romana expurgationis
Foveæ 19. Junii 1712. coram R. P. D. Lancetta
§. Exiſtimarunt & §. Non obſtat.*

Num. 7. & 8. Accipitur hic terminus pro limi-
te agrorum confinia diſtinguente, ne diſſen-
2 ſiones ioter vicinos,* & territorio coherentes
oriantur, limitum enim contentiones talitèr
quandoque exarſere, ut privatæ primum ſi-
multates publicum poſtmodùm adoleverint
in bellum, prout in Italia Japiges, & Tarentioos pro finibus diſtingueodis dimicaſſe tradit *Diodorus Siculus lib. 11. & Columella lib. 1. de Re ruſtica*. Proindè Romani coſuevere terminum loco Dei habere, & ut pacis Servatorem colere, atque venerari *Div. Auguſtin. lib. 7. cap. 7. de Civitate Dei*; Ejuſque
3 tranſgreſſio *Jure Divino* vetita eſt * ue in *Deu-
teronom. cap. 19.* ibi: *Non aſſumes, nec transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in poſſeſſione tua, quam Dominus tuus dabit tibi in terra, quam acceperis poſſidendam,* & io *c. 27.* ibi. *Maledictus, qui transfert terminos proximi ſui*. Omnium verò primus *Jacob Patriarca* terminum Lapideum conſtituit poſſeſſioem Terræ Abrahę promiſſæ deſignantem, eumque in Titulum erexit ut in *Geneſ. cap. 28.* ibi: *Tulit lapidem, quem ſuppoſuerat capiti ſuo, & erexit in Titulum*.

4 Qui majora deſiderat videre circa terminos eorum apoſitionem, & remotionem adeat *Raynald. in ejus Obſervat. crimin. cap. 5. §. 7.* ubi doctè, & drudite materiam tractat tàm civilitèr, quàm criminalitèr.

Quod nemo audeat bona alterius ingredi, vel exindè aliquid exportare.

RUBRICA XI.

SAncimus, volumus, & firmamus, ut ruralia bona cuſtodiantur, quòd nullus audeat, vel præſumat bona aliena, ſeù ab aliquo poſſeſſa ingredi, nec ex eis ligna, aut fructus aliquos amovere, ſeù exportare abſque expreſſa poſſeſſoris licentia, ſub pœna ſolidorum viginti bonon. pro qualibet vice. Liceat tamen impunè cuilibet ingredi, & ire per terras ab alio poſſeſſas, & frumento, ſeu alio genere ſegetis non ſeminatas, tranſeundo tantum, ac etiam prata quæcunque, poſtquam ex eis fœoum fuerit amotum, & id liceat uſque ad Kalendas Maij tantum. Nulli quoque liceat portare ligna, aut arundines aliquas in Comitatu, ſeu Diſtrictu, aut in Civitate in collo, vel in capite abſque Domini licentia pœna ſolidorum viginti pro quolibet, & qualibet vice, & id præcavere teneantur Cuſtodes

Digitized by Google

des Portarum, qui denunciare Judicibus damnorum datorum teneantur sub pœna solidorum 15. boti. pro quolibet Custode sic non denunciante pro qualibet vice. Et si in aliqua domo, seù albergo, seu horto repertum fuerit frumentum, spicæ, uvæ, seù mustum, aut ligna aliqua, vel arundines, & habitator dictæ domus, albergi, & tecti illius, & eas ex bonis alienis, seu ab aliquo possessis exportaverit, seù si bona non habeat, ex quibus hujusmodi recolligere non possit, nec constet à quo, seù à quibus ea emerit, seù habuerit, talis habitans puniatur, ac si accusatus, & inventus fuisset, & credatur in omnibus præmissis accusatori cum uno Teste fide digno, & teneantur exploratores damnorum datorum scrutari diligenter bis quolibet mense in domibus, & albergis quibuscunque per Scholas Comitatus Faventiæ, & intus circlam existentes, & sit præcisum.

SUMMARIUM.

1 Actione injuriarum, quæ est criminalis agi potest contrà turbantem possessionem alterius. Decl.n.4.

Actio civilis, & criminalis cumulati potest in judicio turbatæ possessionis n. 1.

2 Ingredi propria auctoritate possessionem bonorum alteriur prohibitum est.

3 Criminaliter agitur vigore *Constitutionis Ægidianæ*, & *Bannimentorum Generalium* contrà turbantem possessionem alterius. Decl.n.4. Subdeclara n.5.

Dolus an, & quandò requiratur ad hoc, ut criminaliter agi valeat contrà turbantem possessionem alterius *n.4. & 5.*

Culpa lata an, & *quandò* sufficiat, ut agi valeat criminaliter contrà turbantem possessionem alterius n.5.

6 Dolus requiritur ad incurrendam pœnam, maximè corporalem.

Verbum *presuma* appositum in Bannimentis, ut incurratur pœna requiritur dolus n.6.

7 Actio criminalis non intrat contrà turbantem possessionem alterius, quandò ipse prætendit id aliqua ratione facere potuisse.

8 Causæ excusantes à dolo turbantem possessionem alterius remissivè.

9 Dolus contrà turbantem possessionem alterius ex quibus arguatur remissivè.

10 Agens criminaliter pro turbata possessione, quæ probare debeat.

11 Actio pro Spolio sine vi sequuto intrat actio criminalis. Limita, ut ibi.

12 Spolium cum armis ut dicatur factum, sufficit quod spoliator venerit cum illis, licèt eis usus non sit.

13 Operarii conducti, qui de turbatoris mandato ignoranter, & bona fide alterius agrum ararunt, aliosque actus turbativos fecerunt nullam pœnam incurrunt; Secùs si habebant scientiam fundum esse alienum, quàm conducentis, & fecerint actum illicitum de genere prohibitorum; & fuerint interpellati ut desisterent, vel de nocte, & armati accesserunt.

OBSERVATIO.

Turbata possessione agi potest criminaliter contrà turbantem actione injuria-
1 rum, quæ est criminalis, ut tenent *Bald. in cap. licet causam de Probat. & in conf.493. circa med.lib.2. Farinac. conf.49. num.3. vol.1.& quæst.100. num.38. & n. 40. Menoch. de Retin. possess.remed.3. n.549. Cancer Var.resolut. p.2. cap.7. n.3.Gratian. discept.154.n.4.Fontanell.de Pact.nuprial. clauf.4. glos.22. par.1.n.48. cum seq.& decis.81.n.12.Viv. decis.498. n.12. lib.3.* ubi etiam firmat, quod utrumque judicium, tam Civile, quàm Criminale cumulari potest, ea ratione quia judicium criminale in consequentiam judicii civilis deducitur, & firmatum fuit *in obser.ad Rubr.25. lib.4. n.8.*

Prohibitum enim est de Jure communi alterius possessionem bonorum propria aucto-
2 ritate ingredi per *text. in l. penult. & ult. C. Unde vi.*

Et præsertim agitur criminaliter pro turbatione possessionis vigore *Constitutionis Ægidianæ lib. 4. cap. 67.* ut latè docet *Boccacc. de*
3 *Interdict.uti possid. cap.12. num.2. cum seqq. & Bannimentorum Generalium Status Ecclesiastici cap. 69. & cap. 70.* quorum verba referuntur supra in *Observ.ad Rub. 25. lib.4.*

Quod procedit concurrente dolo, ratione cujus tantummodò turbatio videtur posse pu-
4 niri, ut tradit *Pecch. de Aqueduct. lib.1. c.7. quæst.5.n.2.* ubi tenet, quod quandò non adest vis, aut dolus, vel atrox violentia, non intrat actio criminalis, & multò minùs, si quis justo errore fuerit motus, & *Mascard. de Probat. conclus.1196. nu. 28. cum duobus seqq.* qui *n. 31. cum seqq.* sequendo opinionem *Bart. in l.t.§. non autem n.3. ff. Si quis test.lib. esse &c.* contrà *Bald.* distinguendo tenet, quod si
5 actor in turbatorem experiri velit vigore Statuti imponentis pœnam corporalem, requiritur dolus necessariò probandus, nec sufficit lata culpa; Sicuti etiam si vigore Statuti imponentis pœnam pecuniariam, & punientis turbationem illatam personę his verbis *Si quis turbaverit aliquem in sua possessione* paritèr requiritur dolus, quià turbatio non potest inferri in persona sine effectu turbantis; Si verò puniat turbationem illatam in rem, ut si dicat, *si quis alterius possessionem turbaverit, aut si quis ingressus fuerit possessionem alterius* tunc sufficit lata culpa, quæ hoc casu dolo æquiparatur, & hujusmodi distinctionem *Bart.* sequitur *Conciol.ad Statut.Eugub.lib.4.rubr.39. num.5.*

Et regulare est, quod exceptis casibus in Jure expressis, non sufficit lata culpa, sed ad in-

incurrendam pœnam, maximè corporalem,
6 requiritur dolus, ne quis indebitè puniatur
pro eo, quod mala fide non contingit, ut fir-
mant Cavat. de Conversat. cum Bannito n. 103.
impress. penès Carpan. ad Statut. Mediolan. tom 2.
Farinac. quæst. 31. n. 11. cum seq. Sess. in respon-
so Syndicatus post ejus tractat. de Inbibit. n. 16.
in fine cum seq. & Raynald. in ejus Syntaxi rerum
crim. cap. 4. §. 1. n. 21. vers. secundò quia tom. 1.
Eò certiùs requiritur dolus, & malitia, si
in Statuto, seù in Constitutione legatur ver-
bum presuma, prout legitur in Bannimentis
Eeneralibus loc. cit. ut docent Farinacc. quæst.
87. n. 32. Cavat. de Interpretat. Statut. cons. 9. n. 1.
Ciriac. controvers. 248. n. 12. & Bellett. Disquisit.
Cleric. par. 2. tit. de Pœnis Cleric. §. 54. n. 17.
Cessante enim dolo, utpotè quia ipse præ-
tendat id aliqua ratione facere potuisse, tunc
7 actio Criminalis non intrat Cravet. cons. 280.
n. 3. vers. et quibus fundamentis Cancer. Variar.
resolut. par. 3. cap. 4. n. 255. cum seq. Mascard. de
Probat. conclus. 1198. n. 12. vers. plurima verò
cum seqq. ubi variæ referuntur causæ excusan-
tes à dolo, quas in numero duodecimo reas-
8 sumit Menoch. cit. remed. 3. n. 426. cum pluribus
seqq. & idem Mascard. n. 4. cum seqq. è conver-
9 so adducit conjecturas, & præsumptiones do-
lum arguentes.
Undè pro parte Actoris probari debet, se
10 possedisse turbationis tempore Menoch. dicto
remed. 3. n. 556. cum seq. Conciol. ad Statut. Eu-
gub. lib. 4. rubr. 39. n. 2. cum seq. Paitell. expedit.
20. in princ. & Falic. allegat. 102. num. 2. par. 2.
Nec non ipsa turbatio pro secundo extremo,
ut tradit Menoch. ubi supra n. 559. Conciol. Pai-
tell. & Falic. loc. cit. Ac ultrà prædicta duo
extrema etiàm in judicio criminali necessa-
ria, requiritur tertio loco probatio doli, quia
pro turbativa ad effectum agendi criminali-
tèr necessaria est violentia, juxta Text. l. Si
quis in tantam, ibi: Violentèr invaserit C. Undè
vi, Observat. suprà ad Rubr. 25. lib. 4. n. 8. in fi-
ne, quæ sine dolo non infertur, ut cum Bella-
pertic. post relatam contrariam opinionem
videtur sequi hanc sententiam Farinac. quæst.
157. n. 75. Boccacc. de Interdict. uti possid. cap. 12.
n. 18. juncto cap. 14. n. 21. qui in cap. 11. latè
etiàm refert diversos modos turbandi Bonfin.
in Annot. ad Bannimenta Generalia Status Ec-
clesiastici cap. 70. n. 4. versic. si verò quis crimi-
nale, & Magon. decis. Lucens. 54. n. 4.
Quamvis etiam sine vi Spolium sequutum
sit, adhuc intrat actio criminalis, juxta opi-
11 nionem, quam tenent Farinac. quæst. 100.
n. 40. alliique adducti à Cortiad. dec. 35. num. 73.
qui tamèn num. seq. sequendo praxim, & sty-
lum Cathaloniæ tenet aliam opinionem, nem-
pè pro Spolio commisso sine armis intrare
solum actionem civilem.
Advertendo, quod violentia, ut dicatur
facta cum armis, sufficit, quod spoliator ve-
12 nerit cum illis, quamvis eis usus non sit,
juxtà gloss. singularem in l. 1. verbo domi,
ibi: Nota mirabile, quod reputatur vis solùm
habere arma, vel domi, vel portare ff. ad Leg.
Jul. de Vi public. Sanchez de Matrimon. lib. 4.
disput. 5. n. 5. Fontanell. de Pact. nuptial. claus. 4.
gloss. 22. par. 1. n. 50. cum seqq. ubi tamèn testa-
tur quod in Cathalonia criminalitèr tunc so-
lùm proceditur, quandò committitur spo-
lium cum armis.
Nullam tamen pœnam incurrunt Operarii
conducti, qui de turbatoris mandato igno-
13 rantèr, & bona sine alterius prædium ara-
runt, aliosque actus turbativos fecerunt; Se-
cùs autèm si habebant scientiam fundum esse
alienum, quàm conducentis, & fecerint actum
illicitum de genere prohibitorum, & fuerint
interpellati ad hoc ut desisterent, vèl de no-
cte, & armati accesserunt, nam in istis casi-
bus stante scientia, ac dolo de turbativa pos-
sunt puniri, ut tradunt Menoch. dicto remed. 3.
n. 314. latè Farinac. quæst. 97. n. 131. cum seqq.
Antonell. de Loco legal. lib. 3. cap. 20. quæst. 3.
n. 28. Conciol. Resolut. crim. in verbo Operarii re-
solut. unica, & ad Statut. Eugub. lib. 3. rubr. 39.
num. 6. cum seq. Bonfin. in Annot. ad Bannimenta
Generalia cap. 70. num. 9. & Sperell. dec. 24. n. 6.
cum seq. par. 1.

ADDIT. AD RVBR. XI. LIB. V.

SUMMARIUM.

1 VErbum *præsumat* apositum in Ædicto,
Bannimento, seu Constitutione re-
quirit dolum, & malitiam ut quis possit
puniri.

Num. 6. Ad hoc ut quis puniri valeat vigore
Legis, Ædicti, Bannimenti, seù Constitu-
rionis continentis verbum *præsumat* requirit.
dolus, & malitia ut firmat *Card. de Luca de
Benef. discurs.* 119. *n.* 8.

De preceptis de non ingrediendo fiendis.

RUBRICA XII.

ITem sancimus, & ordinamus, quòd liceat cuilibet possessori bonorum stabilium suorum, & à se possessorum præcipi facere, etiam de mandato Judicis illi, quem idem possessor nominaverit de non ingrediendo bona sua, seù à se possessa, idque dictus Judex aditus concedere teneatur, præcipiendo etiàm sub pœna librarum decem bonon. vel majori Judicis arbitrio, nec talis nominatus audeat bona hujusmodi solus, vel cum aliis, seu cum

ejus

ejus bestiis ingredi ubicunque sint posita bona hujusmodi in Comitatu, seu Districtu Faventiæ, & si tali præcepto neglecto, ille, cui præceptum fuerit, contrafecerit, omni exceptione cessante puniatur in pœnam dicti præcepti quamprimùm constiterit de hujusmodi inobedientia, ac de dicti possessoris pacifica possessione, & ad probandum de tali contraventione sufficiat juramentum accusatoris id de visu deponentis cum alio Teste idoneo, & sit præcisum, nisi de jure ostendat sibi id licere, dummodò id ostenderit legitimè antedictum spretum præceptum, quo spreto super suo jure non audiatur, nisi dicta pœna soluta.

SUMMARIUM.

1 Possessor turbari in sua possessione timens potest reportare præceptum pœnale de non ingrediendo.
Præceptum pœnale de non ingrediendo in certis bonis potest fieri à Judice, quandò dubitatur de turbatione num. 1.
2 Contraveniens præcepto Judicis potest puniri.

OBSERVATIO.

Possessor timens ab alio turbari in sua possessione bonorum potest curare, ut illi à Judice competente fiat præceptum de
1 non ingrediendo in illis bonis sub certa pœna, quod quidem præceptum valet ex firmatis per *Scacc. de Judic. lib. 1. cap. 58. n. 2.*

Et contraveniens potest puniri, quià faciens contra præceptum sibi factum à supe-
2 riore nedùm dicitur in culpa, sed etiam in dolo, ut respondit *Farinacc. cons. 153. n. 4. vol. 2.*

ADDIT. AD RUBR. XII. LIB. V.

SUMMARIUM.

1 Claudere suum quilibet potest.
Pascua claudi non possunt, quando spectant ad Comunitatem seu Cives Num. 1.
2 Territoria destinata pro *pascuis* non possunt *reduci ad culturam* absque consensu omnium jus pascendi habentium.
3 Deffensa quæ dicatur, & quando dicatur violata, & de pœna.
Prohiberi potest mediante Banno ingressus in certo prædio adiecta pœna, quæ in casu contraventionis debetur etiam non illato damno num. 3.
4 Et si damnum etiam fuerit illatum debebitur refectio damni num. 3.
5 Causa criminalis judicatur, quando pœna etiam pecuniaria imposita ex delicto descendit.
6 Pro turbativa agi potest civilitèr, & criminalitèr.
7 Ad quem effectum sufficit violentia inquietativa.
8 Violentia inquietativa fit etiam sine armis.
9 Violentia dicitur commissa, quando greges ad pascua immittuntur.

Cum quilibet possit suum claudere juxta *Tex. in l. Per Provincias C. de Ædific. privat.*,* dumodò tamen pascua non spectent ad Universitatem, seu Cives, quo casu requiritur consensus omnium interesse habentium, ut docet *Capiblanc. de Baron. Pragm. 11. sub n. 31. cum seqq.* qui *num. 35.* subdit, quod ideò territoria destinata pro pascuis non possunt re-
2 duci ad Culturam * absque consensu omnium Jus pascendi habentium.

Sæpè igitur contingit, quod ad evitanda damna, & ad utendum quietè re sua, me-
3 diante Banno prohibeatur * ingredi certum *prædium*, seu locum, adiecta pœna sivè *corporali*, sivè *pecuniaria* contraventientibus, quæ nuncupatur deffensa, quæ nihil aliud est, quàm alios arcere ab ingressu juxta *Text. in l. Divus ff. de Servit. rustic. præd.* Ideòque si spreta prohibitione violenter quis ingrediatur, & si damnum non inferatur, adhùc potest exigi pœna ratione spretæ deffensæ, injuriæ illatæ; Si verò damnum etiam infera-
4 tur, ultra pœnam damnum erit * reficiendum ut respondit *Cald respons. 1. n. 6. cum seqq. impress. post ejus tractat. de restit. in integr. & Sanfelic. dec. 9. n. 11.*

Et cum pœna licet pecuniaria ex delicto descendat, ;& ad publicam vindictam sit imposita, * ac Fisco applicetur causa Criminalis judicatur, ut firmat *Calà ubi supra n. 10. cum seqq.* & pro turbativa, quod agi possit
6 tàm civilitèr, quam criminalitèr * docet *D. Raynald. observat. crim. cap. 25. §. 4. n. 69. tom. 3.* cum pro ea instituta sit actio injuriarum *D. Raynald. ubi supra n. 105. in fine.*

Ad prædictum effectum sufficit violentia inquietativa, quæ inter quinque species violen-
7 tiæ connumeratur, * ut docet *Hieronym. Thoma de vi compulsiva cap. 1. §. 1. D. Raynald. observ. crim. cap. 22. §. 1. n. 11. tom. 2.*, & fit etiàm
8 sinè, armis, * quando nempè quis non sinit Dominum rem suam pacificè possidere, ac ea uti, & frui, nàm cum violentia sit actus contrarius voluntati, sempèr infertur, quandò aliquid factum est in alterius fundo, invito Domino, præsertim ab eo, cui facere est prohibitum juxta *Text. in l. 1. §. Quid sit* ibi: *Si quis contra quem prohiberetur fecerit ff. quod vi, aut clàm glos. in l. 1.* ibi: *Et inquietativa locum habet, quandò aliquid facis in meo prohibitus C. Quod met. caus.*, & respondit *Calà loc. cit. nu. 31. cum seqq.* Unde infertur cum vio-
9 lentia, quandò clàm greges * ad pascua immictuntur, nàm clandestinitas dolum inducit, & prohibitionis scientiam per *Gloss. in d. L. 1. Corn. cons. 207. vol. 3.*, & tradit *Calà loc. cit. n. 34.*

Quando procedi non poſſit contrà damnificantem, & de damnis inſpiciendis.

R V B R I C A XIII.

SAncimus quoque, & firmamus procedi non poſſe, nec debere contrà damnificantes eum eorum perſonis,ſeu beſtiis bona ab aliis poſſeſſa,quandò talia damna illata fuerint de expreſſa licentia poſſeſſoris hujuſmodi bonorū præcedente, & pro plena probatione habeatur talis poſſeſſoris juramentum jurantis talem licentiam dediſſe antè dictum damnum datum, vel niſi talis licentia in actis manu Notarii Actuarii damnorum datorum ſcripta appareat, vel per Teſtes fide dignos id legitimè probetur, & hoc non vendicet locum in Colonis partiariis, ſeu Actuariis, aut in Operariis ad laborandum conductis, quibus caſibus ſimplici dicto dicti poſſeſſoris, ſeu ejus nuncii, & pro eo agentis credatur; & ſi aliqua dubitatio, ſeu quæſtio oriri contigerit de quocumque damno dato, Judices ad hoc deputari ad requiſitionem partis petentis, ejuſque expenſis teneantur mittere, & deſtinare duos per ipſos Judices eligendos, & deputandos, vel perſonalitèr accedere ad dictum damnum videndum, quandò eſſet de recenti datum, ità quod de ejus veritate per aſpectum, & acceſſum ad locum de veritate damni apparere poſſit, quorum relationi juratæ ſuper æſtimatione dicti damni ſtetur, & hoc ne quis cogatur ſolvere majorem quantitatem quam ſit damni dati æſtimatio vera, & hoc non vendicet locum in accuſationibus Saltuariorum, & aliorum Officialium, niſi quandò ipſis Judicibus videretur id convenire, vel quandò allegaretur hujuſmodi officiales modum in accuſando, vel denunciando excedere. Declarantes tamen quod fratres, & fratrum filii dumtaxàt poſſint propter diviſionem bonorum inter eos factam pro bonis contiguis inter ipſos convenire, ne accuſentur de damnis ſibi per eos, vel eorum familiares, animalia, & colonos invicem datis, & dandis.

S V M M A R I V M.

1 PUniri non poteſt damnificans pro damno illato cum licentia Domini.

2 Injuria non fit ſcienti, & volenti.

O B S E R V A T I O.

COncurrente licentia Domini non poteſt quis puniri pro damno illato, cum 1 tunc damnum facere non videatur, ut reſpondit *Novar. de Gravam. Vaſſall. tom. 1. gravam. 50. n. 3. cum duobus ſeqq.* Nàm ſcienti, & volenti 2 non fit injuria *L. 1., §. Uſque adeò, ff. de Jure juran. l. 1., ff. de Act. empt. l. Nemo præſumitur, ff. de Regul. Jur. cap. Scienti eod. tit. in 6.*

De Laboratoribus poſſeſſionum expellendis, etiam non finito tempore locationis.

R V B R I C A XIV.

ITem quod cum plurimę fraudes,& malitię committantur,& fiant per laboratores(A) terrarum,& poſſeſſionum contrà homines quorum poſſeſſiones exiſtunt, ſeu locationes ipſarum in damnum, & præjudicium eorumdem. Ut igitur omnis materia fraudibus præcludatur, Statuimus, & ordinamus, quod omnes, & ſinguli Laboratores terrarum vinearum, & poſſeſſionum quarumlibet, & quorumcunque hominum Civitatis, & Diſtrictus Faventiæ cogantur, & debeant dimittere eas Dominis, ſeu Locatoribus earum, & ipſas vacuas dimittere perſonis, beſtiis, familiis, & rebus omnibus ipſorum Laboratorum finito tempore locationis, [B] & conceſſionis, & non præſumat talis Laborator, vel aliquis de ſua familia perſonalitèr, vel cum eorum beſtiis ipſum Dominum, ſeu Locatorem poſſeſſionis, vel ipſam poſſeſſionem in aliquo moleſtare, vel damnificare arboribus, vel aliis per ſe, vel per alios quoquo modo ſub pœna librarum 25. bonon. ultrà conventionalem pœnam in quolibet caſu prædictorum. Liceat tamen Dominis poſſeſſionum, ſeu Locatoribus earum antè tempus (C) conductionis, & locationis finitæ eorum poſſeſſionem aliis concedere, & locare, non obſtantibus pactis primæ locationis, quibus etiam durantibus poſſit Dominus Laboratorem expellere, quandò coram D. Poteſtate, ſeù alio Juſdicente Civitatis Faventiæ juret Dominus, ſivè Locator, quod ſuſpectum habeat talem ſuum Laboratorem partiarium, etiam nulla alia expreſſa, vel oſtenſa cauſa, ſed ſolùm juramentum ipſius Locatoris ſuper dicta ſuſpicione ſufficiat, etiàm pro plena probatione, idque liceat dictis Locatoribus, non obſtantibus quibuſcunque conventionibus, pactis, inſtru-

instrumentis, & obligationibus, etiam juramento vallatis, & tunc ad petitionem Domini, cujus fuerit possessio, seù Locatoris præcipiatur Laboratori prædicto pro se & sua familia, si habitaverit in ipsa possessione, quod infrà decem dies à die facti præcepti de ipsa possessione discedat cum familia, & rebus suis, vel si ibi non habitaverit quod de cætero in ea nòn intret, vel laboret sub pœna librarum decem bonon.. Et in singulis dictorum casuum si mandatum, seù præceptum sibi factum non servaverit, vel si in ipsa possessione damnum dederit Laborator per se, vel alium, vel suam familiam condemnetur per D. Potestatem in decem libris bonon. & Domino damni ad emendationem sui damni, & nihilominùs possessionem relaxet, & ad id compellatur per Potestatem, seù alium Iudicentem realitèr. Et ad probationem omnium, & singulorum prædictorum sufficiat juramentum Domini possessionis, seù Locatoris, dummodò talis jurans sit major quatuordecim annorum, si autem minor annorum fuerit, sufficiat tunc juramentum ejus Tutoris, vel Curatoris, reservata tamen ipsis Laboratoribus, sic ut supra suspectis juratis facultate colligendi fructus pendentes suis debitis temporibus, quorum partem debitam prædictus Laborator teneatur Domino, seu Locatori integralitèr portare, & assignare juxtà formam Statutorum, ac Conventionum inter eos initarum. Disponentes tamèn, quod si talis Laborator incepisset laborare dictas res conductas expelli non possit nisi primo ei de suo labore à Domino, vel Locatore, seu novo Conductore rei integrè fuerit satisfactum, & sit præcisum.

SUMMARIUM.

1 Colonorum species, remissivè.
Coloni Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum an, quando, & ad quæ onera teneantur, remissivè n.1.
2 Coloni sunt qui *nummis colunt*, *solvendo Domino fundi quid in pecunia*, vel in *certa quantitate fructuum*.
3 Coloni conductitii sunt, qui recepta mercede agros colunt.
4 Coloni partiarii quinam dicantur.
Laboratores quinam dicantur n.4.
5 Societas dicitur contracta inter Dominum, & Colonum partiarium cum participatione locationis. Vide n.8.
6 Colonus partiarius non potest carcerari, nec tenetur nisi in quantum facere potest ne egeat. Vide n.7.
9 Colonus partiarius possessionem non habet, sed nudam detentationem, tenendo bona nomine Domini.
10 Manutentio competit Colono partiario in sua detentatione respectu fructuum pendentium durante Colonia,
11 Colonus partiarius non est Dominus suæ partis fructuum, donec sunt pendentes, cum sint Domini. Vide n.14.
12 Colonus partiarius Dominus suæ portionis fructuum efficitur, quandò sunt a solo separati. Vide n.14.
13 Actio personalis tantum competit Colono partiario ante recollectionem fructuum pro consecutione suæ portionis. Vide n.14.
14 Pars Colonica in venditione prædii an, & quando comprehendatur, remissivè.
15 Actio ad pœnas, de quibus in *l. Si quis in tantam C. Undè vi* non competit contra Dominum expellentem Colonum partiarium proprium propria auctoritate.
16 Dividuntur regulariter fructus inter Dominum, & Colonum partiarium æqualiter.
Modus dividendi fructus inter Dominum, & Colonum pendet à pactis, & locorum Consuetudine n.17.
17 Quota pars fructuum quanta esse debeat inter Dominum, & Colonum partiarium attendenda est Consuetudo, Statutum, & conventio.
18 Expensas necessarias pro cultura, & recollectione fructuum deducere non potest Colonus partiarius.
Colonus partiarius tenetur ad expensas culturæ, & recollectionis fructuum n.18.
19 Semen ponere tenetur Colonus partiarius, nisi aliter fuerit conventum, vel concurrat Consuetudo. Vide num.20. & 21.
21 Pacta varia stipulantur inter Dominum, & Colonum partiariū juxtà qualitatem terræ.
22 Regalias solvere, seu tradere tenetur Colonus partiarius Domino.
Regaliæ debitæ a Colonis partiariis, in quibus consistant n.22.
Regaliæ à Colonis partiariis debitæ practicantur in Lombardia n.22.
23 Rusticus, qui sua sponte, & nulla præcedente obligatione per multos annos certis temporibus par caponum attulit Domino, non potest cogi ad continuationem præstationis.
24 Vassalli cogi non possunt præstare xenia, & munera Baronibus.
25 Clerus cogi non potest per Episcopum ad ei tradendum strenas, & munera, sed solum recipi valent a sponte dantibus. Ampl. n.31.
26 Episcopus, qui coegit Clerum ad solutionem strenarum, & munerum tenetur ad restitutionem, & refectionem expensarum, & damnorum.
27 Strenæ etymologia.
Strenæ voluntariæ sunt, & sine quætimoniis tradendæ n.27.
28 Strenæ originem habent à superstitiosis gentilitatibus.
Abusus Strenarum eliminandus est ab Ecclesiasticis n.28.

29 Strenarum, & munerum abusus in Urbe occasione *Festi Natalitii Domini Nostri*.

30 *Ferragosto* unde originem traxerit.

31 Consuetudo solvendi non inducitur in materia facultativa, voluntaria, & quæ omnino pendet a liberalitate concedentis, itaut in futurum teneatur, etiamsi per mille annos facta fuerit solutio.

33 Nisi præcedat prohibitio, & subditi solvendo acquiescant per tempus aptum ad præscribendum.

34 Strenæ, & munera non debentur Depositariis locorum Montium.

35 Consuetudo tollitur ex contrariis Bannimentis.

36 Depositarii locorum Montium, quam utilitatem recipiant ex depositaria.

37 Colonus non restituens prædium elapso tempore Coloniæ, sed continuans percipere fructus actione furti tenetur.

38 Colonus partiarius non potest expelli à Colonia, quando bona sterilia ad culturam reduxit proprio labore, & impensis. Imo nec ejus hæredes. Ampl. procedere etiam in bonis Ecclesiæ n.39.

39 Bona sterilia Ecclesiæ possunt absque Beneplacito Apostolico concedi in emphyteusim perpetuam ut ad culturam reducantur.

Colonus, seu conductor qui bona sterilia Ecclesiæ ad culturam reduxit non potest nec ipse, nec ejus hæredes expelli n. 39. Decl. & limita ut ibi.

Concessio perpetua bonorum Ecclesiæ facienda est hæredibus, & successoribus illius, qui ea ad culturam reduxit n.39.

An autem pro eodem priori canone, seu potius pro majori ab aliis oblato sit facienda, vide n.39. in fine.

Text. in cap. ad aures de Rebus Eccles. alit n. vel non quando, locum habeat n.39.

Beneplacitum Apostolicum non requiritur in concessione in perpetuum bonorum sterilium Ecclesiæ, ut ad culturam reducantur, n.39. Decl. & limita ut ibi.

40 Colonus partiarius expelli non potest durante tempore Coloniæ. Limita n.41.42.48.

43 Colonus Partiarius male versari dicitur in re Colonica, si arbores fructiferas inciderit.

Colonus partiarius incidens arbores fructiferas cadit à jure suo n.43.

44 Quercus, nuces, sylva cædua, & aliæ quæ de per se naturaliter sine plantatione nascuntur, dicuntur arbores fructiferæ, & non possunt incidi a Colono partiario.

Consuetudo loci attenditur circà modum culturæ num.44.

44 Colonus partiarius malè versari dicitur in re Colonica, si debito tempore terras non coluerit, & necessaria laboreria non fecerit.

45 Colonus partiarius colere tenetur prædium bene, & diligenter, etiam si id non promiserit eo magis si id promiserit, vel vigeat Statutum tempus, & regulam culturæ præscribens n.47.

46 Colonus partiarius curare debet, ut opera rustica non solum per agricolas peritos, sed etiam congruo tempore fiant, ne intempestiva cultura deteriorem fundum faciat.

48 Colonus partiarius expelli potest antè tempus, si defecit in confectione laboreriorum, vel male, ac incongruo tempore ea confecerit, absque eo quod Dominus teneatur probare negativam, cum sufficiat productio instrumenti, vel Statuti cum lapsu temporis; secùs si non concurrat conventio, sed obligatio deducatur ex dispositione Juris communis:

49 Colonus expelli non potest ob non facta laboreria præscripta à Statuto, sed solum incurrit pœnam applicandam Domino. Vide n.51. & 54. & 57.

50 Pœna imposita a Jure communi tollitur per penam impositam a Statuto.

52 In delictis agitur ne dum ad pœnam pacti applicandam, sed etiam ad publicam vindictam.

53 Expulsio Coloni malè versantis in re Colonica non potest propriè dici pœna.

55 Statutum interpretandum est ut lædat Jus commune minusquam fieri potest.

56 Statutum corrigere valens Jus commune in uno, vel pluribus, ità interpretari debet, ut in uno tantum illud corrigat.

58 Rubrica Statuti non censetur correcta per alias subsequentes rubricas.

Statutum interpretandum est ut non contineat contrarietatem n. 58.

59 Colonus expellitur etiam antè tempus si malè se gerat, & praxis hujusmodi expulsionis, & n.66.

60 Immissio fideicommissario debetur, non obstante exceptione melioramentorum, quandò non fuerunt intrà terminum præfixum liquidata.

61 Rustici, seu Coloni vivere olim solebant secundùm quandam simplicitatem, & naturalem puritatem.

62 Suspicio viget contra Rusticos, seu Colonos quod ex eorum mala qualitate Dominus semper remansurus sit in damno.

Colonus ergo fur n.62.

63 Coloni dimittuntur in Festis Natalitiis, sed nō discedunt nisi in fine Octobris sequentis.

Coloni dimissi student damno, & injuriis erga Dominos n.63.

64 Coloni sunt duræ cervicis,

65 Colonorum territorii Faventiæ, Imolæ, & Brisighellæ confederatio, quæ postea fuit abolita.

67 Disponi potest per Statutum, quod fieri potest per pactum.

Appellatione pacti venit Statutum n.67.

Valet argumentum à Statuto ad pactum, & è contra n.67.

68 Valet pactum, quod de damnis, & interesse, eorumque quantitate stetur juramento damnum passi.

69 Obli-

69 Obligans se in forma Cameræ consentit se posse excommunicari.
70 Statutum servandum, ac secundum illud judicandum, quamvis aliquibus visum fuerit durum.
Executio Juris non infert injuriam n.70.
71 Melioramentum appellatur Verulis jus perpetuæ Coloniæ, quod præscriptum prætenditur.
72 Coloniæ perpetuæ præsumptio deducitur, ex quo Colonus consuevit in contractum deducere jus Coloniæ, seù melioramentorum, vendendo, donando, permutando, in dotem assignando &c. irrequisito Domino.
73 Colonus præscripsisse censetur, seù præsumptivè probatur jus perpetuæ Coloniæ, nec expelli potest, quando constat de uniformi annua responsione, antiquissimo, & imperturbabili usu roborata, absque eo, quod probetur certa initii conventio in contrarium: Ampl. n.73. & 77.
74 Contrarium in Colono partiario, eo quia censetur facta reconductio de anno in annum, nisi constet ipsum mutasse causam suæ possessionis, & cæperit retinere bona uti Colonus perpetuus, & n. 75. quæ opinio reprobatur n.77.
76 Secus in Colono, qui nummis colit.
78 Colonus partiarius Socius impropriè, non propriè dicitur.
79 Maximè quando solitus fuit illud jus Coloniæ alienare irrequisito Domino fundi.
80 Colonia perpetua in bonis Ecclesiasticis præscribi potest concurrente centenaria, vel immemorabili præscriptione; secùs ea non concurrente n.81.
Bulla Urbani VIII. super præjudicialibus Ecclesiarum, & personarum Ecclesiasticarum in Bullar. novo la 159. *vol.*4. præservat immemorabilem, & centenariam, quæ sufficit, si fuerit completa de tempore motæ litis n. 80. Limita ut ibi.
81 Locatio perpetua bonorum Ecclesiæ absque Beneplacito Apostolico est prohibita.
82 Præscriptio Coloniæ perpetuæ excluditur dato initio Coloniæ, seù locationis temporalis, etiamsi continuaverit per mille annos, & quare. Limita n.83.
84 Colonus, & Conductor bonorum ad breve tempus non acquirit utile dominium, sed solum simplicem detentationem.
85 Et tantummodo acquirit actionem personalem adversus locatorem, seù Dominum, ut frui patiatur re locata.
86 Melioramenta facta per Colonum, seù Conductorem ad breve tempus cedunt solo, & solum ei competit actio repetendi expensas contrà Dominum.
Conductor ad longum tempus acquirit domi. nium utile in bonis conductis n.86.
87 Probatio melioramentorum in genere debet esse plena, & concludens.
88 Præfigitur terminus ad liquidandum melioramenta in genere probata; si in termino præfixo non liquidentur, conceditur manutentio locatori, præstita cautione de reficiendis melioramentis postquam fuerint liquidata.
89 Melioramenta consistentia in plantatione vitium, & arborum, ut dicantur probata, quæ requirantur.
90 Melioramenta consistentia in plantatione vitium, & arborum consideranda sunt de tempore, quo facta fuerunt, nulla habita ratione eorum incrementi, & quare.
91 In refectionem melioramentorum consistentium in plantatione vineæ, facienda tantùm est æstimatio plantularum præviarum compensatis cæteris laboribus cum fructibus preceptis.
92 Fructus per Colonum, seù Conductorem percepti ex vitibus, & arboribus plantatis non imputantur in melioramentis.
93 Conductor facit fructus suos melioramentorum bona fide factorum.
94 Maximè procedit in melioramentis bona fide factis antè motam litem.
85 Fructus lite pendente percepti ex meliotamentis anteà factis spectant ad melioratem.

OBSERVATIO.

A 1 Colonorum variæ sunt species recensitæ per *Gloss. in Rubr. C. de Agricol. & Censit. & Colon. lib.* 11. *Bursat. cons.*330. *n.*37. *vol.* 2. *Calvin. in Lexicon. Juris in verbo Colonus, Pacion. de Locat. cap.*5. *num.*2. *Pignatell. consult.*50. *tom.*2. ubi examinat an, & ad quæ onera, & collectas teneantur Coloni Ecclesiasticorum *Panimoll. annot.* 7. *ad ejus decis.* 6. ubi late examinat eandem materiam circà Colonos Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum.

Verùm quia major pars eorum amplius non est in usu, aliique ab aliis parùm differant, cùm multæ conventiones de colendis agris diversis nominibus appellentur, contractus tamèn sit idem, ut notat *Calvin. Lexicon. Juris in verbo Colonarius contractus,quo hodiè*, quem sequitur *Pacion. ubi suprà n.*2. *in fine*; Ideò restringendo materiam ad quoti-
2 dianos, & modernos Colonos, quorum aliqui sunt, qui nummis colunt nempè solvendo Domino fundi quid in pecunia, & isti propriè dicuntur conductores, vèl solvendo in certa quantitate fructuum, vèl quid simile, & isti quoque dicuntur conductores, sed impropriè,ut tradit *Tondut. de Pension.*|*cap.*4.*n.*5. prosequitur aliis relatis *D. Pacian.d.cap.*5.*n.*4. *cum seqq.*

Alii sunt, qui recepta mercede agros co-
3 lunt, & nuncupantur Coloni conductitii, locando ipsi operas suas *Bursatt. dicto cons.* 330. *n.*4. *Pacion. loc.cit. n.*10.

Alii sunt qui agros colendos recipiunt pro certa fructuum quota, nempe tertia, vel me-
4 dia, vel quarta, dividendo quasi Socii cum Do-

Domino fundi fructus recollectos, & iſti vo-
cantur Coloni partiarii, ſeu laboratores, ut
tradunt *Gloſſ. in l.Si apes 26. in verbo qui num-
mis ff. de Furt. Bald. in l. Cum duobus* 52. §.*ſi in
coerenda num.2. ff. Pro Socio Soc. ſen. conſ.*228.
n. 7. *lib.* 2. *Mantic. de Tacit. lib.*5. *tit.*2. *nu.*29.
*Burſatt. dicto conſ.*330. *n.*40. *verſ. ſecundi Fen-
zon. ad Statut. Urbis libr.*1. *cap.*123. *nu.*1. *cum
ſeq.* D.*Pacion. loc.cit. cap.*5. *n.*11. *Donat. Anton.
de Marin. Var. reſol.lib.*1. *cap.*259. *n.*3. *Tondut.
lor. alleg. Gobb. conſultat.*2. *n.*78.

Cùmque Dominus ponat terras, Colonus
5 verò inſtrumenta, operas, & expenſas in quæ-
rendis fructibus, proindè intèr eos dicitur
contracta Societas *Adden. ad Paitell. expe-
dit.* 54. *in princ. Mantic. ubi ſuprà, Conciol. ad
Statut. Eugub. lib.* 6. *rubr.* 39. *n.* 2. ubi etiam
firmat, quod tanquam Socius non tenetur
Domino niſi in quantum facere poteſt, &
Caroc. de Locat. par. 4. *in tit. de Remiſſ. merced.
quæſt.*4. *n.*3. *cum ſeq. Fenzon. loc. cit.* & ſaltèm
cenſetur inducta ſocietas quò ad lucrum, &
damnum fructuum cum participatione loca-
tionis, & ſic cenſetur inita quædam Societas
impropria, & velata ſub contractu locationis
incluſa, ut per *Text.in l.Si merces* 28.§.*Vis ma-
jor ff.Locat.* latè *Burſatt. loc.cit n.*41. tenet *Pi-
gant.ad Stat.Ferrariæ lib.*1.*rub.*30.*n.*2. *& n.*20.
licet ſubdat, quod ideò tanquàm Socius non
poteſt carcerari, nec tenetur, niſi in quan-
tum facere poteſt habita ratione nè egeat;
6 tamen cum *Fælic. de Societ. cap.*31.*num* 35.*&
Manſon. de Cauſ. execut. limit.*17. teſtatur con-
7 trarium de conſuetudine practicari, ſive ob
Dominorum ſævitiam, ſivè ob depravatos
mores Ruſticorum *Pacion. d. cap.* 5. *n.*15. *cum
pluribus ſeqq.* ubi *num.*24. *cum ſeq.* concludit,
quod iſte contractus regulari debet cum re-
8 gulis Societatis quoad lucrum, & damnum,
in reliquis verò cum regulis locationis, &
conductionis, itaut Colono tanquam ſocio,
& participi bonæ, & malæ fortunæ non debe-
tur ulla remiſſio in caſu infortunii *Bald. in l.
Licet num.* 10. *C. Locat. & conduct. Menoch.
conſ.*669. *num.*13.

Nullam tamen poſſeſſionem habet Colonus
partiarius, ſed tenet bona nomine Domini,
9 & ſic nudam tantùm detentationem habet ex
allegatis per *Valaſc.conſultat.*192 *n.*3. *cum ſeq.
tom.* 2. *Poſth. de Manut. obſerv.* 52. *n.* 13. *cum
ſeq.* qui *n.*17. tradit ei competere manutentio-
10 nem in ſua detentatione reſpectu fructuum
pendentium durante colonia, & in *reſol.* 70.
*num.*11.

Imò Colonus partiarius, ſeù laborator
11 non eſt Dominus ſuæ partis fructuum, donèc
ſunt pendentes, cùm tunc ſint Domini tan-
quàm pars rei, ſed ſolùm efficitur Dominus
ſuæ portionis, quando ſunt à ſolo ſeparati,
12 ut reſpondit *Roman. conſ.*309 *n.* 2. *cum duobus
ſeqq. Ridolphin. Prax. par.* 2. *cap.* 13 *n.*71. *cum
ſeqq. Marta Vot. Piſan.* 139. *num.*4. *Rot. in rec.
dec.* 187. *n.* 2. *cum ſeqq. par.*1.

Competente duntaxat Colono antè recol-
lectionem fructuum actione perſonali Pro ſo-
13 cio, vel Ex conducto contrà Dominum pro
conſecutione ſuæ portionis, ut reſpondit *Ro-
man. loc.cit. num.* 3. *Ridolphin. allegat. cap.* 13.
*n.*71. *cum ſeqq.* ubi ulteriùs examinat, an, &
quando in venditione prædii comprehenda-
14 tur etiàm portio colonica, & *Rot. dicta de-
ciſ.* 187. *n.* 2. Quæ tamèn opinio *Romani* non
tranſit ſine controverſia, ut videre eſt penès
*Ciroch.diſcept.*82.*n.*33.*verſ.nec facit cum ſeq.*

Atquè ideò quatenùs non poſſideat, ſi à
Domino propria auctoritate expellatur, non
competit actio contrà eundem Dominum ad
15 pœnas, de quibus in *L. Si quis in tantam
C. Undè vi*, ut firmat *Farinac. de Furt. qu.*175.
*num.*111.

Regularitèr autèm, niſi alitèr fuerit con-
ventum, dividuntur fructus inter eos pro
16 æquali ad *Text. in d. l. Si merces* §. *Vis major
ff. Locat. D. Pacion. d. cap.* 5. *n.*35.*verſ. fructus*
reſpondit *Rot. in Peruſina Bonorum Sancti Ar-
cangeli* 23. *Jan.* 1665. §. *Quod quidèm coràm
bon:mem: Albergato* confirmata *coràm Reveren-
diſſimo Emerix ut in recent. deciſ.* 426. *num.* 2.
*par.*14.

Inita verò conventione, vèl concurrente
17 diſpoſitione Statuti, aùt conſuetudine pro
traditione majori, vèl minori quota, ea eſt
attendenda, cùm modus dividendi fructus
pendeat à pactis, & locorum Conſuetudine
*Pigant. ad Statut.Ferrariæ lib.*6. *rubr.*8. *nn.*25.
Abſquè eo quod Colonus deducere valeat ex-
18 penſas neceſſarias pro cultura, & recollectio-
ne, cùm ipſe ad illas teneatur *Burſatt. dicto
conſ.*330. *n.* 50. & reprobato *Garz. de Expenſ.
cap.*1. *n.*22. *& cap.* 14. *n.* 23. proſequitur *Pa-
cion. de Locat. dicto cap.*5. *n.*27. *cum ſeqq. Roma-
guerr. in Addit. ad Conciol. ad Statut. Eugub.
lib.*6.*rubr.*39. *n.*16. *Pigant. ad Statut. Ferrariæ
lib.*1. *rubr.*30. *n.*13. *Carpan. ad Stat. Mediolan.
cap.*381. *n.*7. *cum ſeq. & cap.* 402. *n.*12. *vol.*2.
*Mantic. de Tacit.lib.*5.*tit.*2.*n.*33. *Emannel.Men-
dez.de Caſtro de Annon.civil.notab.*1.*n.*20.*Surd.
deciſ.*201.*n.*3. *Franciſc.Marc.dec.*211.*n.*6.*par.*2.
reſpondit *Rot. in rec.dec.*571.*n.*13. *par.*3. *coràm
Coccin.dec.*2071.*n.*5.

Et quod Colonus partiarius teneatur po-
nere ſemen, & ſic non valeat deducere illud
ex maſſa communi, maximè quandò conſe-
19 quitur medietatem fructuum, niſi alitèr fue-
rit conventum, vèl concurrat Conſuetudo
notat *Inoc. in cap. tua nobis ibique Abb. n.* 3. *de
Decim. Bald. in l.*1. *n.* 9. *quæſt.*7. *ubi etiàm Cyn.
& Jacob. de Aret. in fine ff. Pro ſoc. Menoch.
conſ.*258. *n.*38. *Natt. conſ.* 243. *n.*3. *Romaguer.
ubi ſuprà n.*16. *Pacion. ubi ſuprà num.*28. *Ridol-
phin. Prax. par.*2.*cap.*13.*num.*70. *Surd. d. deciſ.*
201. *n.*3. reſpondit *Rot. in recent. dec.*359.*n.*3.
*par.*2.

Sed quò ad ſemen, ut plurimum contra-
rium ſervatur in Territorio Faventiæ, nàm
uterquè concurrere ſolet pro medietate ad
20 impenſam, ſeù contributionem ſeminis, ut
de ſimili uſu, & obſervantia in Ducatu Fer-
rariæ

Digitized by Google

rariæ teſtatur *Pigant. dicto lib.1. cap.31. nu.3.*
verſ.tamèn, & de ſimili conſuetudine Cremo-
næ *Rot.in rec.dec.265. n.3. & 4. par.7.*, & qui
ex eis illud ſubminiſtravit poteſt deducere
occaſione diviſionis frumenti ex communi
acervo, ut de Domino, qui poſuit ſemen tra-
dit *Carpan. ad Statut.Mediolan.tom.2. cap. 383.*
num.7.

Advertendo tamèn diverſimodè ſtipulari
pacta juxtà diverſitatem, & qualitatem præ-
21 diorum; Nàm ſi terra erit fertilis, iniri ſo-
lent pacta Domino utiliora, ſi verò ſterilis
tùnc è converſo ità ut Dominus ultrà terras,
domum, & paſcua aliquandò ponat etiàm bo-
ves, & aliquandò minùs, ut tradit *Odd.conſ.34.*
num.20. quem ſequitur *D. Pacion.d.cap.5.n.35.*
ubi refert *Deciſionem in Firmana, ſeù Macera-*
ten. Dotis 24. Januarii coram Pirovano firman-
tem, quod aliquandò Colonus detrahit ſemen
ex communi acervo.

Intèr alia pacta gravatur Colonus onere
22 ſolvendi Domino Regalias conſiſtentes ne-
dùm in pecunia, ſed etiàm in rebus comeſti-
bilibus, quarum regaliarum ſolutio practica-
tur in Lombardia, ut teſtatur *Rot. cor. Coccin.*
dec.1714.n.9.

Si autèm Ruſticus ſua ſpontè, & nulla præ-
cedente obligatione per multos annos certis
23 temporibus per caponum attulit Domino,
non poteſt cogi ad continuationem præſta-
tionis cum ex actu merè facultativo, & fami-
liaritatis nulla acquiratur actio, nòn obſtan-
te quovis temporis curſu, ut in terminis fir-
mant *Salicet.in l.Si certis annis n.9. in fine C.de*
Pact.Menoch.de Arbitr. judic. caſ.160. num.17.
& in conſ.143. n.29. ac conſ.201. n.64. (quid-
quid in contrarium dixerit in *dicto tract.lib.2.*
caſ.194.n.69.) *Caſtill.Controu.tom.7.tit.de Tert.*
decim.cap.32.n.3.cum ſeq. & Rot. in rec.dec.19.
n.13.cum ſeq.par.19. & quod Vaſſalli cogi non
24 poſſint præſtare xenia, & munera Baronibus,
quæ per plures annos ex mera liberalitate
præſtiterant latiſſimè tenet *Capyc.Galeott.Con-*
tr.lib.2.contr.42.per tot. & Novar.de Gravam.
Vaſſallor.gravam. 10. ubi reprobat *Capiblanc.*
de Baron.lib.2. cap. 4. qui pro Cliente contra-
rium conatus eſt defendere.

Idemque dicendum de Strenis, & munери-
bus, ad quæ cogi non valet Clerus per Epi-
25 ſcopum ad illi ea tradendum, & ſolvendum;
nàm tanquàm provenientia à mera liberalita-
te non tranſeunt in obligationem, ſed tan-
tùm recipi poſſunt à spontè dantibus, ut re-
ſolvit *Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Re-*
gularium in Reatina 6. Martii 1596. Hydrunti-
na 25. Junii 1613. Ruben. 6. Junii 1614. La-
vellen. 15. Junii 1640. Montis Peluſii 11. De-
cembris 1654. & iterùm in *Hydruntina refe-*
rente cl: mem: Cardinali Columna 5. Decembris
1681. cum aliis reſolutionibus relatis per *Vulp.*
in Prax. for. Eccleſ. cap. 14. n. 20. & Nicol.in
Floſcul. in verbo Donatio n. 18. Et ſi coegerit
ad ſolutionem tenetur tàm ad reſtitutionem
exacti, quàm ad refectionem expenſarum,
26 & damnorum, ut reſolvit eadem *Sacra Con-*
gregatio in dicta Reatina ibi: *Perciò queſti*
miei Illuſtriſſimi Signori hanno riſoluto, che V.S.
debba ſubito reſtituire al detto Canonico non ſo-
lo ſcudi cinque sborſati per il ſudetto donativo,
mà inſieme anco tutte le ſpeſe, e danni, che per
detta cauſa poſſa haver patito. Non però laſcia-
rà V.S. di reſcrivere quanto le occorre per diſcol-
pa ſua, perche altrimente le Signorie loro Illu-
ſtriſſime hanno animo di farne qualche rigoroſa
dimoſtratione.

Et ſuadet ipſius vocabuli etymologia, nàm
27 dicitur *Strena quaſi ſine trena, ideſt ſine lamen-*
tatione, quià voluntaria, & ſinè querimoniis
tradendæ ſunt *Gloſs. in can. legant 37. diſtinct.*
Macr. in Dictionar.Sacr.verbo Strena verſ.cujus
etymon. Rovit. in Pragmat. prima de porter.ſub
n.3. Novar. d. gravam.10.n.2. cum ſeq.

Eoquè magis eliminandus eſt hujuſmodi
abuſus ab Eccleſiaſticis tanquàm originem
trahens à ſuperſtitioſis gentilitatibus, ut in
28 *Can. non obſervetis 16. Cauſ.26. quæſt. 7. & in*
Concilio Antiſiodorenſi celebrato de anno 190.
ſub Gregorio I. Baronius in notis ad Martyrolo-
gium die 1. Januarii ſub n.1. latè Amaya in tit.
Cod. de Auro coronar.n.8.cum ſeqq. juncto n.15.
verſ. quod in cauſa fuit lib.10. Gregor.Tholoſan.
Syntagm. Jur. tom.1.lib.3.cap.6. n.3. Vulpe ubi
ſuprà n. 21. Macr. loc. allegat. ubi ſubdit, quod
in Urbe tantus inolevit ſervilis inſolentiæ
29 abuſus, ut quaſi de jure ſibi debitum proven-
tum prætendat, undè intolerabiles Curiali-
bus, Montiſtis, Aulicis, & litigantibus ſunt
prorsùs tales Miniſtrorum importunitates,
& notat quod talia donativa à tempore Au-
guſti introducta ſunt, quæ hodiè Feria Au-
30 guſti, & vulgaritèr *Feragoſto* dicitur & latè
Author. Anonymus in libello Gallico idiomate
impreſſo Lugduni de anno 1674. & inſcripto De
l'Origine des Eſtreues.

Etiàmſi prætendatur vigere ſolitum favore
Epiſcopi juxta *reſolutionem ejuſdem Sacræ Con-*
gregationis in dictis Ruben. & Montis Peluſii.
31 Nàm cùm verſemur in materia facultativa,
voluntaria, & quæ omninò pendet à libera-
32 litate concedentis, non inducitur conſuetu-
do, quæ in futurum aſtringat, maximè cùm
non agatur favore Eccleſiæ, & piæ cauſæ
quamvìs per mille annos liberalitas illa fuerit
33 practicata, niſi præcedat prohibitio, & Sub-
diti ſolvendo acquieſcant per tempus aptum
ad præſcribendum, ut in terminis munerum,
& ſtrenarum firmant *Novar. cit. gravam. 10.*
n.6. cum ſeqq. Donat. Anton. de Mariu.Var. re-
ſol. lib.1. reſolut. 78. n. 10. cum ſeq. latè Capyc.
Galeott. d. controu. 42. Thor. in Compend. deciſ.
part. 2. in verbo Munera, & Card. de Luca de
Feud. diſcurſ. 51. num. 3. cum ſeqq. ubi firmat
requiri imemorabilem, aùt coactionem cum
ſubſequuta acquieſcientia.

Prædicta omnia benè applicantur ſtrenis,
& muneribus, quæ ſolvuntur Depoſitariis lo-
corum Montium in *Feſtivitate Nativitatis*
34 *Domini Noſtri JESU Chriſti* ad rationem duo-
rum

Digitized by Google

tum obulorum pro quolibet loco; Etenim cùm nulla præcedat obligatio, ſed potiùs in contrarium vigeat diſpoſitio *Bannimenti fal. rec. Domini Cardinalis Hieronymi Vidoni* olim Theſaurarii emanati de anno 1627. juxtà mentem *Congregationis Montium* ibi. *Intendendoſi, che alcuni Caſſieri de' Depoſitarii de' Monti nel pagamento de' frutti, che fanno a' Montiſti non pagano intieramente le ſomme dovute, mà con varie maniere ritengono à eſſi Montiſti, qualche parte di quelli frutti, che devono pagare ſotto preteſto di mancie, ò altre recognitioni, & alcuni altri con differire il pagamento d'eſſi frutti, e con altri modi, che inducono detti Montiſti à darli contro loro voglia dette mancie, e recognitioni: Al che volendoſi provedere in conformità della mente dell' Illuſtriſſima Congregazione de' Monti col preſente Editto probibiamo, ordiniamo, e comandiamo a tutti, e ſingoli Caſſieri, e deputati al pagamento de' frutti di qualſivoglia Monte, che non ardiſchino ritenere a Montiſti rata, e parte alcuna delli frutti, che li devono pagare conforme alle liſte ſotto preteſto di mancia, ò altra recognitione, nè differire il pagamento, ò uſar ſtrapazzo, ò arti tali da indurre detti Montiſti à darli contro voglia mancia, recognitione, ò donativo alcuno ſotto pena &c. permettendoſi à eſſi caſſieri, e Deputati dovere eſſere contenti di ricevere quello, che ſe li darà da' Montiſti ſpontaneamente ſenza domandarlo*; Nec non alterius *Bannimenti Eminentiſs. D. Card. Franſoni* tunc Theſaurarii de mandato Summi Pontificis ſub die 4. Februarii 1658. emanati ibi.

Volendo la Santità di Noſtro Signore con quella paterna cura &c. provedere anco, che li frutti de' Monti ſi paghino prontamente tanto alli Romani, quanto alli foraſtieri, e che li Montiſti, non ſiano aggravati dalli Depoſitarii, e loro Caſſiere ſotto preteſto di mancie, e ſi tolga ogn'altro abuſo ſopra di ciò introdotto contro la forma degl' Editti altre volte publicati, perciò Noi d'ordine eſpreſſo di Sua Beatitudine datoci à bocca, e per l'offitio del noſtro Teſorierato commandiamo, che tutti, e ſingoli Depoſitarii de' Monti debbano per tutto il tempo &c. pagare prontamente in contanti alli Montiſti che ſono, e ſaranno creditori tanto Romani, quanto foraſtieri, e così preſenti in Roma, come abſenti mediante li loro legitimi Procuratori la rata dovuta à ciaſcheduno d'eſſi à ſuoi debiti tempi conforme alle liſte da darſeli dalli Computiſti ſecondo il ſolito, e loro obligationi ad ogni ſemplice requiſitione d'eſſi Montiſti, e loro legitimi Procuratori ſenza tergiverſatione, ò dilatione alcuna anco riſcoſſi, ò non ricoſſi gl'aſſegnamenti, altrimente ricuſando, ò mancando di pagare ad alcuno qualſivoglia ſomma ò grande, o piccola che ſia s'intenderanno, e ſaranno incorſi nella pena &c. E perche s'intende, che da' Caſſieri ſi vadano introducendo abuſi per cauſa delle mancie, che pretendono dalli Montiſti contro quello, che ſi diſpone nell'ultimo Editto ſopra queſta materia dell'anno 1634. nel quale s'ordina a Caſſieri, ò Deputati il pagamento de' frutti de' Monti, e niuno ardiſca pigliare coſa alcuna; ò per recognizione, ò per corteſia, o per mancia, ò donativo, ò ſotto qualſivoglia titolo, ò preteſto dalli Montiſti, ò loro Miniſtri, ò Procuratori, ancorchè di ſpontanea volontà gl'offeriſcano, ò diano, è perciò havendo Sua Santità particolar premura, che ſi tolga ogn'aggravio, e che li Montiſti con ogni prontezza conſegniſchino il loro dovere; Et all'incontro non volendo impedire la libertà di chi voleſſe dare alcuna coſa, inherendo più toſto all' Editto antecedente al predetto, cioè nel 1627. nel quale ſi permette à medemi Caſſieri, e Depoſitarii di ricevere quello gli ſi darà dalli Montiſti ſpontaneamente, ſenza domandarlo &c. Confermiamo, e rinoviamo il detto Editto del 1627. mà con queſta limitatione, che detta mancia liberamente offerta non poſſa eſſere più d'un bajocco per loco di Monte dagl' habitanti in Roma, ne più di doi da' foraſtieri ſotto pena &c.
Utique dd. Depoſitarii locorum Montium non poſſunt Montiſtas invitos ad ſolutionem ſtrenæ cogere, prout contrà eos acritèr invehit *Macrus in ejus Dictionar. Sacr. ſub verbo Strena*, cùm nullus titulus ſufficiens ad acquirendam actionem concurrat, ſed agatur de actibus facultativis, & à mera liberalitate ſolventium dependentibus, qui obligationem non pariunt, ut firmant *Novar. Donat. Anton. de Marin. Capyc. Galeos. Thor. & Card. de Luca ſuprà allegati*, & in puncto contrà D. Batloccium Depoſitarium Montis Bentivoli reſolvit *Tribunal Cameræ* favore D. Marchionis Franciſci Ruſpuli in Cauſa *Romana Strenæ proponente tunc Illuſtriſs. de Judice ſub die 18. Junii 1685.* reſcribendo non eſſe exequendum mandatum relaxatum in Tribunali Illuſtriſſimi Theſaurarii pro uno annuo obulo pro quolibet loco Montis, ac quævis prætenſa Conſuetudo interrupta fuit ex publicatione
præfatorum B nnimentorum *Gratian. diſcept.*
35 *79. nu. 9. Staiban. reſolut. 98. n. 137. cum ſeq.*
Capon. diſcept. 333. nn. 6. verſ. & ideò tom. 5. & Maſtrill. deciſ. 121. n. 31. cum ſeq.

Nulla habita ratione, quod hujuſmodi Strenæ exigantur in recompenſationem laboris; nàm cùm Depoſitarii præter reſiduorum commodum retineant apud ſe ad minus etiam duo bimeſtria fructuum locorum Montium,
36 ac ſemeſtre Montiſtarum Januenſium, quibus
ſolvere ſolent fructus in Nundinis, & ſic ad eorum commodum negotientur magnam ſummam pecuniarum ad Montiſtas ſpectantium, utique recipiunt exceſſivam mercedem abſque eo quod ulteriori onere gravandi ſint; Iſtudque lucrum urendi, & fruendi pecunia Montiſtatum eſt adeò conſiderabile, ut Depoſitariæ à Reverenda Camera concedantur Appaltatoribus pro eorum ſublevamine; vel venduntur aliis Negotiatoribus eorum vitæ durante pro certo pretio juxtà qualitatem Depoſitariæ.

Colonus tempore elapſo non reſtituens
B Domino prædium, & continuans percipere
37 fructus furti tenetur, ut reſpondit *Celſus in l. Inſi-*

l. Inficiando in fine ibi. Si Colonus post lustrum
conductionis anno ampliùs fructus invito Domino
perceperit, videndum ne Messis, & vindemiæ
furti cum eo agi possit. Et mihi dubium non videtur,
quin fur sit; & si consumpserit rem surreptam
repeti eam ab eo possit ff. de Furt. Bonifac.
de Furt. in §. possessionis n.4. & Farinac. de Furt.
quæst.68. par.1.n.10.

Colonus partiarius, qui bona sterilia pro-
C prio labore, & impensa ad fertilitatem re-
38 duxit non potest à Colonia expelli, nec pen-
sio augeri juxtà tex. in l. Quicunque la 2. C. de
Omn. agr. desert. libr.11. Ruin Cons.157. nu.14.
cum seq. vol.1. Bursatt. cons.330. n.142. Cyriac.
controv. 679. nu.5. Carpan. ad Statut. Mediolan.
cap.402.n.13. vol.2. & Valasc. consule.192.n.14.
Mantic. de Tacit. lib.5. tit. 2. n.58. & Rota coram
eodem Mantic. decis. 17. n.4. repetita inter
divers. decis. 781. nu.2. par.4. & coram Priolo
decis.277. n.2. cum seqq. juncta decis.393. nu.1.
cum duobus seqq. sic in Ravennaten. Emphyteusis
15. Martii 1669. coram Eminentissimo Carpineo
impress. penes Torr. de Pact. futur. success.
decis.79. n.23. cum seq.

Etenim cùm Colonus, seù Conductor terras steriles, desertas, & infructiferas sua industria non minùs diligenti, quàm laboriosa ad statum culturæ, & fertilitatis reduxerit, æquitas politica, simul ac legalis repugnat ipsum, ejusque posteros, & hæredes fructibus collati laboris fraudari, nè doleant diligentes operam suam agri dedisse culturæ, nèc diligentiam suam sibi damnosam intelligant juxtà rationem adductam in his terminis per Text. in l. final. §. Similitèr C. de Alluu. & palud. & comprobat Text. in d. leg. penult. C. de Omn. agr. desert. lib.11. & allegata L. Quicumquè, & firmant mox supracitati.

Idquè procedit etiamsi agatur de bonis
Ecclesiæ, quæ quamvìs alioquìn absque Beneplacito
Apostolico alienari non possint ex
dispositione Text. in cap. nulli de Reb. Eccles.
alien. vèl non, & Extravag. Ambitiosè de Reb.
Eccles. non alien. quandò sterilia sunt, sicuti
39 possunt concedi in emphytheusim perpetuam
ea lege ut ad culturam reducantur juxtà di-
spositionem Text. in cap. ad aures de Reb. Eccles.
alienan. vèl non docet Petr. Barbos. ad leg. 2.
n. 376. cum seq. C. de Præscript. Ità si sterilia
erant, & ad culturam redacta sunt à primis
Colonis, seù Conductoribus non possunt ipsi
expelli, nèc valet pensio augeri Mantic. de
Tacit. lib.5. tit.2. n.59. ubi subdit, quod in con-
sulendo, & judicando ab hac sententia non est
recedendum Petr. Barbos. in d. l. 2. n.378. ubi
declarat, verum esse, quandò id gestum fuit
de consensu Ecclesiæ, licèt nulla præcesserit
promissio ex parte ejusdem Ecclesiæ: Nèc
non possunt in emphytheusim perpetuam con-
cedi sub annuo canone illis, quorum paren-
tum labore ad culturam redacta sunt ex di-
spositione prædict. Cap. ad aures, ut firmant
Augustin. Barbos. in eodem cap. ad aures num.1.
Illustriss. Antonell. de Temp. legal. lib.2. cap.49.
n.12. Rota cor. Otthobon. dec.210. n.12. cum seq.
& dec.246. n.16. ac coram Priol. dec.277. n.7.
juncta dec.393. n.11.

Limitatur tamèn primò, quandò de tempore contractus ea bona Ecclesiastica dari poterant aliis cum majori utilitate, ut cumulatis concordantibus firmat Augustin. Barbos. loc. cit.

Limita secundò, quandò bona non erant de tempore concessionis totalitèr sterilia, & infructifera, sed afferebant aliquam utilitatem, ut distinguendo firmat Petr. Barbos. ubi suprà n.382.

An autèm fieri debeat concessio Successoribus meliorantis, tàm pro eodem, quàm pro minori canone ab aliis oblato vide Petr. Barbos. in cit. l. 2. nu. 386. cum seqq. & Gratian. discept.813. n.37. cum seqq.

Rursùs non poterit etiam invitus expelli
40 durante tempore coloniæ, cùm hoc insit ex
natura contractus, ut cum Covar. Var. resol.
lib.2. cap.15. tradit Carpan. ad Statut. Mediolan.
tom.2. cap. 379. n.312. ubi subdit, quod nec
Colonus potest deserere coloniam, & n. seqq.
tradit limitationes.

Verùm hæc conclusio limitatur quotie-
scumque Colonus contrà legem contractus
41 facit, nàm tùnc expelli valet, quià firma, &
rata esse debent ea, de quibus convenitur To-
bias Non. cons. 58. nu.19. & probat Clar. in §.
Emphyteusis quæst.26. n.2.

Vel si malè versatur in re colonica per text.
in auth. qui rem C. de Sacrosanct. Eccles. & l.
42 Æde in fine vers. aut in male C. Locat. Bursatt.
cons.91. n.3. volum.1. Ciarlin. controvers.2. n.3.
Joseph. Ludovic. decis.22. num.5. cum seq. Cor-
nazzan. decis. Lucens. 65. n.1. Rota coram Sera-
phin. dec 1142. n.2. & decis. 1185. n.1. ubi de
Colono perpetuo.

Male autem versari in re colonica dicitur,
43 si arbores fructiferas inciderit Caroc. de Lo-
cat., & Conduct. tit. de Caus. recusat. quæst. 7.
n.5. Panimoll. decis.78. n.14. ubi firmat, quod
ideò ex hac causa cadit à Jure suo.

Prout etiam sunt quercus, & nuces, sylva,
cædua, & aliæ quæ de per se naturaliter sine
44 plantatione nascuntur Caroc. dicta quæst. 7.
num.5. vers. dicuntur arbores Conciol. ad Statut.
Engub. lib.6. rubr.39. n.10.

Sicuti etiam malè versari dicitur, si debi-
to tempore terras non coluerit, & necessaria
laboreria non fecerit, juxtà dispositionem
Juris, vèl Statuti, vèl pacti, vèl loci Consue-
tudinem, quæ circà modum culturæ attendi-
tur, ut advertit D. Pacion. de Locat. cap. 29.
n. 72. Etenìm cum Colonus partiarius tenea-
tur colere prędium benè, & diligentèr Pigant.
ad Statut. Ferrariæ lib. 6. rubr. 8. nu.1. ubi de
Statuto mandante terras mazaticas quinquies
ad minùs computata Seminatoria, arari, ter-
rasque restipulatorias tribus vicibus, ac n.19.
etiam quod id non promiserit, ut relato Ca-
45 rocc. de Locat. tit. de Socio perso. exerc. nu.5. tra-
dit Conciol. ad dictam rubr. 39. n. 8. nam antè
omnis

omnia curare debet, ut opera rustica non so-
lùm per agricolas peritos, sed etiam congruo
46 tempore fiant, ne intempestiva cultura dete-
riorem fundum faciat, ut tradit *text. in l. Si
merces 28. §. conductor ff. Locat. D. Pacion. de
Locat. c.29. n.70. cum seq. juncto n. 75. Kochen.
de Jure viciniæ par.2. cap.4. n.4. Pigant. dicta
rubr.8. n.19.* Et multò magis quando particu-
lari pacto promiserit, vel vigeat Statutum
47 imponens certas obligationes, ac præscri-
bens regulam, tempus, & modum, prout
disponit nostrum *Statutum in Rubr.16. 17. 18.
& 20. hoc eodem libro* 5. quoties enim Colo-
nus defecit in confectione laboreriorum, vel
malè, ac incongruo tempore ea confecerit
48 poterit expelli ante tempus, absque eo quod
Dominus teneatur probare negativam, cum
sufficiat ipsum producere instrumentum, seù
apocam continentem obligationem Coloni,
vèl allegare dispositionem Statuti cum lapsu
temporis præscripti, quibus cum justificata
remaneat ejus intentio circà obligationem
Coloni, proindè eidem Colono incumbit
onus probandi se bene versatum in re colo-
nica, & debita laboreria confecisse; Secùs
autem si non concurrat conventio, vèl pa-
ctum, vèl Statutum, sed deducatur obligatio
ex sola dispositione Juris communis, nam
hoc casu Dominus tenetur probare negati-
vam tanquam fundamentum suæ intentionis,
ut in terminis similis Statuti Bononiæ respon-
dit *Alex. cons. 129. volum. 2. juncto cons. 79.
volum. 4. in eadem causa emanato, Mantic. de
Tacit. lib.3.tit.9.n.50. Pigant.ad Statut.Ferrar.
lib. 6. rubr.8. n.12. Carpan. ad Statut.Mediolan.
cap.381.nu.8. juncto cap.402. num.14. cum seq.
volum.2. Sabell. Tractat. var. in §. Colonus n.4.
Conciol. ad dictam rubr. 39. n.9.* respondit *Rot.
Florentina penes Magon. decis. 101. per tot. &
Rota Bononien. penès Benintend. decis. 16. nu.1.
cum seq.*

Nec obstat, quod Colonus non possit ex-
pelli ob non facta laboreria præscripta à Sta-
49 tuto, sed solùm incurrere pœnam applican-
dam Domino loco damnorum, & interesse,
juxtà dispositionem *Rubr.17. hoc eodem Libro*,
cum pœna expulsionis, quatenus sit inflicta
ex dispositione Juris communis cesset, & tol-
50 latur per pœnam impositam à Statuto *in di-
cta Rubr. 17.* juxta veriorem, & communio-
rem opinionem, quam reprobata contraria,
& cumulatis concordantibus tenent *Giurb.
consil.25.n.5. cum seq. Guazzin. ad Defens. Reo-
rum defens.33. cap.19. n.1. cum seq. Conciol. Re-
solut. crim. in verbo Pœna resolut.* 1. ubi etiam
ponit quatuor ampliationes, *& ad Statut.
Eugub. lib. 4. rubr. 23. n. 3. cum seq.* Etenim
cessare videtur objectum, ponderando, quod
pœna imposita à Statuto respicit solùm re-
staurationem damni, & interesse Domini, ut
51 expressè legitur *in cit. Rubr.17.* ibi: *sub pœna
pro qualibet tornatura, & vice solidorum vi-
ginti bon. locatori possessionis applicandorum pro
suo damno, & interesse.*

In delictis verò agi valet, nedum ad pœ-
nam parti applicandam pro suo interesse; ve-
52 rum etiam ad publicam vindictam ratione
præjudicii Reipublicæ resultantis ob negle-
ctam culturam ex adductis in *Observ. ad Ru-
bric.17. n.10. cum seq.*

Rursùs reducendo controversiam ad Judi-
cium civile, prout agendum est, utpotè quia
expulsio Coloni malè versantis in re coloni-
53 ca non potest propriè dici pœna ad tradita
per *Mantic. de Conjectur. lib.11. tit.18.nu.3.* &
firmat *Corbul.de Jure emphyt.tit.de caus.privat
ob rei deterior. n. 6.* quem sequitur *D. Pacion.
de Locat.cap.54.n.4.* cum Statutum nihil aliud
54 determinet, quàm restaurationem damni,
illiusque taxationem, non exindè remansit
sublata dispositio Juris communis, quin Co-
lonus in casu neglectæ culturæ expelli possit,
cum Statutum ita interpretandum sit, ut
55 lædat Ius commune minùs quàm fieri possit,
ut tradunt *Jason.cæterique Scribentes in l.Om-
nes populi ff. de Just. & jure Alex. cons.29.n.7.
lib.4. Mascard. de Gen.Stat. interpret.conclus.4.
num.52. Carpan. ad Statut. Mediolan. in prælud.
n. 253. Ciriac. controvers. 25. n. 13. & Conciol.*
pariter *in prælud. ad Statut.Engub.n.11. juncto
n.126.* Adeòut valens Jus commune corrigere
56 in uno vèl pluribus taliter interpretari de-
bet, ut in uno tantum illud corrigat *Roland.
cons.97. n.21.lib.2.Paris.cons.110. n.3.volum.3.
Mascard. dicto tract.conclus.12.n.2. D.Pacion.de
Locat.cap.49. n.119. Rot.divers.decis.779.nu.3.
par.1.decis.161.n.13.par.2. & in recent.dec.42.
n.5.par.12.* & in puncto consimilis *Statuti Fer-
rariæ* præscribentis formam culturæ, & in
casu contrarii damnantis ad certam pœnam
57 loco damnorum, & interesse favore Domini,
quod præter hujusmodi solutionem adhuc
Colonus expelli valeat tenet *Pigant.ad Statut.
Ferrariæ lib.6. rubr. 8. nu.12.* ubi etiam alios
allegat.

Ultrà quod in hoc cessat omnis difficultas,
quia cum vigeat particularis dispositio nostri
Statuti in hac Rubr. 14. hoc eodem Libro circà
expulsionem Colonorum, non censetur illi
58 derrogatum per dictas subsequentes *Rubricas*
disponentes de obligationibus eorumdem
Colonorum, sed una *Rubrica* cum aliis se
compatitur, & ità intelligi debent, ne quid
contrarium inter se contineant *Fenzon. ad
Statut.Urb. lib.1. cap. 113.n.69.*

Hinc juxtà inveteratam, & inconcussam
observantiam dispositionis hujus *Statuti* malè
se gerente Colono, Dominus prævio jura-
mento in actis præstito ad formam *Statuti*
59 obtinet à Judice præceptum de evacuando,
reservata tamèn facultate Colono colligendi
fructus pendentes debitis temporibus, etsi
tantùm inceperit laboreria præfigitur ei com-
petens terminus ad ea liquidanda, quibus li-
quidatis non potest expelli antè eorum solu-
tionem; Si antèm intrà terminum præfixum
ea non liquidaverit, non retardabitur evacua-
tio, reservato jure illorum valorem conse-
quen-

Digitized by Google

quendi ſtatim ac fuerint liquidata, que-
madmodum practicatur, quandò contrà Fi-
deicommiſſarium petentem immiſſionem in
bonis fideicommiſſo ſubjectis opponitur ex-
60 ceptio meliorамentorum, ut docet *Argel.*
de Legit. contradict. quæſt.13. artic. 8. num.92.
Rot. in recent.deciſ.217. n.5.par.4.tom.2. coram
Bich.deciſ.304. num.10. verſ. melioramentorum
cum ſeqq. & alibi paſsim.

Nec noſtrum *Statutum* redargui valet de
iniquitate; Etenim præſciendum eſt, illam
91 ſimplicitatem,& quandam naturalem purita-
tem, ſecundùm quam Ruſtici olim vivere ſo-
lebant ad *text. in l. Athletæ* §. *de Ruſticis ff. de*
Excuſat.Tut. & in l. Utili §. *C. de Defenſ.Civit.*
& tradit *Menoch.de Præſumpt. lib.5. præſumpt.*
4. n.5. in deſuetudinem abiit, ut experientia
docuit, ac notat *Gryphiandr.in Œconom legal.*
lib.1.cap.17.n.238. & potius contrà eos urget
ſuſpicio, quod ex eorum mala qualitate Do-
minus ſemper remanſurus ſit in damno ex
92 vulgato dicterio *Colonus ergo fur*, ut cum
Carocc. de Locat. & conduct. par. 5. tit. de Re-
cuſat. quæſt. 12. num. 1. & Adden. ad Paitell.
*expedit.54.n.25.*tradit *Conciol.ad Statut.Eugub.*
rubr. 39. n.1. lib.6.

Eòque facilius dubitari valet de noſtris Co-
lonis, qui cum à Dominis *dimitti* ſoleant in
63 Feſtis *Natalitiis* (quod nobis videtur nimis
anticipatè, & intempeſtivè, cum æquè benè
conſultum eſſet utrique parti,ſi de menſe Maii
dimitterentur) abſque eo quod diſcedant à
prædiis ante finem Octobris ſequentis, egrè
ferentes eorum dimiſſionem, ut plurimum
ſtudent potius damno, & injuriis ergà Do-
minos, quam eorum utilitati, & benevolen-
tiæ: Præſertìm cum regularitèr ſint duræ cer-
64 vicis, nec libentèr ſuccumbant Dominorum
auctoritati; Imò in principio ſæculi præteri-
ti, ut formidabiliores efficerentur, major
parsColonorum hujus territorii inierunt cum
65 illis territorii Imolæ, & Briſighellæ quan-
dam confœderationem inſtrumento firma-
tam, in qua omnes invicem ſe obligaverunt
concurrere ad pœnas condemnationum, quas
unuſquiſque ex confœderatis paſſurus eſſet à
Miniſtris Juſtitiæ; Sed quia compertum fuit
talem confœderationem, & conventionem
præbere fomentum delictis, mediante par-
ticulari Ædicto Rectoris Provinciæ impreſſo
penès *Conſtitutionem Magalottam ſecundùm edi-*
tiones antiquas abolita quidèm fuit, non ta-
mèn exindè totalitèr extincta remanſit, ſed
benè continuavit in multis ex eorum ſucceſ-
ſoribus illa prava qualitas diſpoſita ad inſul-
tus, injurias, & exceſſus ergà eorum Domi-
nos, prout comprobatur ex quampluribus
proceſſibus variis temporibus deſuper fabri-
catis. Ad reprimendam igitur illorum auda-
ciam, meritò noſtri Statuentes conſulendo
quieti publicæ decreverunt, prout in præfata
66 *Rubrica*, cujus diſpoſitio, & ſi cenſeri valeat
facta in præjudicium, & odium particula-
rium, & ſingularium perſonarum, attamèn

non dicitur continere iniquitatem, cum Sta-
tuentes moti fuerint ex rationabili cauſa, &
ob bonum, ac utilitatem publicam, ut ani-
madvertit *Peregr. conſ.103. n.14. vol.1.* & *Lo-*
ſaus de Jure Univerſit. par.3.cap.15. n.13.

Additur in corroborationem poſſe diſponi
per Statutum id, quod fieri poteſt per pa-
67 ctum, cum valeat argumentum à Statuto ad
pactum, & è contra *Cardin. de Luca de Locat.*
diſcurſ. 47. n.7. D. Pacion. eodem tract. cap.64.
n.131. Gratian. diſcept.348.n.28.Torre de Pact.
futur.ſucceſs. lib.1. cap.12.n.5. qui etiam cum
Carpzou.eodem lib.1. cap.14. n.60. tradit pacti
appellatione venire Statutum.

Undè quemadmodum valet pactum, quod
de damnis & intereſſe, eorumque quantitate
68 ſtetur juramento damnum paſſi, ut tradunt
Dyn. & Bart. in l. final. ff. de Prætor. ſtipulat.
Stracc. de Mercatur. tit. de Contract. Mercator.
n.6.Seraphin. de Privileg. juramen. privileg.31.
n.8. latè *Narbon.ad LL.Recompilat.lib.5.tit.18.*
leg. 13. gloſs. 4. n.1. cum ſeqq. ubi plures con-
cordantes cumulat, & *Surd. deciſ.259.n.7.*

Nec non quod quis promittendo cum vin-
culo obligationis Cameralis conſentit ſe poſ-
ſe pro executione hujuſmodi obligationis ex-
69 communicari, ſicut legitur in extenſione, &
formula ejuſdem obligationis *impreſs. apud.*
Galleſ. de Obligat. Camerali, & apud Saluſt.
Tiber. ut tradit *Ridolphin. in Prax. par.1.c.14.*
n.270. quæ eſt major pœna, quæ ſit in *Eccle-*
ſia Dei, cum ea mediante homo tradatur Sa-
tanæ, ut ex auctoritate *Divi Auguſtini* regi-
ſtrata *in can. corripiatur 17. Cauſ. 24. quæſt. 3.*
docent *Sayr. de Cenſur. lib.1. c.1.n.13.Genuen.*
Practicabil. Eccleſiaſt. quæſt.685. ſub nu.7. cum
ſeq.Sperell.deciſ.160. n.3.cum pluribus ſeqq.Pa-
nimol.in Annot.1.n.1.ad ejus deciſ.96. & cæteri
paſsìm de hac materia tractantes; Ita multò
magìs poteſt per Statutum diſponi, quod
jurato per Dominum Colono ſuſpecto poſſit,
quandocunque expelli, quod eſt valdè minùs.

Et quamvìs durum & rigidum aliquibus
viſum fuerit, adhùc cum ita ſit ſcriptum, ſer-
vandum eſt, ac judicandum ſecundùm illud,
70 non de illo, abſque eo quod dici valeat in-
juriosum, cum executio Juris non inferat in-
juriam, nec Judices clementiores eſſe debeant
ipſa Lege, ut comprobando reſpondit *Ciroch.*
diſcept.43.n.22. cum duobus ſeqq.Torre de Pact.
futur. ſucceſs. lib.1. cap. 12.n.27. & reſpondit
Rot.coram Merlin. deciſ.853. n.8.cum ſeq.

In propoſito prædictę materiæ Coloni par-
tiarii neceſſarium adnotare exiſtimavi, quod
in territorio Verulano, & aliarum Terrarum
noſtræ Diœceſis multi prætendentes ſe præ-
71 ſcripſiſſe jus Coloniæ perpetuæ, quod melio-
ramentum appellant ad eorum libitum (quod
ut plurimùm contingit in bonis Eccleſię)alie-
nant, vendunt, in dotem aſſignant, dividunt,
permutant, & ſic in contractum deducunt jus
72 Coloniæ irrequiſito Domino, ex qua obſer-
vantia argumentum perpetuæ Coloniæ deſu-
mitur per *Rot.coram Mantic. deciſ.17. num.12.*

repetita inter *diverſ.deciſ.*781.*n.*8.*par.*4.*& coram Priolo deciſ.*277.*n.*5. ea ratione quià aliàs non conveniret ſimplicibus, & temporalibus colonis libera diſpoſitio irrequiſitis Dominis.

Verùm ad tollenda æquivoca advertendum eſt præſcriptionem Coloniæ perpetuæ, vigore cujus Colonus tradens, ſeù ſolvens ſolitam annuam reſponſionem conſiſtentem in quota
73 fructuum recollectorum expelli nequit, tunc locum habere poſſe, quandò conſtat de uniformi annua reſponſione antiquiſſimo, & imperturbabili uſu roborata abſque eo, quod probetur certa initii lex, ſeù conventio in contrarium, cum tunc præſcripta cenſeatur, ſeu facta præſumatur Colonia perpetua, juxtà Text. in leg. *Cum ſatis* 22. §. *Cum autem* C. de *Agricol. & Cenſit. lib.*11. quem ad hunc propoſitum explicat *Rum. conſ.*151.*ſub n.*19.*verſic.nec obſtat Text.lib.*4. & commendat *Adden. ad Rot. in recent. dec.*14.*n.*6.*juncto n.*7. *verſ.atque cum ſeq. par.*3. *Marzar.conſ.*16. *per tot. Ciriac.controverſ.*679.*n.*2.*&* 3. *verſ. nihilominùs*, qui teſtatur hanc opinionem numero, & gravitate *DD.* longè præponderare contrariæ, *&*
74 *n.ſeq.* firmat eò magis procedere, ſi à principio fuit coacta conductio *Petr.Barboſ. in l.*2. *n.*304.*C.de Præſcript.*30. *vel* 40. *ann.* qui *num.* 306. *cum ſeq.* advertit, quod ex hujuſmodi longiſſima detentatione, & uniformi ſolutione reſponſionis præſumptive probatur facta Colonia perpetua, non autem inducitur illius præſcriptio, dùm Colonus non poſſidet, ſed detinet, & ſine poſſeſſione non inducitur præſcriptio, rejecta contraria opinione excludente præſcriptionem in Colono partiario,
74 licèt longiſſimo tempore fundum coluerit, eo quià cenſetur facta conductio de anno in annum, juxtà *Text. in l. item quæritur* §. *Qui impleto ff. Locat.* itàut finito tempore locationis, & conductionis, ſicuti eſt in libertate Coloni ab ea diſcedere, ita & Domini eum expellere, niſi fortè conſtet, quod talis Colonus mutaverit cauſam poſſeſſionis, & cæperit retinere bona uti Colonus perpetuus, & pro ea cauſa
75 expreſsè ſolverit uniformem reſponſionem per longiſſimum tempus, ut reſpondit *Honded.conſ.*84. *volum.*1. quem refert, & ſequitur *Epiſcopus Antonell. de Tempor. legal. lib.* 1. *cap.* 18.*n.*10. *cum duobus ſeqq.* Addentes ulte-
76 riùs, quod Colonus partiarius ſocius appellatur, & in ſocietate non admittitur perpetuitas, ſed morte finitur; Secùs in Colono, qui minùs colit, vèl aliquid certum quolibet anno locatori ſolvit, ut relatis *Rimin.ſen. Honded. & aliis* diſtinguendo obſervat idem *Antonell.loco cit.n.*9. Nam contrarium reſolutum fuit à *Rota in allegata deciſ.* 17. *Mantica* ema-
77 nata in eadem cauſa, in qua ſcripſit *Hondedeus loco cit.* & *Eugen. conſil.*28. *lib.*2. ubi agebatur de Colono partiario reſpondente tertiam partem fructuum, *& coram Priolo in citat. dec.* 277. *&* 393. in quarum caſu Coloni tradebant tertiam partem fructuum pro bonis in colle litis, & medietatem pro bonis in planitie exiſtentibus. Etenim licèt eo caſu Dominus ponat fundum, & Colonus operam ſua, attamèn non dicitur propriè contracta
78 ſocietas, ſed impropriè, cum habeat adjunctam locationem, ut docet *Pacion. de Locat. cap.* 5. *nn.* 17. *cum ſeqq.* & præſertim *num.* 21. & reſpondit *Rot. cor. Mantic. dec.* 17. repetita inter *diverſ.dec.*781.*n.*7. *& cor.Priolo dec.*277. *n.*5.*in fine*.

Eòque magis excluditur ſocietas, quotieſcumque conſtat, Colonos illud jus, quod habent titulo venditionis, permutationis,
79 dotis, donationis &c. ſolitos eſſe in alios transferre, quod non poteſt convenire ſocietari, quæ ad alias perſonas non transfertur *Leg.Nemo ff. Pro ſocio*, & in puncto reſpondit *Rot. in deciſ.allegatis ſuprà n.*72.

Prædictaque præſcriptio Coloniæ perpetuæ procedit, nedùm in bonis prophanis, ſed etiàm in bonis Eccleſiaſticis, non obſtante
80 *Bulla Urbani VIII. ſuper præjudicialibus Eccleſiarum impreſſ. in Bullario la* 159. *volum.* 4. quotiès concurrit vèl immemorabilis, vèl centenaria, quas eadem *Conſtitutio in fine* (præterquàm in iis caſibus, in quibus per Sacra Concilia univerſalia, vèl Conſtitutiones, & ordinationes Apoſtolicas illa reprobatur, ſeu illi derogetur, ut ibi limitatur, quod præcipuè verificari poteſt contrà Laicos imponentes Gabellas, aliaque onera Eccleſiis, & Eccleſiaſticis perſonis contrà diſpoſitionem *Bullæ in Cœna Domini*, quæ tollit quamcumque præſcriptionem etiàm immemorabilem) præſervat, ut notat *Pacion. de Locat. cap.* 14. §. 11. *n.*2. & advertit in ſpecie *Adden. ad Rot.dicta dec.*14.*n.*35.*par.*3. reſpondit *Rot.cor.Priolo dicta dec.*277. *n.*7. *verſ.deſectus cum ſeq.* juncta *dec.*393.*n.*9. quæ centenaria, ut ſuffragetur, non requiritur, quod fuerit completa de tempore motæ litis, ut reſpondit *Pacion.cit.* §. 11. *nu.*3. *verſic. verùm cum ſeqq. & Rot. in rec. dec.* 328. *n.* 3. *par.*17. *& dec.*33.*n.*10. *cum ſeq. par.*18. Non concurrente verò centenaria, aut immemorabili,
81 non poteſt prætendi acquiſitum jus perpetuæ Coloniæ, cum bonorum Eccleſiæ perpetua locatio prohibita ſit abſque Beneplacito Apoſtolico ex *Cap. Nulli de Reb. Eccleſ. alien. vèl non alien. & extravag. Ambitioſè de Reb. Eccleſ. non alien.* ut cum *Honded. conſ.*85.*num.*37. *cum ſeq. volum.* 1. tradit *Antonell. de Tempor. legal.lib.*1.*cap.*18. *n.* 12. alioquìn de facili bona Eccleſiæ alienarentur in perpetuum ſine ſolemnitatibus, ut punctualitèr advertit *Adden. ad Rot.dicta dec.*14.*n.*10.

Advertendum tamèn, jus perpetuæ Coloniæ, quod mediante præſcriptione acquiſitum prætenditur, excludi quotieſcumque conſtat de præambulo titulo locationis, ſeù
82 Coloniæ temporalis, quià tunc terminato tempore locationis, ſeù Coloniæ, ſi continuetur, præſumitur continuatio ſecundùm antecedentem titulum temporalitèr, & conſequentèr facta tacita relocatio, ſeù Colonia

da

ad alium annum, & ſic de anno in annum, &
de laborerio ad laboretium, juxtà diſpoſi-
tionem *Text. in l.Item quæritur* §. *Qui impleto*
ff. Locat. quàmvis continuaſſet per mille an-
nos, ut concordantibus relatis firmat *Petr.*
Barboſ. in l.2.n.310.cum duobus ſeqq. C.de Præ-
ſcript.30. vel 40. ann. & reſpondit *Rot. in rec.*
dec.14.n.1. verſ. quod maximè procedit, ibiquè,
Adden. n. 5. cum duobus ſeqq. & n. 29. par. 3.
ubi teſtatur, hanc opinionem eſſe commu-
niorem, receptiorem, veriorem, & magis
juridicam *dec.219.n.18.par.10. cor. Priolo di-*
cta dec. 393. n.4. Nam ex titulo præambulo,
præſumitur conductorem, ſeù Colonum con-
tinuaſſe ſuam poſſeſſionem, & pluribus ad-
ductis proſequitur *Adden. ad Rot.ad dicta dec.*
14. n. 36. & ſequendo hanc opinionem ità ju-
dicabimus, dum caſus contigerit reproba-
83 ta contraria opinione *Bald.in l.Malè agitur in*
ſecunda lectura n. 7. verſ. ſi verò conductio C. de
Præſcript.30. vel 40. ann. cum aliis relatis per
Adden. ad Rot. dicta deciſ. 14. n.3. Etenim ſo-
lummodò eſt admittenda, quandò conſtat,
quod poſt terminatam locationem tempora-
lem Colonus ſolverit annuam præſtationem
per longiſſimum tempus ex novo titulo per-
petuæ Coloniæ, ut declarando reſpondit *Ro-*
ta Florentina penès Magon. dec.2.n.4. verſ. qui-
bus non obſtantibus cum ſeq.

Conſtito itàque de primordiali titulo lo-
cationis temporalis, & ſic excluſa præſcri-
ptione, ſeù præſumpta probatione Coloniæ
perpetuæ, ac firmata Colonia, ſeù locatione
de anno in annum, & de laborerio in labore-
rium, reſtat examinandus articulus refectio-
nis melioramentorum per Colonum, ſeù con-
ductorem factorum, circa quem præmitten-
dum eſt, talem Colonum, ſeù conductorem
84 ad breve tempus non acquiſiviſſe utile domi-
nium, ſed tantummodò ſimplicem detenta-
tionem bonorum, cum hujuſmodi locatio
non mutet dominium rei locatæ, ut decrevit
Vulp. in l. Non ſolet 42. ff. Locat. Mantic. de Ta-
cit. lib.5.tit.7. n.3. & Rot. in rec. dec.351. n.5.
par.11. Quinimò eidem Colono, ſeu Condu-
ctori nullum tribuit jus in re locata, ſed ſo-
lummodò actionem perſonalem adverſus lo-
85 catorem, ut frui patiatur re locata *Bart. in*
l. Emptorem 9. n. 1. C. Locati, Gomez Variar.
reſolut. tom.2. cap. 3. n.9. & Rot. cor. Cavaler.
dec. 612. nu.2. & proindè melioramenta tan-
quam facta in re ſtabili aliena cedunt ſolo,
86 itàut non poſſit dici Conductorem, & Colo-
num eorum dominium retinere, ſed tantum-
modò illi competit contrà Dominum bono-
rum locatorem actio repetendi expenſas fa-
ctas, ut egregiè declarando inter conducto-
rem ad longum tempus, cui acquiritur do-
minium utile, & Conductorem ad breve tem-
pus tenet *Pacion. de Locat. & Conduct. cap.35.*
§.3. n.75. verſ. in caſibus cum tribus ſeqq.

Ad hoc autèm, ut conſequi valeat ejus cre-
ditum, præcipuè requiritur, quod probatio
melioramentorum in genere ſit plena, & con-
87 cludens tanquàm reſpiciens ſubſtantiam cre-
diti, quæ debet eſſe certa, adeòut ſi contrà
illam aliquid opponatur, nec actio, nec re-
tentio competit, ut docet *Pacion. dicto cap.3 p.*
§.4. num.33. Et præmiſſa tali probatione, ac
ſucceſſivè præfixo ei termino ad liquidandum,
88 ſi liquidatio facta non fuerit, conceditur
Domino, ſeù locatori manutentio præſtita
cautione de reficiendis melioramentis poſt-
quàm fuerint liquidata, ſed deficiente pro-
batione melioramentorum in genere, tunc
non retardatur manutentio per exceptionem
melioramentorum abſquè tali cautione *vul-*
gatis juribus.

Advertendo, quod ſi agatur de meliora-
mentis conſiſtentibus in plantatione vitium,
& arborum, ut dicatur probata, duo tempo-
ra ſunt conſideranda, nempè tempus, in quo
89 fundus fuit traditus, & tempus, in quo ex
poſt facto fuit melioratus, ut dixit *Rot. cor.*
Coccin. dec. 826. n.1. cor. Royas deciſ.182. n. 8.
& alibì paſſim. Nec non quid impenſum, &
quid melioratum, alioquin non dicuntur
probata, ut advertit *Rot. cor. Bich. deciſ.161.*
num.31. habito reſpectu ad impenſam, & ad
tempus, quo ſunt duratura, & ſic facta col-
latione impenſi, & meliorati, quod minùs
eſt debet refici, ut concordantibus relatis
reſpondit *Rot. cor. Coccin. dec.2135. num 5. cum*
ſeq. & dec. 2165. n. 7. cum ſeqq. & cor. Royas
dec. 116. n.7. Et quod melioramenta in præ-
diis ruſticis conſiſtentia in plantationibus vi-
tium, & arborum conſideranda ſint de tem-
90 pore, quo fuerunt facta, quoniàm non eſt
habenda ratio incrementi valoris eorum fa-
vore meliorantis, dùm illud potiùs procedit
ex ipſo fundo, quàm ab ejus induſtria, juxta
gloſ. communitèr receptam *in l.In Fundo ver-*
bo plùs pretii ff. de Rei vindic. tradit *Fragoſ. de*
Regim. Reipubl, par.3. lib.6. diſputat.10. §.4. n.11.
verſ. ſed quid ſi meliorationes, & allegatis *Ur-*
ſill. ad Afflict. dec.87. n.3. poſt med. verſ. circà
præfata tamèn, Carpan. ad Statut. Mediolan. lib.1.
cap.417. n.748. & 753. Barz. dec. Bononien. 23.
n.16. poſt med. docet *Pacion. de Locat. cap. 34.*
§.4. n.32. ubi cum *Felin. conſ. 42. n. 9.* docet,
& quod in refectione melioramentorum con-
91 ſiſtentium in plantatione vineæ facienda tan-
tummodò ſit æſtimatio plantularum prævia-
rum, compenſatis cæteris laboribus cum fru-
ctibus perceptis, & *Poſt. reſolut. 136. n.71.*

Non tamèn fructus ex arboribus, & viti-
bus plantatis per Colonum, ſeù Conducto-
rem percepti imputandi, ſeù compenſandi
92 ſunt cum melioramentis, cum fructus melio
ramentorum ſpectent ad meliorantem tàm
ex diſpoſitione Juris communis per *Text. in*
l. final. ubi gloſ. in verbo ſi per mulierem ff. de
Fund. dotal. quàm ex æquitate *L. Curabit C. de*
Act. empt. quæ habet locum in caſu, quo agi-
tur de melioramentis factis in ſtabilibus de
ſui natura fructiferis, ne Dominus fundi lo-
cupletetur cum aliena jactura, ut reſpondit
Mareſcott. Variar. reſolut. lib.2. cap. 122. n.52.
cum

Digitized by Google

*eum ſeqq. Fragoſ. de Regim. Reipubl.cit.*5.4.*n*.9.
in fine , & *Rot. in recent. dec*.250. *n*.2. *eum ſeq.*
par. 15. & quod Conductor , qui bona fide
melloravit , faciat fructus ſuos pro rata me-
93 lioramentorum rejecta contraria opinione ,
& cumulatis concordanribus reſpondit *Rot.*
coram Cerro dec. 484. *n*. 6. & 8. ubi etiàm te-
ſtatur hanc opinionem eſſe æquiorem , & ve-
riorem , & refert *Nigrum de Except.* dicen-
tem eam non juſtam non niſi injuſtus, & rigo-
roſus Judex negabit .

Idquè maximè procedit quò ad fructus bo-
na fide conſumptos antèmotam litèm , quos
bonæ fidei poſſeſſor non reſtituit , nec cum
84 meliorationibus compenſat , ut docet *Marc.*
ſiott. cit. cap. 112. *n*. 58.

Addo quod non levis eſt controverſia inter
DD. an malæ fidei poſſeſſor teneatur ad fru-
ctus, perceptos ex propriis nielioramentis, in
95 qua licèt *Rota* aliàs anceps nihil determina-
verit , ut videre eſt penès *Coccin. deciſ*. 1208.
Attamèn poſtmodùm articulo diſcuſſo reſol-
vit , fructus lite pendente perceptos , ex me-
lioramentis anteà factis ſpectare ad melio-
rantem *coram eodem Coccin. dec*. 1273. , quem
poſteà ſecuta eſt in *recent. deciſ*.564. *num*. 12.
eum ſeqq. part. 18. *tom*. 2. ubi *in fine* ſubdit
non eſſe attendenda ea , quæ per modum di-
ſcurſus adducta fuerunt per *Bich. deciſ*. 406.
n. 35. *eum ſeqq.* repetita in *recent. deciſ*. 6. *ſub*
n.32. *eum ſeqq. par*.11.

ADDIT. AD RVBR. XIV. LIB. V.

SVMMARIVM.

1 SOcietas contracta cenſetur inter Dominum , & Colonum .

2 Strenæ quæ ſolvitur Principi , ſeù Baroni , Eccleſiæ , ſeù Epiſcopo materiam tractantes .

3 Strena debetur facilius Eccleſiæ , ſeù Epiſcòpo , vèl Parocho , quàm Baroni , & quare .

Manutentio in exactione Strenæ facilius debetur Eccleſiæ , ſeù Epiſcopo , ſeù Parocho quàm Baroni num.3.

4 Strena ut debeatur pendet ex circumſtantiis, de quibus ibi.

5 Strenæ ſunt reliquiæ ſuperſtitioſæ Gentilitatis.

6 Strena debetur vèl in ſignum obſequii , erga ſuperiorem , vèl in ſupplementum alimoniæ .

7 Strenæ debentur , & cogi poteſt ad ſolutionem, quando concurrit præſcriptio immemorabilis .

8 Vel quadragenaria cum titulo . Contrarium num.9.

10 Præſcriptio per mille annos , ac etiàm immemorabilis non ſuffragatur in materia facultativa . Declara num.11.

12 Clientes recognoſcebant eorum Patronos cauſarum kalendis Januarii .

13 Strenæ introductæ quando, quare , & à quibus fuerint .

14 Abuſus Depoſitariorum locorum Montium quoad ſtrenam latè reprobatur .

15 Extorſionibus committi ſolitis ab Officialibus *vulgo Straordinarii* proviſum fuit à particulari Congregatione deputata mediantibus decretis , à Pontifice aprobatis ut ibi .

16 Juriſdictio cumulativa competit Præfecto Annonæ , Præſidi Graſciæ , & Conſervatoribus Urbis pro puniendis Officialibus *vulgo Straordinarii* .

17 Arbores ſiccas incidens Colonus an tentatur tradere partem Domino .

18 Colonus expelli non poteſt , quando cepit terras colere , niſi præceſſerit ſolutio culturæ .

19 Coloni dimitti poſſunt de menſe Maii ſed non poſſunt cogi diſcedere niſi de menſe Novembris .

20 In æſtimandis meliorámentis arborum ſubducendum eſt incrementum receptū à ſolo.

21 Pacta,& conventiones ſervandę cū Colonis.

Num. 5. Societas quædam cenſetur contracta inter Dominum , & Colonum partiarium , * ut tradit *Gobb. conſultat*.2.*n*.38.

Num.25. Materia Strenæ,quæ ſolvitur Principi,
ſeù Baroni , vel Eccleſiæ , aut Epiſcopo latiſ-
2 ſimè examinata fuit à *Lagunez de fructib.*
par.1.*cap*.* 15. *n*.4. *à Reverendiſſimo Archiepi-*
ſcopo Petra in ejus Comentar. ad Conſtit. Apo-
ſtolic.in Conſt.1.*Anaſtaſii IV. ſect*.3. *fol.mihi* 33.
eum ſeqq. tom. 2. , & *R.P.D. Maſer. de legat.* ,
& *Nunc. lib*.1. *cap*.72. *Rot. coram Emerix jun.*
dec. 1069. In qua materia reſolutiones pen-
dent ex caſuum circumſtantiis , nempè , an
agatur de Strena prætenſa à Principe , ſeù
Barone, in quo facilius præſumitur violentia,
& metus , ex plenè deductis per *Lagunez ubi*
ſupra nu. 32. *cum pluribus ſeqq. Fragoſ. de re-*
gim. Reip.par.1. *lib*.3. *diſput*.8. *n*. 60. *Gutierez*
pract. qq. lib.1. *quæſt*.93. *n*.2. , qui cum *Greg.*
Lopez etiam tradit , quod in Conſcientiæ Fo-
ro ſuaderet iſtis Dominis, qui nullum habent
titulum , quàm Conſuetudinem licèt imme-
morabilem , quod non curent de tali conſue-
tudine , cùm hæc pars ſit ſecurior Conſcien-
tiæ , ac in dubio tenere debemus , quod cer-
tius eſt , & ſine periculo Animæ explicari po-
teſt . An ab Eccleſia , ſeù Epiſcopo , vel Pa-
roco , in quibus major conſideratur Cauſa
3 recognitionis , ſcilicet ſuperioritatis, * & re-
ſpectivè oneris,quod ſubſtinent ſpiritualium,
ac Curæ Animarum , ideòque facilius eis ,
quàm Baroni conceditur manutentio,ut cum
Poſth. de manut. obſerv.18. *nu*.45. tradit *Reve-*
rendiſſimus Petra loc. cit. num. 12. An conſtet
uſquè à principio fuiſſe merè voluntariam ,
4 & fa-

4 & facultativam *, ac ex mera liberalitate,
absque ullo etiam minimo apparenti titulo;
An verò in ejus origine involutus fuerit ali-
quis saltèm coloratus titulus obligatorius;
An præstatio semper fuerit uniformis, & abs-
que ulla coactione facta; An verò difformis,
ac interrupta, ac in contradictorio Iudicio
post denegationem obtenta victoria, & sub-
secuta solutio, & per quantum tempus, An
probetur immemorabilis exactio; An vero
quadragenaria cum titulo.

Hinc ex diversitate casuum, diversæ resolutio-
nes emanare debent, & propterea *Sac. Con-
gregatio Episcoporum, & Regularium in Nul-
lius Terlitii, seu Juvenacen. prætensæ Strenæ,
proponente Eminentissimo Abdua sub diebus
26. Februarii & 4. Decembris* 1711. eatenùs
resolvit, Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ te-
neri solvere annuos ducatos quinquaginta
Kal. Jan. Archipresbytero ejusdem Ecclesiæ,
tamquàm Ordinario, quatenùs constabat de
immemorabili solutione, cujus vigore lata
fuerat usquè de anno 1678. favore prædicti
Archipresbyteri *à bo: me: R. P. D. Ursino Ju-
dice Commissario* sententia condemnatoria Ca-
pituli, quæ in judicatum transiverat, & per
triginta duos annos successivè observata fue-
rat mediante pacifica solutione; Undè infe-
rebatur, quod res non erat de illis strenis,
quæ reliquiæ superstitiosæ Gentilitatis reco-
5 lentis *, talibus invicem oblatis muneribus
kal. Jan. Saturnia Regna, deturpabant nostræ
Catholicæ Ecclesiæ primordia, quæ incor-
rupta, & immaculata exoptabat, & inculca-
bat *S. Augustinus* relatus in *Can. Non observa-
tis 26. quæst.7.*, Sed de Strena à Capitulo de-
6 bita ejus Ordinario *, vel in signum obsequii
debiti erga Superiorem, vel in illius alimo-
niam, ob insufficientiam mensæ Archipresby-
teralis, de qua constabat, ut in proposito
firmat *Reverendissimus Petra loc. cit. num. 21.
Rot. cor. Emerix d. dec. 1069. n.8.*

Et in *Ostunen. S. Congregatio Concilii die 18. Apri-
lis* 1714. resolvit favore Episcopi, Capitulum
Cathedralis teneri ei solvere quotannis duca-
tos centum, quia constabat fuisse subrogatos
in locum Plateatici illi debiti, tam ex Ædi-
cto Regis Roberti, emanato usque de anno
1354., quàm ex obligatione Capituli, & Cle-
ri facta de anno 1597. ab Ecclesiasticis pro
oleo, vino, aliisque rebus, quas ipsi in Pla-
tea vendebant, nec non concurrebat Platea
antiqua, seù Inventarium mensæ Episcopalis,
ac longissima quasi possessio exigendi.

Quæ omnia, cùm non concurrerent in simili
causa contra Capitulum loci Rotundi, à quo
prætendebantur annua ducata decem, eadem
Sac. Congregatio d. die 28. Aprilis rescripsit:
Dilata, & coadjuventur probationes.

Cæterùm quotiès concurrat præscriptio imme-
morabilis, prout requiritur pro coactiva
7 exactione * hujusmodi Strenarum, ut tradunt
*Covar. in regul. possessor. par. 2. §. 4. nu. 4., & seq.
Clar. lib. 4. recept. sent. §. Feudum quæst. 2. Novar.
de gravam. Vassall. tract. 2. prælud. 7. per tot.
Capiblanc. de Baron. tom. 1. super Pragm. prima
n. 217. cum seq. Fragos. de Regim. Reip. par. prima
lib. 3. disp. 7. n. 60. vers. quid si Domini tempora-
les*, & plenissimè *Lagunez de fruct. d. cap. 15.
n. 61. 65., cum pluribus seqq. usq. ad 96. ac n. 104.*
juncto *n. 108.*; Non poterit evitari continua-
rio in solutione, & renuentes justè cogi po-
terunt, cùm immemorabilis præscriptio non
sit debile refugium, prout aliæ præscriptio-
nes, sed legalis tituli vim obtineat, verum
Dominium transferat, & habeat vim Privi-
legii, & Principis Concessionis, itaut ex ea
melior titulus de mundo allegari valeat, ut
in his terminis latè firmat *Lagunez. loc. cit.*

Aut concurrat præscriptio quadragenaria cum
titulo, & bona fides, quæ habet eandem vir-
8 tutem *, quam habet præscriptio immemo-
rabilis, si sequenda esset opinio *Frangos. ubi
supra d. n. 60. in fine*. Verùm in contrarium
9 in materia, de qua agitur * plenè tenet se-
cundùm veriorem opinionem, *Lagunez loc.
cit. n. 195. cum seqq.*

Nec obstat, quod nec præscriptio etiam per
mille annos aut immemorabilis suffragetur
10 in materia facultativa *; Nàm id procedit in
illis actibus, qui omninò ex sui natura sunt
11 facultativi, & frequentèr nulla alia causa *,
& conjectura adversante ex libera, & sponta-
nea facultate, & familiaritate, & benevolen-
tia etiam diù gesti exerceri præsumuntur, ut
in eo, qui eleemosinam diù ad domus ostium
pauperibus præstitit, vèl qui amicum per lon-
gum tempus hospitio recepit, & similia, ut
optimè declarat *Lagunez loc. cit. num. 8. cum
seqq., & præsertim num. 13. cum seqq.*, juncto
n. 64., secùs autem quando concurrere possunt
aliæ conjecturæ, & præsumptiones suadentes
hujusmodi Strenas, seù præstationes tradi
Domino, seù Superiori, in recognitionem
superioritatis, & in signum obsequii, vel in
recompensationem Curæ, & protectionis in
Justitia administranda, & in subditorum ab
aliorum injuriis defensione, ex quibus simul
cum immemorabili uniformium præstatio-
num subditi, potius animo se obligandi,
quam ex mera liberalitate præstitisse præsumi
debent, ut declarando prosequitur *Lagunez
ubi supra n. 66. cum seqq.*

Num. 27. Clientes antiquitus convenerunt reco-
gnoscere eorum Patronos causarum deferen-
12 do eis Kalendis Januarii * aliquod ut relatis
nonnullis *versibus Martialis*, & *Ovidii* notat
Urceol. de transact. quæst. 30. sub n. 11.

Num. 28. Strenæ introductæ sunt in Kalendis Ja-
nuarii à latinis, qui mittebant dona civi-
13 bus, * vicinis, & iis, qui ex vetustissimo titu
procacia solebant ea die canere Car mina, &
ita annum auspicari fælicem nempè caricas id
est ficus siccas, cariotides, & sic fructus palma-
rum, mella, & globulos melle consperso, ac
stipem, nummum scilicet Signatum Jani effigie
& Navis, qua saturnus advectus erat, quæ
munera à Romanis strenæ dicta sunt à *Tatio
Rege*,

Digitized by Google

Rege, qui verbenas fælicis arboris ex luco strenæ anni novi auspices primus accepisse dicitur ex *Symmacho lib. 10. Epist.* 28. Hæc facta scimus ominis causa, ut ita dulces dies anni à dulcibus rebus auspicarentur, & istarum strenarum comercium prohibitum fuit per Cæsarem ne ultra Kalendas Januarias exercetetur, ut erudite docet *Eminentissimus Corradinus vetus latium lib. 1. cap. 25. pag. mihi* 337. *Num.* 34. *& seqq.* Adversus Depositarios locorum Montium strenas exigere prætendentes, novissimè de anno 1719. D. Advocatus Dominicus Ursaya latè doctèque more suo materiam examinans scripsit sequentem discursum.

DISCURSUS
D. ADVOCATI DOMINICI URSAYÆ
IN CAUSA
Romana prætensæ Strenæ.
ARGUMENTUM.

Asserta consuetudo prætextu Strenæ in Bimestri Novembris, & Decembris pro quolibet Loco Montis retinendi obolos duos Montistis, ostenditur abusiva, reprobata, irrationabilis, Sacris Canonibus inimica, & duobus Decalogi negativis præceptis ex diametro opposita.

De hoc alio discursu Vid. infrà §. Alterum Discursum.

In alio Discursu, qui suum habuit complementum, eo quia die 29. Julii currentis anni 1719. per acta Pettucci Notarii Cameræ citatus D. Depositarius coram D. Auditore Illmi, & Rmi D. Pro-Thesaurarii generalis, commendabili ingenuitate coram eodem, mediante ejus Procuratore, se declaravit, nullam habere difficultatem solvendi fructus Locorum Montium, cum Ordine, à me scripto, vel subscripto, absque ulla recognitione manus, ut punctualiter usque adhuc bis sequutum fuit pro decursis Bimestribus Martii, & Aprilis, ac Maii, & Junii dicti anni 1719.

Ad extorquendam guttam aliquam gratitudinis favore Montistarum Montium S. Petri primæ, & tertiæ Erectionum, S. Pauli Religionum non vacab. & Communitatum à Capserio D. Depositarii dd. Montium, *à* §. 61. *usque ad* §. 76. indicavimus insigne illud beneficium eorundem Montistarum gratuitæ, & spontaneæ donationis annuorum scutorum 1686.80. quæ sunt menstrua scut. 140. 40.

Quia verò, ad obumbrandam spontaneitatem largitionis ejusdem considerabilis summæ, insistitur exadverso in sacra illa anchora, consuetudinis colore velatâ; Necessarium proinde est ostendere illius insubsistentiam, quæ talis est naturæ, talisque evidentiæ, ut si adducendum esset exemplum consuetudinis improbabilis, reprobatæ, abusivæ, irrationabilis, sacris Canonibus inimicæ, & Decalogi Præceptis oppositæ, absque ulla exageratione assignari posset illa, de qua est quæstio, ut in simili perbellè discurrit *cl. mem. Card. Sfondratus, in Libro,* cui titulus *L. R. fol. mihi* 100. ibi: *Obiicit possessionem &c. Hoc unicum est argumentum, quo decipi solent Simplices, rerumque ignari; Et tamen, ad instar aliorum, planè vanissimum, imò tantum abest, præscriptionem obtendi posse, ut potiùs hoc ipsum &c. pro exemplo serviat rerum impræscriptibilium, adeout si in Scholis Juris Consultorum quæratur, quod nam sit paradigma rerum, quæ nunquam præscriptæ sunt, & nunquam præscribi possunt? respondere debeat Jus &c.*

Ante cujus demonstrationem duo præmitto.

Primum, quòd ex latè animadversis *in alio Discurs. à n. 61. usque ad n. 76.* est æqualiter evidens, ac incontrovertibile, quòd Montistæ habent ad eorum favorem clarum, & rotundum fundamentum, Literis patentibus, & solitis Listis literaliter innixum, habendi scut. 3. pro quolibet anno, & Loco, & sic in quolibet Bimestre obolos 50. nulla factâ distinctione Bimestris Novembris, & Decembris ab aliis quinque Bimestribus, componentibus integrum annum.

Secundum verò, quòd adversus hujusmodi clarum fundamentum, ob defectum soliditatis alterius tituli sibi appropriandi d. insignem summam menstruorum scut. 140. 40. monetæ, cum anticipatione quatuor mensium, & sinè ullâ operatione, vel recognitione Exactoris, color contrariæ prætensionis reducitur ad d. exageratum solitum, seu ass. consuetudinem, prætextu Strenæ retinendi obolos duos pro quolibet Loco Montis in Bimestri Novembris, & Decembris. Ad-

Digitized by Google

Adversus igitur hujusmodi abusum duas subnectimus responsiones, penitùs destructivas prætextus d. consuetudinis: Unam, desumptam ex Theologiæ principiis; Aliam verò innixam Juris communis receptis propositionibus.

Prima responsio in eo residet, quòd circa retentionem rerum alienarum habemus duo Decalogi negativa præcepta, unum non desiderandi, aliud vero non retinendi res alienas.

Et proindè videtur æquè inauditum, ac monstruosum prætendere, ut adversùs Decalogi Præcepta, præsertim in Urbe, dari possit consuetudo, illorum abrogativa, seu destructiva, utquè actos præcisè, & literaliter damnati,& reprobati *in Decalogo, & Exod. 20.14. & 16.* adduci possunt, & exagerari ad destruendam Legem divinam, à qua prohibiri sunt: Esset enim idem, ac divinam Legem ad voluntatem hominum trahere, non autem humanam voluntatem Legi divinæ subiicere, ut exclamat *Card. de Laur. in Epist. ad Lectorem Epitom.sacr.Canon.* his verbis:*Nec ampliùs ad Amussim lapidem, sed lapidem ad Amussim aptare contendimus, non, inquam, legi voluntatem subiicimus, sed legem ipsam ad voluntatem trahere non formidamus*, quem sequutus fui *in Tom.1.Discept.Eccles.par.1.discept.6.n.67.*

In quibus terminis, adversus allegantes similem abusum, consuetudinis colore velatum, applicatur nobilis illa animadversio *S.August. de Unico baptis. lib. 2.* ibi: *Veritate manifesta, cedat consuetudo veritati. Planè quis dubitet, veritati manifestæ consuetudinem cedere; Nemo consuetudinem rationi, & veritati præponat, quia consuetudinem ratio, & veritas semper excludit.* Et alia *S.Greg. in Epist. ad Guilimund. Episcopum Aversan.* ibi: *Si consuetudinem fortassis opponas, advertendum est, quod Dominus dixit: Ego sum via, veritas, & vita, non dixit: Ego sum consuetudo, sed veritas, & certè, ut D. Cipriani utamur Sententia,quælibet consuetudo, quantumvis vulgata, veritati omninò est postponenda,& usus, qui veritati est contrarius, est abolendus.* Et alia ejusdem *S.Augustin.in lib. de Baptismo parvul.* ibi: *Qui contempta veritate præsumit consuetudinem sequi &c. circa Deum ingratus est, nam Dominus in Evangelio; Ego sum, inquit, veritas; Non dixit; Ego sum consuetudo: Itaque, veritate manifesta, cedat consuetudo veritati, quia consuetudinem, & ratio, & veritas semper excludit: Et in lib. 4. de Baptism.* ibi: *Frustrà quidem qui ratione convincuntur, consuetudinem nobis objiciunt, quasi consuetudo major sit veritate.* Et alia *D. Cypriani in Joann.14. lit. A.* ibi: *Consuetudo, quæ apud quosdam irrepserat, impedire non debet quò minùs prævaleat veritas, & vincat, nam consuetudo sinè veritate vetustas erroris est*; de quibus *in 8. distinct. per totam, & in Tom. 1. Discept. Eccles.par.2. discept.21. nu.71. & tom.2. par.1. discept.24. n.38.*

Asserendo autem contrarium, & prætendendo, actus, oppositos 7. & 9. Decalogi Præceptis posse illa abrogare, & potiùs attenden. esse malam consuetudinem, illis oppositam,quàm duo divina Præcepta, eosdem actus improbantia, & damnantia, hoc intolerabile sequeretur inconveniens, quòd, eodem modo discurrendo, inhonestæ Mulieres possent proprios turpes actus simili consuetudinis colore excusare; Et proindè aperta esset via, opposita 6. & 10. Decalogi præcepta, quod est adeò inauditum, adeoquè insubsistens, & monstruosum, ut nullo modo, nulloquè prætextu toleran. sit, nè deinde id consuetudinis prætextu colorari valeat, adversus clara illa verba literalis *Textus in can. Mala dist. 8.* ibi: *Mala autem consuetudo non minùs quàm perniciosa corruptela, abjicienda,& vitanda est, quæ nisi citiùs radicitus evellatur, in privilegiorum Jus ab Impiis assumitur.*

Et viva ratio hæc est; Quia actus mali, quia mali (quales sunt omnes illi, qui opponuntur Decalogi Præceptis) nullo colore, nulloquè modo trahi possunt ad destruendam legem, seu Præceptum, cui opponuntur, quidquid sit de actibus malis, quia prohibitis, qui non sunt termini præsenti controversiæ: Desiderare autem res alienas, illasque non restituere illarum Dominis, est malum, quia malum, uti oppositum duobus negativis Decalogi Præceptis, quæ cùm obligent semper, & ad semper, ut Theologi dicunt, non potest dari casus, non actus, non temporis circumstantia, vel momentum, in quo cum fundamento affirmari possit, illa non obligare.

Crescitque in immensum hodiè necessitas declarandi insubsistentiam, & irrationabilitatem d. prætensæ consuetudinis, nè in futurum allegari possit illius tolerantia, postquam in judicium deducta fuit, & ad hominem demonstrata eadem irrationabilitas, juxta *Textum in cap. Cum jamdudum de Preb.* ibi: *Cùm multa per patientiam tolerentur, quæ si deducta fuerint in judicium, exigente justitia, non debeant tolerari*, ubi *Gloss.verb.Per patientiam* subdit: *Per patientiam non fit dispensatio*, & concordant adducti per *Rot. dec. 1152.n. 23. coram Coccin. & dec.2. n.12. & dec. 418.n.13. & 14. par.18. rec.* cum aliis, citatis in *Instit. Crim. lib.1. tit.* 10. §.4. *n.239.* Cum quibus in fortioribus terminis tolerantiæ illorum actuum, qui coram ipsomet Summo Pontifice, & toto Cætu S.R.E. Cardinalium gesti fuerant per immemorabile tempus, processit *Sac. Rituum Congregatio in Romana 26. Aprilis 1704.* reprobando similem abusivam, & immemorabilem consuetudinem, æquè raro, ac commendabili exemplo, denegando etiam novam audientiam adversus unicam resolutionem,ut videre est in *To. 2. Discept. Eccl.p.1. discept.28. n.65. & 126.*

Non attentâ reflexione, quòd sermo fit de parvâ summâ, spectante pluribus, & diversis personis; Itaut applicentur termini parvitatis materiæ, quæ in aliquibus casibus, & Præceptis attendi, & admitti solet. Tum quia

Digitized by Google

respectu majoris partis Montistarum hoc non tegit in facto, sed ex sola Listarum pervolotione patet, verificari summam, aptam ad obligan. ad restitutionem sub pœna peccati mortalis ex allegatis in alio *Disc.n.64.*

Tum etiam, quia etiam in illis terminis, in quibus sermo fit de Montistis, unum, vel duo habentium Loca Montium, adhuc tenuis illa summa, quæ primo, & secundo annis non est apta inducere obligationem restituendi sub pœnâ peccati mortalis, erit talis 3. 4. & sequentibus annis, quod superabundat ad hoc, ut id nullo modo, nulloque prætextu licitum sit, & nullatenus permittendum, juxta oraculum *Ven. Servi Dei Innoc. Papæ XI. 21. Martii 1679. propositione* 38. quod non potest esse magis punctuale, majorisque efficaciæ, cùm non sit sermo de opinione alicujus moderni Doctoris, sed unius ex illis, quos *S. Bernard. de Consid. ad Eugen. lib. 1. cap. 9.* appellat dignitate Aaronem, authoritate Moysen, judicatu Samuelem, potestate Petrum, & unctione Christum.

Tantùm verò abest, quòd hujusmodi reflexio parvæ summæ apta sit liberare ob onere restitutionis, quin potiùs mirabiliter retorqueatur, quia quò minora quis habet Loca Montium, eò majori laborat paupertate; Respectu autem Pauperum nemo ignorat, non solum minorem summam obligare ad restitutionem, juxta animadversa per *Bonacin. Oper. moral.to.2. tit.de Restitut.in particular.disput.2. quæst.8. punct.1. proposit.3. n.7. versic. Respectu Personarum quarti generis;* Sed illorum respectu applicari id, quod ex *Cassiodoro* observavi in *Tom.2. par. 2. discept. 18. n. 37.* ibi: *Ultra omnes crudelitates est, divitem velle fieri de exiguitate Mendici.*

Qui nullatenus desiderantur in Listis Locorum Montium, eò quia; Aliqua ex illis destinata sunt pro Infirmis, in Hospitalibus degentibus; Aliqua pro Convalescentibus, ab illis exeuntibus; Aliqua pro diurnâ subventione Claudorum, Cœcorum, aliarumque miserabilium Personarum, non valentium sibi victum in sudore vultus comparare; Aliqua pro Subsidiis dotalibus Orphanarum, & aliarum Virginum, omni humano auxilio destitutarum; Aliqua pro dotandis Fœminis alicujus æquè nobilis, ac pauperis Familiæ; Aliqua pro Viduarum alimentis; Aliqua pro liberandis hominibus à Cellâ gemituum, & à Diaboli domo, qualem appellat Carcerem *Rota dec. 179. n. 9. par.14. rec.* Aliqua pro redemptione Christifidelium à Turcarum tyrannide; Aliqua pro instituendis Pueris in Seminariis; Aliqua pro subventione Peregrinorum, ad Urbem devotionis causâ accedentium; Aliqua pro manutentione Religiosorum in Seminariis Missionum; Aliqua pro Fide propagandâ in Tertis Infidelium; Aliqua pro Sanctorum canonizatione; Aliqua pro manutentione Sacristiæ illorum Religiosorum, quibus à propria Regula vetitum est etiam eleemosynam petere; Aliqua pro alimentis noviter ad Fidem Catholicam conversorum; Aliqua pro conservandâ abundandantiâ in multis Civitatibus, & Montibus Pietatis Status Ecclesiastici; Aliqua pro dote Conservatoriorum Mendicantium Puellarum, & Religiosorum, vitam contemplativam in Eremis, & Solitudinibus ducentium; Aliqua pro ædificandis Ecclesiis, vel exornandis Cappellis; Aliqua denum, cæteris omissis, gratiâ brevitatis, pro exercitio aliorum Operum misericordiæ corporalis, quæ omnia notissima sunt Capseriis, & plusquam manifesta ex sola pervolutione Listarum, quæ quolibet Bimestre eis consignantur à Computistis Montium; Et quod magis est, communia sunt omnibus DD. Depositariis, itaut summa, quæ dictis Locis, & Causis æquè piis, ac miserabilibus, non restituitur, sit nimis considerabilis: Cùmque eisdem miserabilibus Personis quilibet teneatur eleemosynam facere secundum proprii status qualitatem, nimis durum videtur unicum etiam quadrantem illis non reddere, ut non sine lacrymis exclamat *Cassiodorus* supra citatus, asserens, monstruosum nimis videri illis aliquid etiam minimum, tollere, quibus jubemur offerre.

Tum demum, quia, ut sequendo æquè doctum, ac pium Episcopum *Sperell. dec.113.n.38. & pluribus seqq.* latè observavimus *in Inst. Crimin. lib.2. tit.6.num.75. & seq. In materia injustitiæ* (sunt verba ejusdem *Sperell. ubi supra n. 38.*) *summæ illæ parvæ continuantur, & in unum coalescunt, & quoad se, & quoad Proximi damnum; Et sic materia per partes minores major effecta, fit notabilis &c. Quod est adeò verum, ut idem dicendum sit, etiamsi illa modica summa non uni soli &c. sed pluribus, ac diversis spectet, itaut unicuique modicum resultet damnum;* Testans ibidem de communi, verâ, & omnino amplectendâ opinione, *Et n. 39. post medium* sequentem adducens stringentem reflexionem, *quia ille, qui à diversis notabilem summam congessit, tametsi nulli in particulari notabilem intulerit injuriam, toti tamen Reipublicæ damnum intulit, quod si permitteretur, maxima sequerentur inconvenientia, & licitum esset mechanicas exercentibus artes, falsa pondera, & mensuras injustas retinere.*

Quæ omnia magnam merentur attentionem, quia longè minus est id, quod in uno anno accipiunt de rebus alienis decem Artifices, proprias exercentes mechanicas artes, cum falsis ponderibus, & mensuris, ac sit d. diurna, invariabilis, firma, determinata, & certa summa duorum obolorum pro quolibet Loco, & anno, dum divisa per menses eadem summa ascendit ad menstrua scut. 140. 40. quæ subdivisa per dies, importat qualibet die scut.4.68. ut Calculanti manifestum est.

Habemus ulteriùs hoc, me Scribente, solemniter demandatum in longè minori minutiâ dimidii quadrantis, quæ præteritis annis exigebatur à Ministris Postarum, permutantibus

bus monetam aegenteam, & eodem tempore peo se retinendo dimidium quadcantis, ut videee est in *Inst. Crim. lib. 2. tit. 6. à num. 74. usq. ad num.* 80.

Ad nostrum effectum cum solido fundamento opportunè repetentes hic ea, quæ tunc diximus, & non sinè Bonoeum omnium laude, & appeobatione Superiorum exaudita fuerunt pro abolitione dictæ abusivæ consuetudinis, & sunt sequentia, eegisteata *in dd. Instit.Crim. lib.2. tit.6. num.78. Et forsan hoc reservatum est innegabili rectitudini illorum, qui de præsenti Apostolicæ Cameræ, & Populorum regimini commendabili vigilantia dignissimè præsunt.*

EX quibus nulla adesse videtur necessitas transitum faciendi ad aliam legalem responsionem; Quia, si, teste *Fagnan. in cap. Cùm esses n.34. de Testam.* sequuto *in Tomo 3. Disceptat. Eccles. par. 1. §. 17. n. 12.* Apostolorum dicta prævalent dictis Imperatorum, & consuetudo, sacris Canonibus inimica, impræscriptibilis est, & omni Jure eepeobanda, juxta *Textum in cap. Consuetudinem de Consuetud. in 6.* cum concocdantibus apud *Barbos. in can. Mala dist.8. Graff. dec. aur. par. 2. lib. 3. cap. 19. n. 48. & Gratian. discept. 79. n. 6. & Rot. dec. 4. n. 39. & seq. cor Otthobono, & in Tarraconen. Præcedentiæ 28. Junii 1697. §. Non obstat coram cl:mem: Card. Caprara*: Quantò magis verba Saceæ Sccipturæ præfeeenda essent civilium Legum dispositionibus, & consuetudo, inimica sanctissimis Decalogi Præceptis, impræscriptibilis erit, & in æternum reprobanda.

Præcipuè, quia Jus Canonicum in mateeia peccati mortalis semper peæfertur civilium Legum dispositionibus, ut in terminis consuetudinis retinendi res alienas observant adducti per *Card. de Luc. de Judic. disc. 21. n. 14.* ibi: *Utpote fundata in ratione peccati, quod inesse dicitur in eo, qui acquirat, vel retineat rem, quam scit non esse suam, sed alienam; Esset enim lex nutritiva peccati, quæ recipienda, & practicanda non est; Ideoque etiamsi quis per mille annos possideat in statu malæ fidei, nunquam præscribit, & disc. 35. n. 34.*

Et tamen ad solius mateeiæ ornatum secundo loco, juxta recepta Jueis axiomata, eespondemus, quòd cùm setmo sit de peætensà consuetudine cieca materiam facultativam, applicatur conclusio, uno ore eecepta ab omnibus Doctoribus, *quòd ea, quæ sunt facultatis non inducunt consuetudinem, restrictivam liberæ potestatis*, sunt verba *Gratian. discept. 88. n. 5.* & concoedant *Capoblanc. de Baronib. pragmat. 1. n. 26. & seq.* aliique citati *in Tom. 1. Discept. Eccles. par. 1. discept. 16. n. 74.* & à *Rota dec. 136. n. 10. cor. Cerro, & dec. 104. n. 37. cor. Priolo*, ibi: *Ex hisce actibus facultativis non inducitur contraria consuetudo, impeditiva libertatis, & cor. Reverendiss. Ansald. dec. 12. n. 23. & in Calagurritana Decimarum S. Petri Manriquez 21. Jun. 1697. §. Absque eo coram b. m. Molines, & 14. Aprilis 1698. §. Nec Beneficiatis coram Olmo.* Et pluriès eesolvit *Sac. Congregatio Concilii*, signanter in *Amalphitana 8. Julii 1699. ad 7. & 8.* confiemata *6. Febr. 1700.* ut videee est in *Lib. 49. Decret. fol. 243. & in Libr. 50. fol. 112. & in S. Marci Procurationis 7. Julii 1708. libr. 58. Decret. fol. 203.* & idem resolvit *Sacra Congegatio Episcopopum, & Regular. in Acheruntina, seu Materanen. 18. Martii 1706. ad 2. dub. Ponente cl:mem: Card. Colloredo, & Sacra Congregatio Visitationis Apostolicæ 24. Maii 1712.* ut videee est *in Discept. Ecclesiast. 16. n. 74. & 265. & per tot. tom. 1. par. 1.* in cujus casu agebatue de consuetudine cieca actus facultativos, uniformitee practicatos per spatium duorum Sæculorum.

Quam conclusionem in nostris punctualibus terminis compeobant, & exoenant *Macr. in Hierol. Verb. Strena*, ibi: *Unde intolerabiles Montistis &c. sunt prorsus tales Ministrorum importunitates. Zaul. ad Statut. Favent. tom. 2. lib. 4. rubr. 14. nu. 34. fol. mihi 72.* ibi: *Nullus titulus, sufficiens ad acquiren. actionem concurrit, sed agitur de actibus facultativis, & à mera liberalitate solventium dependentibus, qui obligationem non pariunt &c. & Constantin. ad Statut. Urbis tom. 1. fol. 586.* ibi: *Consuetudo in casu nostro non est, nisi in profanis, & est irrationabilis, & ampliùs datio talis Strenæ fuit ex urbanitate, unde non est trahenda ad obligationem, quæ tunc esset suborta, si, Depositariis volentibus exigere Strenam, fuisset per Montistas contradictum, & postea iidem per lapsum temporis, legitimi ad præscribendùm, acquievissent retentioni, & non reclamassent.*

Et in teeminis Stenarum, peætensarum ab Episcopis vigore antiquissimæ consuetudinis egeegiè *Pignatell. consult. 144. à n. 5. usque ad finem tom. 9.* referens plures eesolutiones Sacrarum Congcegationum, in quibus fuerunt condemnati ad eestitutionem Episcopi, qui vigore asseetæ consuetudinis Strenam exegeeant, quod obseevant etiam *Zaul. ad Stat. Favent. tom. 2. lib. 5. rubr. 14. n. 25.* ubi eefeet plures similes eesolutiones Saceacum Congeeg. *Vulp. in Prax. for. Eccles. cap. 14. n. 20. & Nicol. in Floscul. verb. Donatio n. 18.*

Quæ si peocedunt, cum supposito, quòd nulla adsit in hac parte specifica, & replicata reprobatio hujusmodi Strenarum, seu facultativorum actuum; Quantò magis admittenda sunt in præsenti, dum habemus positivas, expressas, & replicatas prohibitiones, eam per Edicta generalia Illustrissimorum, & Reverendissimorum DD. Thesauraciorum geneealium, à Summis Pontificibus approbata, quàm mediantibus resolutionibus Illustrissimæ Congregationis Montium, & Decretis verè magni Teibunalis Rev. Cameræ Apostolicæ, editis Partibus acerrimè infoemantibus; Inter quæ Edicta speciali consideeatione digna sunt duo, in quibus non solùm rigorosè prohibetue Capseeiis, ne Steenam petant, & accipiant, etiam spontè oblatam, sed eigorosiùs prohibetur Montistis sub pœna scut. 100. Il-

200. illam offerre, vel spontè dare.

Quoad Edicta generalia, æquè famosum, clarum, literale, & præcisum est illud cl: mem: Cardinalis Hieronymi Vidoni, in particulà registrarum *à Zaulio ad Stat. Favent. tom. 2. fol. mihi* 72. & per extensum asservatum inter alia similia Edicta à D. Abbate Vallio, in his materiis versatissimo, ibi:

„Intendendosi, che alcuni Cassieri de Depositarii „ de' Monti nel pagamento de' frutti, che fanno a Montisti, non pagano intieramente le „ somme dovute, ma con varie maniere ritengono ad essi Montisti qualche parte di quello, che devono pagare, sotto pretesto di „ Mancie &c. Al che volendosi provedere *in conformità della Mente dell'Illustrissima Congregazione de' Monti*, col presente Editto proibiamo, ordiniamo, e comandiamo a tutti, „ e singoli Cassieri, e Deputati al pagamento „ de' frutti di qualsivoglia Monte, che non ardischino ritenere a Montisti rata, o parte alcuna delli frutti, che li devono pagare, conforme alle Liste, sotto pretesto di Mancia, o „ altra ricognizione, nè differirne il pagamento, o usare strapazzo, o atri tali da indurre „ dd. Montisti a darli contro voglia Mancia, „ ricognizione, o donativo alcuno, sotto pena &c. della privazione dell'essercizio della „ Cassa, e di scudi 200. d'applicarsi alla R. C. „ & altre pene, a nostro arbitrio &c.

Nec minùs famosum, clarum, literale, & præcisum est aliud cl: mem: Cardinalis Petri Donati Cæsii anni 1634. per extensum allevatum à d. D. Abbate Vallio, ibi:

„Altre volte li 3. Marzo 1617. dalla bo: me: del „ Sig. Cardinal Vidone, allora Tesoriere generale, fù proibito alli Cassieri, e Deputati al „ pagamento de' frutti di qualsivoglia Monte, „ che non ardissero di ritenere a Montisti rata, „ o parte alcuna delli frutti, che si devono pagare, conforme alle Liste, sotto pretesto di „ Mancia, o qualsivoglia altra ricognizione &c. „ Ma perchè l'esperienza a mostrato, che alcuni Cassieri deputati, con differirne il pagamento, e con usar strapazzi &c. inducono li „ Montisti a darli d. Mancia, o ricognizione; „ Perciò volendo Noi *in conformità della santa Mente di N. Signore*, provedere, che li Montisti siano senza aggravio pagati delli loro „ frutti, confermando, e rinovando detto Ordine.

„Proibiamo ancora di più, che niun Cassiere, o „ Deputato al pagamento de' frutti de' Monti, „ ancorche Agente, Procuratore, Esattore, e „ Deputato da Assenti da Roma, o da Presenti, ad esiggere detti frutti, ardisca ritenere, „ nè pigliare cosa alcuna per Mancia, o ricognizione, o per cortesia, o donarivo, sotto „ qualsivoglia titolo, e pretesto dalli Montisti, „ o loro Ministri, e Procuratori, ancorche di „ loro spontanea volontà gli offerischino, o „ diano, sotto pena della privazione dell'essercizio della Cassa, e di scudi 200. d'applicarsi „ per due terze parti alla R. C., e per un terzo „ a chi dinunzierà la contrevenzione del presente Editto.

„E parimente proibiamo a detti Montisti, loro „ Procuratori, Agenti, & Esattori il proferire, o dare cosa alcuna a dd. Cassieri, o Deputati, sotto qualsivoglia pretesto, sotto pena „ di scudi 200. simili d'applicarsi come sopra.

„Avvertendo ciascuno a nō cōtravenire, perchè „ si procederà itremissibilmente, e con ogni rigore contro li Trasgressori alle pene sudette „ per via di querela, denuncia, inquisizione, „ & ogni altro miglior modo; E si darà fede „ ad un solo Testimonio, con il semplice giuramento.

„Volendo, e decretando, che tante volte s'intendano incorse le sudette pene di sc. 200. quante volte costerà della controvenzione, e la terza volta si procederà ancora a pene corporali „ ad arbitrio nostro,

„Vogliamo ancora, che il presente Editto si abbia da tenere dalli Depositarii di qualsivoglia „ Monte affisso nelli loro Banchi, acciò da „ ogn'uno possi esser visto, e letto sotto pena „ di scudi 200. da pagarsi da' dd. Depositarii, „ e d'applicarsi come sopra.

Æquè demum famosum, & præcisum est aliud anni 1658. cl: mem: Card. Fransoni, registratum *à Zaulio*, ubi supra in particulà, & per extensum assetvatum à d. D. Abbate Vallio in quo dicitur.

„Volendo la S. di N. S. &c. provedere, che li frutti de' Monti si paghino prontamente, tanto „ alli Romani, quanto alli Forastieri, e che li „ Montisti non siano aggravati dalli Depositarii, e loro Cassieri sotto pretesto di Mancie &c. *Perciò Noi d'Ordine espresso di S. B. datoci a bocca &c.* Comandiamo, che tutti, e „ singoli Depositarii de' Monti debbano &c. „ pagare prontamente in contanti alli Montisti &c. la rata, dovuta a ciascheduno di essi a „ suoi debiti tempi, conforme alle Liste, da „ darseli dalli Computisti secondo il solito, e „ loro obligazioni ad ogni semplice requisizione di essi Montisti, e loro legitimi Procuratori, senza tergiversazione, o dilazione alcuna &c.

„E perchè s'intende, che da' Cassieri si vadano introducendo abusi per causa delle Mancie, che „ pretendono dalli Montisti, contro quello, che „ si dispone nell'ultimo Editto &c. sopra questa „ materia nell'anno 1634. nel quale si ordina a' „ Cassieri, e Deputati il pagamento di frutti „ de' Monti, e che niuno ardisca pigliare cosa „ alcuna, o per ricognizione, o per cortesia, o „ per Mancia, o donativo, o sotto qualsivoglia „ titolo, o pretesto, dalli Montisti, o Procuratori, ancorchè di spontanea volontà li offeriscano, o diano.

„E perciò avendo Sua Santità particolar premura, che si tolga ogni aggravio, e che li Montisti „ con ogni prontezza conseguiscano il loro dovere, e all'incontro non volendo impedire la „ libertà di chi volesse dare alcuna cosa, inerendo più tosto all' Editto antecedente del „ pre-

„ predetto, cioè dell' anno 1627. nel quale si
„ permette a' medesimi Cassieri, e Depositarii
„ di ricever quello gli si darà da' Montisti *spon-*
„ *taneamente senza domandarlo* &c.

„Confermiamo, e rinoviamo il d. Editto dell'an-
„ no 1627. ma con questa limitazione, *che detta*
„ *Muncia, liberamente offerta* non possa essere
„ più d' un bajocco per luogo di Monte dalli
„ Abitanti di Roma, nè più di due da' Forastie-
„ ri, sotto pena di scudi 200. & anco altre cor-
„ porali a nostro arbitrio ogni volta, che con-
„ traverranno.

„Nelle quali pene vogliamo, che incorranno, nō
„ solo li Cassieri, e Deputati, come sopra, ma li
„ medesimi Montisti, che eccederanno d. Man-
„ cia, o invitati da' Cassieri, o di loro sponta-
„ nea volontà.

„Parimente ordiniamo, che nel Luogo, dove cia-
„ chedun Depositario suol pagare li frutti de'
„ Monti, debbano essi Depositarii tenere affis-
„ so perpetuamente il presente Editto in luogo
„ conspicuo, e commodo da esser veduto, e let-
„ to da ciaschedun Montista, e lacerandosi,
„ debbano affiggerne un'altro successivamente,
„ & perpetuamente, sotto pena à Depositarii
„ di scudi mille, ogni volta, che si troverà, che
„ abbiano contravenuto.

Quoad rescripta *Illustrissimæ* Congregationis Montium, ista referuntur in memorato Edicto el: mem: Card. Hieronymi Vldoni, juxta verba registrata supra *n. 29. circa medium*.

Quò verò ad resolutionem verè magni Tribunalis Rev. Cameræ, Partibus acerrimè informantibus emanatam favore Domus Ruspulæ die 18. Junii 1685. ad relationem cl: mem: Card. Cavalerii, illa est notoria in Curia, & exornatur, atque sequitur *à Zaulio ad Statut. Favent. tom. 2. fol. 72. n. 34. & à Constantin. ad Statut. Urbis tom. 2. fol. 586. n. 246.*

Ex quibus Edictis, Resolutionibus, & Rescriptis solidè infertur, & ad hominem demonstrata remanet insubsistentia contrariæ prætensæ consuetudinis, ex illâ receptâ, & communiter admissâ conclusione, quòd qualibet consuetudo interrumpitur, & de medio tollitur per Edicta, & Resolutiones in contrarium, ex generaliter animadversis per *Capon. discept. 333. sub n. 6. vers. Et ideo, Gratian. discept. 79. n. 9. Staiban. resolut. 98. nu. 137. & seq. & Mastrill. dec. 121. n. 31. & seqq.*

Et in nostris præcisis terminis *Zaul. ad Statut. Favent. tom. 2. lib. 5. rubr. 14. tit. 5. n. 35.* ibi: *At quævis prætensa consuetudo interrupta fuit ex publicatione præfatorum Bannimentorum*, & concordat *Constantin. ad Statut. Urb. tom. 1. in Discursu generali de Locis Montium fol. 586. n. 246. & duobus seqq.*

Absque ulla prorsus difficultate, ex quo, inauditâ prætensione à Mundi constitutione usque ad hodie, infistitur pro introductione, & canonizatione consuetudinis ex illis actibus, qui prohibiti sunt Recipientibus, & Dantibus.

Sunt prohibiti Recipientibus ex claro tenore Edictorum, de quibus supra *n. 28. & sequentibus.*

Sunt etiam prohibiti, & quidem sub gravi pœnâ ipsismet Montistis, juxta verba illa Edicti Card. Cesii, registrata supra *nu. 33.* & opportunè hic repetenda: *E parimente proibiamo a detti Montisti, loro Procuratori, Agenti, & Esattori il proferire, o dar cos'alcuna a detti Cassieri, o Deputati sotto qualsivoglia pretesto, sotto pena di sc. 200. simili d'applicarsi come sopra*; Et juxta alia verba Edicti Card. Fransoni, registrata pariter supra *num. 41.* ibi: *Nelle quali pene vogliamo, che incorrano non soli li Cassieri, e Deputati, come sopra, ma li medesimi Montisti, che eccederanno d. Mancia, o invitati da' Cassieri, o di loro spontanea volontà*.

Observantes hic, quòd quando hæc Strena restrictivè ad unicū obolum, præcisè relicta fuit mero arbitrio, liberæque voluntati Montistarum, cum prohibitione, *che benche offerta liberamente non possa essere più d'un bajocco per Luogo di Monte dalli Abitanti di Roma*, fructus Locorum Montium erant scutorum quatuor cum dimidio alterius, & pro sorte, ut plurimum, impendebantur sola scut. 100. vel paulo plus, ut notorium est; Et proinde videtur nimis durum, & æqualiter amarum duplicatam Strenam ex obligatione prætendere in circumstantiis nostrorum temporum, in quibus sors Locorum Montium à publico commercio adaucta est in quintâ parte capitalis, & illorum redditus diminutionem passi sunt in tertiâ ferè parte fructuum, itaut combinando augumentum sortis cum dicta diminutione fructuum, vix medietas unius oboli offerri posset à Montistis, à quibus tamen prætenditur ex obligatione quadruplicata portio, hoc est 2. oboli pro quolibet Loco.

Nec dicatur, hujusmodi Strenas prætendi in recompensationem laborum, & ex aliis incommodis DD. Depositariorum.

Ultra quod enim hujusmodi assertio videtur habere speciem veri paradoxi, uti ex diametro opposita expressæ voluntati Concedentis, eò quia Rev. Camera in concedendis dd. Depositariis, inter alias gratias, & privilegia eis concessa, non solùm talem Strenam nullo modo apertè concedit DD. Depositariis, minusque de illa mentio aliqua habetur sub verborum involucro, sed ex animadversis suprà *à num. 28.* apertis verbis prohibita semper fuit ab Illustrissimis, & Reverendissimis DD. Thesaurariis generalibus, procedentibus in hac parte juxta mentem Illustrissimæ Congregationis Montium, e *di Ordine espresso della S. di N. S. datoci a bocca*, ut vidimus supra *n. 29. 31. & 32.*

Objecto punctualissimè respondent *Zaul. ad Statut. Fuvent. tom. 2. fol. 72. n. 36.* his verbis: *Nulla habitu ratione, quod hujusmodi Strenæ exigantur in recompensationem laboris &c. Nam cùm Depositarii, præter Residuorum commodum, retineant apud se ad minus etiam duo Bimestria fructuum Locorum Montium, ac Semestre Montistarum Jannen. quibus solvere solent fructus in Nundinis*. (Quibus addi possunt fructus illorum

tum Locorum, quæ in magnâ quantitate subjecta sunt Multiplicis, quæ, ut notorium est, à magis diligentibus, magisque attentis Exactoribus, nonnisi post annum, & aliquando etiam post duos, vel tres, exiguntur, cujus veritatis oculari testes sunt Ipsimet Capserii) *& sic ad eorum commodum negotientur magnam summam pecuniarum, ad Montistas spectantium, utiquè recipiunt excessivam mercedem, absque eo, quod ulteriori onere gravandi sint; Istudquè lucrum utendi, & fruendi pecuniis Montistarum est adeò considerabile, ut Depositariæ à Rev. Camera concedantur Appaltatoribus pro eorum sublevamine*, & *Constantin. ad Statut. Urbis tom.1. fol.* 586. ibi: *Depositariæ sunt valdè lucrosæ, cùm quilibet Argentarius, aut Nummularius illas propterea desideret pro credito eorum Banci, & Camera Apostolica in concessione Appaltuum Cameralium ad compensandum onus Appaltuum cum'his dant Depositariam alicujus Montis: Utilitas autem evidens ex Depositariis Montium resultat, ex quo Depositarii pecunias, assignatas pro solutione fructuum Montium, promptè, & anticipatè exigunt, & ipsi illos posticipatè solvunt, & ferè semper retinent in manibus quantitatem duorum Bimestrium, & ultra, cum quibus retinent in credito eorum Bancum, & cum pecuniis Montistarum faciunt negotium, & lucrum.*

Pro cujus majori intelligentiâ observandum est hic, quod ex dicto incontrovertibili facto anticipatæ exactionis fructuum, saltem pro duobus Bimestribus, & pro Semestre Januensium, & pro uno, vel pluribus annis fructuum Locorum Montium, Multiplicis suppositorum, necnon pro Residuis, ut dici solet, quæ retinent in manibus, Depositarius, gratiâ exempli, qui habet Depositarias quatuor Montium, consistentes in Locis 84340. à prima die Januarii usque ad ultimam diem Decembris cujuslibet anni, habet ad proprium commodum ex pecuniis solvendis Montistis centum circiter millia scuta in moneta contanti, cum quibus proindè benè dicunt *Zaul. & Constantin. ubi supra*, & experientiâ notorium est, *quod tenent in credito eorum Bancum, & cum pecuniis Montistarum faciunt negotium, & lucrum.*

Quanti enim æstimari soleat à publicis Negotiatoribus insignis aliqua monetæ quantitas, ad proprium commodum retenta, absque ullâ fructuum obligatione, omnes norunt, & præcipuè illi, qui sciunt, eosdem Negotiatores in certis casibus, & angustiis, quæ non sunt casus metaphysici, solvere etiam decem, aut duodecim pro centenario ad succurrendum eorum particularibus urgentiis, & tenendum in credito eorum Bancum.

Comprobantur hæc à solâ denominatione *Mancia*, desumpta à græco vocabulo *Thrinos*, latinè Strena, cujus etymologiam explicando *Gloss. in can. Legant dist.38. verb. Strenam* ait: *Dicitur Strena, quasi sine threna, idest sine lamentatione*, quam ad nostrum præcisum effectum sequuntur alia *Gloss. in leg. Laudabilem verb. Solatia C. de Advocat. divers. Judic. Macr. in Hierolexic. d. verb. Strena, & Zaul. ad Statut. Favent. tom.2. lib.5. rubr.14. n.27.* ibi: *Dicitur Strena, quasi sine threna, idest sine lamentatione, quia voluntaria, & sine querimoniis tradenda est*, & concordant *Rovit. in Pragm. 1. de Porter. sub num. 3. & Novar. de Gravamin. Vassall. gravam. 10. n.2. & seq.*

Tantùm verò abest, quòd eadem Strena detur à Montistis sinè threna, seu sine lamentatione, ut potiùs omnes unâ voce exclament adversus illius prætensionem; *Verbis* nimirum *Romani, e Forastieri; Plebe, e Nobiltà; Sacerdoti, e Laici, Vecchi, e Giovani; Vedove, e Pupilli; Astuti, e Semplici; Dotti, & Ignoranti*, ut ad alium disparatum quidèm effectum, sed præsenti casui accommodatum, observavit *P. Segneri nella predica 35. sub num.4. Scriptis. Authores illi*, quos sequutus fui *in Instit. Crim. lib.2. tit.6. n.89.* quibus addo *Macr. ubi sup. Edictis, & Ordinationibus* Illustrissimi, & Reverendissimi DD. Thesaurarii generales R.C.A. pro tempore, ex animadversis supra à *n.* 28. *Resolutionibus, & Rescriptis* Illustrissima Congregatio Montium, ut observavimus supra *num.*44. *Sententiis* demum, *& Rebus judicatis*, magnum, & nunquam satis laudatum Tribunal R.C.A. de quibus supra *num.*45.

Ex quibus, nisi adversus omnia principia, in Urbe in controversiam adduci velint executio diversorum Oraculorum multorum Summorum Pontificum; Paritio fundatis resolutionibus magni Tribunalis R. C. A. & Illustrissimæ Congregationis Montium; Nec non punctuale adimplementum replicatorum Edictorum multorum Illustrissimorum, & Reverendissimorum DD. Thesaurariorum generalium, quæ in hac parte habemus circa promptam solutionem integræ quantitatis fructuum Locorum Montium, faciendam à Montistis *senza tergiversazione, o dilazione alcuna, conforme alle Liste, da darseli da' Computisti, secondo il solito, e loro obligazioni*, nempe Card. Caponii anni 1607. Card. Serræ anni 1609. bon: mem: Constantii Patritii anno 1618. & 1621. Card. Hieronymi Vidoni anni 1627. Card. Stephani Duratii anni 1629. Card. Petri Donati Cæsii anni 1634. Card. Laurentii Raggi anno 1644. & 1645. Cardin. Fransoni anni 1658. Eminentissimi, & Reverendissimi D. Card. Imperialis anni 1689. & bo: mem: Josephi Paravicini annorum 1691. & 1694. quæ omnia æquali diligentiâ, ac fidelitate asservantur à d. D. Abbate Vallio, parato ad illa ostendenda cuiliber de Populo, Plura sequuntur, quæ non possumus meliùs exprimere, quàm verbis ipsis Edictorum, de mandato Summorum Pontificum Pauli V. Urbani VIII. Alex. VII. Innoc. XI. & Innoc. XII. juxta mentem Illustrissimæ Congregationis Montium, & authoritate Illustrissimorum DD. Thesaurariorum generalium pro tempore emanatorum.

I. Nem-

I. Nempè, *Che per provedere al commodo del Publico tutti li Cassieri, e Giovani delle Depositerie debbano assistere la mattina,& il doppo pranzo tre ore continue per ciascheduna volta al pagamento de' frutti de' Monti*. Ex Reformatione Montium editâ 30. Aprilis 1689. ab Eminentissimo, & Reverendissimo D. Card. Imperiali, tunc Thesaurario generali authoritate Ven. Servi Dei Innoc. XI.

II. *Che li Depositarii, e Cassieri &c. siano tenuti pagare, e con effetto paghino, e tenghino il Banco aperto tre ore continue la mattina, e tre altre ore continue il doppo pranzo*. Ex Edicto bon: mem: Paravicini, procedentis cum Otaculo Inn. XII. 5. Oct. 1691.

III. *Che detti pagamenti de' frutti debbano farsi ogni giorno non festivo, e di pretetto, e debba sempre cominciarsi all'ora della Campana del Collegio Romano, nè si debba in conto alcuno tralasciare sotto qualsivoglia causa, o pretesto, e chi contraverrà incorrerà nella pena di scudi 500. per ciascheduna volta, e della privazione delle Depositarie; E li Cassieri, e Giovani, destinati a fare detti pagamenti, incorreranno nelle pene di scudi 200. per ciascheduno, e ciascheduna volta, e sarà dichiarato inabile a poter esercitare detto mestiere*. Ex eodem Edicto bo: mem: Paravicini, emanato, ut in illo dicitur, *d'Ordine espresso della Santità di Nostro Signore*.

Et proinde libenti animo hic scirem, quâ authoritate, & quo titulo in Liberculo, cui titulus *Notizie dell'anno* 1719. *fol.* 52. non sine admiratione *tra le Vacanze solite farsi dove si pagano Luoghi de Monti*, annumerentur illi dies, in quibus à duobus Summis Pontificibus Ven. Servo Dei Innoc. XI. & s. m. Innoc. XII. cubitalibus literis demandatur, ut Capserii solvant fructus Locorum Montium sub pœnâ scut. 500. inhabilitatis ad exercen. proptium officium, & privationis Depositariatum, totiès, quotiès eisdem Oraculis non obtemperatur.

IV. *Che l'Editto*, circa prohibitionem Strenarum, *si abbia da tenere dalli Depositarii di qualsivoglia Monte affisso nelli loro Banchi, acciò da ogni uno possa essere visto, e letto, sotto pena di scudi* 200. Ex Edicto Card. Petri Donari Cesii anni 1634.

V. *Che lacerandosi debba affiggersene un'altro successivamente, e perpetuamente, sotto pena alli Depositarii di scudi* 1000. *ogni volta, che si troverà, che abbiano controvenuto*. Ex Edicto Card. Fransoni anni 1659. Quæ licèt supra non semel considerata fuerint, adhuc hic pluriès repetita placent.

Itaut cum difficultate reperiri possit alter abusus, adversus quem unâ voce conclament, iisdemquè clamoribus assurgant tot Personæ disparis qualitatis, conditionis, & professionis, quod ejusdem abusus irrationabilitatem digito ostendit, per ea, quæ notant adducti *in dec.* 135. *n.* 7. *cor. Merlin. & dec.* 1251. *n.* 7. *coram Emerix jun.* cum concordan. citatis in *Tom.* 3. *Discept. Eccles. par.* 2. *discept.* 1. *n.* 4.

Nec replicetur, quod Capserii soliti sint easdem Strenas à Montistis cum omni modestia suppliciter petere, non autem illas propriâ authoritate retinere.

Ultra quod enim talis petitio ex diametro opponitur triplicatis Edictis, de quibus supra *à num.* 28.

Respondemus, quòd, quatenus id in aliquo Capsetio in facto subsistat, fraternizzat cum illa petitione, de qua loquitur *Tacit. lib.* 15. *Annal.* ibi: *Intellecto Barbarorum irrisu, qui peterent quod eripuerant*, quem sequutus fui in *Tomo* 3. *par.* 1. *discept.* 22. *n.* 29. Eò quia eandem petitionem non faciunt more deprecantis, sed duri creditoris aspectu, illam præcedere solet subtractio summæ, quam Strenæ prætextu sibi debitam putant, neminem distinguentes, & imitantes illos, de quibus loquitur *D. Thom. in Epist. ad Hebr. cap.* 13. *lect.* 3. Amici nempè in scribendo summas, Montistis debitas, sed Extranei in exigendâ ratione Strenæ.

Idque cum tali, tantaquè promptitudine, ac si esset onus vetum, reale, perpetuum, certum, & invariabile, illiusquè naturæ, quam considerant Doctores in illis oneribus, cum quibus bona, empta à Laicis, transeunt ad Ecclesiasticos emptores, juxta *magistralem decis. Merlin.* 992. *per totam*, & signantèr *à n.* 55.

Ex quo sequitur, quòd nullo modo imitantur Aulicos illos, famulosque Magnatum, quibus similes Strenæ gratis dantur, & à quibus multæ aguntur gratiæ hilaris Datoribus, sed tribus, æquè siccis, ac duris syllabis, illa intonatur antiphona in auribus Montistarum, *La Mancia*.

PRo quotum faciliori admissione urgere ulteriùs videntur quinque sequentes reflexiones

I. Quia sermo est inter Montistas, tractantes de damno vitando, & D. Depositarium, agentem de captando insigni lucro menstruorum scut. 140. 40. & quotidianorum scut. 4. 68. In quibus circumstantiis uno ore concordant Doctores, semper inclinan. esse favore illorum, qui agunt de vitando damno, ut videre est apud *Gratian. discept. forens.* 366. *n.* 14. ibi: *Cùm præsertim d. Vicarius agat de damno vitando, alii autem de lucro captando, in quorum concursu præfertur qui agit de damno. Adden. ad Ludovis. dec.* 164. *n.* 12. *vers. Hoc non procedit, & Rota coram Buratt. dec.* 480. *num.* 11. Ibique *Adden. n.* 24. *& dec.* 561. *n.* 11. *cor. Dunoz. jun.* ibi: *Potior est causa ejusdem Pupilli, qui agit de damno vitando, quam alterius, qui agit de lucro captando*, cum aliis concordantibus, citatis in *Tom.* 1. *par.* 1. *discept.* 16. *n.* 76.

II. Quia *in controversiam adducitur* (sunt verba *Cohell. ad Bull. Boni regim. cap.* 34. *artic.* 23. *sub n.* 10.) *ne fides publica, & S. Sedis Apostolica authoritas, quibus fundamentis Montes, & Officia Romanæ Curiæ sunt erecta, illibatæ permaneant*. In qua parte habemus cubitalem Constitutionem *s. m. Pauli V.* id literaliter demandantem, ut videre est apud *Card. de Luc.* de

Digitized by Google

de Locis Montium non vacab. fol. mihi 89. ibi : *Montesque ipsi sub fide publica sunt constitnti, & in illis constituendis Apostolicæ Sedis authoritas intercessit , & fol.*90. ibi : *Sive eorundem Montium Depositariorum culpa , & subterfugio , ita debitorum fructuum solutiones protrahi , & detrectari &c. in non modicum Creditorum , seu Montistarum Montium prædictorum præjudicium , & publicæ fidei detrimentum .* Quæ publica fides superlativè emicat ex sola lectura Literarum parentium , in quibus à Principe solemniter promittitur summa scut. 3. pro quolibet Loco , & anno , pro rata obulorum 50. dividendâ in quolibet Bimestri .

Esse autem servandam publicam fidem etiam hostibus observant *Authores* , citati in *Instit. Crimin. lib.4. tit.2. n.63.* Et proindè eo magis à DD. Depositariis servanda est Subditis Apostolicæ Sedis , quorum ipsi sunt dilecti Ministri , & beneficati Officiales , ut in terminis exclamat *Cobell. ad Bull. Boni regim. cap.34. art.23. num.1.* his verbis : *Contigit aliquando ob negligentiam , nè dicam dolum , seu malitiam Ministrantium , & Officialium , læsum fuisse publicam fidem , quæ in materia Montium maximè venit adhibenda : Non enim Pupilli , Viduæ , Religiosi , Loca pia , Viri denique cujuscvis generis , pecunias in emptione Montium erogarent , ut ex fructibus vitæ necessaria compararent , nisi crederent &c. & quodammodò contrahit cum iis, qui Loca , ac Portiones Montium emunt , & ideo nefas est ab illis recedere .*

III. Quia omne arbitrium in hac parte sumendum semper est favore Montium , qui *ex animadversis supra nu.* 18. pro majori parte sunt Loca pia , Viduæ , & Monasteria , & aliæ Personæ , quæ fodere non valent , & mendicare erubescunt , ut in specie præcisè demandavit s: m: Paulus V. in Constitut. editâ pro facilitate exigendi fructus Locorum Montium , impressa apud *Card. de Luca ubi supra fol. mihi* 89. ubi eandem adducit æquè naturalem , & convincentem rationem : *Id majori studio curandum esse censemus , quò multorum causa tractatur , inter quos Pauperes , Minores , Viduæ , Pupilli , Ecclesiæ , Monasteria , & Loca pia existunt .*

IV. Quia inter dd. pia Loca adsunt multa Legata pia celebrationis Missarum , & innumeræ Cappellaniæ , cum eodem onere Sacrificiorum , quæ omnia notoria sunt ex sola recognitione Listarum , quæ quolibet Bimestri à Ratiocinatoribus Montium consignantur DD. Depnfitariis , & quæ si tempore s: m: Pauli V. erant in magno numero , post decursum unius Sæculi , & undecim annorum à tempore editionis ejus Constitutionis , emanatæ die 13. Decembris 1608. hodie absque ullâ exageratiooe adauctæ sunt ultra medietatem .

Videtur autem nimis durum , absquè ullâ causâ , & sinè ullo legali fundamento , ad integrandum lucrum D. Depositarii in menstruis scut. 140. 40. minorare numerum dd. Sacrificiorum , & privare pios Benefactores illis suffragiis , quæ celebrari possent ex integris fructibus Locorum Montium , ab illis relictorum , eò quia Cappellani , non habentes integros fructus dd. Locorum , idquè absquè ulla propriâ culpâ , sed ex sola voluntate D. Depositarii , non tenentur ad adimplementum omnium Missarum , sed solùm ad illas , quæ correspondent dd. fructibus , juxta innumeras resolutiones Sacrarum Congregationum , quas refert , & sequitur *Monacell. in Formul. to.1.tit.6. formul.9.n.2.fol.mihi* 146. *& tom.2.tit.13.form.2.n.56.fol.mihi* 59.& concordant *Capon.discept.154. cap.2.n.9. Passerin. de Stat.homin.tom.2.quæst.187. artic.4. n.1037. & seq. & Crispin.de Visit. par.2. §.18. n.1t.*

Ex hac autem reflexione corollariè sequitur , quòd D. Depositarius in hac parte usurpat sibi officium Sacræ Congregationis Concilii , pro suo libito reducendo magnum numerum illarum Missarum , quæ celebrari debent ex integris fructibus Locorum Montium ; Crescitque vis hujus reflexionis observando, quòd hoc est commune omnibus aliis septem DD. Depositariis Montium , itaut idem inconveniens , septiès multiplicatum , longè intolerabilius evadat , ut Consideranti patet .

V. Reflexio est , quod Summi Pontifices amplissimis illis privilegiis , quæ Locis Montium gratiosissimè concesserunt , de quibus latè *Card.de Luc.de Locis Mont.non vacab. cap.5. per tot.* nunquam in uno jota , vel minimo apice derogatum ; Imo æquali generositate recusarunt autes præbere illis temperamentis , à quibus maxima Apostolicæ Sedis utilitas resultasset ; Inter quæ , aliis omissis , recens habemus exemplum introductionis solutionis Quindenniorum respectu illorum Locorum , quæ possideantur à Locis piis , & ecclesiasticis Personis , ad instar ejus , quod practicatur in Beneficiis , quòd licèt ad ejus commodum unicè directum , & aptum magnam , continuamque afferre utilitatem eidem Apostolicæ Sedi , ultimo loco æquali constantiâ , ac intrepiditate rejectum fuit ; Unde eò minus dicendum est permittere velle gravamina Montistarum absque ullâ propriâ utilitate , sed ad solum commodum D. Depositari, *cum centum millibus scutis Montistarum tenentis in credito suum Bancum , & facientis negotium , & lucrum*, juxtà verba *Constantini ad Stat.Urb. tom.1.fol.586.n.244.*

Quibus non adversatur , quòd ab aliquo forsan Authore hujusmodi Strenæ fuerint admissæ, & bonificatæ Exactoribus , & Administratoribus . Distinguendo enim terminos, omnia reducuntur ad perfectam consonantiam ; Advertendo nimirum , aliud esse , easdem Strrenas fuisse bonificatas Exactoribus , vel aliis Administratoribus alienarum rerum , in quibus de facili loquentur eędem authoritates, quod toto Cœlo distat à præsenti inspectione ; Aliud verò , quòd fuerint approbatæ in Judiciis, agitatis inter Montistas, & DD. Deposi-

Digitized by Google

positarios, qui sunt præcisi termini nostri casus, in quibus toties DD. Depositarii succubuerunt, quoties in judicium vocati fuerunt, & in quibus circumstantiis, non solùm non reperietur *aliquis privatus Doctor, undequaque novissimus, qui hoc affirmaverit*, ut utar phrasi *Sacræ Rotæ in decis. 24. sub nu. 129. apud D. de Prosper de Territ. separat*. Sed neque de mero possibili reperiri facilè poterit, quia esset adducere Doctores ad probandum, quòd Decalogi Præcepta possint abrogari per actus, ab illo prohibitos, quod est adeò falsum, adeoque monstruosum, ut neque confutationem mereatur, nè credatur verisimile, juxta solidam animadversionem *D. Athanasii*, sequuti in *Instit. Crim.lib.4. tit.8. num.123.* ibi: *Nimis falsa non sunt refellenda, nè habita fuisse credibilia videantur*.

Sicuti autem, ex deductis in alio Discursu, D. Depositarius dd. Montium se declaravit, nullam difficultatem habere solvendi cum Ordine, absque ullâ recognitione manus, ut punctualiter deindè bis sequutum fuit pro Bimestribus Martii, & Aprilis, ac Maji, & Junii 1719. Ita ex prædictis cum omni fundamento sperari potest, idem esse practicandum in Bimestri Novembris, & Decembris, solvendo integram illam Partitam, descriptam in Listis, subscribendis ab Illmo, & Rmo D. Pro-Thesaurario, hoc modo punctualiter tribuendo unicuique Montistæ quod suum est, juxtà substantiale requisitum Justitiæ, de quo *in l. Justitia ff. de Justit. & Jure*, & apud *D.Thom.2.2. qu.58.art.1. per tot.* & signanter *n.5.* ubi, quod quando homines à seipsis reddunt unicuique quod suum est per modum exequentis divina, & humana Præcepta, non est opus, ut Principes id demandent per modum imperantis, & dirigentis.

Et ex his concludentes Discursum, Personæ, à quibus petuntur Strenæ, considerari possunt in duplici differentiâ.

I. Est illarum, quæ exigunt fructus Locorum Montium, spectantes ad alios, sivè sint Personæ ecclesiasticæ, sivè laicæ, sivè pia Loca, sivè alio quocumque nomine nuncupentur. Et istæ nullo modo, nulloque prætextu dare possunt dd. Strenas, quia, cùm ex hucusque animadversis, ad illas non teneantur Domini Locorum Montium, non possunt illorum Agentes, Procuratores, & Exactores exercere liberalitatem cum pecuniis alienis, nisi velint de proprio restituere Dominis id, quod voluntariè donant; Quando enim Dominus parcus est, Exactor non debet esse prodigus, ut à contrario sensu id reprobavit *S. Joannes Chrysost.* sequutus *in Inst.Crim.lib.1.tit.10.n.80.*

II. Species est illarum Personarum, quæ sunt propriorum reddituum Dominì, & Arbitri, & circa istas est subdistinguendum: Aut enim ab istis petitur integra Strena obolorum duorum pro quolibet Loco Montis, & nõ possunt, neque debent illam dare; Non possunt, quia id eis rigorosè prohibitum est, ut vidimus supra *Tom.II.* *num.33.& 42.* Et proinde applicatur commune Legistarum axioma, quòd non dicimus posse quod contra Jus, & prohibitionem Superioris possumus, de quo *Barbos. axiom.184. n.5. Gratian. dec. March.13. n.4.* cum quibus in punctualibus terminis processit *Sac. Congr. Visit. Apost.24.Maii 1712. Ponente el: me:Card. de Abdua*, ut videre est in *Tom.1.Discept.Eccles. par.1.discept.16.n.99. & n. 263.* Non debent, quia essent in causa, ut Capserii puniri possent pœnâ privationis eorum Officii, & aliarum corporalium, ex animadversis supra *n.34. & seq. & n.42. & 43.* Christiana autem charitas suggerit, in his circumstantiis non esse dandam proximam occasionem punitioni Capseriorum, etiam mediantibus dictis pœnis corporalibus; Attento præcipuè rigore, cum quo procedunt Edicta circa prohibitionem Strenarum, demandando, ut ad dictum effectum procedi possit *per via di querela, denunzia, & in ogn'altro miglior modo*, cum illo æquè raro, & considerabili addito, *e si darà fede ad un solo Testimonio, col semplice giuramento.*

Quatenus verò ex merâ gratiâ petatur solùm ab istis quantitas unius oboli pro quolibet Loco: In istis terminis, cùm id remittatur totali arbitrio Montistarum, si isti voluntariè id facere velint, pro concessâ [illegible] maximas gratias referre eis debent, & pro consequendâ semper suppliciter deprecari. Quatenus verò nolint d. liberalitatem exercere, nullam habent occasionem se conquerendi, quia Montistæ, utentes suâ libertate, & Juribus, retinendo pro seipsis suos redditus, neminì faciunt injuriam, *ad Text. in l. Proculis ff. de Damn. infect.* cum concordan. apud *Rot. decis.49. n.26. cor. Cerr. & dec.188. n.17. par.19. rec.* In utroque autem casu ad praxim reducere debent aureum illud monitum *S. Bonaventuræ*, relatum, & sequutum à *Fag. in cap. Nimis prava nu. 58. de Excessib. Prælat. & à Rot. dec.1326.n.10. cor. Emer. jun.* ibi: GRATIAS AGENTES DE DATA, ED NON MURMURANTES DE NEGATA.

Discursus iste cùm esset impressus, & publicus effectus, citò magnam controversiam excitavit, seù renovavit inter Creditores Locorum Montium, Strenam ulteriùs solvere detrectantes, & Depositarios continuare contendentes in ejusdem exactione sub specioso colore, quòd cessatio vergeret in præjudicium Rev. Cameræ, quæ ipsis teneretur ad defalchum, & nonnisi minores Oblatores in posterum reperiret: Ideoquè ad favorem assertæ consuetudinis implorarunt præsidium Illustrissimi, & Reverendissimi D. Generalis Thesaurarii; A quo tamèn quam sibi pollicebantur authoritatis assistentiam obtinere non valentes, contenti fuerunt a denegantibus integram, dimidiam Strenam recipere, nempè unum obolum pro quolibet Loco, prout abindè citra servatur a quampluribus, quibus res ista innotuit. Hoc duxi referendum, ut facti hujus memoria fiat perennis, ad aliorum utilitatem,

L & lau-

Digitized by Google

& laudem Authoris, qui licèt plura docta Volumina Typis mandaverit, nullibi, quod ſciam, Diſcurſum hunc inſervit.

Alterum Diſcurſum a quo mox relatus facit initium, ſtudio brevitatis à Reverendiſſimo de Zaulis fortè omiſſum, ipſo defuncto dùm hic liber ſub prælo erat, additum fuit in appendice pag. 145. ſimulq; dati tres Diſcurſus ejuſdem celebris Advocati contrà praxim quandam abuſivam aliquorum Officialium Datariæ Apoſtolicæ; non quod ullam habeant cum præſenti opere connexionem, ſed quòd, & ii inter tot probatiſſima ſui Auctoris volumina nondùm locum obtineant, quos tamèn publica poſcit utilitas palàm omnibus exhiberi.

Num. 36. Ad obviandum etiam extorſionibus
ut plurimùm committi ſolitis in Urbe per
15 Officiales vulgo *Straordinarii* * qui deputantur à Conſervatoribus, & à Gabellario majori ejuſdem Populi Romani reſolutum fuit *die 12. Maii 1693. à particulari Congregatione octo Prælatorum a ſa: mem: Innocentio XII. deputata* ut infra: *Cenſuit Congregatio ſervanda eſſe Bannimenta aliàs publicata ſuper prohibita eis receptione etiàm à ſponté dantibus cujuſcumque rei, aut præmii etiàm ſub nomine muneris, aut Strenæ, & ſignantèr ſub diebus 5. Junii 1653., 24. Julii 1655., & 12. Auguſti 1667., aucta tamèn pœna uſque ad triremes per quinquennium, etiàm pro prima vice ipſo facto incurrenda, quodque ſuper præmiſſis credatur aſſertioni juratæ ipſius dantis, aut querelantis, juncto alio Teſte fide digno, aut alio urgenti adminiculo arbitrio &c.*
Et *ut facilior via aperiatur delinquentes hujuſmo-*
16 *di detegendi, debitiſque pœnis puniendi* *, *cenſuit paritèr impertiri poſſe, ac debere cumulativam facultatem Annonæ Præfecto, & Graſſiæ Præſidi contra Officiales prædictos in eorum Officio delinquentes ſuper præmiſſis extorſionibus, & Strenis inquirendi, & procedendi etiàm ex Officio, ſublata penitùs quacumque privativa juriſdictione, quam ſuper eorum perſonis Conſervatores Urbis, aut alii quicumque etiam individua mentione, & nota digni haberent, aut habere prætenderent: Pront è contra Conſervatores prædicti inquirere, & procedere cumulativè poſſint ſuper præmiſſis contrà Officiales Annonæ Præfecti, qui ſunt numero quatuor Commiſſarii nuncupati, & extraordinarios Graſſiæ Præſidis, qui ſunt numero duo, ita ut in cognitione, & conctione omnium prædictorum locus ſit inter ipſos præventioni, ſublata pariter quacumque juriſdictione privativa ut ſupra.*

Et facta per *R. P. D. Anſaldum* tùnc *Auditorem* relatione eidem *Summo Pontifici, Sanctitas Sua juſſit præfatam reſolutionem publicari, & inviolabilitèr obſervari; pront prædictis die, menſe, & anno publicata fuit.*

Num. 43. Arbores ſiccas, & Ceduas Colonus
incidens an teneatur tradere partem Domino
17 vide * *Ricc. collect. 2745.*
Num. 59. Redarguitur de nimio rigore diſpoſi-
tio hujus *Statuti* à *R.P.D. Maſcrio de legation.*
18 *& Nunciis lib. 1. cap. 36. n. 2. & n. ſeq.* firmat *,
quod quando Colonus cœpit terras colere conductas non poteſt expelli, niſi præceſſerit ſolutio eidem debita ratione culturæ juxta *finalia verba hujus Rubricæ* ab eodem relata.
Num. 63. Propoſito in Conſilio Generali quod
Coloni poſſent dimitti de menſe Maii, ita
19 tamèn quod non poſſent * cogi diſcedere niſi de menſe Novembris ſequentis, ſub *die 24. Aprilis 1695.* emanavit reſolutio favorabilis quæ fuit approbata ſub *die 25. Junii ejuſdem anni ab Eminentiſſimo D. Cardinali Barberino tùnc Legato à latere Provinciæ Romandiolæ.*
Num. 90. In æſtimandis melioramentis arborum
ſubducendum eſt incrementum illorum pro-
20 veniens ex fundo, * & ſolo, à quo arbores, & vites alimentum recipiunt & reſpondit *Rot. in Romana Emphyteuſis ſuper melioramentis 26. Junii 1705. §. Nec relevare cor. R.P.D. Omaña.*
21 Ad obviandum * controverſiis inter Domi-
nos, & Colonos impreſſa ſunt capitula, & conventiones ſervandæ, ut in Append. pag. 144.

De impedientibus Laboratores, & de Areis claudendis.

RUBRICA XV.

ITem Statuimus, & ordinamus, quod quicunque prohibuerit, vel quoquo modo contradixerit verbo, vel facto, ne quis laborator poſſit, aut valeat poſſeſſionem, ſeu terras alicujus conducere ad laborandum, vel conductas colere, condemnetur in vigintiquinque libris bonon. pro qualibet vice, & de tali contradictione probare ſufficiat juramento Domini, ſeu Poſſeſſoris talis rei, cum depoſitione tamèn unius Teſtis de veritate, vel trium de fama publica. Inſuper Statuimus, quod quicunque laborator, ſeu quilibet alius, qui habitaret aliquam domum, aream, vel curtem ſitam juxtà poſſeſſionem, ſeu bona alicujus teneatur claudere cum clauſura altitudinis à terra duorum pedum ad minus, & clauſam tenere dictam aream, & curtem, ita quod ejus animalia (cujuſcunque generis) non poſſint in bonis vicinorum ſuorum, & quæ ipſe, ſive alter laboraret ingredi ſub pœna ſolidorum vigintiquinque bonon. pro qualibet vice, qua accuſati fuerint ſine aliqua condemnatione facienda per Judices damnorum datorum, & ad ſolvendum damnum paſſo emendationem damni, de quo credatur ipſi paſſo uſque ad quantitatem viginti ſolidorum, ſi hoc juraverit, & ab indè ſupra quantum probaverit per Teſtes ſine aliqua ſolemnitate ſervanda,

SUMMARIUM.

1 SCopeliſmum quid ſit.
Scopeliſmi pœna, quæ ſit, n. 1.
Culturam agrorum impediens, qua pœna puniatur, n. 2. & 3.

2 Verba *uſque ad pœnam mortis* appoſita in Lege, Statuto, vel Conſtitutione, quando pœna remiſſa fuit arbitrio Judicis, ſtant excluſivè ad mortem.

3 Pu-

3 Publicè expedit agriculturam non deseri.

OBSERVATIO.

AD instar Scopelismi, quod est speciale Arabiæ crimen, ut tradit *Georgius Marf. Mann. in ejus Metrologia cap. 5. sub num. 25.* emanavit dispositio hujus *Rubricæ*, nàm sicuti
1 in Arabia plerique inimicorum solebant in prædium inimici ponere Scopulos, seù lapides iudicantes, quod si quis eum agrum coluisset malo letho periturus esset insidiis eorum, qui Scopulos posuissent, quæ res tantum terrorem habebat, ut nemo ad eum agrum accedere auderet crudelitarem timens eotum, qui Scopelismos fecerant, undè Præsides graviter punire solebant usque ad pœnam capitis, quià & ipsa res mortem cominabarur, juxta verba *tex. in l.Saecularii 7. ff. de Extraordin. crimin.* docet *Antonius Matthejus de Criminib. tit. 5. de extraordin. crim. cap. 1. de Scopelismo num. 2. cum seq. & D. meus Reynaldus in ejus Observ. crim. cap. 7. n. 90. cum seqq. vol. 1.* ubi contrà eundem *Matthejum* tenet, quod quando Lex remittit pœnam ar-
2 bitrio Judicis tunc illa verba usque *ad pœnam capitis* stant exclusivè ad mortem: Ita à nostro *Statuto* imponitur impedientibus culturam agrorum pœna pecuniaria, quæ est valdè mitis respectu gravitaris delicti, nàm gra-
3 vitèr offenditur Proximus, & Respub. impediendo culturam, cùm publicè intersit agriculturam non deseri, ut advertunt *Matthejus loc. cit. sub n. 3. & D. Raynald. ubi suprà n. 92.*

De obligationibus Colonorum circa fructus, & paleas.

RVBRICA XVI.

STatuimus, quod Coloni (A) terrarum, vel possessionum hominum Civitatis Faventiæ, vel ejus Comitatus, aut Districtus, ad petitionem Possessorum earum, quas colunt teneantur, & ad id per Potestatem, vel ejus Vicarium, vel Judicem aliquem Communis Faventiæ compellantur ad voluntatem Locatorum terrarum, seu possessionum hujusmodi dimidiam fructuum illarum, vel partem dictis Locatoribus tangentem deferre in manipulis, sive covis in eadem Schola, ubi tales possessiones, vel terræ sitæ essent, videlicet ad locum ubi mandaverit Locator, & etiam extrà dictam Scholam, dum tamèn non conducantur extrà Scholam per medium milliare, vel ultrà, & volentibus Locatoribus ultrà conduci teneantur Coloni, ita tamèn quod Colonis sic conducentibus ultrà medium milliare satisfiat à Locatoribus de tali ulteriori conductione, & ipsos fructus triturare, mundare, & aptare omnibus expensis ipsorum Colonorum infrà congruum terminum. Et quod tales Coloni etiam teneantur dare, assignare, & deferre Dominis, seù Locatoribus dimidiam, & partem suam de omnibus prædictis eisdem Locatoribus. Ac etiam teneantur dicti Coloni habitantes in alienis possessionibus tempore eorum recessus de eis, dimittere ibidem paleas Dominis, seu Locatoribus dictarum possessionum sub pœna librarum quinque bonon. cuilibet contrafacienti pro qualibet vice ultra paleam. Liceat tamèn ipsis Colonis per eorum animalia rodere super dictis possessionibus, de quibus discedunt dimidiam palearum recollectarum super eis de eo anno, quo recedunt, quam tamèn dimidiam si Locator voluerit habere teneatur ipse Colonus relaxare pro pretio condecenti dicto Locatori. Laboratores verò terrarum teneantur dimidiam palearum Locatori Faventiam conducere, vel ad aream possessionis dicti Locatoris absque ulla mercede.

SVMMARIVM.

1 Colonus partiarius transportare tenetur ad aream manipulos frumenti, aliarumque bladarum ad effectum triturandi.

Trituratione frumenti, & bladarum sequuta devenitur ad mensurationem, & divisionem inter Dominum, & Colonum, n. 1.

2 Colonus partiarius deferre tenetur portionem dominicalem ad domum Domini suis sumptibus. Decl. n. 3.

Limita quò ad solutionem gabellæ.

4 Colonus partiarius deferre tenetur portionem dominicalem ad domum Domini proprio periculo. Limita ut ibi.

5 Plaustri eversio sine culpa ducentis accidere non solet.

6 Colonus partiarius tenetur ad pretium frumenti à Magistratu taxatum, si illud non detulit ad domum Domini tempore debito.

7 Dominus potest facere præceptum Colono partiario, nè fructus colligat ipso, vel ejus Ministro absente, vel saltem absque præcedenti interpellatione.

8 Parochus, seù Curatus potest Custodes apponere, vel prohiberi facere, nè fructus ex agris auferantur, nisi soluta priùs decima.

9 Juramentum in litem ad probandam quantitatem datur contrà Colonum partiarium, qui spreto Statuto, aut consuetudine, aut pacto, aut præcepto recollegit fructus inscio Domino.

Colonus, qui non denunciavit Domino recollectionem fructuum non privatur, nec expellitur, n. 9.

10 Colonus partiarius colligere, & ad domum pro-

propriam aſportare poteſt fructus inſcio Domino, abſquè eo quod redargui valeat de furto, ceſſante prohibitione legis, aut hominis.

11 Colonus partiarius egens frumento pro metendo, & ſegetes colligendo, ſi excuſſerit certam quantitatem ſpicarum inſcio Domino, non poteſt accuſari de furto.

12 Palea fundamentum habet cum frumento, radicemque communem.

13 Palea Annonæ appellatione venit.

14 Palea computatur inter fructus, ſicut ſtramen, ligna, aliaque hujuſmodi.

15 Palea dividenda æqualitèr inter Dominum, & Colonum partiarium. Vide ibi.

16 Colonus partiarius alere tenetur de proprio boves pro cultura neceſſarios.

17 Conſuetudo, Statutum, & pactum circà diviſionem paleæ inter Dominum, & Colonum ſunt ſervanda.

18 Conſuetudo nova, & ultima antiquæ contraria, eſt attendenda.

19 Palea tota inſervit pro alimonia bobum Colonorum.

20 Coloni retinent boves ad Collaticum.

Collaticum bobum eſt licitum, & quotidiè practicatur, num. 20.

21 Periculum bobum ad collaticum datorum, ad quem ſpectet remiſſivè.

22 Creditor collatici præfertur cuicunque creditori etiam anteriori ſuper fructibus recollectis. Limita num. 23.

24 Creditores mercedis pro ſecatione, trituratione, & recollectione frumenti, præferuntur aliis Creditoribus.

25 Creditor penſionis horrei, in quo repoſitum, & conſervatum fuit frumentum præfertur aliis creditoribus.

Creditor ultimus, qui mutuavit pecuniam pro perficienda, & habitabili reddenda domo præfertur aliis creditoribus, qui mutuarunt pecuniam pro ea ædificanda, num. 25.

OBSERVATIO.

A MEſſe ſequuta, tenetur Colonus partia-
rius nedùm tranſportare ad aream,
quæ ut plurimùm reperitur in eodem prædio,
1 manipulos frumenti, aliarumque bladarum
ad effectum triturandi, & ut abſoluta tritura-
tione deveniatur ad menſurationem, & divi-
ſionem, ac facta diviſione, incumbit onus
Colono deferendi portionem dominicalem
2 ad domum Domini propriis ſumptibus, juxtà
naturam Coloniæ partiariæ, ut diſpoſitum le-
gitur in ſequenti *Rubrica*, & reſpondit *Bur-
ſatt. conſ. 330. n. 51.*

Quod onus deferendi fructus ad domum
Domini habet locum, quandò ſunt ejuſdem
3 Territorii; aliàs ſecùs ut declarant *Pigant. ad
Statut. Ferrariæ lib. 1. rubr. 30. n. 12. verſ. Et de
Jure communi, Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 6.
rubr. 39. n. 7. ibique Romaguer. n. 12. cum ſeq.*

Non tamen inter ſumptus compræhendi-
tur onus ſolutionis gabellæ, eo quià hæc eſt
4 debitum Domini ergà Principem, non Colo-
ni *Bald. in l. Acceptam n. 42. C. de Uſuris, Jaſ.
in l. Fructus n. 14. ff. Solut. matr. D. Pacion. de Lo-
cat. cap. 38. n. 28.* Etiamſi ſe obligaſſet aſporta-
re omnes fructus ſuis ſumptibus, nàm adhùc
non tenetur ad gabellam, ex ratione mox al-
legata, ut proſequitur *Pacion. n. 29.* & reſpon-
dit *Donat. Anton. de Marin. Quotid. reſol. lib. 1.
cap. 259. n. 4. & Romaguer. in Addit. ad Conciol.
ad Statut. Eugub. cit. rubr. 39. n. 15.* ubi *nu. 13.
cum ſeq.* firmat, quod tenetur etiàm deferre
5 proprio periculo, ſed ſi fructus perierint ab-
ſque mora, & culpa Coloni, ipſe remanet li-
beratus: Advertendo ſecundùm *Pigant. ad
Statut. Ferrariæ lib. 1. rubr. 32. num. 8.* quod ſi
plauſtrum everteretur, in quo repoſita eſſent
quæ ad Dominum ducuntur, ut vinum,
oleum &c. effunderetur, probanda eſſet exa-
ctiſſima diligentia, cùm everſio plauſtri ſine
6 culpa accidere non ſoleat, ibique allegat *Ri-
min. jun. conſ. 441. n. 34. & Cyriac. contr. 166.
num. 18.*

Cæterùm, ſi tempore debito non detulerit
ratam frumenti Domino, poterit contrà eum
7 agi ad pretium à Magiſtratu taxatum, ut re-
ſpondit *Rot. coram Peutinger. deciſ. 494. num. 5.
cum ſeq.*

Ad hoc autèm, ut innoteſcat Domino præ-
ciſa quantitas fructuum, & tollatur occaſio
fraudis, conſuli ſolet vel mediante diſpoſitio-
ne Statuti, vèl conſuetudine, vèl pacto, & iſtis
deficientibus, adhùc poteſt ipſe Dominus fa-
cere Colono præceptum, nè illos ipſo, aut
8 Miniſtro abſente, vèl saltèm abſque præce-
denti certioratione colligat *Plot. de In lit. jur.
§. 4. n. 11. Pacion. de Locat. cap. 33. n. 22. Fenzon.
ad Statut. Urb. lib. 1 cap. 123. n. 3. cum ſeq. Can-
cer. Var. reſol. par. 3. cap. 13. nu. 372. Caball. caſ.
crim. 169. Franch. dec. 117. ibique Carolus Anto-
nius de Luca n. 1. cum ſeq.* ubi concordantibus
relatis dicit idem procedere ad favorem Cu-
rati, qui ad excludendas fraudes poteſt Cu-
9 ſtodes apponere, vèl prohibere facere, nè
fructus ex agris auferantur, niſi ſoluta priùs
decima; Rationi enìm congruit, ut is, cujus
intereſt, aſſiſtat actui, qui geritur, ut firmat
*Valaſc. de Jure emphyt. quæſt. 30. ſub n. 15. verſ.
poſtremo in Colono partiario*, & comprobando
tenet *Fenzon. ad Statut. Urb. alleg. cap. 123. n. 2.
in fine cum ſeqq.*

Et ſi Colonus ſpreta diſpoſitione Statuti,
aùt conſuetudine, aùt pacto, aùt præcepto
colligat fructus inſcio Domino adversùs eum
10 datur juramentum in litem ad effectum pro-
bandi quantitatem, ut firmant *Plot. loc. cit.
& Pacion. ubi ſuprà n. 23.* Non tamen exindè
inducitur privatio, & expulſio, ut tradit *Gra-
tian. diſcept. 152. n. 4.*

Ceſſante verò prohibitione legis, aùt ho-
minis Colonus partiarius inſcio Domino non
ſolùm poteſt colligere fructus, ſed etiàm va-
11 let illos ad domum propriam aſportare, ab-
ſque

sque eo quod accusari possit de furto, quià
non censetur id egisse animo furandi, sed po-
tiùs juris sui conservandi gratia, ad Text. in
l. Meritò, ff. Pro socio, Fab. in §. Furtum est n.1.
Instit. de Oblig. quæ ex delict. nasc. Farinac. de
Furt. quæst.174. nu.26. Pacion. allegat.cap.33.
n.25. & Muta dec.43.n.24.

Proût cessat etiam actio furti, si Colonus
egens frumento pro metendo, & segetes re-
11 colligendo excussit certam quantitatem spi-
carum inscio Domino, dùm per fallaciam,
& dolo malo non fecit, proût in dubio præ-
sumendum est per Text. in d. l. Merito, & te-
net Adden. ad Sanfelic. dec. 388. vers. In dubio
tamèn.

Palea fundamentum habet cum frumento,
13 radicemque communem, juxtà verba Homi-
B liæ S. Augustini Episcopi lib. 99. Evangelic.
in Matth. cap. 11. tom. 4. Annonæ appellatio-
14 ne venit Falgos. cons. 116. & inter fructus
computatur sicut stramen, ligna, aliaque
15 hujusmodi Capiblanch. de Baron. lib.1. pragm.
14.n.11. Urceol.Consult.forens.cap.3.n.60.vol.1.
De Luca ad Franch. dec.103. n.1. qui loquitur
ad effectum solutionis decimæ, Pacion. de Lo-
cat. cap.5. n.36. Ideòque æqualitèr dividenda
inter Dominum, & Colonum Pacion. ubi su-
16 pra num.37. & Conciol. ad Statut.Eugub.lib.6.
rubr.39.n.6. Joseph Ludovic.decis.Perus. par.1.
dec.14.n.8. in fine cum seq. ubi relato Petro de
Ubald. advertit maximè procedere quandò
non constat per Colonum projectum fuisse le-
tamen, quo casu palea dividenda esset arbi-
trio boni viri: Et quidèm optima ratione,
non solùm quià tanquàm fructus debetur
portio Domino ex mox allegatis, verùm
etiàm quia cùm Colonus subministrare tenea-
tur omnes expensas, utique debet de proprio
17 alere boves ad culturam necessarios, ut rela-
to Petr. de Ubald. in tract. de Duobus fratr.
par.11.quæst.9.vers.tamèn in contrarium firmat
Joseph.Ludovic.cit.dec.14. n.7.

Nisi alitèr disponat Statutum, aut fuerit
conventum, aut diversa vigeat Consuetudo,
18 quæ servandaest, ut tradunt Pacion. loc. cit.
Fulvius Benign.in Addit.ad Statut.Agricultur.
Urbis cap.82. lit. D. Conciol. loc.cit. Et si con-
currat Consuetudo nova antiquæ contraria,
19 ultima est attendenda, ut firmat Joseph. Lu-
dovic.loc.cit.n.11.

Viget autèm consuetudo in territorio Fa-
ventiæ, quod tota palea inserviat pro alimo-
20 nia bobum Colonorum, vel quorum ipsi pro
cultura prædiorum retinent ad Collaticum à
Dominis prædiorum, vèl ab aliis pro certa
annua quantitate, seù specie nempè frumen-
21 ti, proùt quotidiè practicatur, ut per Corn.
cons.108.n.4.lib.1. Caroc.de Locat.tit. de Colla-
ticis bobum, seù Jugatico, ut per Aldobrandin.
cons.131. n.17. lib.2. Pacion. de Locat. cap.12.
n.3. cum duob. seqq. quod licitum est, ut fir-
mat Posth. resol.53. n.14. latè Michalor.de Fra-
trib.par.3.cap.59.n.38.vers. Et supradicta, cum
pluribus seqq. ubi examinaut articulum, &
contrariam opinionem reprobant; ad quem
22 autèm spectet periculum Bobum vide D.Pa-
cion.d. tract. n.5. cum seqq. & Posth. ubi suprà
n.15. cum sequentibus.

Addo in hoc proposito collatici, quod illius
creditor prefertur cuicunque creditori etiàm
anteriori super fructibus recollectis, ut fir-
23 mat Sabell.Var.resol.cap.66.n.22. ubi n.24. li-
mitat quandò concurrit creditor seminis, &
24 expensarum pro cultura, nàm tùnc tenet
privilegia conquassari, & cæteris paribus esse
servandum ordinem temporis, & regulam,
Qui prior tempore potior est in jure.

Verùm est advertendum, id ita indistinctè
non procedere, cum potiùs ultimi credito-
25 res præferantur, puta mercenarii pro secatio-
ne, & trituratione, & recollectione frumen-
ti, & segetum, nàm expedit iis privilegium
potioritatis concedi, ut faciliùs inveniantur
ad publicam utilitatem, cum tales operatio-
nes promptè, & celeritèr sint faciendæ, adeò
ut sæpius unius diei mora in secando, & seca-
tum recolligendo ob supervenientiam vento-
rum aquilonarium, pluviarum, & imbrium
ingens damnum causari soleat, ultrà quod di-
cti fructus non dicuntur nisi deductis expen-
sis necessariis, ut firmat Text. in l.Quod privi-
legium, ibi: Planè sumptus causa, qui necessa-
riò factus est semper præcedit; nàm deducto eo,
bonorum calculus subduci solet, ff. Deposit. Buc-
cafert.respons.39. cum seqq. Carleval. de Judic.
lib.1.tit.3.disput.32.n.1. & docet Card. de Lu-
ca de Credit.disc.16. num.12. cum seq. Nec non
26 Dominus pro pensione horrei, in quo fru-
mentum coulervatum, & salvatum fuit, jux-
tà originalem doctrinam Rip. in l. Privilegia
n.1. in fine, ibi: Ergò ultimus debet præferri,
quià is est, qui causam totius pignoris salvavit,
ff. de Privil. credit. & tradit Gait. de Credit.
cap.4.quæst.11.n.1556.Carleval.cit.tit.3.disput.
29.n.5. & d.disput.32.n.1. & de ultimo credi-
tore, cujus pecunia erogata fuit in perficien-
do ædificio, illoque habitabili reddendo re-
latis Bauderan. de Privil. credit. cap. 2. in fine
Curia Philipp.par.2.lib.2.cap.12.n.16. Carafe.ad
Leg. Regni cap.11. num.179. A Costa de Privil.
credit. reg.2. ampl.3. n.11. cum sequentibus re-
spondit Roccha Episcopus Iselanus Disputat. se-
lect.volum.2. cap.138. n.3. vers. In reliquis cum
sequent.

ADDIT. AD RUBR. XVI. LIB. V.

SUMMARIUM.

1 PRo collatico bobum debetur certa men-
sura frumenti.
2 Contractus, in quo tradatur Rustico jugum
bobum concorditèr æstimatorum cum pa-
cto quod lucrum, & damnum contingens
æqualitèr dividatur, & pro lucro Rusticus
tradat certam quantitatem frumenti valet.

3 Bo-

3 Boves dati ad Collaticum ſi moriantur motbo naturali damnum ſpectat ad Dominum, ſi verò culpa Socii, ſeù Coloni cedit illius damno.

4 Collaricl materiam tractantem remiſſivè.

5 Creditor expenſarum factarum in collectione, & trituratione frumenti, & ſegetum præſertur aliis creditoribus.

6 Creditor horrei, Fęnilis, Cellevinariæ, Magazeni &c. præfettur aliis creditoribus.

7 Ultimus ctéditor qui dedit pecuniam pro perficiendo ædificio alioquìn inutili præfertur aliis creditoribus & num. 9. Contrarium num. 8.

9 Operarius præſertur ſuper re ejus opera vèl meliorata, vèl ad perfectionem redacta.

10 Tradenti pecuniam pto perficienda domo incepra competit privilegium *Leg. Interdum*.

Num. 10. Pro Collatico bobum juxta motem
diverſarum Regionum debetur certa menſuta
1 frumenti,* ut aliis relatis tradit *Conſtautin. ad*
Statut. Urb. tam. 1. annot. 21. art. 4. n. 148.
Et ſi quis tradat jugum bovum ruſtico concorditer æſtimatorum cetto pretio cum pa-
2 cto, quod lucrum, & damnum contingens
æqualiter inrer tradentem, & recipientem dividatur, & quod ruſticus recipiens pro lucro incerto teneatur dare certam quantiratem frumenti contractus valet ut firmat *Caldero decis. 54. n. 28. tom. 2.*
In noſtra Civirate practicatur, quod ſi in venditione non reperiatur idem pretium, quo v. g. emptum fuit par bovum ſed minori pretio, tùnc damnum eſt dividendum, ſi verò vendatur majori pretio, pariter lucrum eſt dividendum; Si moriantur morbo natu-
3 rali,* damnum ſpectat ad Dominum; Si verò
ex culpa Coloni, ſeù Socii; tùnc cedit damno Socii, ideòque non couvenitur, quod Caput ſit ſalvum, ſed benè certa quantitas frumenti collaticum vocata convenitur.
Num. 21. Collatici, ſeù Socidæ bobum vide larè
4 *Sabell. reſolut. & reſponſ.* * *cap.* 17. qui larè
examinat materiam, & præcipuè ad quem ſpectet periculum bobum.
Num 24. Creditor expenſarum factarum in Col-
5 lectione, & trituratione * frumenti, & ſege-
tum præfertur aliis creditoribus ut me hic allegato firmat *Coſtantin. in ejus obſervat. ad Statut. Urb. Annot. 30. art. 2. n. 249. verſ. Idem cum duobus ſeqq. vol. 1.*
Num. 25. Creditor horrei, Fęnilis, Cellævinarię
6 Magazeni &c.* præſertur aliis creditoribus
ſuper re iuibi conſervata, ut concordantibus relatis, & me hic allegato docet *Conſtant. in ejus obſervat. ad Statut. Urb. d. annot. 2. n. 253. verſ. Ex eadem Cauſa cum ſeq.*
Num. 25. *Verſ. Et de ultimo Creditore &c.* Quod ultimus Creditor, qui dedit pecuniam pro
7 perficiendo Ædificio,* alioquìn inutili, & in-
fructifero præſeratur aliis Creditoribus firmant hic allegati, & præſertim *A Coſta*, qui docet ab hac ſeutentia in praxi non eſſe recedendum.
Et quamvis *Coſtantin. in ejus obſervat. ad Statut. Urbis Annot. 30. art. 2. nu. 223. juncto*
8 *n. 251.* * contrarium ſentiat, eo quia cenſea-
tur unicus contractus inter omnes creditores, qui crediderunt pecunias pro ædificando, cum eadem ſit cauſa, cujus identitas eſt attendenda allegando *Tex. in l. Privilegia 32. ff. de reb. author. Judic. poſſid.* (quem non potui reperire in meis Codicibus) nec non *Capyc. Galeot., à Poute, Card. de Luca, Rocch., & alias*, dùm potiùs potuiſsèt allegare *Text. in l. Privilegia 16.* ibi: *Privilegia non ex tempore æſtimantur, ſed ex cauſa, & ſi ejuſdem tituli fuerint concurrunt, licet diverſitates temporis in his fuerint ff. de Privileg. Credit.*
Attamèn non videtur recedendum ab opi-
9 nione per Nos hic firmata,* & comprobara ab
eodem *Coſtantin. eod. art. 2. n. 252.* dum auctoritate *A Coſta, Caraſc. Rocc. & Zacch.* tradit Artifices, & Operarios præſerri pro eorum mercede ſuper re eorum opera vèl meliorata, vèl ad perfectionem redacta cum per ipſos ſit effecta prætioſior, & majoris valoris, unde concurrit potentior cauſa in creditore occaſione perfectionis ædificii.
Nec obſtant per eumdem *Conſtant.* allegati cum loquantur in terminis emptionis Officii, novæ additionis locorum Montium factæ à Principe, & in aliis terminis diverſis à noſtra hypoteſi.
Tradenti pecuniam pro perficienda domo
10 incepta competit privilegium * *Leg. Interdum*
ff. Qui pot. in pign. Hab. ex allegatis per *Rot. cor. Celſ. dec. 398. n. 5.*

De Cultura per Colonos adhibenda, & de fructibus per eos cuſtodiendis, & triturandis.

RVBRICA XVII.

ITem ſtatuimus, & ordinamus, quod Coloni partiarii, ſeù Laboratores prædia poſſeſſiones, & terras, quas colendas duxerint, teneantur quater congruis temporibus eas arare, (A) & congruo tempore, videlicet ſaltèm per totum menſem Octobris quinto ſulco illas ſeminare, ſalvis tamèn aliis conventionibus inter eos, & Locatores factis, & initis ſub pœna pro qualibet rornaruta, & qualibet vice, qua omiſerint eas (ut ſupra) colere, & arare ſolidorum viginti bonon. Locatori poſſeſſionis applicandorum pro ſuo damno, & in-

Digitized by Google

& interesse. Simili pœna teneatur conducens vineam ad colendum, si eam diligentèr putare, & bis debitis temporibus ligonizare omiserit, pro qualibet vice, ac qualibet tornatura Locatori vineæ, pro suo damno, & interesse applicanda, & pro illo anno, quo sic cessaverit talis Colonus, nihil habeat ex fructibus dictæ vineæ. Si verò tantùm una vice in ligonizando cessaverit quartam partem dictorum fructuum dictæ vineæ habeat, salvis semper dicta pœna, & aliis pœnis conventionalibus. Si verò Coloni, & Laboratores prædicti tenerentur ex pacto ponere fimum, seu letamen in dictis possessionibus, & vineis, & non posuerint, teneantur solvere Domino pro qualibet salma solidos quinque bonon. & pro quolibet curru solidos quindecim, & antequam dictum fimum, seu letamen in ipsis terris, seu vineis spargatur, debeat locator requiri per ipsos Laboratores, quodque teneantur, & debeant dicti Coloni suis expensis, & laboribus singulo recollectu in area possessionis, seu terrarum Locatoris portare unam, seu duas cappas grani, seu frumenti, accipiendo illas de quolibet acervo, sive pignono frumenti existentes in agro, manipulum, seu covum unum frumenti, easque triturare debeat in dicta area, seu alibi pro ut dictis Domino, seu Locatori videbitur, & eo frumento triturato debeant dicti Coloni illud in præsentia Domini, seu ejus Nuncii mensurare, & ejus mensuræ, cujus repertæ fuerint ipsæ cappæ (ut supra) triturare debeant, ac teneantur dicti Laboratores de residuo frumenti triturandi in eadem mensura Dominis, seu Locatoribus prædictis respondere. Insuper obligati sint prædicti Coloni tempore messium requirere Dominos, ut vadant ad videndum, & numerandum cappas, & aliam quantitatem frumenti, & bladi, quæ de possessionibus colligentur, antequam frumentum, & blada extrahantur de agro, & debeant ipsi laboratores omnem quantitatem frumenti, fabarum, ordei, & speltæ triturasse, ac mundasse, & mensurasse, ac ad domum Domini, seu Locatoris detulisse in, & per totam diem decimam quintam mensis Augusti ad plus, sub pœna solidorum decem bonon. pro qualibet cappa in prædictis omnibus, & singulis casibus. Teneantur etiam dicti Coloni terrarum, & vinearum notificare Locatoribus prædictis qualibet vice, qua laboraverint, seu araverint dictas terras, & vineas infrà tertiam diem, & Coloni vinearum notificent infrà dictum tempus de putatione, & ligonizatione pro qualibet vice, si volunt ire ad videndum terras, & vineas (ut suprà) per eos laboratas pœna solidorum decem bonon. pro qualibet tornatura terræ; & vineæ solidorum viginti bonon. pro qualibet vice, qua omiserint denunciare (ut suprà) & Laboratores vinearum non debeant vindemiare sine licentia Locatoris sub pœna librarum decem bonon. pro medietate Locatori applicanda, & pro alia medietate Communi Faventiæ.

SUMMARIUM.

1 Agricultura est unus ex cardinibus humanæ vitæ.
Agricultura est nervus totius Reipublicæ, num. 1.
Civitas crescere non potest sine agris, & eorum fructibus, nec sine abundantia cibi frequentiam habere, n. 1.
2 Infans ali non potest sine Nutricis lacte, neque ad vitæ crescentis gradus perduci.
3 Exercitio Agriculturæ nihil dulciùs, nihil uberius, nihil homine libero dignius.
4 Romani reliquerunt ingenuis hominibus sola duo studia, nempè Agriculturam, & bellicam artem, & quarè.
5 Exercitium Agriculturæ est antiquissimum à primo Parente omnibus hæreditarium.
6 *Cain* fuit primus Agricultor.
7 *Noè* invenit arandi artem ad minuendum laborem hominibus.
8 Nobilissima est ars Agriculturæ, ità ut quamplures ab aratro ad Dictaturam, & Consulatum vocati fuerint, & terminata dignitate ad aratrum redierint.
Reges ipsi, & Imperatores Agriculturam exercuerunt, n. 8.
9 Agricultura non præjudicat nobilitati, quandò exercetur in propriis fundis.
Agricultura non numeratur inter artes mecanicas, n. 9.
Artes mecanicæ homines obscuros reddunt, num. 9.
Qui parcè seminat, parcè & metet, n. 9.
10 Agros uberiores reddere bonum publicum respicit.
Civitas populo, & hominibus redditur copiosior, quò magis alimentis, & cibariis affluit, n. 10.
Principis interest Statutum, & Regnum populatum habere n. 10.
11 Agrum incultum antiquitùs retinens, puniebatur.
Vineam, & Arborem derelinquens, antiquitùs puniebatur, n. 11.
12 Privilegia varia concessa sunt Agriculturæ, & Agricultoribus, de quibus ibi remissivè.
13 Executio super bobus animalibus, & instrumentis aratoriis fieri non potest pro quovis debito, etiam fiscali, n. 18. & 25.
14 Animalia aratoria intelliguntur ea, cum quibus majori parte anni agricultura exercetur.
15 Boves aratorii mactari non possunt.
16 Agricultores sunt nervi totius Reipub.
17 Agricultores exempti esse debent à publicis muneribus.
18 Agricultores carcerati non possunt occasione

ne repræsaliæ, nec pro quovis debito, etiam fiscali.

Agricultor carcerari non potest vigore mandati relaxari contrà Reum principalem pro pœna pecuniaria, quamvis fidejusserit de judicatum solvendo in causa criminali, num. 18.

Represalia exequi non potest contrà Agricultores, eorumque animalia, boves, & equas necessarias, num. 18.

19 In causis Agricultorum summariè, & celeritèr est procedendum.

20 Judices antiquitùs manebant in Portis Civitatis, ut citiùs, ac promptiùs redderent Jus Agricolis, & quarè.

21 Agricultores quinam dicantur remissivè.

22 Agricultores Urbis suppositi fuerunt, unà cum rebus ad artem spectantibus jurisdictioni Consulum ejusdem artis.

Statuta Agriculturæ Urbis confirmata fuerunt à *B. Pio V.* num. 22.

23 Inhibitiones Agriculturæ conceduntur tàm à Consulibus, quàm ab Eminentiss. Camerario, & ab Annonæ Præfecto.

24 Agriculturam exercentes intra quadraginta ab Urbe milliaria, tàm seminum, quàm messium tempore non possunt carcerari, nec executionem pati, etiam prò debito obligatione Camerali vallato, secùs in aliis temporibus, & n. 28. ac n. 31.

26 Boves, & instrumenta aratoria sub tacitis hypotecis non comprehenduntur.

27 Bobus, & instrumentis aratoriis competunt privilegia, quæ bonis dotalibus concessa fuerunt.

Inhibitiones Agriculturæ conceduntur solummodò serenti saltèm octo rubra tritici, num. 28.

28 Inhibitiones Agriculturæ impediunt executionem, tàm quò ad personam Agricultorum, quàm quò ad fructus de tempore sementationum, & messium, secùs quò ad alia bona non provenientia ex Agricultura.

29 Declara procedere quò ad debita contracta post inceptum exercitium Agriculturæ; secùs si ante. Contrarium num. 30.

31 Forum, seù Tribunal Abbatis Sacchi nuncupatum prò causis pauperum Mercenariorum, Terrarum, Vinearum, Hortorum, seù Viridariorum cultorum, Operariorum, ac quoquomodò Laboratorum, & similium Urbis, ejusque Districtus erectum in Urbe fuit ab *Urbano VIII.* & cum quibus facultatibus, Vide ibi.

Judex in causis Mercenariorum Urbis, ejusque Districtus, quas facultates habeat, num. 31.

32 Præcepta Agriculturæ sunt benè colere, agri, aeris, aquæ, terræ, & industriæ rationem habere.

33 Syderum cognitionem habere debet Agricultor, & quarè.

34 Cognitionem qualitatis terræ Agricultor habere debet, cum diversa laboreria secundùm diversitatem terrarum requirantur.

35 Frumentum non seminatur quolibet anno in eodem loco, sed alternatim seminantur frumentum, & segetes.

36 Colono, vel Conductori non licet in ultimo anno restipulare, nempè serere prædia, quæ in superiori anno sata fuerunt, nè terræ exfructentur in præjudicium Domini, aliàs tenetur ad interesse, & damna, n. 38.

37 Conductor vineæ non potest in ultimo anno relinquere plura capita vitium ad effectum percipiendi majorem quantitatem uvæ ratione præjudicii, quod inferretur Domino in sequentibus annis, in quibus minor quantitas uvæ produceretur, aliàs tenetur ad damna, & interesse, num. 38.

38 Vinea si non putetur, vel non cultivetur, deficcatur.

39 Vinea deterioratur ex defectu culturę, etiam modici temporis.

OBSERVATIO.

Agricultura est unus ex cardinibus humanæ vitæ, & nervus totius Reipublicæ, tanquàm genus humanum nutriens,
1 nàm Civitas sinè agris, & eorum fructibus crescere non potest, nec sine abundantia cibi frequentiam habere, eo modo, quo infans natus sinè Nutricis lacte nequir ali, nequè ad
2 vitæ crescentis gradus perduci, ut docent *Scipio Amirat. Discurs. politic. lib. 3. cap. 3. Dionis. Halicarnas. Roman. antiqu. lib. 2. Aristotil. Politic. lib. 6. cap. 4. & lib. 7. cap. 8. Vitru. de Architectura lib. 2. in princ. vers. ut enim, Cardin. Sfortia Pallavicin. in Histor. Concil. Trident. lib. 13. cap. 4. in fine, Thomas Garzonus in ejus opere inscripto Piazza universale discurs.* 56. & ex nostris *Amaya in leg. Exemplo* 36. *n.* 17. *Cod. de Decurion. lib.* 10. *Gulielm. de Benedict. in cap. Raynuctius verbo, & uxorem nomine Adelasiam dec.* 5. *n.* 345. *vers. cum igitur de Testam. Klock de Ærar. lib. 2. cap. 1. n. 1. cum duobus seq. Solorzan. de Jure Indiar. tom. 2. lib. 1. cap. 7. n.* 16. ubi plures concordantes.

Ejus exercitio nihil uberiùs, nihil dulciùs,
3 nihilquè homine libero digniùs teste *Ciceron. lib. 3. Offic. Plin. epistol. 47. lib. 9. Gulielm. de Benedict. loc. cit. Tiraquel. de Nobilitat. cap.* 32. *n.* 5. ità ut cecinit *Horat. in libro Epodon. Ode* 2.

Beatus ille, qui procùl negotiis
Ut prisca gens mortalium,
Paterna rura totus exerret suis,
Solutus omni fœnore
Nec excitatur Classico Miles truci,
Nec horret iratum mare,
Forumque vitat, & superba Civium
Potentiorum limina.

ut exornat *Ursell. conclus.* 82. *n.* 2. qui erroneè prædictos versus attribuit Valerio Maximo, & *Antunez Portugal. de Donat. Reg. vol. 2. lib. 3. cap. 43. nu. 24.* Undè Romani duo sola studia
4 inge-

4 ingenuis hominibus reliquerunt, agricultu-
ram ſcilicèt, & bellicam artem, utporè ad ſu-
ſtinendam, & conſervandam Rempublicam
neceſſariiſſimæ, & utiliſſimæ, cum agricultu-
ra inſerviat Militum alimentis, & militia tu-
telæ ejuſdem Reipublicæ, ut teſtatur Dioniſ.
Halicarnaſſ.cit.lib.2. Klock ubi ſuprà n. 11.

Quod exercitium cęteris eſt antiquiſſimum
à primo Parente omnibus hæreditarium, ut
5 in Geneſ.cap.3.verſ.17.ibi: Adæ verò dixit Do-
minus Deus quid audiſti vocem Uxoris tuæ, &
comediſti de ligno, ex quo præceperam tibi ne
comederes, maledicta terra in opere tuo, in labo-
ribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ.
Spinas, & tribulos germinabit tibi, & comedes
herbam terræ. In ſudore vultus tui veſceris pa-
ne, donèc revertaris in terram, de qua ſumptus
es, & in verſ. 23. ibi: Et miſit eum Dominus
Deus de Paradiſo voluptatis, ut operaretur ter-
ram. Cain autem fuit primus Agricultor, ut
6 tradit Guglielm. de Benedict. in d. cap.Raynuc-
cius in verbo, & Uxorem nomine Adelaſiam de-
ciſ.5.n.346. juncto num.358. de Teſtament. ſed
7 quià homines multùm laborabant in agricul-
tura, quam propriis manibus, ungulis, &
digitis exercebant, Noè invenit arandi ar-
tem, in qua plus animalia, quàm homines
laborant, ut proſequitur Gulielm. de Benedict.
d. num.358.

Ac eſt quoquè ars nobiliſſima, ità ut quam-
plures ab aratro ad Dictaturam, & Conſu-
8 latum vocati fuerint, & terminata, ſeù de-
poſita dignitate Conſulari, & Dictatoria ad
aratrum redierint, & Reges ipſi, ac Impera-
tores manus aratro occalueriut, quos refe-
runt Gregor.Tholoſan.lib.4.de Rep.cap.8.n.4. &
in Syntagm. jur. univ. lib. 18. cap.23. Auguſti-
nus Gallus in ejus libello inſcripto Le dieci gior-
nate della vera Agricultura, giornata ſeſta cir-
cà princ. ubi de Diocletiano Imperatore, &
Ciro Rege Perſarum, Klock de Ærar.lib.2.cap.1.
n.7. cum ſeq. juncto n.23.cum ſeqq. Knipſchild.
de Juribus, & privil. Civit. Imperial. lib. 2.
cap.16. num.28. Tiraquel.de Nobilit. quæſt.32.
n.5.Gryphiandr.in Œconom.legal.lib.1.cap.17.
n.12. cum ſeqq.

Undè non præjudicat Nobilitati, cum non
numeretur intèr mechanicas artes, quæ ho-
9 mines obſcuros reddunt, dùm exercetur in
propriis fundis, ut conſtantèr tenet Tiraquell.
ubi ſuprà nn.2. cum ſeqq. Menoch. conſ.9.nn.18.
vol. 1. Griphyandr. d. cap. 17. num.8. cum ſeqq.
Guidopap. deciſ.41. juncta deciſ.392. ubi teſta-
tur ità deciſum.

Adeòque diligens ratio habenda eſt agri-
culturæ, ut per Principem, ſeù Reipublicæ
moderatorem deputandæ ſint perſonæ, quæ
Agricolis incumbant, ac diligentèr inſpi-
ciant, an prædia, agri, vineæ, horti, ſylvæ
&c. colantur, & arbores plantentur, ac plan-
tatæ cuſtodiantur, ut docet Alex. ab Alex.
Dier. genial.lib.3.cap.11. verſ. ac feſtis, Klocb.
de Ærar.lib.2. cap.1.n.47.cum ſeqq.Knipſchild.
de Jurib. & privil. Civit.Imperial.lib.2.cap.16.
n.31. Idque præcepit Conſtantinus Imperator
in l.1. Cod. de Agricol. & Cenſit.lib.11. ac lau-
dat Cicero in Verrem. orat.8. ibi: Ille verò tum
ſe Metellum minimè fore putaſſet, ſi te ulla in ſe
imitatus eſſet, qui ab Urbe Roma, quod nemo
unquàm poſt hominum memoriam fecit, cum ſibi
in Provinciam proficiſcendum putaret literas
ad Siciliæ Civitates miſit, per quas hortatur,
& rogat, ut arent, & ſerant in beneficium Po-
puli Romani; cum notum, ſit quod qui parcè
ſeminat, parcè & metet, & qui ſeminat in be-
nedictionibus, de benedictionibus & metet jux-
tà verba Oraculi Evangelici; ſecundum verò
vulgare dictetium, chi non ſemina non reccoglie.

Nàm agros uberiores reddere bonum pu-
blicum reſpicit, & quò magis Civitas alimen-
10 tis, & cibariis affluit, eo magis redditur
hominibus, ac Populo copioſa, & Principis
ſummoperè intereſt Statum, & Regnum po-
pulatum habere, & hoc eſt, quod dicit Ju-
ſtinian.in l.unic. §. penult. Cod.de Caduc. toll.ut
advertit Pech. de Aquæduct. cap. 7. quæſt. 3.
n.14. cum ſeqq. lib.1.

Et proindè antiquitùs ſi quis agrum ſuum
ſordeſcere paſſus fuiſſet, eumque indiligen-
11 tèr curaſſet, ac nequè araſſet, neque purgaſ-
ſet, ſivè quis arborem ſuam, vineamque ha-
buiſſet derelictam impunitus non evadebat,
ſed opus erat Cenſorium juxtà verba Galli
lib. 4. cap. 12. relata à Cobell. ad Bullam boni
Reg.cap.25.n.14.

Hinc ad augendam agriculturam, & ne
deſerantur Tenutæ, ſeù terrena coli ſolita,
procuranda eſt multitudo Agricultorum, ut
advertit Carolus Topia de Abundantia par. 2.
remed. 3. ad quorum favorem ad hunc effe-
ctum varia, & ampliſſima conſtituta ſunt pri-
12 vilegia, de quibus Clemens VII. in ejus Bullar.
nov. la 5. B. Pius V. in Bulla la 16. Paulus V.
In Bulla la 70. in l. Executores cum l. ſeq. &
Auth. Agricultores C. Quæ res pign. oblig.
poſſ. ac tot.tit. C. de Agricol. & Cenſit., & Co-
lon. libr. 11. ibique Scribentes, Guielm. de Be-
nedict. in cap. Raynuccius in verbo, & uxorem
nomine Adelaſiam deciſ. 5. n. 338. cum ſeqq. de
Teſtam. Lucas de Penna in l. prima, & l. Nun-
quam circà finem Cod.de Agricol.& Cenſit.li.11.
Jacob de Colantes in Commentar. ad Pragmatic.
in favorem rei frumentariæ, Agricolarum, &
rerum, quæ Agriculturæ deſtinatæ ſunt, Caput.
de Regimin.Reip.cap.7.§.14. n.22. Fulu.Benign.
In Annot. ad Statut. Agricultur. Urbis, Solor-
zan. de Jure Indiar. tom.2. lib.1. cap. 7. nu.16.
cum ſeqq. Scanarol. de Viſit.Carcerat.lib.2. §.4.
cap.3. & §.10. ſub c.12. Gryphiandr. Œconom.
legal.lib.1. cap.17.Klocb. de Ærar. lib.2.cap.1.
Ramirez de Lege Regia Aragon. §. 14. Salgad.
de Regia protect. par. 2. cap.4. n.96. Parexa de
Inſtrum.edit.lib.2. reſult. 9. à n.105. Balmaſeda
de Collect. quæſt.98. Narbon.ad LL. recompilat.
lib.4. tit.21. leg.25. gloſſ. prima cum ſeqq. alii-
que Scriptores de Re agraria tractantes re-
collecti per Wilalmum Goeſium cum Notis Ni-
colai Rigaltii, & per Chriſtophorum Pelle-

Digitized by Google

rum in addit. ad Kloch. de Ærar. lib. 2. cap. 1.
num. primo.
Præcipuè quod super bobus, ac Instru-
meutis aratoriis fieri nequeat executio, ut
13 dictum fuit supra in Observ. ad Rubr. 12. lib. 3.
n. 12. cum seqq. & respondit Ignatius de Villar.
in ejus Sylva Respons. lib. 2. respons. 16. cap. 1.
n. 2. qui super declaratione inserta in fine ejus-
dem responsi 16. notat n. 8. quod animalia ara-
14 toria intelliguntur ea, cùm quibus majori
parte anni agricultura exercetur.
Nec Boves aratorii tanquàm Socii in Agri-
15 cultura possint mactari, ut firmatum fuit su-
prà in Observ. ad Rubr. 41. sub n. 23. lib. 4.
Pariterque Agricultores, qui sunt nervi
16 totiùs Reipublicæ, ut tradit Amaya in l. Exem-
plo 36. n. 17. C. de Decurion. lib. 10. exempti
esse debent à publicis muneribus ad tex. in l. 1.
17 C. Ne Rusticani ad ullum obsequium devocentur
lib. 11. & in l. 1. C. de Agricol. & censit lib. 11.
ibique Lucas de Penn. Fritsch. Conclus. pract.
miscell. tit. de Messe cap. 9. n. 1. cum seq. Didacus
Balmaseda de Collect. quæst. 98. num. 16. Boer.
decis. 322. sub n. 11. Nec non ipsi cum eorum
animalibus, bobus, & equabus necessariis ab
18 omni represalia tàm in Urbe, quàm extrà li-
beri, & exempti sunt, nec occasione alicujus
debiti, vel obligationis, etiam in forma Ca-
meræ, Ripæ, & Ripettæ molestari, capi,
pignorari, nec eorum animalia, vel frumen-
ta tolli, pignorari, seù auferri possunt juxtà
Bullam Clementis VII. in Bullar. nov. la 5. §. 6.
cujus dispositio concordat cum text. in auth.
Agricultores C. Quæ res pign. oblig. poss. prohi-
bente carcerationem Agricultorum, quod
procedit etiàm pro de' ito fiscali, cum aga-
tur de Lege, & constitutione generalitèr lo-
quente tenet Ignatius de Villar. in ejus Sylva
respons. lib. 2. cap. 2. n. 25. cum seq. & num. 31.
vers. sed iis non obstantibus cum seqq. tenet quòd
nec possint carcerari vigore mandati relaxati
contrà Reum principalem pro pœna pecu-
niaria, quamvis fidejusserint de judicatum
solvendo in causa criminali.
Ju eorum causis etiàm ne à cultura agro-
rum distrahantur summariè, & celeriter est
19 procedendum §. si verò Auth. de Quæstor.
Renat. Coppin. de Privileg. Rustic. libr. 3. par. 1.
capit. 1. in princip. Collantes dicto tract. lib. 3.
cap. 6. n. 1. quos refert, & sequitur Massin. de
Confiscat. bon. quæst. 18. n. 4. Imò Judices anti-
20 quitùs manebant in portis Civitatis, ut ci-
tiùs, ac promptiùs redderent jus Agricolis,
ne illis daretur occasio vagandi per Civita-
tem, & tempus perdendi in præjudicium cul-
turæ agrorum, ut sequendo Tap. de Abundan-
tia par. 2. remed. 3. prosequitur Massin. loc. cit.
n. 5. cum neque momento temporis ab agri-
ci lrura diverti possint Agricolæ l. Colonis C.
de Agricol. & censit. lib. 11. Solorzan. dicto
cap. 7. n. 26. & Balmased. de Collect. quæst. 98.
numer. 17.
Eadem ratione ne culturæ agrorum incum-
bentes (qui quales sint descripti leguntur in
21 cap. 22. Statuti Agriculturæ Urbis, & à Nar-
bona in LL. recompilat. lib. 4. tit. 21. leg. 25.
gloss. 12. num. 4. ubi tenet, quod sub nomine
Agricultorum ad effectum privilegii venit
etiàm qui mercede accepta aliena prædia co-
lenda suscipit) per diversa Tribunalia vexen-
tur litibus, ac ab eorum exercitio retrahan-
tur per Beatum Pium V. prævia confirmatio-
21 ne eorumdem Statutorum in ejus Bulla la 16.
in Bullar. nov. suppositi fuerunt unà cum re-
bus ad artem spectantibus jurisdictioni Consu-
lum ejusdem Artis Agriculturæ tanquàm peri-
tiorum: Nihilominus tamen conceduntur
inhibitiones Agriculturæ ab Eminentissimo Ca-
23 merario, ab Illustrissimo Annonæ Præfecto, &
à DD. Consulibus Agriculturæ tanquam jurisdi-
ctionem cumulativam habentibus. Posteà ve-
rò per eumdem B. Pium V. in ejus Bulla la 19.
§. 7. dispositum fuit eos, qui Agriculturam
pro communi bono laudabilitèr intrà qua-
draginta ab Urbe milliaria exercent dignis
favoribus, & privilegiis prosequi volentem
24 tàm Messium, quàm Seminum tempore, dum
scilicèt colligendo, vel seminando tritico
verisimilitèr occupantur, ab omni executione
etiàmsì ex obligatione in forma Cameræ pro-
cesserit tutos omninò, & salvos forè, dum-
modò aliundè quam ex Agriculturæ fructibus
solvere non possint, & in §. 8. prohibet bo-
ves aratorios, omniaque instrumenta ad
Agriculturam necessaria omni tempore, ac
25 perpetuò pro quavis civili obligatione au-
ferri, aut alia ratione impediri; Declarat-
que insuper in tacitis quibuscunque hypote-
cis à quocunque quavis de causa inductis præ-
26 dictos boves, aliaque instrumenta hujusmo-
di minimè comprehensa fore, & in summa
prædictis rebus Agriculturæ inservientibus
tanquàm commoditatis, imò necessitatis pu-
blicæ instrumentis omnia privilegia concessit,
27 quæ bonis dotalibus de jure concessa esse re-
periuntur ut dictum fuit suprà in Observ. ad
Rubr. 12. n. 13. lib. 3. postmodùm ex resolutio-
ne Congregationis particularis deputatæ à
sa. mem. Urbano Octavo, & deindè approbata,
& confirmata à sa. mem. Innocentio XI. in ejus
Bulla emanata super confirmatione Decretorum
Congregationis Reformationis Tribunalium Ur-
28 bis &c. quartò kal. Julii 1689. sancitum fuit
Inhibitiones Agriculturæ serentibus ordea &
alia blada, vel legumina non concedantur, sed
solummodò unicuique serenti saltèm rubra octo
tritici quolibet anno. Et quòad tempora serven-
tur respectu seminum à die 1. Octobris usque,
& per totum mensem Novembris; respectu ve-
rò Messium à die prima Junii usque ad 15. Au-
gusti tantùm juxtà Decretum aliàs emanatum
tempore fel. rec. Pauli Papæ V. Quò verò ad
personas Debitorum etiàmsi aliundè habeant
undè solvant suffragentur utroque tempore vide-
licèt messium, & seminum. Super bonis autèm qui-
buscunque ex Agricultura non provenientibus,
vel non inservientibus pro Agricultura execu-
tiones fieri possint quocunque tempore etiam
mes-

messium, *& seminum non obstantibus inhibitionibus*, & de simili *lege Hispaniarum* concedente tempus sex mensium nempè à principio Julii per totum mensem Decembris tradic *Narbon. ad LL. recompilat. lib.4. tit.21. leg.25. gloss. 12. n. 1.* Inviolabilitèr enim observatur in Urbe, quod Agricultores in suprà præfinitis temporibus non possunt carcerari pro debitis civilibus, nisi agatur de debito contracto antequàm esset Agricola, & privilegium supervenerit ex ejus facto, ut distinguendo tenet *Ignatius del Villar. in ejus Sylva respons. lib.2. respons. 16. cap. 2. n.3. cum seqq.* ubi testatur hanc esse veriorem opinionem, & sequitur *Narbon. in dicta leg. 25. gloss. 13. n.5. cum seqq.* ex duplici ratione; Tùm quia ex mutatione conditionis personæ, qualitas actionis originalis non mutatur; Tùm etiam quia privilegium Agriculturæ sicut cæteræ leges, & privilegia, futura respiciunt, sed non ad præterita extenduntur, ac trahuntur. Quod quidem procedere potest de Jure communi, non autem attenta dispositione dictæ
30 *Constitutionis Pianæ*, quià generaliter loquitur, ac ex ejus contextu comprehenduntur quoquè debita anteà contracta; Benè quidèm possunt carcerari in reliqua anni parte, ut de simili *Lege Regia* respondit *Ignatius de Villar. in ejus Sylva respons. lib.2. respons. 16. cap.2. n.1.*

Valdè etiàm confert publicæ utilitati, & commodo Agricolarum Tribunal pro Mercenariis in Urbe erectum; cum enim *bon: mem:*
31 *Abbas Octavius Sacchus* natione Calaber, ne Pauperes Mercenarii per Tribunalia dilationibus, & subterfugiis defatigarentur, charitate motus adiret eorum debitores, eisque partim blandis, & partim acribus verbis solutionem mercedis suaderet, idque ad aures *fan: mem: Urbani VIII.* pervenisset animadvertens id majori fructu calore jurisdictionis peragi potuisse, proindè idem Pontifex mediante ejus Brevi motu proprio expedito deputavit Judicem prædictum Abbatem Sacchum pauperum Mercenariorum terrarum, vinearum, hortorum, seù viridariorum cultorum operatiorum, & quoquo modo laboratorum, ac personarum similium, quæ in Urbe, ejusque Districtu præfatis consequi debent aliquam mercedem, cum facultate partes audiendi, & differentias terminandi summariè, simplicitèr, & de plano sola facti veritate inspecta, sine strepitu, & figura judicii, ac cum extrajudiciali tantùm causæ cognitione, nec non debitores quoscunque cujusvis ordinis, gradus, & conditionis etiàm Ecclesiasticę, Regularis, claustralisvè existant etiàmsi de illis expressa, & specifica mentio fieri deberet, vocatis ad se vocandis, quoties agatur de mercede scuta quinque non excedente per schedulam, vel alio modo sibi beneviso ad solvendam mercedem conventam compellendum, seù non præcedente pacto debitam amicabilitèr componendi, & contrà eosdem solvere recusantes, seù non componentes mediante schedula ejus manu subscripta per quoscunque Executores Tribunalium Urbis ejusque Districtus ad captionem pignorum, illorumque subhastationem, & deliberationem usquè ad integram solutionem Mercenariorum deveniendi, omni, & quacunque appellatione, reclamatione, recursu, etiàm restitutionis in integrum remotis, si autèm summam scutorum quinque excederet, & partes in facto non concordarent, nec ad concordiam devenire vellent, ità ut requireretur processus judicialis, & testium examen, tùnc easdem partes ad Tribunal Gubernatoris mandavit remitti: Habilitavit etiàm eundem Abbatem ad recipiendum deputationes Tribunalium Urbis in causis particularium, perindè ac si esset Judex Ordinarius; nec non locum cum voto in *Congregatione Visitationis Carcerum Urbis*, prout habent alii ejusdem Visitationis Deputati concessit. Prædictam judicaturam multis abhinc annis eadem charitate laudabilitèr exercet *Dominus Abbas Sebastianus Baptistinus* unà cum appellationum Capitaneatu,

Ut autèm Agricultura rectè exerceatur non debent ignorari illius præcepta, quæ sunt
32 benè colere, agri, aeris, aquæ, terræ, & industriæ rationem habere, ut docet *Varro de Re Rustic. lib. 1. cap. 5.* quem sequitur *Kloeb. de Ærar. lib.2. cap.1. num.12. ibique Christophorus Pellerius in addit.* Undè Agricultura esse non
33 debet absque syderum cognitione, cum ab Agricultore habenda sit ratio crescentiæ lunæ, aeris, & ventus in operibus agrariis peragendis, ut prosequitur *Kloeb. ubi suprà n.13.* semota tamèn superstitione tanquàm improbata in *Ecclesiastic.* ubi ait, *qui observat ventum non seminat, & qui considerat imbres non metet*, ut animadvertit *Gryphiandr. in Æconom. legal. lib.1. cap.17. n.67.*

Necnon concurrere debet cognitio qualitatis terræ arandæ; nàm pro diversitate terrarum varia laboreria fiunt, cùm pinguis,
34 & mollis ager non tàm sæpè, neque tàm profundè aretur, prout durus, & sterilis, qui plerumque ter, vèl quatèr repetendus est, ut relato *Petro Crescent. lib.2. cap.18. cum seq.* docet *Gryphiandr. d. cap.17. n.68.*

Nec quolibet anno seminatur frumentum in eodem loco, sed alternatim, cùm regularitèr medietas terrarum inserviat pro semine
35 frumenti, alia verò, vèl quiescat, vèl inserviat pro fabis, aliisque segetibus, ut de Provincia Romandiolæ testatur *Urceol. Consultat. Forens. cap.3. n. 60. in fine vol. primo*, & quod cessante consuetudine in contrarium non liceat Conductori, vèl Colono in ultimo anno restipulare, nempè iterum serere prædia, quæ
36 in superiori anno sata fuerunt, nè terræ exfructentur in præjudicium Domini firmant *Pigant. ad Statut. Ferrariæ lib.6. rubr.8. nu.28. D. Pacion. de Locat. cap.29. n.84. cum seq. Marta vot.149. n.2. cum seq. Surd. dec.131. n.6. cum seq. Joseph Ludovic. dec. Perusin. 62. n.1. cum seqq.*

Digitized by Google

par. 2. Vincen. de Franch. dec. 69. n.1.. Prout dicitur de Conductore vineæ, qui in ultimo
37 anno non potest relinquere plura capita vitium in vinea, ut percipiat maiorem quantitatem uvæ, cùm exindè resultet damnum vineæ, & præjudicium recollectioni sequentis anni, in quo minor quantitas uvæ produceretur *Castr. in l. Et hac distinctio §.Cùm fundum ff. Locat. Fulgin.de Jure emphyt. in tit. de var. caducit. quæst.2. n.39. cum seq. Carpan. ad Stat. Mediol.tom.2.cap.402.n.17. D. Pacion.loc.mox. cit.n.83. Franch. & Joseph Ludovic.ubi suprà*,
38 alioquin tenebitur ad id, quod interest Domino *Fulgin. loc. cit. & Giurb. ad Consuetud. Messan. cap.15. gloss.4. n.9.* ubi *nu.20.* tradit, quod si vinea non putetur, vèl non cultivetur dessicatur, & *Gratian.Discept.forens.cap.546. num.22.* docet vineam deteriorari ex defectu
39 culturæ etiam modici temporis, & idem firmat *Fulgin. ubi suprà* si per longum tempus non cultivetur.

ADDIT. AD RVBR. XVII. LIB. V.

SVMMARIVM.

1 AGricultura non præjudicat Nobilitati Decl. num.2.
3 Lites, & controversiæ Agricultorum quàm citiùs dirimi debent in Foro.

Num.7. Agricultura tamquàm Ars nobilissima
1 non præjudicat Nobilitati,* ita ut illam exercentes non evadant obscuri ut aliis relatis tradit *Costantin. ad Statut. Urbis Annot. 60. art.1. num.26. Rot.cor.Duran.dec.294. num.12.*
De el. procedere, quandò exercetur pro animi voluptate in propriis agris, & non assi-
2 duè,* & non sordidè, & non tanquàm Coloni, & mercenarii ut declaravit *Costantin.loc.cit. n.28.Rot.cor.Royas dec.50.n.15.cum seq., & cor. Duran.d.dec.294.n.13. cum seq.*

Num.19. Lites, & Controversiæ Agricultorum
3 quam citiùs dirimi debent in Foro ut etiam* firmat *Castellin. ad Bannimenta Romandiolæ observat.ultima n.138.*

De Arboribus plantandis, & Fossatis faciendis per Colonos.

R V B R I C A XVIII.

SAncimus, & ordinamus, quod quilibet Colonus singulo anno teneatur plantare (A) super possessionibus, & terris, quas colunt duas plantas arborum pro singula tornatura, videlicèt de arboribus existentibus in prædiis, seù terris hujusmodi, eis non existentibus de dandis sibi per Locatores. Ac etiam singulo anno teneantur plantas quaslibet per quemcunque plantatas custodire, sub pœna solidorum quinque pro qualibet planta.

Item obligatus sit, & intelligatur dictus Laborator Fossata (A) non facta de novo facere, & facta reficere, ubicunque opus fuerit, & necesse sub pœna quinque solidorum pro qualibet pertica Fossati non facti, seù non refecti, applicanda Domino possessionis pro ejus interesse, salvis tamèn conventionibus, & pactis inter Dominum, & ipsum Colonum initis.

SVMMARIVM.

1 ARbores novæ sunt subrogandæ deficientibus, vèl avulsis veteribus.
2 Fructus ex arboribus sivè in foliis, sivè in pomis, sivè in oblectamento colliguntur.
3 Coloni plantare tenentur singulo anno duas plantas arborum pro qualibet tornatura terræ.
4 Conductor obligatus plantare arbores censetur etiàm obligatus eas emere suis sumptibus.
5 Colonus negligens in plantando arbores tenetur ad refectionem omnium damnorum, & interesse, taxandum, ut ibi.
9 Fossata conficiuntur, ne aquæ in prædiis restagnentur, sed ut naturalem habeant decursum.
7 Refectio, & purgatio fossatorum an spectet ad Dominum, an verò ad Colonum, & Conductorem, & n.8.
8 Consuetudo Regionis attendenda est circà refectionem, & purgationem fossatorum.
9 Fossata restituenda sunt à Conductore expurgata, prout illi consignata fuerunt. Maximè si conventum fuit, quod debeat conservare fossata eo modo & forma, quibus erant tempore ingressus, si tùnc erant expurgata.
Conductor restituere debet rem in eo statu, in quo illi tradita fuit n.9.

OBSERVATIO

A. DEficientibus, vèl avulsis arboribus, novæ per bonum Patrem famil. sunt subrogandæ, ut docet *Gryphiandr.in ejus Æconom.legal. lib.1. cap.17. n.130.* nè fructus diminuatur, sed potiùs augeatur, cùm ex ar-
2 boribus, sivè in foliis, sivè in pomis, sivè in oblectamento fructus colligantur ad *Text. in l.Ple.*

Digitized by Google

l. Plenum ff. de Vſu , & habitat. Lagunez. de Fruct. par. 1. cap. 4. n. 48. cum ſeqq. & de cipreſſis,
aliiſque arboribus ratione amenitatis fructi-
feris tradit *Leotard. de Vſur. quaſt. 50. num. 27.
cum ſeq.* Undè cauti , & prudentes Statuentes
decreverunt , Colonos ſingulo anno teneri
3 plantare duas plantas arborum pro qualibet
tornatura terræ ex plantis exiſtentibus in præ-
diis, & eis non exiſtentibus ſibi per Dominos
dandis , alioquin ſi non fuiſſet deciſum , ubi
nàm plantæ eſſent deſumendæ , ac per Domi-
num eſſent tradendæ , tùnc de proprio emi
deberent à Colonis , nam Conductor obliga-
4 tus plantare arbores cenſetur etiàm obliga-
tus eas emere ſuis ſumptibus tanquàm actus
neceſſarius ad plantationem , ut reſpondit
Buccafert. conſ. 80. n. 23. cum ſeqq.

Negligente autèm Colono adimplemen-
tum propriæ obligationis omittendo planta-
tionem , tenetur ad refectionem omnium
5 damnorum , & intereſſe , ad tradita per *Rot.
coram Dunozet. jun. dec. 1008. n. 11.* quæ taxari
debent , habito reſpectu ad illam majorem
quantitatem fructuum percepturam , ſi debi-
to tempore plantatæ fuiſſent , & creviſſent ad
tradita per *Burſatt. conſ. 70. num. 31. verſ. præ-
tereà*.

Nè aquæ in prædiis reſtagneutur , ſed na-
B turalem habeant decurſum , conficiuntur foſ-
6 ſata, quæ vel reſpiciunt perpetuam utilitatem
agri , ſeù longiorem curſum temporis , quam
ſit conductio , & Colonia , & tùnc eorum re-
7 fectio , & purgatio ad Dominum ſpectat ad
tex. in l. 1. §. de eo ff. de Aqu. pluv. arc. diſtin-
guendo reſpondit *Bart. in l. Impenſa 14. ff. de
Impenſ. in reb. dat. fact. & in conſ. 193. n. 2. verſ.
ſi verò hoc non apparet , Ruin. conſ. 88. n. 2. cum
ſeq. vol. 1. Rol. à Valle conſ. 28. n. 34. vol. 1. Car-
pan. ad Statut. Mediolan. tom. 2. cap. 381. n. 5.
Pacichell. de Diſtant. cap. 8. ſub n. 20. cum ſeq.
Conciol. ad Statut. Eugub. lib. 6. rubr. 22. nu. 2.
ibique Romaguer. n. 6. Pacion. de Locat. cap. 34.
§. 1. n. 47. verſ. & quoniam cum ſeqq.*

Si verò fiant , & expurgentur ad præſentis
temporis utilitatem , & ad hoc ut pinguior
recollectio fiat durante conductione , & Co-
lonia , iſto caſu ad Conductorem , ſeù Colo-
num ſpectat onus , ut declarando reſpondit
*Bart. in l. Prædia 27. §. penult. ff. de Fund. in-
ſtruct. & in d. conſ. 193. n. 2. verſ. ſi verò , Ruin.
Roland. Carpan. Pacion. & Pacichell. loc. cit.* ubi
ſubdit rationem , quià cùm Colonus fundum
colere debeat foſſata ſunt de fundi cultura ,
tanquàm reſpicientia præſentem utilitatem ,
& *D. Gobb. de Aquis quaſt. 30. n. 33.*

Advertendo tamèn eſſe attendendam con-
ſuetudinem Regionis ; vigente enim conſue-
8 tudine , ſecundùm eam videtur intèr partes
conventum , ut reſpondit *Bart. cit. l. Impenſæ
ubi ſuprà, & in conſ. 193. n. 2. verſ. ſed concluden-
do dico , Cyriac. contr. 229. ſub n. 42.*

Cæterum à Conductore ſunt reſtituenda
expurgata, proùt illi conſignata fuerunt, cùm
debeat reſtituere rem in eo ſtatu, in quo fuit
9 illi tradita , aliàs tenetur ad intereſſe *Ruin. d.
conſ. 88. ſub n. 3. verſ. Puto etiàm advertendum
vol. 1. , Rimin. jun. conſ. 411. n. 21. juncto n. 34.
Cyriac. ubi ſupra n. 43. & Gobb. loc. cit. n. 35.*

Et ſine ulla difficultate , quandò expreſsè
conventum fuit quod Conductor debeat con-
ſervare foſſata eo modo , & forma , quibus
erant tempore ingreſſus ſi in principio ei tra-
dita fuerunt expurgata, ut reſpondit *Garglar.
conſ. 73. n. 5.* quem ſequitur *D. Gobb. d. n. 35.*

ADDIT. AD RVBR. XVIII. LIB. V.

S V M M A R I V M.

1 ARbores terram amenam faciunt ac fer-
tilem reddunt.
2 Ex arborum fructibus divitiæ creſcunt.

Num. 3. Arbores amenam terram faciunt, & fer-
tilem reddunt , & quæ arboribus vacua eſt ,
1 Sterilis , & * aſpera dicitur , & inculta , unde
cecinit *Sulmonenſis Poeta lib. 3. de triſtibus
eleg. 13.*

Nàm procul à Getico littore vitis abeſt,
Quoque loco eſt arbor turgeſcit in arbore ramus
Nàm procul à Geticis finibus arbor abeſt.

Ex arboribus fructum gignentibus divitiæ
creſcunt, & ex iis, & aliis terræ ſalutiferæ red-
duntur, quia vis ſolis earum viribus, & ame-
nitate miteſcit , & ad ignem ligna procrean-
tur , quibus temporum injuriæ arcentur; ma-
teriam quoque ſuppetunt ad omnia opera ne-
ceſſaria ; Ideo Cives compelli poſſunt eas po-
nere, ut cum *Avendan. & Azeved.* docet *Pe-
gas in Comentar. ad ordinat. Regni Portugaliæ
tom. 4. lib. 1. tit. 58. §. 47. gloſs. 48. pag. 572.*

Quandò bona locata intelligantur reconducta.

R U B R I C A XIX.

STatuimus, & ordinamus, quod Conductores quorumcunque bonorum mobilium, & im-
mobilium , vel ſemoventium teneantur ſaltèm per unum menſem antè finitam locatio-
nem , vel conductionem denunciare Locatoribus , vel eorum hæredibus , an velint pro-
ſequi in dicta locatione pro eodemmet tempore, quo primo conduxerant , aliàs ipſis non
notificantibus, ipſa bona reconduxiſſe pro eodemmet tempore, quo conduxerant, & cum
eiſdem pactis , conventionibus , & obligationibus , prout primo conduxerant . Et ſimili-
ter

tèr ſingulis annis (ut ſupra) notificare teneantur aliàs ſemper reconduxiſſe intelligantur (ut ſuprà) & hoc quandocunquè placuerit talis reconductio Locatori, aut ejus hæredibus.

SVMMARIVM.

1 LOcatio tacitè renovatur lapſo termino locationis expreſsæ, quandò Conductor continuat retinere prædium conductum, non contradicente locatore.

2 Conductor ad Tempus non poteſt finito tempore licitè retinere prædium abſque renovatione conductionis.

3 Omnis interpretatio ſumenda eſt ad excluſionem delicti.

4 Locator patiendo Conductorem remanere in fundo, cenſetur conſentire renovationi locationis.

5 Locatio tacita nudo conſenſu partium convaleſcit.

6 Renovatio tacita locationis an, quandò, quomodò, & quibus pactis inducatur, remiſſivè.

Colonia tacitè renovata quandò dicatur, remiſſivè num. 6.

Conductor executivè an conveniri poſſit pro tacita reconductione, remiſſivè num. 6.

Pacta appoſita in conductione an cenſeantur repetita in tacita reconductions remiſſivè num. 6.

OBSERVATIO.

REnovatur locatio etiàm tacitè, quandò Conductor continuat lapſo ter-
1 mino locationis expreſſæ retinere prædium
conductum, non contradicente Locatore juxtà *Text. in l. Itèm quæritur 14. §. Qui impleto cum l. ſeq. ff. Locat. & in l. Legem 16. C. eod.* idque ex
duplici ratione, nempè prima, quià Conductor
ad tempus non poteſt finito tempore licitè
2 retinere abſque renovatione conductionis,
nàm alioquin retinendo delinqueret, unde
præſumendum eſt quod potiùs eam renovaverit,
ad evitandam præſumptionem delicti,
ad quem effectum capienda eſt omnis inter-
3 pretatio *l. Meritò ff. Pro ſoc.* & tradit *Bart. in d. §. Qui impleto n. 3. verſ. Deciſio ibi, & Caſtr. n. 1. poſt med.* Altera eſt, quia locator faciendo,
& patiendo Conductorem remanere in
4 fundo, cenſetur conſentire, ut illum retineat
eo modo, quo priùs, & ſimilitèr conductor
eodem modo velle retinere, quod ſufficit,
5 nàm iſte contractus nudo conſenſu convaleſcit
juxta *Text. in leg. Qui ad certum 15. ff. Locat.* Verùm quià hanc materiam latiſſimè,
& doctiſſimè examinavit *Pacion. de Locat. cap. 64.* ubi *num. 102. cum duobus ſeqq.* diſcu-
6 tit, an inducatur tacita Colonia, & an conductor
pro tacita reconductione poſſit executivè
conveniri, ac an pacta præcedentia
cenſeantur repetita in reconductione examinant
Moccia Sylva caſuum forenſium cap. 58. & Milazo aſſertion. 46. ideò in caſuum contingentia ad eos recurrendum erit.

De Iis, ad quę tenentur Coloni factis ſeminibus.

RVBRICA XX.

SAncimus, & ordinamus, quod Coloni terrarum antequàm ſeminent, teneantur omne letamen exiſtens in area, & ſtabulis poſſeſſionis portare ſuper terris ſeminandis, & factis, ſeminibus carrarias relevare, & foſſata dictis ſeminibus facere competentèr, & ipſas ſemitas congruis temporibus roncare, ac tempore debito metere, recolligere, & triturare eorum propriis expenſis, & laboribus, & locatori partem ſuam deferre Faventiam, vel in ejus Comitatu, ſeu Diſtrictu ad domum habitationis dicti Locatoris in horreum ſuum, factoquæ paleari paleas dimittere prout in alio Statuto de paleis diſponente, ac etiàm ſi quod letamen eſſet in area, vel ſtabulis poſſeſſionis, illud totum ibidem relinquere, etiam ſi eos contingeret diſcedere ex dictis poſſeſſionibus, pœna in prædictis omnibus, & ſingulis caſibus ſupraſcriptis, & pro qualibet vice librarum quinque bonon. ultra emendationem damni, intereſſe Locatoris.

SVMMARIVM.

1 LEtamen lætificat agros, & lætas ſegetes faciunt.

Letamen tanquàm pabulum reficit terram, & plantas num. 1.

2 Letaminis naturam, pærogativas, utilitatem & alia remiſſivè.

3 Uſus ſtercorandi agros eſt antiquiſſimus.

Stipularum combuſtio non poteſt prohiberi per Barones Vaſallis, alias gravantur num. 4.

4 Stipularum combuſtione impinguantur agri Vide ibi.

5 Stipulæ nihil aliud ſunt niſi culmi cum ſpica non collecti, quos cum otium adeſt, Ruſtici deindè metunt, vel incendunt.

6 Combuſtionis Stipularum mos eſt antiquiſſimus.

7 Combuſtio Stipularum eſt actus permiſſus à Jure, & Conſuetudine, & ideò non eſt punibilis.

8 Ignis in ſtipulis non poteſt immitti niſi poſt certum tempus à Lege, Statuto, Conſtitutio-

tutione, aut Confuetudine præſcriptum.
9 Ignis in ſtipulis in Regno Neapolitano non
poteſt immitti ante diem 15. Auguſti.
Igois in ſtipulis in agro Romano, quo tem-
pòre poſſit immitti num.9.
10 Ignis in ſtipulis immittendum eſt prævia
circumſpectione aeris, ne ſit ventola, nec
non circum circa facta expurgatione, aliiſ-
que circumſtantiis ſervatis, ne ignis agrum
egrediatur.
Ignem immittens in Stipulis propriis ſi
exindè fundo alterius damnum inferetur
an, & quandò teneatur ad illius refectio-
nem num.10.
Servus immittens ignem in Stipulis cum
damno vicini quandò teneatur Dominus
Vide ibi num.10.
11 Combuſtio Stipularum non practicatur in
Provincia Romandiolæ.
St ramen ex Stipulis colligitur in Provincia
Romandiolę pro alimento animalium tem-
pore hyemali num.11.

OBSERVATIO.

1 LEtamen dicitur, quia lætificat agros,
& lætas ſegetes facit, juxtà deſcri-
ptionem *Ciampoli in ejus opere inſtripto il Zo-
roaſtro Romæ impreſſ. anno 1667. pag. mihi* 82.
& tanquam pabulum reficit, ut relatis verſi-
bus Virgilii Georgica ibi.

Ne ſaturare fimo pingui pudent ſola, nevè
Effatos cinerem immundum jactare per agros.

& illis verbis Columellæ *Omni ſolo præſens
medicina eſt, ut ſtercore adjuves, & abſumptas
vires hoc velutì pabulo reficias*, ac documento
*Catonis ſterquilinium magnum ſtudr, ut habeas,
ſtercus ſedulo conſerva* notat *Ciampol. loc. cit.
pag.79. cum ſeqq.* ubi latè illius prærogativas
exponit diligentiam, & modum in illo facien-
2 do, recolligendo, & diſtribuendo, utilita-
temque publicam ex eo reſultantem refert,
& per ſæcula priùs pleniſſimè, & doctiſſimè
examinavit *Petrus Creſcent. de Agricultura
lib.2. cap.12. cum ſeq. juncto lib.11. cap.13. Ta-
nara l'Economia del Cittadino in Villa lib.2.pag.
121. cum ſeqq. ſecundùm impreſſ. Venetam anni
1665. Auguſtinus Gallus in ejus libello inſtripto
Le dieci giornate della vera Agricoltura gior-
nata 1. pag.23. cum ſeq.*

Uſus ſtercorandi agros eſt antiquiſſimus,
cum ſecundùm traditionem Poetarum intro-
3 duxerit *Saturnus*, ut refert *Gulielm. de Bene-
dict. in cap. Raynuccius in verbo, & Uxorem no-
mine Adelaſiam deciſ.5. n.357. de Teſtam.*

Impinguatur etiàm, ac fertilior redditur
terra ex cinere facta mediante combuſtione
ſtipularum, ut latè comprobant *Novar. de
Gravam. Vaſſall. tom.2.gravam.34. num.1. cum
ſeqq.* ubi *n.6.* firmat, quod ideò Vaſſalli gra-
varentur ſi à Baronibus prohiberetur *Borell.
conſ.7.n.5. Lagunez de Fructib. par.1.cap.7. ſub
n.24.* quod controvertit *Tenura ubi ſuprà pag.
127.* tenens hujuſmodi combuſtionem in agro
Romano fieri ad alium effectum, & præcæte-
ris ad hoc, ut terra à ſterpibus, aliiſque ex-
4 purgata faciliùs exſiccetur à Sole. Quæ ſti-
pulæ, nihil aliud ſunt, niſi culmi cum Spica
non collecti, quos cum otium adeſt, Ruſtici
5 deindè metunt *L. Sylva cædua §. Stipula ff. de
Verb. ſignificat.* & docet *Fulv. Benign. in Annot.
ad Statut. Agricultur. Urbis cap. 82. litt. E.* vèl
incendunt, qui mos comburendi ſtipulas eſt
6 antiquiſſimus, ut probatur ex *Text. in l. Qui
occidit §. In hac actione ff. Ad leg. Aquil.* & tra-
dunt *Lubſerus de Incend. cap. 1. n.2. Novar. de
Gravam. Vaſſallor. loc. cit. n.1. Thor. vot. 27. n.1.
cum ſeq.* & conſequenter tanquàm actus per-
7 miſſus à Jure, & conſuetudine non eſt puni-
bilis ex *mox allegandis*.

Immitti tamèn non poteſt ignis, niſi poſt
certum tempus à Lege, Statuto, Conſtitutio-
8 ne, aut conſuetudine præſcriptum *Panimoll.
dec.55. num.23.* alioquin contra immittentem
poteſt procedi *Novar. ubi ſuprà n. 9.* prout in
Regno Neapolitano non poteſt immitti ante
9 diem 15. Auguſti ex diſpoſitione *cap. Regni
Pridem*, ut tradit *Novar. dicto gravam.34.n.7.
cum ſeq. dictus Thor. vot.27.n.8.* & in agro Ro-
mano non ſolet immitti antè diem primam
Auguſti ex *Statuto Agriculturæ Urbis cap.81.*
licèt, ut aſſerit *ibi Adden.* hujuſmodi Statu-
tum poſt Reformationem Kalendarii factam
à *ſa: mem: Gregorio XIII.* de anno 1583. fuerit
reformatum per *Decretum Generalis Congre-
gationis Nobilium de Arte*, & præſcriptum
tempus pro die 10. Auguſti, quod impugna-
re conatur *Vermigl. conſ.334. num.2. verſ. Non
etiàm, cum duobus ſeqq.* ut notat *Panimoll. de-
ciſ.55. n.24.* ſed veritas eſt, quod *DD. Conſules
Agriculturæ* quolibet anno decernunt diem,
qua immitti poteſt ignis, habito reſpectu ad
recollectionem factam, ac de eorum mandato
ſuper hoc publicatur Ædictum.

Et tunc temporis etiàm immittendus eſt
ignis præviâ circumſpectione aeris, ne ſit
10 ventoſa, nec non circùm circà facta expur-
gatione, aliiſque circumſtantiis concurren-
tibus, ne ignis agrum egrediatur, quibus di-
ligentiis adhibitis, ſi ex ſupervenienti vi ven-
torum ignis egrediatur, & fundo alterius
damnum inferat, non tenetur ignem immit-
tens ad refectionem damni, minuſque ad pœ-
nam, cum non concurrat neque dolus, neque
culpa in tali actu à Jure, & conſuetudine per-
miſſo, ut in puncto decidit *Text. in l. Qui oc-
cidit §. In hac quoque*, ibi: *At ſi omnia, quæ
oportuit, obſervavit, vel ſubita vis longiùs
ignem produxit caret culpa ff. Ad l. Aquil. Ver-
migliol. dicto conſ.334.n.1. Farinace. quæſt.110.
n.141. Rendell. de Vinea, & vindem. cap.9. de
vitium pedamentis §. de Eo verò, Card. de Luc.
de Servit. diſcurſ.46.n.9. Rovit. dec.59. Panimoll.
dicta dec.55. num. 19. cum ſeqq.* Secùs autèm ſi
tempore ventoſo, & nulla præmiſſa debita
diligentia ignem impoſuerit in ſuis ſtipulis,
ex quo damnum vicino fuit illatum, iſto enìm
caſu dicitur in culpa, ut diſtinguendo reſpon-
dit

conſtructione, ſeù ampliatione Eccleſiæ, vèl Monaſterii competit, non obſtante via vicinali intermedia, ſecus ſi ſit publica.

23 *Rot. in recent. decis.* 213. *par.* 2. in quibus terminis loquatur.

27 Nemo cogitur vendere rem ſuam ex cauſa publicæ utilitatis, habita fide de pretio. Limita n.28.

29 Coactus vendere rem ſuam occaſione retractus non poteſt cogi ad prætium inveſtiendum, nec ad cavendum de evictione rei venditæ.

30 Retrahere volens tenetur emere totam rem, nec poteſt cogere ad venditionem partis. Contrarium n.31.

31 *Scot. conſ.* 3. reprobatur.

OBSERVATIO.

TRanſiti non valet per fundum vicini in-
1 vito Domino, ùt tradit *Bald. in l. Per
agrum n.1. C. de Servit., & aqua*, ac ſuprà fir-
matum fuit in *Obſerv. ad Rubr.6.n.1. hoc eodem
libro*. Verùm ſi via publica perpetuò deſtru-
cta ſit tunc per fundum vicini tranſiti, po-
2 teſt, redigendo illum agrum in viam publi-
cam propter publicam utilitatem per *text. in
l. Si locus*, ibi: *cum via publica, vel fluminis
impetu, vel ruina amiſſa eſt, vicinus proximus
viam præſtare debet ff. Quemad. ſervit. amitt.*
firmat *Bald. ubi ſuprà, Anna ſingul.* 582. *Scya-
loja de Foro compet. cap. 26. n.* 111. ubi dicit,
idem procedere ſi ſit lutoſa *Capiblanch. de Ba-
ron. pragmat.1.n.179. Valaſc. conſultat.22. n.4.
Capon. diſcept.371.n.24. volum.5. Surd. decis.42.
n.11.* ea ratione quia magìs publica utilitas,
3 quàm privatum damnum attenditur, & pu-
blica utilitas, & neceſſitas æquiparantur, ac
multa neceſſitatis cauſa admittuntur, quæ
aliàs non admitterentur, ut proſequitur *Ca-
piblanch. ubi ſuprà, & n.* 180. Et quidèm ſo-
luto pretio, cum quis ad rem ſuam traden-
dam ſeu vendendam cogi non poſſit niſi pre-
tio ſoluto, ut rejecta contraria opinione te-
net *Cpiblanch. dicta pragm. 1. num.* 123. juncto
*n.108. verſ. contraria cum ſeq. Valaſc. & Capon.
loc. cit. Mastrill. decis.280. n.20.*

Sicuti etiam ſi via ſit occupata, ità ut tran-
4 ſiri non valeat, & aliquis oves ſuas, vel ani-
malia per fundum vicini immittat, ut tran-
ſeant, non punitur de introitu in agrum alie-
num, prout alioquin puniretur ex diſpoſitio-
ne *Statuti*, ut notat *Bald. in l. Si locus ff. Que-
mad. ſervit. ammitit. & in dicta l. Per agrum
n.1. Surd. loc. cit.* dummodò civiltèr immittat,
ità quod à damno in quantum poſſit, cuſto-
diat, ut declarat *Bald. in locis proximè allegat.
& Surd. ubi ſuprà Franc. Marc. decis.336. nu.2.
par.1.*

Rurſùs ſi quis ad fundum emptum alia via,
quàm per agrum vicini venditoris ire non
5 poſſet, tunc iter illi permiſſum eſt ad *text. in
l. Item ſic §. Qui habet hauſtum, & in l. Via §.
quæcumque ſervitus ff. de Servit. ruſtic. præd.*
reſpondit *Poſſent. Singular. centur.3. ſingul.*298.
n.1. Et eo caſu emptor non tenetur ad ſolutio-
nem pretii ſervitutis; Contrarium tamèn,
quod imò venditor non teneatur tradere ſer-
vitutem itineris, niſi in contractu expreſſum
ſit, tenent adducti per *Mantic. de Tacit. lib. 4.
tit.9.n.20. juncto tit.16.n.23.* & ſequitur *Pecb.
de Aqueduct. cap.11. quæſt. 12. num.4. lib.2.* Vel
niſi fundus venditus ſit cum acceſſibus, &
aggreſſibus ſuis, ut declarat *Mantic. dicto
tit.16. numer.24.*

Si verò vicinus non ſit venditor, tunc idem
vicinus eatenùs ſolùm tenetur ad iter præ-
ſtandum, quatenùs ſolutum fuerit juſtum pre-
tium, & determinatus locus oportunus per
Judicem, ut diſtinguendo reſpondit *Poſſent.
loc. cit. Gratian. diſceptat. forenſ.* 681. *n.*44. Et
quod quando quis non habet viam eundi ad
fundum proprium vicinus teneatur illam con-
cedere ſoluto pretio ſuper ſuis bonis per lo-
cum ei minus damnoſum ſaltèm de æquitate
tenet *Abb. conſ.403.n.7. volum.2. Boer. dec.322.
n.11. cum ſeq.* quos refert, & ſequitur *Conciol.
ad Statut. Eugub. lib.6. rubr. 20. nu.4.* Secus ſi
aliundè poſſit habere licèt longiorem, ut pro-
ſequitur *Conciol. num.* 5. & firmat *Antonell. de
Loco Legal. l.2. cap.13.*

Paritèr *ſi quis habeat ſepulchrum, viam ta-
mèn ad illud non habeat, & à vicino ire prohi-
6 beatur Imperator Antoninus cum Patre reſcrip-
ſit iter ad Sepulchrum peti præcario, & conce-
di ſolere, ut quotiès non debetur, impetretur ab
eo, qui fundum adjunctum habet: Præſes etiam
compellere debet juſto pretio iter ei præſtari,
ita tamèn, ut Judex etiam de opportunitate loci
proſpiciat ne vicinus magnum patiatur detri-
mentum*, ut refert *Vulpianus* per prædicta ver-
ba in *l. Si quis ſepulchrum ff. de Religioſ. &
ſumpt. funer.* & tradunt *Valenzuel. conſ.18. n.6.
volum.1. Capon. diſcept. forenſ.371. n.23. volum.5.*

Advertendum pro intelligentia prædicti
text. in l. Si quis ſepulchrum, quod tunc hu-
juſmodi controverſia vigere poterat, quia
olim tàm apud Romanos, quam apud alias
Nationes cadavera non ſepeliebantur in Ur-
be, ſed extrà in agris ad evitandum fœto-
7 rem, & aeris putrefactionem, ut tradunt
*Petr. Victorin. lib.14. Variar. cap.21. Liu lib.6.
primæ decad. Cicer. lib. 4. Epiſtolar. epiſtol.* 55.
*Alexander. ab Alexandr. lib.3. cap.2. verſ. Ro-
mani vero, & lib. 4. cap. 18. verſ. neque intrà
mænia, & lib.6. cap.14. verſ. poſteà lege*, latè,
& eruditè *Joan. Baptiſta Aſinius il l.2. §. In lo-
cum. per tot.* & prætertim *num.57. cum ſeqq.* ac
nu.58. cum ſeqq. ff. de Religioſ. & ſumpt. funer.
cum aliis relatis per *Valenzuel. loc. cit. num.7.
cum duobus ſeqq. D. Paciebell. de Diſtant. cap.7.
ſub n.* 4. & 5. ubi etiam alias rationes addu-
cit *Lavor. Elucubrat. tit. 2. de Priſco, & re-
centi funerandi more cap. 5. n.84. cum ſeqq.* ubi
aliam rationem refert, nempè ad cavendam
pollutionem Sacrorum publicorum. Imò im-
poſita erat pœna aureorum quadraginta, ut
8 in *l. Prætor ait §. Divus Adrianus ff. de Sepulcr*

violat. Dulphus de Sepultur. cap. 4. n. 5. Fragoſ. de Regim. Reipubl. par. 3. lib. 5. diſputat. 8. §. 17. n. 512. cum ſeq. Et talis mos nedùm ſervaba-
tur à Gentilibus, verùm etiàm practicatus
fuit à Chriſtifidelibus, dum conſtat habuiſſe
ſepulchra extrà Urbes, donec in dies auge-
ſcente Chriſtiana Religione, ne paſsìm fera-
rum more cadavera conderentur, deſtinatus
fuit ad talem effectum ſepeliendi cadavera lo-
9 cus propè Eccleſiam intrà ſitum triginta paſ-
ſuum appellatum cœmeterium, ut tradit *Aſi-
nius ubi ſuprà n. 67. cum ſeqq.* proſequitur *Va-
lenzuel. n. 9. in fine, Dulph. ubi ſuprà n. 5. verſ.
hac enim cum ſeq. Fragoſ. dicto §. 17. num. 515.
D. Pacichell. loc. cit. n. 9. & Lavor. dicto cap. 5.
n. 103.* qui *n. 110. cum ſeqq.* plura de Cœme-
teriis, de quibus alia vide penès *Barboſ. Vot.
deciſiu. lib. 3. vot. 103.* Ac etiam permiſſa ſe-
pultura in atrio, aut in porticu, aut in exe-
10 dris Eccleſiæ, ut in *can. præcipiendum §. pro-
hibendum Cauſ. 13. quæſt. 2. Lavor. loc. cit. n. 106.
in fine* ubi *n. 108.* tradit, quæ dicantur Exe-
dræ, & *Pacichell. ubi ſuprà*, Prohibita tamèn
in ipſa Eccleſia, exiſtimantes Majores noſtri
11 turpè eſſe cadavera humari in eo loco, in
quo quotidiè Divina celebrantur Officia, &
Deus colitur, vel quia locus ille ſpecialiter
dicatus eſt *Deo*, ut in *dicto can. præcipiendum
§. prohibendum, & in l. Nemo Apoſtolorum,
ibique gloſſ. in verbo conceſſum C. de Sacroſanct.
Eccleſ. Aſin. ubi ſuprà n. 72. Lavor. n. 106., &
Dulph. de Sepultur. dicto cap. 4. n. 7. verſ. ſed &
ſi.* Paulò poſt verò pro digniſſimis, ac præ-
ſtantiſſimis Viris, qui pietatis laude, & re-
rum geſtarum magnitudine celebriores fue-
runt, aliquandò conceſſum fuit, poſſe etiàm
12 in Eccleſia ſepeliri, ut in *can. nullus Cauſ. 13.
quæſt. 2.* proſequitur *Aſin. loc. cit. nu. 74. Lap.
allegat. 83. Lavor. loc. cit. n. 105. & Fragoſ. dicto
§. 17. nu. 521.* ubi reſpondit, *Baſilium Græco-
rum Imperatorem* fuiſſe primum, qui in Ec-
cleſia fuit ſepultus, & ex eo Eccleſiam, di-
ctam fuiſſe Baſilicam.

Deindè quod priùs dignitatis, & ſanctita-
tis contemplatione paucis conceſſum fuerat,
ità paulatìm relaxatum fuit, ut omnibus
etiam hodiè, nulla dignitatis, aut ſanctita-
13 tis habita ratione, liceat in Eccleſia habere
ſepulchra, hancque conſuetudinem invaluiſſe
ratione ſuffragii animarum, quod exindè ſpe-
rari valet, dum qui ad Eccleſiam accedunt, ſi
majorum ſuorum ſepulchra intuentur, facile
accidit, ut pro eorum animabus preces effun-
dant, ut advertit *D. Gregorius in can. cum
gravia Cauſ. 13. quæſt. 2. Aſin. loc. cit. n. 76. cum
ſeq. & Lavor. loc. cit. nu. 107. verſ. verùm, ac
Fragoſ. ſub dicto n. 521.*

Extincto itaque more ſepeliendi cadavera
in agris, inutilis evaſiſſet diſpoſitio *dicta leg.
Si quis ſepulchrum*, niſi exinde ex unanimi con-
ſenſu Juris Conſultorum ex identitate, ſeù
majoritate rationis deductum eſſet, quod
favore Eccleſiæ, & Religionis, circà quam
14 paritèr, publica verſatur utilitas ad *text. in
l. 1. §. hujus ſtudii, ibique gloſſ. in verbo In ſa-
cris ff. de Juſt. & Jure* cogi poteſt Dominus
agri, vel domus ad vendendum pro conſtru-
15 ctione, & ampliatione Monaſterii, & Ec-
cleſiæ, ut relatis rationibus eorum argumen-
tationis docet *Aſin. in dicta l. Si quis ſepul-
chrum 12.* & aliis relatis firmant *Franceſ. de
Eccleſ. Cathedr. cap. 10. à n. 123. Carcu. variar.
reſolut. 2. Maraut. controverſ. 28. par. 2. Botti-
glier diſertat. forenſ. 27. n. 27. Pegaſ. Coment. ad
Ordinat Regn. Portugal. tom. 2. ad Regim. Senat.
Palat. §. 39. gloſſ. 96. cap. 3. ſub n. 4. pag. 199.
Donad. de Renunc. lib. 2. cap. 15. Barboſ. vot.
deciſ. 102. a n. 40. lib. 3.* latè *Guzman de Evict.
quæſt. 52. n. 36. cum ſeqq. Marott. diſceptat. 35.
n. 26. & 27. Capon. controverſ. forenſ. 1. n. 4. cum
ſeqq.* ubi adducit plures ampliationes, qua-
rum nonnullæ non ſine diſcuſſione ſunt am-
16 plectendæ, & *diſceptat forenſ. 371. n. 20. cum
ſeqq. vol. 5. Theſaur. QQ. forenſ. lib. 1. quæſt. 64.
n. 6. D. Joan. Dominicus Panſutus controverſ. 25.
Carocc. deciſ. 26. Giurb. deciſ. 86. Gizzarell.
deciſ. 37. ibique Addentes. Tapia deciſ. 7. Novar.
deciſ. 237. Sperell. deciſ. 58. part. 1. Franch.
deciſ. 223. Leo deciſ. 60. Rota coram Manzaned.
deciſ. 391. in recent. deciſ. 212. juncta deciſ. 372.
& deciſ. 676. utrobique n. 1. par. 1.*

Hujuſmodi tamen beneficium pro nova
conſtructione, & erectione, aut ampliatio-
ne Monaſterii, & Eccleſiæ impugnatur de
17 ſtricto Juris rigore à *Covar. Variar. reſolut.
lib. 3. cap. 14. n. 8. verſ. ſic nec*, ponderando
quod *Juris Conſultus in dicta l. Si quis ſepul-
chrum*, undè deſumitur iſtud beneficium, lo-
quitur de conſtituenda tantummodò ſervitu-
te itineris, ſeù viæ in re privati omninò ne-
ceſſaria ad uſum ſepulchri, firmo remanente
vicino dominio ipſius rei, & nihilominùs ibi
admonetur Judex, ut adhuc proſpiciat, ne
vicinus magnum patiatur detrimentum,
quamvis agatur de ſola ſervitute imponen-
da, unde elicitur, quod Juris Conſultus ne-
quaquàm reſpondiſſet, eſſe cogendum vici-
num ad venditionem fundi pro nova conſtru-
ctione, vel ampliatione, dùm tam circum-
ſpectè reſpondit, quandò agebatur de impo-
nenda dumtaxat ſervitute viæ, & itineris ſe-
quitur *Valenzuel. dicto conſ. 18. n. 37. vol. 1.*

Advertendum tamen, quod cum hujuſmo-
di beneficium ſit exorbitans ex *Jure commu-
ni*, juxtà cujus diſpoſitionem, quilibet eſt
Moderator, & arbiter rei ſuæ *ex vulgatis*, ac
18 nemo invitus cogitur ad vendendum *l. Invi-
tus C. de Contrahen. empt. l. Neque emere C. de
Jure delib. l. Non enim ff. Rerum amotar*, &
pro eo nulla competat actio, ſed ſolum im-
ploratio Officii Judicis, & remedium extraor-
dinarium, proinde exerceri non debet, niſi
cum magna æquitate, & circumſpectione
ac de bono & æquo ut firmant *Merend. Con-
troverſ. Jur. lib. 1. c. 30. n. 15. Novar. qq. can. 32.
Theſaur. QQ. forenſ. lib. 1. ca. 64. in fine, D. Fran-
ciſcus Antonius Tranchedin. conſultat. 19. n. 70.*
& reſpondit *Rot. in recent dec. 372. n. 2. par. 1.*

Præ-

Digitized by Google

Præsertim favore Ecclesiæ, quæ est cultrix
19 justitiæ, & æquitatis, ut ponderant Valen-
zuel.cons.18.n.31. qui respondit pro exclusio-
ne retractus Capellæ de Jurepatronatus ad
effectum ampliandi Sacristiam Ecclesiæ Ma-
rott. disceptat.35. sub num.31. cum seq. Novar.
loc.cit. Tranchedin. ubi suprà num. 72. Rota d.
decis.372.n.2.

Et præcæteris ponderari debet, an domus
retrahenda sit antiquior Ecclesia, seù Mona-
sterio; Etenim constito quod sit antiquior,
Agentes pro Ecclesia, & Monasterio meliùs
considerare debebant a principio situs capa-
20 citatem, alioquin si eo casu concederetur re-
tractus, lata via aperiretur fraudibus, dum
potest emi aliqua parva domus, & situs sub
spe, & animo posteà dilatandi fimbrias, etiam
contrà charitatem in præjudicium vicino-
rum, ut ponderavit Rot.cit. decis.372. nu.18.
Gratian. disceptat.742. n. 25. cum seq. Novar.
QQ. forens.par.2. quæst.50.n.90. quos sequitur
Marott. dicta disceptat.35. sub n.36.

Undè plura concurrere debent; & Primò
requiritur præcisa necessitas, ut firmant A
Ponte de Potest. Proreg. tit. de Abundant Civit
21 nu.18. Menoch. consil.1026. num.8. 15. & 19.
Gratian. discept.742. num. 25. cum seq. Marott.
disceptat. 35. n.31. & 35. cum seq. Ciriac. con-
trovers.231. n.1. cum seq. juncto nu.15. Novar.
qq. forens. 51. par.2. Thesaur. QQ. forens. lib.1.
quæst.64. n.9. Capon. controvers.1. nu.41. Tran-
chedin. consultat.19.n.75. Franch. dicta dec.223.
n. 6. Castill. decis.132.

Et talis, ut Ecclesia, seù Monasterium non
habeat situm sufficientem, & condecentem,
ac alio modo præcisæ necessitati illius provi-
dere nequeat Guzman.de Evict.quæst.52. n.29.
cum seq. juncto num. 39. Daniel. de Nobilib.
disput.29. n.22. Ciriac. controvers. 231. num.2.
& 14. Tranchedin. loc.cit.n.75. Carocc.decis.26.
n.7. Giurb.decis.86. n.14.

Nam non est indulgendum immoderato
appetitui quorumdam Religiosorum, qui
potiùs incumbentes propriæ commoditati,
quæ multòties transit in luxum, jocundita-
tem, & amœnitatem, quàm majori Dei glo-
riæ ab ipsis affectatæ, & neglectis actibus
charitatis, & justitiæ; tentant vexationibus
expellere a propriis, & avitis domibus Do-
minos; Idcircò si privata domus, privatusvè
ager peratur ad constructionem Ecclesiæ, quæ
& si valdè utilis sit, non tamen concurrat
præcisa moralis necessitas, aut ad ampliatio-
nem Ecclesiæ, & Monasterii jam constructi,
quæ pariter ampliatio quamvis multum sit
utilis pro habitatione majoris numeri Mona-
chorum, quibus augetur cultus Divinus; ni-
hilominus cum Ecclesia, & Monasterium abs-
que tali ampliatione, adhuc Reipublicę Chri-
stianæ, & cultui Religionis servire valeat
(quicquid dicendum sit de auctoritate Prin-
cipis Supremi,) non poterit isto casu Judex
compellere Dominum ad venditionem pro-
priæ domus; ut respondit Covar. Variar. resolut.
lib.3. dicto cap. 14. n.8. circà finem vers. Tertiò
si privata, Merend. controvers. lib. 1. cap. 30.
n.13. Ciriac. controvers. 231. n.17. Barbastren.
Pastoral. Regular p.2. quæst.15.n.10. Tranchedin.
consultat.19. n.76. cum seq.

Secundò requiritur contiguitas, ut tradunt
Marott. dicta disceptat. 35. sub n.31. cæterique
22 suprà allegati, quæ mediante via vicinali in-
termedia ad effectum retractus non excludi-
tur, sed adhùc ille competit Rimin. jun.
cons. 382. n.50. Menoch. cons. 709. n.15. Joan.
de Amicis cons. 81. num. 10. cum seq. Ursell.
conclus.62. n.28. Afflict. de Jure.prothomis.§.9.
n.12. circà med. & ibi Rumm. in Addit. in pri-
mo notab. n. 12. Marc. Mantua in simili tractat.
n.54. Rendell. pariter eodem tract. gloss. Via pu-
blica nu.3. vers. sed si Rivus privatus, & in §.
seq. n.4. vers. idem de privato flumine, rivo, &
torrente Cepoll. de Servit. rust. præd.cap.3.n.34.
Carpan. ad Statut. Mediolan. lib. 1. cap. 417.
n.476. & 481. Ciroch. disceptat.29. n.27. Afflict.
decis.62.n.1. Vivian.decis.488. num.7. Marlian.
decis.64. Boer.dec.322. n.1. Ricc.collectan.2300.
vers. item an via, Rot. coram Ninot. decis. 58.
n. 20. secùs tamen dicendum est, si adsit via
publica, quæ tollit cohærentiam, ut habe-
tur in Imperiali Constitutione Friderici super re-
tractu, quæ incipit Sancimus in §. ultim. ibique
Scribentes Afflict. dicto tract. loc. cit. n.1. Muta
in Consuetud. Panor. cap.26. num.21. & in cap.
Regni Scicilię tom.4. in cap. Regis Alphonsi 194.
n.14. & cap.199. Franciscus Palma consultat.20.
n.7. cum seqq. Non obstante quod Rota in recent.
23 decis. 213. par. 2. concesserit retractum do-
mus, quamvis adesset via publica interme-
dia, quià in illo casu agebatur de amplianda
via publica, pro qua militabat dispositio
Bullæ Gregorii XIII. super retractu, & multum
conferebat Breve concessum à Gregorio XIV.
Regularibus Sancti Andreæ retrahentibus,
ac ponderatum fuit, quod Ecclesia Sancti
Andreæ est de insignioribus, & nobilioribus
Urbis, ut ex lectura.

Tertiò, quod vicinus non patiatur ma-
gnum detrimentum, juxtà dispositionem
24 Text. in dicta l. Si quis sepulchrum, ibi: Ne vi-
cinus magnum patiatur detrimentum, Covar. di-
cto cap.14. circà finem, Gratian. disceptat.896.
n.7. Marott. dicta discept.35. n. 31. & 35. The-
saur. QQ. forens. lib.1. quæst.64. num.9. Capon.
controvers. forens.1. n.41. Guzman. de Evict. di-
cta quæst.52. n.50. Giurb. dec. 86. n.10. Rot. in
recent.dec.372.n.3.par.1.

Quod contingit præcipuè, quandò prætten-
ditur retractus antiqui Palatii alicujus nobi-
25 lissimæ familiæ, ut pro illius exclusione re-
spondit Rot. dicta decis. 372. quam sequuntur
Donat. Anton. de Marin. ad Reverter. dec. 284.
n.5. Capon. discept. forens.371. n.31. vol.5.

Quartò requiritur solutio justi prætii, ut
deciditur in dicta l. Si quis sepulchrum, ibi:
26 Justo pretio, ibique Asin.n.2. Valenzuel.cons.18.
n.10. volum.1. Thesaur.loc.cit. n.10. Capon. con-
trovers.1. n.42. versic. Secundò, cæterique suprà
alle-

Digitized by Google

*allegati, Maſtrill.dec.*280. *num.*20. ubi *numeris ſeqq.* docet modum, & quid attendendum in taxando juſtum pretium *Giurb.dec.*86. *nu.*11. ubi *num. ſeq.* examinat, an teneatur ſolvere pretium ab aliis oblatum; utrumque etiàm diſcutiunt *Capon.dicta controverſ.*1.*num.*43. & *Guzman.de Evict.d.quæſt.*52. *n.*57. *cum ſeq.*

Nullus enim cogi valet ad vendendum rem
ſuam etiàm ex cauſa publicæ utilitatis, habi-
27 ta fide de pretio *Gloſs. in l.* 1. *verbo neceſſita-*
tem C. de Com. Serv. manum. ſequitur *ibi Bald.*
reſpondit *Valaſc. conſult.* 22. *in fine*, *Capon.*
controverſ. 1. *numer.* 44. *in fine*, *cum ſeq.*
Guzman. ubi ſuprà numer. 63. *Giurb. dicta*
*dec.*86. *numer.*16.*circà finem verſ. Qui ſi ex cau-*
ſa. Ubi limitat, niſi extrema, & inevitabilis
28 neceſſitas urgeat, nàm ea neceſſitas, quæ co-
git invitum vendere, eadem permittit, ut
cogatur pretii ſolutionem differre, alioquin
fruſtrà cogeretur, ſi Eccleſia de præſenti non
eſſet ſolvendo, nec ſuccurreretur inſtantaneæ,
ac urgenti neceſſitati:

Minùſque cogi valet ad pretium reinve-
ſtiendum, nec ad cavendum de evictione rei
venditæ, ut firmant *Vincent. de Anna allegat.*
78.*n.*3. *Hermoſill. ad Lopez. gloſſ.* 1. *l.* 3. *tit.*5.
*partit.*5.*n.*55.*cum ſeq. Baron. de Effect.inim.ef-*
29 *fect.*76. *n.*34. *Altimar. Obſervat. ad Rovit. de-*
ciſ. 24. *à n.* 41. *D. Carolus Antonius de Luca ad*
*Franch.dec.*297. *in fine*, & *Rot.cor.Millin.deciſ.*
189. *ſub n.*5. *verſ. Et placuit.* Dummodò ali-
tèr non diſponatur à particulari Statuto, Le-
ge, & Conſtitutione, vel vigeat conſuetudo
particularis, prout in terminis conſuetudinis
loquitur *Guzman.de Evict.quæſt.*2.*n.*39.

Addi poteſt quintum nempè, quod qui vult
retrahere tenetur emere totam rem nec po-
teſt cogere ad venditionem partis; nam id
30 augeret incommodum, & damnum *L. penult.*
ff. de Act. empt. & docet *Theſaur. QQ. forenſ.*
*lib.*1.*quæſt.*63.*n.*11.*Capon. controv.*1.*n.*41. *Guz-*
man. loc. cit. n. 59. *Donat. Anton. de Marin. ad*
*Reverter.dec.*284.*n.*7.*Giurb.dicta dec.*86.*nu.*13.
31 Licet contrarium teneat *Scott.conſ.*3.

ADDIT. AD RUBR. XXI. LIB. V.

SUMMARIUM.

1 Via impedita, vel deſtructa an, & quando tranſiri poſſit per ſundum.

2 Cemeteriorum, & Sepulturarum in Eccleſiis, & alia de hac materia remiſſivè.

3 Dominus agri, vel domus cogi poteſt ad vendendum pro conſtructione, & ampliatione Monaſterii, & Eccleſiæ.

4 Remedium *Leg. Si quis Sepulcrum ff. de Religioſ.& ſumpt.Funer.* in quibus caſibus competat, vel non & num.5. cum ſeqq.

11 Dominus compelli non poteſt rem ſuam vendere ut Eccleſia de novo ædificetur.

12 Dictio *quia* importat cauſam finalem contractus.

13 Obligatio ad damna, & ad id, quod intereſt intrat ob pacta non ſervata.

14 Retractus alterius ſoli non competit pro ampliatione Sacriſtiæ, quando poteſt fieri integra Sacriſtia in ſitu proprio.

15 Recipiens aliquem ſitum à vicino non poteſt poſteà retrahere alteram partem ſitus vel domus contiguæ & num.21.

Eccleſia, quæ emit priorem ſitum non poteſt retrahere contiguum num.15.

16 Retractus non competit omnibus Eccleſiis, ſed illis tantum, in quibus adminiſtrantur, & retinentur Sacramenta. aut promoventur cultus Divinus.

17 Retractus vigore *Leg. Si quis Sepulcrum* eſt exorbitans velut contra libertatem naturalem, & ideò concedendus cum grano ſalis.

18 Eccleſia non poteſt retrahere hortum vicini cum ejus incommodo.

19 Ædificium per quod tollitur vicino ſol orientis non eſt permittendum.

20 Retractus partis non conceditur.

22 Retractus in præjudicium antiqui Palatii Nobiliſſimæ familiæ non conceditur. Declara num.23.

*Num.*2. Via impedita vel deſtructa an, & quan-
do poſſit tranſiri per fundum vicini vide
1 etiam * *Caſtellin. ad Bannimenta Romandiola*
*obſerv.*15.*n.*25.*verſ. Eo tempore cum ſeqq.*

*Num.*7. & *ſeqq.* De uſu Cemeteriorum, & Se-
pulturarum in Eccleſiis, & alia plura de hac
2 materia * vide *Rev. Petram in Comentar. ad*
*Conſtit.Apoſtolic.tom.*2.*fol.mihi* 188.

Num. 14. *cum ſeqq.* Eaſdem propoſitiones poſt
3 impreſſionem hujus operis docet * *Coſtantin.*
*ad Stat.Urbis annot.*24. *art.*8. *n.*561. *cum ſeqq.*

*Num.*15. Remedium *Leg. Si quis Sepulcrum* in
4 quibus caſibus competat * vide plura penes
Capon. contr. 1., & Votum ſequens doctiſſimi
R.P.D. Maſerii.

Votum Deciſivum doctiſſimi R.P.D. Maſſerii Signaturæ Gratiæ, & Juſtitiæ Votantis ad explicationem Tex.in l.Siquis ſepulcrum ff. de Religios. & ſumpt. Funer.

Ne videar illotis labiis quæſtionem deguſtaſſe, ſatisfacturus obſequio, quo pii Fundatoris Cappellæ ſub invocatione Divi Joſeph in oppido Arcis antiquæ in Sabinis, exemplum Religionis ſemper colui, quove illius filium inter Prælatos Romanæ Curiæ (videlicet R. P. D. Vicentinum Nuncium Apoſtolicum in Civitate Neapolis) morum integritate, virtutibus, & prudentia in flore ipſo juventæ nemini ſecundum, proſequutus ſum, hoc Teſtimonio Urbi, & Orbi palàm facere debui, quibus rationibus, Judex in tertia Inſtantia, infirmavi duplicem ſententiam Vicarii in Sabinis, & A.C. in Curia, concedentium retractum cujuſdam partis horti

con-

contermini Cappellæ, ex diſpoſitione *Textus famigerati in l. Si quis ſepulchrum ff. de Religioſ. & ſumpt. funer.*, pro ea amplianda.

Prima ratio fuit, quod eatenus cauſa pietatis, veluti cadavera tumulandi, permittit re-
5 tractum * alieni Soli, exſoluto juſto pretio, quatenùs adſit neceſſitas præciſa. ut erat in caſu prædicti Textus, dum alia via non ſuppetebat adeundi ſepulchrum ibi: *Si quis ſepulchrum habeat, viam autem ad ſepulchrum non habeat*, & communiter tradunt *Covarru. var. reſolut. lib. 3. cap. 14. n. 8. verſic. Sexta ratio, Menoch. controv. jur. lib. 1. cap. 30. n. 14., Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 64. n. 9., Capon. contr. 1. n. 41., Rub. in ſingular. Rot. ad dict. l. Si quis ſepulchrum n. 14. par. 5., Mangil. de evict. quæſt. 139. n. 27. verſ. Prævia neceſſitate, Gratian. diſcept. 742. n. 25., Frances. de Eccleſ. Cathedr. cap. 10. n. 153. Cyriac. contr. 231. n. 1., & n. 13. in fin., Tondut. quæſt. benef. par. 3. cap. 146. nu. 3., Tranchedin. conſult. 19. n. 74. & ſeqq., Guzman. de evict. quæſt. 52. n. 39., Daniel. de nobil. diſp. ſelect. 39. n. 22. in fin. verſic. Dummodo ultra neceſſitatem, Panſut. controv. 25. n. 14., Cancer. in contrarium adduct. var. reſol. par. 1. tit. de empt. n. 132. verſ. Cum ea ſit neceſſaria, & Ciarlin. controv. 182. n. 18. verſic. quia iſta intelliguntur, Card. de Luca de ſervit. diſc. 83. n. 4., R. P. D. Zaul. ad Statut. Favent. lib. 5. rubric. 21. n. 21. verſ. nam non eſt indulgendum, R. P. D. Corradin. de Prælat. quæſt. 48. n. 94., Ginrb. dec. 86. ſub n. 16., Franc. dec. 223. n. 6. verſ. cognita neceſſaria ampliatione, Gramatic. dec. 75. n. 1. verſ. Nec aliter poſſent ſe extendere, & ampliare, Rot. rec. par. 1. dec. 372. nu. 3. verſ. Eccleſia, ſive Monaſterium neceſſaria ampliatione junct. anteceden., & cor. Manzaned. dec. 428. n. 3. verſ. nempe quod concurrant neceſſitas Manaſterii, & contiguitas domus, & in Romana retractus 10. Martii 1690. §. final., & 24. Martii 1692. in princip. verſ. ſemper tenentur juſtificare neceſſitatem, & §. Pontificia, coram bo: me: Benincaſa.*

Neceſſitas autem, nec phiſica, ut in dicto Textu, nec moralis, ut exigunt auctoritates
6 mox adductæ, mihi adeſſe viſa eſt pro amplianda hac Cappella; Si enim illa deducitur ex precibus Communitatis, & Hominum Arcis antiquę, porrectis Reverendiſſimo Suffraganeo Sabinæ, quorum admiſſionem ad Cauſam curavit Cappellæ extructor, quibus teſtantur de affluentia Populi, qui etiam in Patronum elegit D. Joſeph, licet ſine neceſſariis ſolemnitatibus, & uſque adhuc nulliter, itaut perſonæ confluentes aliquæ obligentur, & in ſpecie: *nelli giorni di feſta, ſentire la Meſſa, & altri Santi Offizii, fuori di detta Chieſa, & in ſtrada publica*: prout etiam teſtantur Archipresbyter, & tres Sacerdotes ejuſdem Oppidi, non exindè probatur. Præmiſſo enim, quod nullum Divinum Officium celebratur in hac Cappella, ſed una Miſſa dietim pro commodo privato extructoris Cappellę, ejuſque familiæ, cui pro Cappellano inſervit ejus Miniſter, rei agrariæ præfectus, qui celebrat ad placitum Domini, non antelucanis horis, quibus Oppidani Sacrum audiunt, ad agrorum culturam diſceſſuri; In parvis Oppidis propè Urbem, & in ipſis Civitatibus Suburbicariis, omnes, qui ruſticantur, Teſtes eſſe poſſunt, ut ipſe ſæpè vidi, rudem Populum diebus feſtis paſſim audire Sacrum extra Eccleſiam, ob numerum ex vicinis agris affluentem: Cumque a ſæculis exactis omnes perſonæ audiſſent Sacrum in Eccleſiis, quæ adſunt in hoc Oppido parvo, duabus Parochialibus, ſpectantibus ad Archipresbyterum, tertia, Monialium S. Claræ Sacramentali, & quarta paulò extra Oppidum, Regularium S. Franciſci, cum alio etiam Sacello in eodem Oppido DD. de Vicentinis, in exiguo Incolarum Oppidi numero quingentarum circiter perſonarum, & à tribus annis, quibus conſtructa fuerat hæc Cappella, ſuperaddito hoc majore commodo, nunquam querela fuerit de ejus anguſtia, nulla moralis neceſſitas erat illam ampliandi, quia moraliter poterant omnes audire Sacrum Miſſæ ſacrificium, ut prius audiebant antequam hæc Cappella conſtrueretur, & multò magis prout interfuerunt ſacrificiis ſpatio trium annorum, poſtquàm fuit conſtructa. Admitto enim pro amplianda Eccleſia competere hoc privilegium, quatenùs ampliatio moraliter neceſſaria ſit, non autem quando non adeſt iſta neceſſitas, dum ſine hac ampliatione nullus in Oppido Arcis antiquæ tribus annis; quibus Cappella hæc
7 ſtetit ſine ampliatione, poſt triennium petita * conqueſtus eſt non audiviſſe Sacrum, quinimò nec antè primam extructionem, optimè *Valenzuel. conſ. 18. n. 132. & ſeqq. vol. 1, Covarr. var. reſolut. lib. 3. dicto cap. 14. n. 8. §. Tertiò ſi privata Domus*, & noviſſimè *R. P. D. Zaul. ad Statut. Favent. lib. 2. rubr. 22. nu. 21. in fine verſ. Nihilominùs*, & decidit *Rota in Romana Retractus 10. Martii 1690. §. Cum enim, & 24. Martii 1692. §. Neque ex eo*, ibi: *Quia Moniales ſine eis uſque modo non incommodè permanſerunt: cor. bo: me: Benincaſa.*

Si autem moralis neceſſitas elicitur ex atteſtatione filii D. Equitis Fontanæ, qui affirmavit die 7. Junii 1697., quod ſi non adfuiſſent oppoſitiones illorum de Oddis poſſeſſorum horti contigui retrahendi, majore longitudine Plantam Cappellæ ab eo confectam, juxtà quam extructa eſt, extendiſſet, ut debitæ proportioni reſponderet, illa pariter non concludit; Etenim oppoſitiones illorum de Oddis non erant in quantitate, ſed in ſubſtantia, impugnantes retractum proprii horti, quando Fundator habebat ſitum proprium,
8 aptum non ad unam, * ſed ad plures Eccleſias conſtruendas, atque idem Fundator exhibuit in actis Plantam à filio D. Equitis Fontanæ confectam pro extruenda Cappella, ut extructa fuit cum tota capacitate Populi, circa quam verſatur moralis illa neceſſitas, conſiderata a Scriptoribus pro Religione, & moribus Chriſtifidelium. Quinimmò quando eri-
gere

Digitized by Google

gere voluit Cappellam, de facto produxit Plantam, cum licentia Sac. Congregationis eam fabricandi, & cum ejus obligatione, quatenus situs ei concederetur, prout posteà concessus fuit ab Oddis cum his præcisis verbis Fundatoris in primo Processu primordialis constructionis: *ad hoc, ut Ecclesia præfata confici valeat cum debita proportione, simetria, & commoditatibus necessariis*: Si itaque prima Planta erat cum debita proportione, & simetria, ex confessione judiciali ipsius Fundatoris, super qua obtinuit voluntariam cessionem situs horti ab Oddis, unde extructa fuit Cappella, atque Reverendissimus Suffraganeus Sabinensis acceptavit, & agnovit hanc debitam proportionem, & simetriam, cum Fundator se obligavit ad Cappellam fabricandam, idque testatus est ipse Suffraganeus, cum Sac. Congregationi rescripsit, exulat à cogitatione Jurisprudentis propositio, quod confessioni judiciali Fundatoris, & judicio Ordinarii prævalere debeat attestatio filii D. Equitis Fontanę extrajudicialis, & procurata lite pendente, quæ ex se ipsa nullum probationis gradum constituit, ex nota regula, etiam in Testibus ad perpetuam rei memoriam examinatis, de qua *Rota cor. Coccin. dec. 1996. n. 4., & cor. Bich. dec. 198. n. 11., & dec. 525. n. 6., & cor. Celſ. decis. 393. n. 13., & cor. san: mem: Alexandro VIII. decis. 10. n. 54., & seq.*, ac sæpè in aliis.

Undè superfluum est addere, quod major proportio Ecclesiæ respicit ornatum, non necessitatem cultus Divini, quæ exigitur pro
9 concedendo retractu,* ut in terminis ornatus *Card. de Luc. de servit. d. discurs. 83. n. 4., Tranchedin. consult. 19. n. 77. & seq., Guzman. de evict. quæst. 52. n. 27. in fin.*, ubi in fortioribus terminis, quod distinguenda est simplex utilitas à necessitate, quæ pro hoc retractu requiritur, *& n. 32. vers. ubi concludunt non esse attendendam ostensationem, Merend. controvers. lib. 1. cap. 30. n. 16. vers. vel ut pulchritudini, & opportunitati inserviat, R. P. D. Zaul. ad Statut. Favent. lib. 5. rubric. 21. in fin. vers. nihilominus, Giurb. dec. 86. n. 16. propè fin.* ubi, quod distinguere debet discretus Judex necessitatem à simplici utilitate, prout etiam dicit *Rota in prædicta Romana Retractus 10. Martii 1690. §. final. vers. quinimmò discretus Judex, & 24. Martii 1692. §. Neque ex eo, cor. bo: me: Benincasa.*

Secunda ratio fuit, quod Oddi nullatenus erant obligati ab initio tradere situm proprium, cum constructa fuit Cappella, quia Fundator, ut dicebam, habebat situm non pro una, sed pro pluribus Ecclesiis construendis; Et Ecclesia ipsa extructa non habet privile-
10 gium retrahendi solum alienum,* quando habet proprium, vel alio modo possit occurri necessitati morali extructionis, *Amostaz. de caus. piis lib. 4. cap. 1. n. 42., Cyriac. controv. 231. n. 2., & n. 14. vers. an isti Reverendi, Trachedin. consult. 29. num. 75. & 77., Guzman. de evict. quæst. 52. n. 23., & n. 31. ad fin. vers. si non habens locum, Hermosill. ad leg. partit. tom. 2. glos. 1. leg. 3. tit. 7. par. 5. n. 58. pag. 401.*, ubi quod Dominus
11 non possit compelli rem* suam vendere, ut Ecclesia de novo ædificetur, *& ibidem in addit. ad glos. 3. n. 4. pag. 408.*, & optimè per eadem verba *Pasqualig. in observ. ad Lauret. de Franch. controv. inter Episc. & Regular. tit. de Convent. fundat. n. 447. in fin. pag. 144., R. P. D. Zaul. observ. ad Statut. Favent. lib. 5. rubr. 21. n. 21. vers. et alii, Card. de Luca de servit. d. discurs. 83. n. 4. vers. quod scilicet, R. P. D. Corradin. de Prælat. d. quæst. 48. n. 94. vers. ut si necessitas alio modo tolli possit*, latè *Rota in dicta Romana Retractus 10. Martii 1590., & 4. Martii 1692. coram bon: mem: Benincasa.*

Si itaque Oddi ab initio non tenebantur tradere solum proprium pro constructione, si partem illius voluntariè tradiderunt, non possunt duplici, & majori onere gravari, ut majorem partem iterum concedant pro ampliatione. Dum præsertim Oddi renunciando liti die 25. Octobris 1690. concedendo situm tunc petitum, removerunt confessum ab actu his verbis: *et dictum situm concesserunt pretio scutorum sex monetæ, quæ habuerunt ab Illustrissimo D. Josepho, & quietarunt, recepta satisfactione, & quod stillicidium è tecto Ecclesiæ cadens super situ concesso, vertatur in viam, seù vi-*
12 *cum, quia sic &c.* Dictio enim *quia* importat* causam finalem contractus, non pro incerto ambulatorio facto, & variabili, sed pro certo, & pro constanti inquit *Bartol. in l. Demonstratio §. Quod autem n. 8 ff. de Condit. & demonstrat., Tusc. pract. conclus. litt. D. conclus. 352. n. 1., Barbos. tract. var. de diction. dict. 314. n. 2. in fin., Rota rec. par. 4. dec. 411. n. 1. vers. exponitur quia*, cum concordantibus.

Rejecta penitùs interpretatione, quod illa clausula *Quia sic* referatur tantùm ad stillicidium, quia principalis intentio illorum de Oddis erat, se ipsos eximere ab omnibus litibus, quia jam Fundator protestatus fuerat in sua petitione, ut ostendi ex litera primi Processus, habito illo parvo situ, Cappellam stare debere perfectam, & absolutam, ibi: *Ad hoc, ut Ecclesia præfata confici valeat cum debita proportione, simetria, & commoditatibus necessariis*: sicque causa finalis traditionis partis horti pro absoluta numeris omnibus Cappella, est illa, quæ infertur ex dicta clausula: *Quia sic &c.* non stillicidium. Et tamen præscindendo etiam ab illa clausula, nemo negare poterit, quin Oddi catenus tradiderint partem horti, quatenus correspectivè ad promissionem Fundatoris perficiendi Cappellam, cum debita proportione, simetria, & commoditatibus necessariis, se ipsos liberos crediderint per contractum innominatum, & implicitum inter eosdem, & Fundatorem, qui acceptavit situm, & fabricavit, implens suam obligationem, in actis Curiæ Sabinen., sic conditionatam. Quando enim promittitur, & multò magis quando datur aliquid, ex quo insurgit contractus innominatus, & implicitus, & sine quo non fuisset alius rem suam tra-

ditu-

Digitized by Google

ditutus, dicitur cauſa finalis informare contractum, qua deficiente, dum Fundator hodie petit novum, & longè majorem ſitum, tranſmigrante nomine extructionis in ampliationem, & manente eadem actione prius intentata *ex l. Si quis ſepulcrum ff. de Religioſ., & ſumpt. funer.*, corruit ipſo jure quidquid geſtum fuit, & habentur Oddi, ac ſi ſitum primum non tradidiſſent, non obligati propterea ad tradendum proprium ſolum pro ampliatione, ſi erant ab initio, & nunc ſunt in primo ſtatu extructionis; Ità ſanè cauſam finalem pro annullatione actus, ea deficiente, ſine pacto reſolutivo expreſſo, explicant *Textus in l. cum te, ubi communiter DD. C. de pact. inter emptor., & venditor.*, & magiſtraliter præ omnibus *Adden. ad Buratt. dec.640. n.28. cum duobus ſeqq., Cirocc.diſcept.53.n.78.verſ.et licet, Rota cor. Gregor. XV. dec. 130. n.4., ubi Adden.n.6., & rec. par.4. tom.2. dec.121. n.2. & par.14. dec.1. ſub n.2., & ſeqq., & par.15. dec.23. ſub n.15. & ſeqq., & par. 18. dec.138. num.7.*

Non attento, quod Fundator hodie agat actione populari, licet propriis ſumptibus, & ad proprium commodum, & ſuæ domus, ut dixi, nomine tamen Eccleſiæ, cui nihil prejudicet contractus innominatus inter ipſum, & Oddos, neque ipſum Fundatorem renunciare potuiſſe favori publico, & Eccleſiæ, pro ea amplianda; Benè enim ſtat, quod manet favor publicus, & Eccleſiæ, implendus tamen per ipſum Fundatorem, quo non obſervante pacta Cappellæ extructæ, & menſuræ cum omni debita proportione, ſimetria, & commoditatibus, ſuccedit ejus obligatio
13 ad damna, & ad id, quod intereſt, etiam per conſtructionem novæ Eccleſiæ ex integro, ſi extructa eſt inſufficiens, *ut in l. ſi controverſia, & in l. Cum ſucceſſores C. de Evict., Ruin. conſ.141. n.9. in fin. vol.3., Rot. cor. Dunoz. jun. dec.576. n.2. & recent. par.10. dec.26. n.31. & par.17. deciſ.161. n.9., & deciſ.227. num.8. & 13.* ubi concordantes.

Quæ obligatio ad damna, & ad id, quod intereſt, ob pacta non ſervata, non ceſſat ex eo, quod non poſſit præjudicari Eccleſiæ, ad exemplum Minoris, & Pupilli, quia iſtis non præjudicatur, dum remanet actio ad id, quod intereſt, etiam contra Tutorem, & ſimiles, ut per *Hodiern. contr. 26. n.82. junctis antecedentibus*, latè *Roſa conſult.14., & 15. per totum, Rota in Romana Pecuniaria prima Decembris 1692. §. Cæterum, coram bo: mem: Benincaſa*, ubi concordantes.

Et in terminis, ut deneganda ſit ampliatio Sacriſtiæ cum retractu alterius ſoli, quando po-
14 teſt fieri integra Sacriſtia in ſitu proprio, *Cyriac. dicta controv.231. n.14.* ibi: *Arbitrium Judicis erit decernere, an iſti Reverendi, prætendentes hanc venditionem, poſſint ex ſitu proprio habere facultatem faciendi Sacriſtiam condecentem: Merend. controv. lib.1. cap.30. n.15. verſ. & ideò*, ibi: *etiamſi majori impenſa opus eſſet, vel neceſſe eſſet pulchrum aliquem locum in hunc uſum convertere, quia non patitur æquitas, ut is, qui ex ſuis rebus ſibi conſulere poteſt, alium cogat rem ſuam ſibi vendere.*

Tertia ratio fuit, quod rigor Judiciorum expoſcit, ut ex ſerie rei videatur finis hic novi retractus petiti, primus in intentione, & ultimus in exequutione, ut inquit *Ariſtoteles lib.2. Phyſic. cap.7. quæſt.20. art.2.* Scribentes enim ſuper hac materia tradunt, quod ſi quis
15 recipiat aliquem ſitum (ut voluntariè tradentibus Oddis, recepit Fundator Cappellæ) & incontinenti retrahere velit alteram partem ſitus, vel domus contiguæ, non eſt permittendum, etiam in durioribus terminis, in quibus Eccleſia emeret priorem ſitum, ut illicò retraheret contiguum, quia cum non haberet jus retrahendi ab initio, non poteſt cum hac præordinatione illud aſſequi ex poſt facto, *Gratian. diſcept.742. n.26. verſ. ne ſequatur inconveniens, Barboſ. vot. 102. n. 48. verſ. ne ſequatur inconveniens, lib. 3. Hermoſill. leg. partit. tom.2. gloſ.1. leg.3. t.t.5. par.5. n.51. in fin. verſ. ne ſequatur inconveniens, Rub. in ſingular. Rot. part. 5. ad hanc leg. ſi quis ſepulchrum ff. de Religioſ., & ſumpt. funer. n.7. pa.570. Daniel. de Nobil. diſp. ſelect.39. n.23. verſ. ne quilibet volens erigere locum pium, emat domum, R. P. D. Zanl. obſerv. ad Statut. Favent. lib. 5. Rubric.21. n.20. verſ. dum poſſit emi aliqua parva domus, & ſitus ſub ſpe, & animo poſteà dilatandi fimbrias, Rot. recent. par.1. dicta dec.372. n.8. verſ. ſiquidem.*

Quarta potiſſima ratio eſt, qua ſemper hanc appellavi Cappellam, quod nempè in ſeipſa hæc eſt Eccleſia, quia habet aditum in via publica, ſed quoad uſum inſervit propriè pro Cappella adiacente domui Extructoris, ad ſimilitudinem Magnatum; Non enim ipſe illam extruxit, niſi priùs obtenta licentia die 16. *Decembris* 1689. *à ſan: mem: Alexandro Octavo* per organum *Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium*, feneſtram aperiendi, ut aperuit, audiendus Sacrum è domo cum ſua uxore, & filiis primi gradus; Unico proindè Altari extructo, ut in ſimplici Cappella, in fine ejuſdem, cum parietibus lateralibus hinc inde porrectis, citrà modum extruendi alia Altaria, dum unicum ſufficit pro Miſſa, quam unicam ſingulo die celebrat quidam Sacerdos, Miniſter, & Præfectus rei agrariæ, inſerviens Extructori Cappellæ, ſicque tam in perſona Celebrantis, quam in tempore celebrationis, horis Extructori placitis, ejuſque uxori, & filiis, non antelucano tempore, quo Incolæ Oppidi, diſceſſuri ad agros colendos, Miſſam audiunt, unica eſt pro Extructore Cappellæ, ejuſque familiæ. Quod ſi per accidens Oppidani aliqui illam audiunt, lex non attendit, quod venit in conſequentiam, ſed id, quod principaliter intenditur, ex nota regula *Textus in l.1. ff. de auctoritat. Tutor., & in l. ſi quis nec caſum*, ubi latè *Jaſon. n.3. & ſeqq. ff. ſi cert. pet.*, cum Concordantibus;

Uſque

Digitized by Google

Uſque adeò precaria facultate audiendi Sacrum, & Cappellam ingrediendi coarctata Incolis Oppidi, ut cancellis ligneis intercludatur, quorum claves retinent Extructor Cappellæ, ejuſque domeſtici, per ea, quæ in ſimili raſtro, ſeu cancello, licèt aperibili, deducit, *Ciarlin. controv.90. n.7. & ſeqq. vol.1.*

Licet enim Eccleſia dicatur, non omnis tamen, quæ talis dicitur, gaudet hoc privilegio retractus, ſed illæ tantùm, in quibus ad-
16 miniſtrantur, vel retinentur Sacramenta,* aut
promovetur cultus Divinus, cum magno Animarum lucro, etiam citrà retentionem Sacramentorum, ut vidimus in Confraternitatum, & Monialium Eccleſiis, quia ſufficit, vel in Eccleſiis, vel in officiis pietatis, quæ exercentur a perſonis, vel in ipſis Eccleſiis, vel etiam in domibus, aut hoſpitiis cultum Divinum, Animarumque profectum promovere; ſecùs autem quando nullum pietatis officium exercetur in hac Cappella, quidquid dicant Atteſtantes, amore pietatis decepti, ut quondam dicebat Divus Hieronymus excidiſſe a loco quemdam Presbyterum, qui amore Pauli quædam apocripha ſcripſit, dum ob opera pietatis id indulgetur Eccleſiis, viriſque, ac mulieribus ea exercentibus, ut communiter tradunt *Covarru. var. reſol. lib.3. dicto cap.14. n.8. §. ſecundo mihi videtur, Gratian. dicta diſcept.742. nu.25. Mangil. de evict. quæſt.139. n.28., Tranchedin. conſul.19. n.83., Guzman. de evict. quæſt. 52. num.22., Valaſc. conſult. 22. n.2. verſ. niſi detur neceſſitas, Barboſ. vot.102. num. 48. verſ. quia privilegium lib.3., Hermoſill. ad leg. Partit. tom.2. gloſ. prima leg.3. tit.5. par.5. nu.51. in fin. verſ. quia hoc privilegium pag.402., Daniel. de Nobil. diſp. ſelect.39. n.23. & ſeq. verſ. ne deſit Populo ſpirituale alimentum, Caroc. deciſ.26. n.17. Franch. dec.223. ſub n.6. & 7.*, ubi, quod ideò hoc privilegium admiſſum non fuit in ſimilibus Cappellis S. Sophiæ, & S. Mariæ de Pignatellis, *Tondut. quæſt. benefic. par.3. cap.146. n.3. & ſeqq.* ubi in præciſis terminis ſimilis horti ſic concludit: *Unde in ſimili caſu conſului, quod Societas exercitii Catapultæ non poterat cogere quemdam particularem ad patiendum, quod illud exercitium fieret juxtà domum, & hortum ſuum*; & Tondutum ſequitur *Rota* remiſſivè, cum aliis ex mox adductis in *dicta Romana Retractus 10. Martii 1690. §. ultimo in fine, confirmata 14. Martii 1692. coram b: m: Benincaſa.*

Quinta urgentiſſima pariter ratio eſt, quòd remedium *Text. in d. l. ſi quis ſepulchrum*, eſt
17 exorbitans,* veluti contra libertatem natu-
ralem, nec dat actionem, ſed ſolam implorationem officii Judicis, qui procedere debet cum grano ſalis, nec illud impartiri, reſiſtente æquitate, & cum præjudicio alicujus conſiderationis, ut ex littera *Textus in d. l. ſi quis ſepulchrum poſt princip.* tradunt communiter poſt alios *Merend. controv. Jur. lib. 1. cap. 30. n.15. Valenzuel. conſ.18. n.31. vol.1., Tranchedin. conſult.19. n.71. & ſeqq. Theſaur. quæſt. forenſ lib.1. quæſt.64. n.9.*, ubi quod parvum debet eſſe nocumentum vicini; alias Eccleſia non retrahit, *Cyriac. controv.231. num.25. & ſeqq.*, ubi, quod modicum debet eſſe detrimentum vicini; Nam licet Eccleſiis ſit favendum, Id tamen debet fieri ſine alterius injuria, *Tondut quæſt. benefic. par. 3. cap.146. num.7.* ubi quòd parvum debet eſſe detrimentum, *Guzman. de evict. quæſt.52. n.25. & ſeqq., & n.56., Franc. de Eccleſ. Cathedral. cap.10. n.132. & num.150. & 156., & ſeqq., Barboſ. vot.102. n.48. lib.3., Hermoſill. ad leg. Partit. tom.2. gloſ.1. leg.3. tit.5. par.5. n.51., & ſeqq. pag.402., Rib. in ſingular. Rot. par. 5. ad hanc l. ſi quis ſepulchrum ff. de Religioſ. & ſumpt. funer. n.3. & ſeqq. pag.570., Daniel. de Nobil. diſp. ſelect.39. n.22., Paſqualig. in obſerv. ad Lauret. de Franch. controv. inter Epiſc., & Regul. tit. de Convent. fundat. n.435., & ſeqq. pag.142. Panſut. controv.25. n.15.*, ubi quòd parvum debet eſſe nocumentum vicini, R.P.D. Zaul. obſervat. ad Stat. *Faventin. lib.5. Rubric.21. n.18. & ſeqq., Giurb. deciſ.86. n.10., Rota rec. par.1. dicta dec.372. n.2., & ſeqq., & coram Manzaned. deciſ.228. n. 3. & 4.*, qui latè, & ſolidè omnia firmant, & *in prædicta Romana Retractus 10. Martii 1690. §. Cum enim, verſ. quam Juris diſpoſitione perpenſa, & 24. Martii 1692. §. Pontificia, verſ. diſpoſitio autem, coram bo: mem: Benincaſa.*

Reſiſtentia æquitatis non poteſt eſſe major, cum præjudicio non uno, ſed pluribus illorum de Oddis, à quibus retractus prætenditur.

Agitur enim de horto annexo domui illorum de Oddis, ad levamen animi, & corporis, propè illorum Domum gentilitiam, & pro menſæ familiaris commodo, quamvis ſit modici valoris, quia data proportione terminorum, ità ſe habet in Oppido Arcis Antiquæ hortus exiguus, ſicut in Urbe Inter Principes hortus Farneſianus. Sic nempè Achab Rege Samariæ retrahere volente exiguam vineam Naboth, iſte juſtè denegavit, *Reg.3.21. Da mihi vineam tuam, ut faciam mihi hortum olerum, quia vicina eſt, & propè domum meam, daboque tibi pro ea vineam meliorem, aut ſi commodiùs tibi putas, argenti pretium quantùm digna eſt: Cui reſpondit Naboth: Propitius ſit mihi Dominus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi.*

Et licet replicaretur, extraneum eſſe hoc exemplum quia Rex Samariæ non petebat vineam Naboth pro amplianda Eccleſia, ſed
18 pro conſtruendo ſibi horto olerum, * pro-
prium tamen judicarunt Scriptores mox adducendi, & *Rota Romana*, quia vis ſtat in incommodo conſiderabili, ablata commoditate horti, & quidem gentilitii, licet exigui, dum cum incommodo vicini, ut probavi, Eccleſia retrahere nequit, ut adverſus eam in præciſis terminis horti *Tranchedin. dicta conſult.19. n.25. poſt princip. verſ. vel etiam hortum, Tondut. quæſt. benefic. par.3. cap. 146. n.4. poſt princip. verſ. juxtà domum, & hortum ſuum, & n.7. in fin. & ſeq.*, ubi quod victus familiæ, & libe-

liberis commodior exinde parabatur, *Guzman. de evict. quæst. 52. nu. 34.*, ubi de majore victus commoditare *Rota recen. par.1.dec.372. n.5.vers.& in terminis*, ubi adducit prædictum exemplum vineæ Naboth, *& par.4. decis.327. n. 3.* ubi agebatur de simili horto ad levamen animi.

Sequuta ampliatione, si fieret erectio Arcuum, In sententia Reverendissimi Suffraganei Sabinæ præscriptorum, quam confirmavit A.C., illorum elevatio officeret luminibus
19 Domus gentilitiæ solitæ,* & antique habitationis illorum de Oddis, luxque Solis orientis tolleretur, ut in terminis adversus Ecclesiam probat *Francesf.de Ecel. Cathedr. eap. 10. num.158. & n.179.*, & magistraliter *Gratian. discept.896.n.6.,& seqq., & n.17. & seqq.*, ubi responder præcise objectioni, quod lumen recipiatur adhuc à duobus lateribus, *Barbos.vot. 102. n.54.vers. ad occupandum Solem, lib.3.*, & comprobarur ex *Magon. decis. Florent.6. nu.1.*, cum concordantibus.

Et ideò reliquum hortum redderetur infructiferum, & tollererur commodum semitæ, progredienre Cappella fere usque ad parietem horri, cujus commoda in paupere familia multò majora quam in divite, congerunt *Lagun. de fruct.par.1. eap.34. in princ.n.76. & seq. Klock de Ærar.lib.2. cap.3. sub num.1., & n. 39.*, dum qualitas personæ, & familiæ efficit, ut res dicatur magis, vel minus præjudicialis, ut in his terminis considerat *Rota rec. par.1.d. decis.372.n.6. vers. etenim ex qualitate personæ.*

Præsertim in parvo Oppido fere inaccessibili, in quo est herbarum penuria, unde irrogatur nimis grave præjudicium, & successivum perpetuò damnificans, quod ideò est inæstimabile, immensumque gravamen semper affert, ut occasione litis æstimandæ pro honorariis Judicum, Causidicorum, & Notarii, concludunt Jurisperiti, quos recensui *in tract. de Aven., & Æmil. lib.1. eap.5. sub n.14. & 15.*, cum concordantibus.

Insuper præjudicium est in venditione partis, majus inferens incommodum, quam si totus hortus retraheretur; Unde Jurisperiti
20 vel negant Ecclesiæ retractum Partis,* vel in casibus in quibus permittitur ex necessitate, magna compensatio damnorum, cum eo, quod interest, præstanda est: Quod sufficeret pro infirmatione sententiarum, de hac abundanti damnorum reparatione verbum nullum facientium, ut aliis relatis, *Guzman. de evict. quæst.52.n.59.& seqq.* qui præ cæteris quæstionem examinat, R.P.D. Zaul.ad Statut.Favent. *lib.5.rubric.21.n.30., Giurb. decis.86.n.13., & seqq.*, cum similibus.

Considerando etiam, quod jam Oddi in initio constructionis, quando non erant obligati, tradiderunt eam partem horti, quæ re-
21 putata fuit sufficiens pro Ecclesia, cum debita proporrione, & omnibus commoditatibus necessariis, ut etiam præsumitur, juxtà Modellum, quo extructa fuit, in quo videri potest *Leo decis. Valentin.90. nu.28. vers. juxta modellum lib.1.*, ideoque æquitas non patitur, ut teneantur iterum novum situm concedere, ne duplici onere graventur, & afflictio addatur afflicto, ut pro excludendo hoc remedio *l. si quis sepulchrum ff.de Religios., & sumpt. funer*, in proposito probat *Cappon. controv. 1. n.46. ad fin. Novar. quæst.forens.50. ad fin.vers. sufficere enim par.2.*, & comprobat *Rota* in contrarium adducta *in rec.par.9. dec.474.n.23. & seqq., juncto n.10.*

Et per sæcula Oddi habitaverant hanc domum, cum usu horti contigui, unde debebat prævideri ab initio loci capacitas, dum præventio præsertim longæva, ut in causa, admodum attenditur, ut in terminis *Rub.in singular. Rot. part. 5. ad hanc l. si quis sepulchrum ff. de Religios. & sumpt. funer. n.6. pag.570. Tondut. quæst.benefic. par.3.cap.146. n.7.in fin.vers.quod maximè, & n.seq., Novar.quæst. forens.50. n.9. par.2.Marott. discept.35.sub n.36.*, R.P.D. Zaul, observ.ad Statut.Favent.*lib.5. rubric.21. n.19. in fin.vers. & præ cæteris, Rota rec.par.1. dicta decis.372.n.8., & in dicta Romana Retractus 24. Martii 1692. §.ultimo in fin., coram bo:me: Benincasa.*

Et pro omnium coronide, singularis est casus in Pontificatu *Pauli V.*, à quo cum ex hac *l. si quis sepulchrum* obtinuissent signari supplicationem Clerici Regulares pro retractu, exierunt vicini obviantes Pontifici, & ut inquit *Rub.in singular.Rot.part.5.ad hanc l.si quis sepulchrum ff.de Religios. & sumpt. funer.annot. 3.pag. 571. in fin. & seq. ad instar Sturnorum, vel potius Gruum, eorum Duce & Antesignano D. Antonio Nigro, ad dictum Paulum Quintum reclamaverunt, & iteratis pluriès clamoribus, paterna tandem voce respondit dictis Clericis, non esse procuranda loca, ubi Vicini eos pro Vicinis habere nolebant, & propterea lacerata supplicatione in Partium præsentia, evanuit dictorum Clericorum prætensio.*

Et ita contra servitutem, servitutis expers. judicavi die 19. Junii 1699.

Num.21. cum seqq. Costantin. ad Stat.Urbis loc.cit.

Num.25. Non competit retractus in præjudicium
22 antiqui Palatii nobilissimæ familiæ* ut aliis relatis admisit *Rot.in Romana retractus 27. Junii 1707. coram R.P.D. Omanna §. Modienum.*

Advertendum tamen non omnia Palatia
23 antiquæ familiæ gaudere hac prærogativa,* sed solumodò quãdo concurrit insignis, & extraordinaria tàm qualitas ædificii, quàm nobilitas familiæ, ut declarando respondit *Rot. in d. Romana retractus §. In Jure verò.*

De emendatione ſolvenda damnum paſſo.

R V B R I C A XXII.

Quilibet accuſatus per Officiales, vèl Saltuarios damnorum datorum de aliquo damno dato perſonaliter, vèl à beſtiis, vèl alitèr quomodocumque in poſſeſſionibus, vèl bonis alicujus ſitis in Comitatu, vèl Diſtrictu Faventiæ, teneatur ſolvere damnum paſſo ultra pœnam, quam ſolvere tenetur ex forma Statutorum loco ſatisfactionis damni dati, quantum eſt dimidia dictæ pœnæ ipſi damnum paſſo, reſervato ipſi Domino jure probandi majus damnum, & ad id compellatur realitèr, & perſonalitèr, & de facto ſine aliqua condemnatione, & hoc Statutum ſit præciſum.

S V M M A R I V M.

1 Damnum dans tenetur ſolvere quantùm importat dimidia pars pœnæ à Statuto præſcriptæ etiàm antè liquidationem illius.

2 Pactum, quod ad executionem procedi poſſit, liquidatione non facta, valet.

3 Quod fieri poteſt per pactum, valet etiàm per Statutum.

4 Fructus annuus animalium minutorum, ut ſunt Porci, Pecudes, Capræ, & ſimilia, aſcendit ad valorem Matris.

O B S E R V A T I O.

Ne ſubterfugiis damnificans evitet refectionem damni illati, providè Statuentes decreverunt, quod pendente illius liquidatione interim ſolvat, quanti importat dimidia pars pœnæ à Statuto in eo caſu infli-
1 ctæ, quod fieri potuit; nam ſicutì pacto con-
veniri valet, quod poſſit procedi ad executio-
2 nem, liquidatione non facta, ut tenet *Bart. in l. Creditores in quæſt. 3. verſ. Sed an poſſit adhiberi C. de Pign.* quem in terminis refectionis damnorum, & intereſſe ſequitur *Galleſ. de Oblig. Camer. quæſt. 35. n. 10. cum ſeq. & Scacc. de Appellat. quæſt. 17. limit. 9. n. 30. cum ſeq.* ità & per Statutum diſponi poteſt, cùm firma ſit concluſio, quod quicquid fieri poteſt per pa-
3 ctum, valeat etiàm fieri per Statutum *Everard. in Loco à pacto ad legem num. 1. cum ſeqq.* & aliis omiſſis *Torre de Pact. futur. ſucceſſ. lib. 1. cap. 12. n. 43.*
Notandum in propoſito liquidationis damni, quod annuus fructus animalium minuto-
4 rum, ut ſunt Oves, Porci, Capræ, & hujuſmodi regularitèr aſcendit ad valorem matris in anno, ut tradit *Silveſter. in Summ. verbo Societas 2. n. 1. in fine.*

De damnis emendandis per Homines Suburbiorum, & per Exploratores damnorum datorum in caſibus infraſcriptis, & de pœna Saltuariorum, & familiarium Officialium damna inferentium.

R V B R I C A XXIII.

Sancimus quoque, & firmamus, quod homines habitantes intus circlam, & extrà Civitatem teneantur emendare damna data intus circlam extrà dictam Civitatem damnum paſſo pro dimidia abſque alia ſolutione, & hoc ſi incertum ſit quis tale damnum intulerit, & eo modo, & forma prout, & ſicùt in ſuperioribus Statutis decretum, & ſancitum fuit in capitulariis, & hominibus Scholarum de damnis in eorum Scholis illatis, quibus hominibus intus circlam ſic habitantibus liceat accuſare omnes infrà circlam damnum dantes, quorum juramento credatur, dummodò ſint duo inſimùl, & quilibet ex Saltuariis, ſeù familiaribus Judicum damnorum datorum poſſit per quemlibet accuſare de ſingulis damnis per eos illatis, & in omni caſu, quo alius quilibet accuſare poſſit, & credatur Accuſatori in hoc caſu juranti, dummodò habeat alium Teſtem fide dignum pro eo legitimè deponentem, & tales Saltuarii, & exploratores, & familiares prædicti damnari debeant ad ſolvendum duplum ejus, quod quilibet alius ſolvere teneretur ex forma Statutorum Faventiæ ſuper tali damno diſponentium, quibus tamèn Saltuariis, & familiaribus prædictis impunè liceat ingredi, & ire per bona quæcunque quorumcunque bonorum, abſque tamèn damni illatione pro inveniendo, & agnoſcendo damnum in ipſis bonis inferentes, vel etiàm animalia ibidem damnum dantia exindè expellant.

SVM-

SUMMARIUM.

1 HAbitantes, & habitatores differunt inter ſe.

OBSERVATIO.

ABbundè examinatum fuit ſuprà in *Obſerv. ad Rubr. V. hoc eodem libro* circà refectionem damni faciendam per Cōmunitatem, Villam, & Vicinum, quæ omnia congruè applicari poſſunt præſenti *Rubricæ*, undè ſuperfluum eſt idem hic denuo repetere.

Addendo ſolùm occaſione verbi *habitantes* hic appoſiti, quod differunt inter ſe *habitantes*, & *habitatores*, nàm habitatores dicuntur cum familia; habitantes verò ſinè, ut aliis relatis docet *Carpan. ad Statut. Mediolan. vol.2.cap.375.n.97. cum ſeq.*

De damnis datis à minoribus octo annorum.

RUBRICA XXIV.

VOlumus quoque, & ſtatuimus, quod damna illata per majorem annōrum octo non excedentem ætatem annorum decem, (A) dumtaxat emendentur abſque pœnæ ſolutione, ſi verò talis damnum inferens exceſſerit ætatem annorum decem, & ad damni illati, & ad pœnæ integrę ſolutionem compellatur, & in quolibet caſuum prædictorum Pater pto filio, (B) & filia teneatur, & eo tùnc defuncto mater, & auus, & quilibet alius cum in domo ſecum retinens, & ejus curam gerens, cumque gubetnans teneantur, & cum filii alicujus denunciantur, in tali accuſarione inſeti, & exprimi debeant nomen denunciati, ejuſque Patris, ſeù Patroni, cum quo denunciatus habitare dicatur, & idem obſervetur in aliis accuſationibus dandis ſuper damnis datis.

SUMMARIUM.

1 INfantes, Inpuberes, & minores, qua pœna puniantur in eorum delictis remiſſivè.

2 Statutum mandans, qua pœna puniendi ſint infantes, impuberes, & minores eſt attendendum.

3 Nemo puniri valet pro delicto alterius.

Statutum mandans Patrem teneri ad pœnam pro delicto filii exorbitat à Jure communi, num.3.

Pœna ſuos tenet auctores, num.3.

4 Statutum mandans Patrem teneri pro delicto filii valet, quòad pœnam pecuniariam, non autèm corporalem.

5 Statutum mandans Patrem teneri ad pœnam pecuniariam pro delicto filii eſt juſtum, & æquum, concurrente cauſa, vèl aliqua culpa, vèl negligentia ipſius Patris, quæ autèm quandò concurrat, vide ibi.

6 Pater non tenetur ad pœnam pecuniariam pro delicto filii, non obſtante Statuto id diſponente, quandò filius eſt ſolvendo.

OBSERVATIO.

INtricatam, & valdè intet *DD.* agitatam
A controverſiam, An, quandò, & qua pœna puniendi ſiut minotes, impuberes, & infantes pro delictis ab eis commiſſis, latiſſi-
1 mè examinatam à *Farinac. quæſt. 92. Conciol. Reſolut.crim. in verbo Minor reſolut.1. Carpzou. Pract. crim. par.3. quæſt.143. Baron. de Effect. minor. ætat. effect. 16. & ſuprà in Obſer. ad Rub.XX.lib.4. Pignatell. Conſult.Noviſſ. tom.2. conſult.190. ſeù 182. & 147.in fine verſ. ſecundo tenendum eſt cum ſeq.* prudentèr ſubſtule-

Tom.II.

2 runt noſtri Statuentes in præſenti *Rubrica*, cujus diſpoſitio attendenda eſt, ut de ſimili *Statuto Eugubii* firmat *Conciol. ad idem lib. 4. rubr.13.in princ. & n.2.*

Exorbitat quidèm à *Jure communi* Statu-
B tum mandans Patrem pro delicto filii teneri ad pœnam, cùm nemo puniri debeat pro delicto alterius, ſed pœna ſuos tenere debet Auctores *L. Sancimus 22. C. de Pœnis, cum aliis relatis per Honded.conſ.95.num.28. & 33. vol.1. Farinac.quæſt.24. in princ. & Conciol.Reſolut.crim. in verbo Pater reſolut.unic. n.1.* Nihilominùs valet quòad pœnam pecuniariam
4 tantùm, non autèm cotporalem, ut ſequendo inſignem *gloſſ. in Rubr. C. de Decret. Decurion. lib. 20.* communitèr tenent omiſſis antiquioribus *Covar.reſol.lib.2.cap.8.n.7.* alios concordantes refert, & ſequitur *Faria ibi n.81. Farinac.d.quæſt.24.n.189. cum ſeq. Clar.Prax. crim. quæſt.86.n.5.*

Imò eſt juſtum, & æquum, ſi concurrat cauſa, nempè ut tollatur delictum, & repri-
5 matur hominum audacia, nève damna inferantur, ut diſtinguendo firmat *Ruin. conſ.8. n.1. cum ſeq.lib.5. Oſaſch.dec.88.num.25.* Sicutì etiàm quandò aliqua culpa, vèl negligentia Patri adſcribi valet, quemadmodùm intelligenda eſſe hujuſmodi Statuta diſponentia unum pro alio teneri firmant *Franciſcus Aretin conſ.57. n.2. Cravet. conſ.3. n.16. Farinac.d. quæſt.24.n.201. cum ſeq. Oſaſch.loc.cit.n.5.* juncto *num. 27. cum ſeq. & n.26. verſ. vel poteſt*; Concurrere enim videtur culpa, vel negligen-
6 tia Patris, dùm diligentèr cuſtodire tenetur filios, maximè pueros, & teneræ ætatis, nàm ſi ejus partes adimpleviſſet, veriſimilitèr filius damnum non intuliſſet; Aut ſaltèm concurrit legitima cauſa pro validitate, & æqui-

tate Statuti, nam stante ejus dispositione Parentes eò magis studebunt, ut filii bonis moribus imbuantur, & potiùs in bono, quàm in malo versentur, ut tradit *Roman. in l. Si filiofam. la 2. n. 27. vers. quò ad ultimum ff. Solut. matrim. Ruin. loc. cit. & Faria ubi suprà n. 83. in fine.*

Non tenebitur tamèn Pater ad solutionem pœnæ pecuniariæ, si filius solvendo sit *Caball. Resolut. crim. cas. 250. n. 32.* quem refert, & se-
7 quitur *Faria ad Covar. Var. resol. lib. 2. cap. 8. num. 85.*

ADDIT. AD RVBR. XXIV. LIB. V.

SVMMARIVS.

1 Minor ætas obstat Condemnationi in pœnam ordinariam.

2 Lim. in Atrocissimis, & aliis, in quibus constat de Malitia, & dolo.

3 Ampl. ut Minor ætas suffragetur etiam contumaci.

Num. 1. Minor ætas est favorabilis, ut Minor
1 condemnari nequeat in pœnam Ordinariam, sed solom in extraordinariam, cum ob inconsultam agendi rationem, & absque dolo deliquisse presumatur, ut plenè probat *Tiraquell. de pæn. temper. caus. 5. per tot. Cabal. cas. 134. n. 1. Campan. resol. 2. n. 29.* Non obstantibus Constitutionibus diversimodè disponentibus, ut docet *Danza de Pugna Doctor. tit. de Fori judic. n. 32. Novar. ad Pragm. Regni de Minor. collect. 1. num. 5.*

Non videtur tamen talis Immunitas admit-
2 tenda in atrocissimis delictis, ut docet *Campan. resol.* 11. Neque in aliis in quibus ex circumstantiis constat de Malitia, & agendi ratione Minoris, ut in Delictis damni dati, & similibus, in quibus Malitia, & industria nimis prævalet; tunc enim Præsumptio cedit veritati.

Suffragatur etiam minor ætas delinquenti
3 contumaci, nam si in processu de fumo minoris ætatis constat, admittendæ sunt probationes in progressu causæ ad evitandam pœnam ordinariam, prout practicatur a S. Consulta, & firmat in egregio suo Responso hic subnectendo D. Advocatus Emilianus Tribunalis S. Universalis Inquisitionis Advocatus Fiscalis meritissimus in quadam Causa Pontis Curvi, in qua obtinuit ab eadem S. Consulta *sub die 4. Aprilis 1711.* mandari Judici, quod *Pravia revocatione sententiæ capitalis condemnet ad Triremes in perpetuum, cum confiscatione omnium bonorum Octavium Piccardum.*

SACRA CONSUTA
R. P. D. Riccio Ponente
Pontis Curvi excessus Pænæ
PRO
Dominico Antonio Piccardo pro Octavio
Filio Minori deprecante.
CONTRA
Fiscum.

Videtur omninò exaudiendus Dominicus Antonius Piccardus pœnæ capitalis moderationem iterùm implorans pro Octavio filio annorum circitèr decem, & septem; quoniam attenta hac minori ætate legalis æquitas præsumit eumdem Octavium sine dolo deliquisse *Baron. de effect. min. ætat. effect. 10. n. 48. & seq.*, ac propterea esse excusandum ob inconsultam agendi rationem, ut eruditissimè probant *Tiraquell. de pæn. temper. caus. 7. per tot., Cabal. cas. 134. n. 1. Campan. resol. 2. n. 29.* nihil obstantibus Constitutionibus diversimode disponentibus *Danz. de pugn. Doctor. tit. de forindic. n. 32., Novar. ad pragm. tit. de minor. collect. 1. n. 5.*

Non repugnante contumacia ejusdem Octavii Inquisiti, cujus in odium, ut Fiscus prætendit, non habetur ratio minoris ætatis, nec istius probationes recipiuntur.

Quandoquidem respondemus, quod hujusmodi praxis à Fisco prætensa adeò est periculosa, ut Judex non debeat ei inhærere; ne damnet Animam suam in condemnando in plùs minorem absentem, & contumacem, quàm condemnaret, si esset præsens, ut inquit in nostris præcisis terminis *Mastrill. dec. 161. n. 14.*, cui consonat *Novar. in pragm. de minor. dicta collect. 1. num. 5.*, *Baron. de effect. minor. ætat. effect. 6. n. 3.*, *Danz. de pugn. Doctor. dicto nu. 32. Pascbal. de patr. potest. par. 2. cap. 10. n. 23.*, ultrà quod imperceptibile est, quomodò contra contumacem imponi valeat pœna ordinaria, si denique occurrenti casu executionis eadem pœna, uti exorbitans minoratur habita ætatis ratione *Vermigl. cons. 71. circa fin.*, *Farin. quæst. 92. n. 190.*, *Guazzin. defens. 33. cap. 17. n. 1. Antonell. de temp. legal. lib. 2. cap. 16. n. 18.*

Præsertim cum insubsistens sit contraria ratio id scilicet permitti in odium contumaciæ, cum contra illam vigeat alia æque notissima regula, quod nequeat contumax graviùs, quàm si præsens esset puniri *Bart. in l. Rescriptum in princ. ff. de his, quibus ut indign.*, *Cartar. de execut. sent. cap. 1. nu. 417.*, *Mastrill. dicta decis. 161. n. 12. 13. 14.*, & expresse mandat fel: mem: Paulus V. in *sua Reform. Tribunal. Urbis tit. de Judic. crimin. §. 10. relat. in hoc proposito per Oril. dicta observ. n. 28.*

Quibus etiam omissis versamur extrà casum difficultatis, quia cum ex laudabili stylo hujus Sacræ Consultæ recipiantur probationes, ac insuper ex officio inquiratur super minori ætate, quotiès ex ipso Processu *quoquo modo* de ea appareat, ut per hæc eadem verba testatur *Oril. ad Campan. dicta observ. 2. n. 11.* compertissimum habemus ex eodem Processu hujus Causæ, quod Octavius Inquisitus de tempore suppositi delicti erat minor, ut resul-

sultat ex depositionibus Mauritii ejus fratis alias in Carceribus sponte constituti, & iterumdimissi ibi--*vidil, e trovai Ottavio mio fratello ragazzo d'anni diecisette caduto in terra*, & alibi--*venne il Barbiere in Casa, e fece la barba à tutti noi altri Fratelli, cioè à Vincenzo, à me, à Luca altro Fratello; mà non ad Ottavio, perche non aveva barba per essere minore*, & iterum alibi--*Ottavio poi che è il minore di tutti, e ragazzo d'anni diecisette, come ho detto di sopra, questo studia la Gramatica nelle Scole publiche di Pontecorvo*, quæ quidem verba clariora esse non possunt ad denotandam minorem ætatem Octavii, qui ut crederetur adolescens, & minor, exuberabat, quod dumtaxat fuisset à Fratre denominatus Scholaris, & Gramaticali studio incumbens, quia ob talem denominationem juris præsumptio illius minorem ætatem plenissimè suadebat ex traditis per *Fulgos. conf.* 124., *Horat. Luc. de privileg. Scholar. fol.* 84., *Rebuf. Scholar. privileg.* 104., *Thesaur. Junior. quæst. forens.* 13. *n.* 6. *lib.* 3., unanimiter asserentibus fuisse Scholaribus in facti contingentia minoratam pœnam ob lasciviam inventutis, & immaturæ ætatis; quinimmo ex hac legali præsumptione, quod Scholares sint minores, conceditur restitutio in integrum eorum Collegiis *Riminal. Senior. conf.* 73. *n.* 29., *& conf.* 105. *n.* 2. *lib.* 1., *Riminal. Junior. conf.* 81. *num.* 29., *&* 50. *lib.* 1., *Crot. conf.* 145. *nu.* 1. 2., *&* 3. *lib.* 1., *Odd. de restit. in integr. par.* 1. *quæst.* 3. *n.* 77.

Præter quamquod jam fuit alias exhibita, & recepta fides Baptismatis, ex qua deprehenditur minor ætas ejusdem Inquisiti, quam fidem de jure exhiberi, & recipi potuisse non obstante contumacia Inquisiti testatur *Conriol. allegat.* 86. *n.* 17., *Oril. ad Campan. dicta observ.* 2. *n.* 31., *&* 34.

Et in omnem casum quidquid sit de praxi mox allegaræ conclusionis, nobis dixisse sufficiat, & quod prærelata verba à Mauritio fratre tunc conquisito deposita in Processu fuerint descripta, & quod fides Baptismatis fuerit recepta, ac per consequens iis mediantibus minor ætas Octavii ad notitiam hujus S. Consultæ innegabiliter deducta; his enim stantibus militar pro nobis altera conclusio, quod postquam Judex admisit probationem Reo de jure etiam non admissibilem, Inquisitus nihilominus ex tali probatione juvatur *Campan. resol.* 5. *nu.* 2. §. *Tertium quod, versic. Nam & Fiscus, Oril. ad eamd. observ.* 5. *n.* 9., *& observ.* 25. *n.* 7., *Franc. decis.* 384. *n.* 6.

Quibus constabilitis frustrà convolat Fiscus ad inutile refugium, quod fumus minoritatis Octavii sive à jam exhibita fide Baptismatis, sive ex judiciali depositione Mauritij fratris exortus supervenerit post publicatam Sententiam contumacialem; propteteaque inallegabilis sit tamquam nimis serotinus stylus S. Consultæ perquirendi ex officio minorem ætatem Inquisiti post dictam Sententiam in judicatum transactam.

Urget enim responsio quod quemadmodum supposita minori ætate Octavii Sententia Capitalis contra ipsum prolata est excessiva, & inexequibilis ex rationibus, & auctoritatibus in principio relatis, & per consequens ex quo continet majorem pænam illa, quæ de jure eidem Octavio fuisset imponenda vitio insanabilis nullitatis laborat, & corruit in totum *Farin. conf.* 28. *nu.* 1. *Vermigliol. conf.* 26. *num.* 1. *Clar.* §. *Fin. quæst.* 93. *n.* 4. *ibique Bajard. nu.* 11. *Cartar. de execut. sent. cap. fin. num.* 48., *&* 49. *Guazzin. defen.* 35. *cap.* 14. *n.* 7. Ita quidem nomen Sententiæ mereri non debet *vulgat. l.* 4. §. *Condemnatum ff. de re judic. Bertaz. conf.* 79. *nu.* 4. *lib.* 1. *Bossi tit. de Ban. nullit. n.* 2. *Guazzin. defen.* 35. *cap.* 22. *n.* 1. §. *Et intantum*, multoque minus dici potest, quod in rem judicatam transiverit *Felin. in cap. quoniam contra n.* 25. *& seq. de probat. Abb. conf.* 92. *per tot. lib.* 1. *Guazzin. d. cap.* 22. *n.* 4.

Unde incassum per Fiscum allegatur d. Sententia contumacialis contra Octavium emanata, ut ista deserviat pro obice obstativo ad impediendam S. Consultam, quin habito fumo prædicto minoris ætatis Inquisiti judicialiter resultante valeat juxta prælaudatum stylum recipere probationes super d. minori ætate, & super ea ex officio inquirere, præsertim cum non agatur de admittenda probatione tendente ad excludendum delictum, vel ad detegendam contumacis innocentiam; sed dumtaxat ad dilucidandam circumstantiam, quæ supposito etiam delicto, pænæ pro isto inflictæ suadeat moderationem a jure volitam, ut ratiocinatur *Oril. ad Campan. observ.* 11. *n.* 8.

Et ne auctoritatibus, & rationibus exempla deficiant, hoc jure usa fuit Sac. Consulta in fortiori casu Sacerdotis Octavii Torelli, qui licet de ordine EE. PP. cum speciali commissione Sanctissimi fuisset condemnatus in pænam ultimi Supplicii, & confiscationis Bonorum pro prætenso Assassinio; Nihilominus quia occasione carcerationis cujusdam Marci Antonii prætensi Mandatarii remansit exclusa qualitas Assassinii, & compertum fuit Sententiam contumacialem contra d. Torellum jam antea prolatam esse excessivam, hæc S. Consulta Fisco acerrime contradicente, & eodem Sacerdote Torello adhuc in contumacia persistente rescripsit *Sententiam esse moderandam* prout fuit moderata ad Triremes perpetuas, ut videre est in Regestris Sac. Consultæ *in una Montis Alti sub die* 1. *Aprilis* 1689.

Ulterius in casu huic nostro consimili minoris ætatis extrajudicialiter deductæ ad notitiam EE. PP. respectu Personæ Antonii Petrucci in contumaciam banniti à Judice Roncilionis, hæc S. Consulta *sub die* 11. *Februarii labentis Anni* 1710. injunxit eidem Judici, ut circumscripta Sententia contumaciali contra d. Petruccium promulgata reduceret pænam capitalem ad illam Triremium perpetuarum *Ponente R. P. D. meo Liccio*.

Et

Et ſane quemadmodum ſi ob dolum, vel errorem teſtium Fiſcalium noſter Inquiſitus fuiſſet denominatus minor, & uti talis condemnatus in mitiorem pœnam, non deficeret Fiſco remedium hujuſmodi Sententiam quandocunque reſcindendi, quoties comperiretur Inquiſitum fuiſſe majorem de tempore delicti, & duriorem pœnam promeruiſſe, quàm ipſi fuiſſet per Sententiam irrogata *Boſſ. in tit. quomodo ſuccurr. Fiſc. &c. nu. 1. Maſtrill. deciſ. 213. n. 18.*, *& 19.* Ita à pari cum poſtquam noſter Inquiſitus damnatus fuit capitalitèr tanquam major, ſupervenerit probatio, vel ſaltem fumus, quod de tempore delicti erat minor, neque ipſi deficere debet remedium reſcindendi Sententiam gravantem, & exceſſivam, illamque reducendi ad limites juſtitiæ, & pœnæ de jure debitæ, ut ſervetur in judiciis illa æqualitas, quæ à Sacris Canonibus, legibus civilibus, & Doctoribus noſtris ſummopere deſideratur *cap. Prudentiam 2. de mutuis petit. cap. cum inter 5. ibique gloſſ. verb. Claudicare. de except. l. fin., & ibi gloſſ. verb. cum quidam. C. de fruct.*, *& lit. expen. de Luc. de judic. diſc. 2. n. 29. Rota deciſ. 436. n. 2. part. 3. Rec.* Sublato ex his magnificato obice Sententiæ jam prolatæ, propter quam prætendit Fiſcus non poſſe S. Conſultam demandare ex officio Inquiſitionem ſuper ætate Octavii, non incongruè pro coronide repetimus, quod quatenus idem Octavius in poſſe Curiæ deveniret docto de minori ætate de tempore delicti, certum eſt quod Sententia capitalis non foret exequenda, ſed minoraretur pœna non obſtantibus Pontificiis Conſtitutionibus ex allegatis in ſuperiori §. *Quandoquidem verſic. ultra quod.* Si igitur pœna capitalis minoraretur Octavio præſenti, neſcitur, quo ſuffultus fundamento Fiſcus nitatur impedire, quin Sac. Conſulta jam habito fumo de minori ætate Inquiſiti demandet, ut pro veritate inquiratur an verè idem Octavius ſit minor, eumque evenire poſſit, quod omiſſa hac inquiſitione interim impunè, ſed injuſte occidatur, & ſic contra eumdem irreparabile præjudicium exoriatur permiſſa privatæ Perſonæ executione Sententiæ, quam Reo præſente S. Conſulta Carnifici non demandaret, ut per ſimilia verba ad rem noſtram animadvertit *Maſtrill. d. deciſ. 161. n. 15.*

Quare &c.

Franciſcus Ludovicus Æmilianus Advoc.

De damnificantibus inquirendis.

RUBRICA XXV.

Volumus quoque, & ſancimus quod Judices damnorum datorum, & alii Officiales, ſeù Saltuarii ſuper hujuſmodi damnis deputati, & deputandi teneantur in principio eorum officii diligentèr inquirere per Parochias Civitatis, & ejus ſuburbiorum, & per Scholas Comitatus, & Diſtrictus Faventiæ de omnibus, & ſingulis ſolitis diffamatis damna inferre, ſeù dari facere in & ſuper bonis hominum dictæ Civitatis, Comitatuſque, & Diſtrictus, quos omninò cogere juris remediis debeant, & teneantur idoneè cavere ſub pœna librarum vigintiquinque bonenorum, vèl majori dictorum Judicum arbitrio de ſe præſentando coram eis quotiès requiſiti, & de non inferendo damnum aliquod in alienis bonis, & ſi prædictam ſatiſdationem non præſtiterint, relegentur à dicta Civitate Comitatu, & diſtrictu pro tempore declarando per dictos Dominos Judices, & qui ſi inventi fuerint damnum dare duplum ſolvant ejus, in quo condemnarentur, quandò pro damnificantibus non eſſent diffamati, & eos quilibet accuſare poſſit, cujus juramento cum alio Teſte fide digno credatur.

SUMMARIUM.

1. Morbus curari perfectè non poteſt abſquè præcedenti cognitione cauſæ efficientis, & applicatione congrui remedii.
2. Gubernator, ſeù Magiſtratus novus indagare debet, nedùm quænam delicta ſint frequentiora; verùm etiàm cauſam, & originem, & applicare remedia opportuna.
3. Cautio de benè vivendo præſtanda eſt à Diſcolis, & Rixoſis, num. 3.
   Cautio de benè vivendo, ſeù de ſe repræſentando eſt providentia quædam, qua mediante avertitur nè quid mali accidat, num. 3.
4. Pater pro filio diſcolo, & rixoſo, & Conſanguineus pro Conſanguineo, an cogi poſſit ad cavendum de illum repræſentando.
5. Exilium, ſeù Exfractus ſeditioſis, & facinoroſis hominibus dandus.
6. Seditioſi, & Facinoroſi rigoroſè puniendi ſunt.
7. Nemò niſi ſpontè eſt malus.
   Voluntas ſecundùm naturam boni eſt, præter verò naturam mali, num. 7.
8. Natura vult bonum, præter naturam verò, & ex mentis quadam everſione malum.
   Virtus, & vitium voluntaria ſunt abſquè eo quod ulla neceſſitas ad mala perpetranda cogat, num. 8.

OBSERVATIO.

Ad perfectam curationem morbi perveniri non valet, niſi priùs cauſa ef-
1 ficiens illius cognoſcatur, eaque detecta congrua

grua remedia diligentèr applicentur, ut quo-
tidiana comprobat experientia. Eadem pror-
sùs regula servanda est à novo Magistratu,
& Gubernatore; nàm ministerio assumpto,
2 indagare debet non solum quænam delicta
inibi sint frequentiora, verùm etiàm eorum
causam, & originem, ut plurimùm prove-
nientem à mala qualitate quarumdam perso-
narum, quibus proindè cognitis succurren-
dum est proportionatis remediis; & præser-
tim ad compescenda inconvenientia, & deli-
cta criminosorum, & scelestorum hominum
judicatur optimum remedium cautio de benè
3 vivendo, seù de se repræsentando, quæ est pro-
videntia quædam, qua mediante avertimus,
& vitamus ne quid mali accidat, ut cum *Ci-
cer.lib.4.Tuscul. tradit. Scanarol. de Visit.carce-
rat.lib.1. §.11. cap.1. n. 5.* Ad eam enim præ-
standam adstringi valent Discoli, & Rixosi
juxtà praxim deductam ex *L. Congruit. ff. de
Offic. Præsid. & l. Æquissimum ff. de Usufruct.*
ut advertit *Bursat.cons.141.n.53.vol.2. Hercu-
lan. de Caut. de non offend.cap.22. n.1. cum seq.
Guazzin. eodem tract. §. 3. quæst.14.n.1. Scana-
rol.dicto §.11. cap.3. n.37. & Farinac. in Frag-
ment.part.1. in verbo* Cautio *n.55.* ubi *num.57.*
refert, quod cùm in Terra Tulpharum multa
committerentur crimina, latrocinia, & ho-
micidia *bo: me: R. P. D. Petrus Donatus Cesius
Cameræ Apostolicæ Clericus*, & illius Terræ Gu-
bernator de anno 1567. cogi mandavit om-
nes Juvenes de eadem Terra magis suspectos
ad cavendum de se repræsentando ex quacun-
que causa, & quia dicebant non habere fide.
Jussores, jussit Patres obligari pro filiis, Con-
4 sanguineos pro Consanguineis, & unum pro
altero, subdens, quod licet hæc provisio à
principio visa fuisset rigorosa, & forsàn non
juridica, peperit tamen optimum effectum,
quia indè posteà in illis partibus non sic fre-
quentèr commissa fuerint delicta, & præser-
tim omnia enormia, prout anteà committe-
bantur.

Practicatum etiàm fuit in simili casu sedi-
tiosorum, & Civium, & Nobilium utriusque
sexus exilium, seù extractus à tota Legatione
5 à quodam prudentissimo, & vigilantissimo
D. Cardinali Legato nùnc defuncto, qua ra-
tione inibi à multis odio prosecutus fuit.

Addo in proposito prædictorum malorum
hominum, quod licet eis ratio ex pravitate
morum læsa sit, nihilominùs hoc illos nec
6 etiam in minimo debet excusare, quominùs
delinquendo summo cum rigore, ac severita-
te puniantur, cum nullus nisi spontè malus
7 sit, nàm voluntas secundùm naturam boni
est, præter verò naturam mali, & vult natu-
8 ra quidèm bonum, prætee naturam verò, &
ex mentis quadam eversione malum, undè
tàm virtus, quàm vitium voluntaria sunt,
nec ulla necessitas ad mala perpetrenda cogit,
ut cum *Aristotil.Moral.eudem.lib.3.cap.11. cum
seq.* & aliis optimè ratiocinando comprobat
*Zacch. QQ. medicolegal.lib.2.tit.1.quæst.6.n.68.
cum seqq.*

ADDIT. AD RVBR. XXV. LIB. V.

SUMMARIUM.

1 Clerici Rev. Cameræ habent Gubernia plurium Castrorum, & Terrarum, quæ inter ipsos quotannis sorte dividuntur, num.1. 11. 31. in fin.

2 Appellatio in Criminalibus de Jure communi non datur a Sententia supec Homicidio, aliisque certis Delictis.

Idem vigore Bullæ Pii II., num.4.

Infanticidium, præsertim sine Baptismate, Parricidium est, & horrendum Facinus, num.2.

3 Appellatio denegatur ex Constitutione Marchiæ ei qui spontè Delictum confessus est in Judicio.

5 Lim. Quandò sic Confessus adducit probationem ratione erroris, vel alterius Causæ ad revocandam Confessionem.

Contrarium. de communi, ibidem.

6 Confessio verificata in omnibus suis partibus facit Reum, non solùm confessum, sed etiàm Convictum.

Et excludit quamlibet suspicionem, & possibilitatem Erroris, ibid.

Appellatio nulla competit Reo Confesso, & Convicto, d. n.6.

7 Ea nostra facimus quibus nostram authoritatem impertimur.

8 Appellatione prohibita proptèr excellentiam Judicis, vel ex natura Causæ procedente a dispositione Juris, vel Statuti, non competit Appellatio, neque Recursus, neque supplicatio.

9 Nova Audientia conceditur, quandò aliquid deducitur quod nullitèr vel insufficientèr examinatum fuit ante sententiam; Secùs si recantantur jàm discussa solemnitèr, & accuratè.

Nova Audientia remittitur ad eundem Judicem, non ad diversum Tribunal, ibid.

10 Tribunalis Rev. Cameræ Antiquitas, & Jurisdictio, tàm generalis ad Gubernium totius Status, quàm specifica ad Gubernia Castrorum &c. num.10. & 11.

12 Tribunal Rev. Cameræ repræsentat Tribunal ipsius Papæ.

13. Et est Tribunal Urbanum, non Forense.

14 Sacræ Consultæ Erectio, & Jurisdictio, num.14., & 29.

Sacra Consulta nullam Jurisdictionem exercet supec Tribunalibus Uebis, sed tantùm supec Fotensibus, num.14., & 31.

15 Tribunal Urbanum dicitur quod situm est in Urbe, licèt subditi sint extrà Urbem.

16 Clerici Rev. Cameræ peo exercitio eorum Jurisdictionis, etiàm Criminalis in Gubernio

rum Officium non possunt uti singuli procedere, sed collegialiter tantùm, ibidem.
Gubernaror Urbis in Civilibus admittit Recursus subditorum Guberniis Clericorum Rev. Cameræ, ibidem.
46 Juridictio Criminalis non competit R. Cameræ, nisi pro certis expressis causis.

*Num.*3. Ad ornatum hujus Rubricæ, majorem-
1 que legentium eruditionem, occasione facti, quod ex Farinacio retulimus de Clerico Rev. Cameræ Gubernatore Tulpharum, norandum est, plurium Castrorum, ac Terrarum Gubernia ab Alexandro VI. Summo Pontifice concessa fuisse Clericis Rev. Cameræ, qui annuatim illa sorte distribuunt interse ipsos, ibique suam Jurisdictionem exercent per alios substituros Gubernatores residentes. Hinc Loca illa esse penitùs exempta a quacunque Jurisdictione Sac. Consultæ fert vetus Rev. Cameræ, ejusque Clericorum prætensio. Verùm nupèr causà cujusdam Recursus ad ipsam Sac. Consultam habiri, re delata ad Congregationem particularem de mandato Sanctissimi, prævio maruto examine, prodiit Resolutio Rev. Cameræ contraria. Cùm autèm in illa Discussione pro ruendis Juribus utriusque Tribunalis, hinc indè scripserint Duo inter Advocaros Romanæ Curiæ doctrinà æque ac gradu, *luminaria magna*, damus eorum Allegationes, ex quibus & rationum momenta, & Resolutionis tenorem percipere quisque valeat.

Sacra Congregatione Particulari.
Romana, seu Perusiua Jurisdictionis.
Pro Collegio Illustrissimorum DD. Cameræ Apostolicæ Clericorum.
Responsio Juris D. Advocati Fiscalis.

Illustrissime, & Reverendissime Domine.

PRoprio, & generali meo muneri, necnon speciali honori quo fruor sedendo in Camera, satisfacio impugnans appellationem, vel recursum prtitum ab Elisabetha Bernardini de Montone à Senrentia contra ipsam lara per Illustrissimum D. de Columna, necnon remissionem ejusdem recursus ad Tribunal Sacræ Consulræ.

Et quoad admissionem dictæ appellationis, seu recursus supplico animadverti, quod Fiscus fundaram habet inrentionem, tam in dispositione Juris communis, quam specialis, & individualis, ex qua dicta appellatio rejicitur; Et quidem dispositio Juris communis habetur ex *Textu in leg.* 2. *Cod. quorum appellat.*, *leg.*
2 *Capitalium* §. *Famosos ff. de pœnis*, *leg.* 1. *Cod. de raptu Virgin.*, in quo expresse disponitur, quod à Sententia lata super certis inibi expressis delictis, & in specie super homicidio nulla detur appellatio, quod etiam comprobat *Bajard. ad Clar. quæstion.* 94. *numer.* 6., *Farinacc. quæst.* 101. *nu.*59.; Undè multò fortius hoc admittendum in Infanticidio patrato per ipsam Matrem in innocentem Puerum cum interitu Corporis, & Animæ, & principalirer sine Bptismate, quod parricidium, & horrendum facinus vocat *Salicet. in l. Si quis n.*2. *Cod. ad leg. Corn. de Sicar.*, *Raynald. Observat. Crim. tom.* 1. *cap.* 6. §. 5. *n.*80.

Jus speciale habemus in Constitutione Marchiæ
3 *lib.* 6. *cap.* 3. cum verbis, ibi-- *Nullus, qui crimen aliquod, vel delictum fuerit sponte confessus in Judicio, possit modo aliquo appellare: Et si in præfatis casibus fuerit appellatum Judex à quo tali appellationi non deferat, Judex ad quem nullatenùs eum admittat, vel recipiat &c.*

Et in Bulla sanctæ memoriæ Pii II. *la* 8. inter ejus impressas *in Bullario novo Cherubini tom. primo sub* §. 4. ibi-- *Item, quod quæcumque ap-*
4 *pellationes interpositæ, vel interponendæ ab hujusmodi, vel aliis Sententiis, sive gravaminibus contra homicidas latis &c. sint nullæ, & invalidæ &c., quinimmò appellationes, lites, & Causæ hujusmodi censeantur abrogatæ, extinctæ, & invalidæ &c., & libere sine impedimento possit fieri executio Sententiæ, vel Banni, ac si non fuisset inhibitum, & appellatum*, quæ Constitutio pluries a Successoribus Pontificibus confirmata, & innovata fuit.

Licet autem *Farinacc. dicta quæst.* 101. *num.* 162. allegatus in contrario Memoriali adducat authoritatem *Adden. ad dictam Constit. Marchiæ* admittentis appellationem quoties confessus aliquam adducit probationem ratione erroris, vel alterius causæ considerabilis, propter quam eadem confessio revocari possit, Idemque *Farinacc.* nihil in hac parte determinans se referat ad deducta per ipsum superiùs *numer.* 157., ubi adhærere videtur distinctioni per aliquos Doctores approbatæ, quod scilicet appellatio admittatur quoties in ipsa appellarione deducatur aliqua causa offuscans, vel elidens ipsam confessionem; adhuc omisso, quod talis opinio contradicit communi opinioni in praxi, & theorica receptæ, tam de Jure Civili, quàm Canonico, & generali consuetudine excludenti dictam appellationem, quam lare comprobat *idem Farinac. d. quæst.* 101. *n.*154. *& seqq.*

Et adhuc quando etiam cum eadem distinctione procedendum esset illa in casu præsenri appellationem præfatam reijciendam suaderet, dum in casu nostro, & in appellatione, seu recursu à dicta Rea petita nulla allegata fuit nova causa diversa ab ea deducta in ipsa confessione, scilicet stimulus honoris, & timor Parris, propter quem partum celare, & occidere voluit; Cum aurem talis qualitas jam inesset dictæ confessioni, super qua emanavit Sententia non potest considerari pro causa appellationis, nec pro errore, seu irrelevantia confessionis, & pro justo motivo appellationis nisi dicere velimus, quod eadem appellatio semper comperat quories allegetur possibilis injustitia Sententiæ, quæ ireratam recognitionem mereatur, quod esset destruere totam materiam criminalem, & subvertere

dispositionem Juris Civilis, Canonici, & Constitutiones particulares Summorum Pontificum superiùs indicatas.

Reflectendo præcipuè ad duas urgentissimas facti circumstantias, prima scilicet quod dicta
confessio non solùm non probatur, sed nullo
6 modo probari potest erronea, vel aliquo modo defectuosa, dum in omnibus suis etiam minutissimis partibus oculariter, & infallibiliter verificata apparet, ut patet ex Processu, quo stante non solùm dicta Inquisita dicitur confessa, sed convicta, juxta ea, quæ tradit *idem Farinace. dicta quæst. 101. n. 128.*; Quod autem in Reo confesso, & convicto nulla competat appellatio admittit, & probat *Farinacc. eodem loco n. 131.*, & comprobat *Anton. Gomez tit. de delictis cap. 13. n. 31. vers. quod tamen limita, Clar. quæst. 94. n. 1., Vulpell. respons. 137. n. 4., Lancellott. de Attentat. par. 3. cap. 11. n. 22., Scacc. de Judic. lib. 1. cap. 97. n. 124., & n. 126., Guazzin. ad Defens. Reor. tit. de appellation. defens. 36. cap. 11. n. 1.*; Ex ea juridica ratione à priori, quia scilicet dicta verificatio in omnibus suis partibus excludit quamliber suspicionem, & possibilitatem erroris, quæ cum dicta verificatione non compatitur, *Gratian. Discept. forens. cap. 417. n. 32., Menoch. præsumption. 22. lib. 6. tom. 2., De Angelis de Confession. lib. 3. quæst. 20. n. 4., Surdus dec. 293. in fine, Rota dec. 3. n. 5. par. 3. Recent.*

Altera autem urgentissima circumstantia resultat ex eo quod Sententia emanata super dicta confessione cum rejectione illius qualitatis, quæ unicè in appellatione repetitur, non processit inconsideratè, & præcipitanter, nec ab aliquo, & unico inferiori Judice, sed post exactum processum, ac longam discussionem cum voto omnium ferè insigniorum Criminalistarum, qui in Tribunalibus Urbis tales Judicaturas exercent scilicet Domini Fiscalis Generalis, duorum Locumtenentium Illustrissimi Domini Gubernatoris, & alterius Eminentissimi Cardinalis Vicarii, ac Judicis deputati pro Causis Criminalibus Tribunalis Reverendæ Cameræ, & quod majorem meretur considerationem nemine discrepante, eademque Sententia fuit in ejus relatione approbata per Sanctissimum Dominum Nostrum, qui pro illius exequutione mandavit Ream ad Urbem traduci; Undè eadem Sententia dici potest etiam Sententia Summi Pontificis ex regula quod ea nostra facimus, quibus nostram impertimur authoritatem, de qua in
7 *Leg. 1. §. Omnia Cod. de veteri Jure enuclean., Gloss. verb. Consule. in §. Plebiscitum, Instit. de Jure naturali, Surd. cons. 301. n. 44., Barbos. axiom. 163. n. 1.*; Ideoque adversus illam nulla competit appellatio, nullusque recursus, ut benè animadvertit *Card. de Luca in Relat. Curiæ discurs. 36. n. 13. ante medium.*

Et denique non deficit individualis dispositio denegans appellationem in Causis, de quibus agitur, & relata *in Constitutione 12 san: mem: Alexandri VI. in dicto Bullario Novo Cherubini*, in qua postquam Pontifex subiecit Jurisdictioni, & Gubernio Cameræ Apostolicæ, Castra, quæ hodiè appellantur Terræ Arnulphæ, tàm in Civilibus, quàm in Criminalibus concludit sub §. 3. *in fine -- Contradictores omnes, & rebelles per Censuras Ecclesiasticas, & alia opportuna Juris remedia, appellatione postposita compescendo &c.* -- Undè in his terminis nullo modo competere potest appellatio, nec etiam recursus, nec supplicatio,
8 ut benè distinguendo inter casum, quo appellatio est prohibita propter excellentiam Judicis, vel ex natura Causæ procedente à dispositione Juris, vel Statuti, fortiùs autem ab utroque probat *Scacc. de Appellat. q. 19. n. 3. 4. & 8.*

Parum relevante, quod soleat aliquando concedi nova Audientia; Tùm quia id servatur quando ad hunc effectum aliquid deducitur,
9 quod vel nulliter, vel insufficienter fuit ante Sententiam examinatum, secùs autem quando recantantur illamet, quæ solemniter, & accuratè discussa fuerunt; Tùm & fortiùs quia tale remedium conceditur ad eundem Judicem, idemque Tribunal, ut iterùm audiat, non autem ad diversum cum facultate moderandi, vel revocandi Sententiam jam latam, quod non potest fieri nisi per viam appellationis, ut notum est.

Ad hunc autem effectum transeundo ad secundum articulum an scilicet, & quando placeat Sanctissimo Domino Nostro novam Audientiam indulgere illa committi debeat Sacræ Consultæ, & quidem ob suas ordinarias facultates, quas habet in ejus erectione sequuta mediante Bulla san: mem: *Sixti V. la 74. in ordine dicti Bullarii Novi Cherubini sub xv. Congregatione*, videtur negativè respondendum quia hoc importaret subordinationem ejusdem Tribunalis Cameralis dictæ Sacræ Consultæ, quæ nullatenus subsistere videtur; Tùm attenta erectione utriusque Tribunalis; Tùm attento exemplo aliorum similium Tribunalium; Tùm denique attenta praxi, & observantia huc usque servata.

Et quoad erectionem utriusque Tribunalis non negatur antiquius esse illud Cameræ, cui ul-
10 trà generale Gubernium totius Status Ecclesiastici, omniumque Locorum subjectorum vigilantiæ ejusdem Tribunalis commissum, mediantibus *Constitutionibus Eugenii IV., Innocentii VIII.*, & aliorum, confirmatis per *Alexandrum VI. in dicta Constitutione 12.*, & *Leonem X. in Constitutione 24.* specificè subjecta fuerunt Gubernia plurium Castrorum per dictam *Constitutionem 12. san: me: Alexandri VI.* & per *Breve sa: me: Pii IV.* indicat., & relat. per *Illustrissimum Dominum Fattinell. in ejus resp. 3. in Appendic. n. 7.*, & quidem cum Jurisdictione Civili, & Criminali etiam usque ad ultimum vitæ supplicium explicitè nominatum in dicto *Brevi Pii IV.*. De cujus Jurisdictionis exercitio, & observantia non dubitatur, nec dubitari permittit ipsamet Sententia, de qua agitur.

Cum

Cum hac autem differentia inter dictam generalem, & antiqnam Jurisdictionem super toto Statu Ecclesiastico, & aliam super dictis
11 Locis, & Tertis particularibus, quod scilicet illa exercebatur per rotam Cameram collegialitèr, & quidem in materiis æconomicis, & Civilibus, ista autem exercita semper fuit, & exercrtur per Clericos particulares, inter quos dicta specialia Gubernia in principio cujuslibet anni judicio sortis distibuuntur, ut notum est, & refert *dictus Illustrissimus D. Fattinellus dicta resp. 3. in Appendic. n. 8.*

Hæc autem Jurisdictio duas habet quaiitates, & modos, quibus regitur, & administratur, & quorum discussio ad hodiernam controversiam spectat.

Primò igirur statutum est, quod eadem Jurisdictio exercerur à Camera, ejusque Illustrissimis Dominis Clericis uti repræsentantibus
12 Tribunal ipsius Papæ, ut explicitè determinar *Innocentius VIII. in ejus Constitut. 4. §. 2.* ibi: *Nos attendentes, quod Clerici, & Præsidentes Cameræ Personam nostram repræsentantes, & quæ coram eis agitantur coram nobis agitari censentur*, & *Leo X.* in ejus *Constitutione 24. sub §. 2. post medium*, ibi: *Perindè ac si Causæ ipsæ coram Nobis, seu Romanis Pontificibus pro tempore existentibus agitarentur &c.*; & quidem ex ea originali ratione, quod scilicet Clerici Cameræ in eorum origine electi fuerunt à Summis Pontificibus pro audiendis Causis Subditorum Status Ecclesiastici in Camera ipsius, ut considerat *Vestr. in Prax. lib. 2. cap. 1.* relatus ad verbum per *dictum Illustrissimum D. Fattinell. dicto resp. 3. in Append. sub num. 10.*

Ex hoc modo judicandi coram Papa resultat alia necessaria qualitas dictæ Jurisdictionis,
13 quod scilicet illa exercearur in Tribunali Urbano, non autem Forensi, ut benè animadvertit *idem Illustrissimus Dominus Fattinellus loco mox allegato n. 10. post medium*; Parum relevante, quod aliqua ex dictis Locis Gubernio Illustrissimorum Dominorum Clericorum subjecta sita sint extrà Districtum Urbis, dum pleraque ex Tribunalibus Urbis suam Jurisdictionem exercent extrà Urbem, immo extrà Italiam, prout sunt Cardinalis Camerarius, Rota, A.C., Thesaurarius, & alii, & tamen dicuntur Urbana, non autem Forensia.

Ex discussione Jurisdictionis Cameræ, & Illustrissimorum Dominorum Clericorum transeun-
14 do ad Jurisdictionem Sacræ Consultæ illam habemus ex *Constitutione 74. Sixti V.*, in qua sub decimaquinta Congregatione de illa habetur erectio cum titulo, ibi: *Congregatio XV. pro Consultationibus Negotiorum Status Ecclesiastici &c., & cum facultatibus eidem Congregationi concessis in Causis, Negotiis, & Iudiciis ejusdem Status Ecclesiastici*, unde inolevit praxis, ut eadem Sacra Consulta in Negotiis, Causis, & Judicibus Urbis nullam exercear Jurisdictionem, ut notum est, & testatur *Card. de Luca in Relat. Curiæ disc. 25. n. 16.*, ubi etiam aliam considerat rationem à priori, quia scilicet dicti Judices Ordinarii Urbis aditum habent ad Papam, ad quem recursus contra illos deferuntur, & cum quo ipsi negotia suæ Jurisdictionis tractant.

Uterque ex dictis titulis scilicèt Tribunalis Urbani, non autem forensis, nec non aditus ad Summum Pontificem excludere omninò videtur Jurisdictionem, & Superioritatem Sacræ Consultæ supra Tribunalia Illustrissimorum Dominorum Cameralium. Et quoad primum scilicèt Tribunalis Urbani non allegamus aliquod speciale Privilegium, sed Regulam communitèr vigentem pro omnibus aliis similibus Tribunalibus qualia sunt illa Cardinalis Camerarii uniri, seù identifici cum illo Illustrissimorum Dominorum Clericorum, Eminentissimi Vicarii, A.C., Thesaurarii, Curiæ Capitolinæ, Rotæ, & omnium aliorum Tribunalium Urbis, super quibus, & pro quibus Sacra Consulta nullam exercet Jurisdictionem, vel Superioritatem, nec per viam appellationis, nec per viam recursus, nec ullum (ut credo) allegabile est exemplum talis Jurisdictionis, vel recursus, licèt vigore dictæ Bullæ Sixtinæ, eadem Sacra Consulta non solùm habeat facultatem audiendi recursus à toto Statu Ecclesiastico in Criminalibus, sed etiam in Civilibus.

Nec ullam meretur considerationem, quod di-
15 cti Illustrissimi Domini Clerici exerceant Jurisdictionem etiam in locis extra Vrbem, imo etiam extra Districtum; Siquidem ad hunc effectum non attenditur locus, ubi siti sunt subditi, sed locus ubi situm est Tribunal ad effectum dignoscendi, an agatur de Tribunali Forensi, vel Vrbano, & Curiæ, ut patet ad oculum, quia tam Camerarius, quàm A.C., Thesaurarius, Rota, pluresque Judices Romani, & præsertim alii Illustrissimi Domini Clerici pro eorum Officiis, & Præfecturis Archivii, Annonæ, & similibus Jurisdictionem exercent non solùm in Causis Vrbis, sed totius Status Ecclesiastici; Et tamen non perinde excluduntur à Judicibus, & Tribunalibus Vrbis, nec subiiciuntur Jurisdictioni, & subjectioni Sacræ Consultæ destinatæ ad audiendos recursus totius Ditionis Ecclesiasticæ, ut notum est.

Fortius autem in præsenti casu applicatur secundus titulus scilicet aditus ad Summum Pontificem, qui non solum verificatus fuit in abstracto, & in potentia, sed actualiter, & in concreto, dum Sententia, de qua agitur lata fuit non solum post dictum solemne votum, sed quod plus est post approbationem Sanctitatis Suæ, in quibus terminis incongruus videtur possibilis recursus ad Sacram Consultam uti Tribunal superius, & ex suis ordinariis facultatibus ex superius deductis.

Omnis autem ansa dubitandi ad hunc effe-
16 ctum tollitur ex Chirographo Sanctissimi Domini Nostri relato *in Summario Num. Unico*, in

in quo non solum datur facultas, sed positivum præceptum Eminentissimo Camerario, & Illustrissimis Dominis Clericis deputandi pro exercitio Jurisdictionis Criminalis in Locis, & Guberniis sibi incumbentibus, & specificè pro Terra Montonis personam à Sanctitate Sua nominan., quę Processus conficiat per acta Secretariorum Cameræ cum verbis, ibi—*Ordiniamo alli Chierici &c. della nostra Camera, che in avvenire, & in perpetuo debbano deputare, & eleggere per Giudice con tutte; e singole facoltà necessarie, & oportune fino alla Sentenza, e sua totale, & intiera esentione inclusivamente quella persona, che da Noi, e da nostri Successori sarà nominata a bocca a poter, e dover formar processi &c. per li atti de Secretarii di Camera, e non altrove come del Camerlengo, de Chierici Presidenti tanto per ragione di quelli Officii, che ad alcuno di essi e stato conferito da Noi &c. quanto delli altri Officii, e Governi che a sorte dividonsi &c.; In maniera che la persona nominata, & eletta da Noi, e nostri Successori, e respettivamente deputata da ciascheduno de sudetti habbia la facoltà piena di formar Processi, terminar, e decider tutte, e singole Cause, che vertono, e verteranno avanti il Cardinal Camerlengo, Chierici della nostra Camera, cioè Commissario Generale dell'Armi, Presidenti dell'Annona, delle Carceri, della Zecca, delle Strade, delli Archivii, e respettivamente come Governatori, e Sopraintendenti di Castel Novo, Montone &c.*

Ex quo Chirographo duæ consequentiæ, ad litteram resultant; Prima scilicet quod Judex qui Processus, & acta præfata compilet, licet materialiter deputetur ab Illustrissimis Dominis Clericis, ad huc formaliter eligitur ab ipso Papa, & ejus nomine Jurisdictionem exercet: Altera autem quod idem Judex pernecesse habere debet Tribunal in Urbe, dum Processus omnes compilare debet per acta Secretariorum Cameræ, & non alibi.

Quibus stantibus facile evitantur omnia deducta in contrario Memoriali, quia competentia recursus ad Principem Supremum in Causis gravibus, & præsertim in illis, in quibus non datur appellatio, nec ab Illustrissimis Dominis Principalibus, nec a me impugnatur, itaut si Sanctitas Sua, vel per se, vel per alium Consultorem suum, imò sub hoc titulo etiam a Sacra Consulta recognoscere velit justitiam, & validitatem Sententiæ, congruitatem, vel excessum pœnæ, & omnia alia concernentia hanc Causam, talem Zelum ejusque effectum omnes humiliter venerantur; Solumque impugnetur modus recursus habendi ad dictam Sacram Consultam uti Tribunal Superius, & cum generalibus facultatibus illi tributis per Bullam *Sixti V.* quod importat exemplum nimis præjudiciale non solum Tribunali Cameræ, quod æque bene appellatur Tribunal *Papæ*, ac Sacra Consulta, sed omnibus aliis Judicibus, & Tribunalibus Urbis, quæ omnia subiicientur eidem recursui ad Sacram Consultam in omnibus etiam levibus negotiis, & Causis, quæ dependent ab eodem principio, & cum infinita confusione Justitię, omniumque actuum Judicialium.

Faciliùs tollitur aliud objectum, quod scilicet in subjectione facta Tribunali Cameræ de Terris Arnulphis nulla legatur exemptio illorum a subordinatione Sacræ Consultæ, quæ ideo præservata prætenditur, dum subordinatio dictorum locorum Tribunali Cameræ sequuta fuit per Bullam *Alexandri VI. in ordine Bullarii Novi*, erectio Tribunalis Sacræ Consultæ sequuta fuit per dictam 74. *Sixti V.* longè posteriorem.

Minusque refragante, quod in ista legatur derogatio omnibus aliis Constitutionibus præcedentibus contrariis, quia exemptio locorum subjectorum Illustrissimis Dominis Clericis Cameræ, non est contraria, sed conformis dictæ Bullæ Sixtinæ si supponimus, quod Sacra Consulta inibi erecta fuit pro recipiendis recursibus a Judicibus Status Ecclesiastici exclusive a Tribunalibus Urbis, in quibus dicti Judices Camerales præsident, & ad quos ideo non extenditur derogatio concernens solùm contraria, non autem convenientia, & conformia.

Imò quatenus procedendum esset cum dictis regulis derogatoriis illas omnes nos etiam allegare possemus ex dicto ultimo Chirographo Sanctissimi Domini Nostri, in quo præcipitur deputatio dicti Judicis, & Tribunalis Urbani specialiter pro Causis Castri Montonis cum generali derogatione omnibus contrariis Constitutionibus, sub qua posset comprehendi Jurisdictio Sacræ Consultæ quatenus opus esset.

Nullam pariter meretur considerationem æquiparatio, quæ fit inter Tribunal Cameræ, & illa Eminentissimorum Legatorum; Unde desumitur argumentum, quod sicut ista exempta non sunt a Jurisdictione Sacræ Consultæ, ita nec illam evitare possint Illustrissimi Domini Clerici Judices inferiores. Objectum enim forsan aliqualiter urgeret si Illustrissimi Domini Clerici, & Tribunal Cameræ talem exemptionem prætenderent sub titulo Curiæ Majoris, vel Excellentiæ Tribunalis, quo casu locus esset æquiparationi exadverso propositæ, & ad quem effectum possent etiam dicti Domini Camerales opponere, quod etiam ipsi in suis Tribunalibus præseferunt eamdem qualitatem Judicum repræsentantium ipsum Papam, immò eorum Judex personaliter eligitur, & nominatur ab ipso Papa, juxtà superius deducta, & retinentium dictam Jurisdictionem in titulum concessionis, & infeudationis habitæ ab ipso Papa, in quibus terminis non solum Legatus a Latere, sed nec etiam ipsemet Princeps Supremus posset de Jure, &

17 ex suis ordinariis facultatibus se intromittere in Jurisdictione alteri concessa, juxtà communem sententiam *Baldi in leg. 1. quæst. 43. n. 35. ff. d. rer. divis., Cravett. consil. 401. nu. 36.,* Soc-

Soccin. Jun. conſil. 126. nu.1. lib.3., Nevizzan. conſil.61. n.9., Menoch. conſil.604. n.23., & in Tractat.de Præſumption.lib.2. præſumpt.18.n.6. Cancer. var. reſolut. par.3. cap.13. nu.155., & ſeq., & n.280., Carleval. de Judic.tom. diſputat.2. quæſt.7. ſect. 2. n.794., & in terminis probat *Spad.conſil.1. num.28.lib.1, Roſental. de Feud.cap.5. concluſ.5. num.2., & ſeq., Robuſter. voto, ſeu deciſ.27. nu.22., Grammat. deciſ.30. a n.11. uſque ad finem*.

Ceſſat autem radicitus idem objectum dum iidem Illuſtriſſimi Domini Clerici intentionem ſuam fundant in eorum Tribunali Urbano, & per conſequens in qualitate omninò diſſimili ab Eminentiſſimis Legatis eorum Juriſdictionem exercentibus in ſtatu Eccleſiaſtico, qui per tutam ſuam latitudinem ſubiicitur Juriſdictioni Sac. Conſultæ, ex tali au-
28 tem diverſitate ceſſat argumentum à ſimili *Bertaz. in repet. leg. ſi quis major C. de tranſact. num.362. Mar. Anton.var. reſol. lib.3. reſol.39. n.34. Menoch. conſil.75. n.82. Barboſ. tract.var. loc.101. n.7.* imò etiam illud à majoritate rationis *gloſ. in extrav. antiqua.de voto.Everard. in topic. legal. loco a minori n. 4. ad med.*

Et ut magis, magiſque ceſſet dicta æquiparatio animadverti ſupplico, quod etiam Auditores Rotæ, A.C., Theſaurarius, & alii plures Judices Romanæ Curiæ *habeant* dignitates inferiores *Eminentiſſimis Legatis*, & tamen uti Judices Urbani exempti ſunt a Juriſdictione Sac. Conſultæ cui dicti Legati ut ſupponitur ſubſunt.

Poterat denique omitti authoritas *Cardinalis de Luc. in relatione Curiæ diſc.33. num.25., & 34.* affirmantis, quod poſt erectionem Sac. Congregationis Boni Regiminis Juriſdictio Tribunalis Cameræ longè diminuta fuerit, ſiquidem idem author loquitur de illa generali Juriſdictione, & adminiſtratione quam Cameea habebat ſuper omnibus Communitatibus, & locis Status Eccleſiaſtici diſtincta, & diverſa à gubernio Locorum particularium juxta diſtinctionem ad hunc effectum appoſitè ſuperius præmiſſam, & quam verè Summi Pontifices tranſtulerunt in dictas Sacras Congregationes Conſultæ, & Boni Regiminis, ideoque nullatenus applicatur ad Juriſdictionem particularem ſuper dictis locis ſpecialiter commiſſam Illuſtriſſimis Dominis Clericis ſuper qua nihil innovatum fuit, ſed illa tota etiam poſt erectionem dictarum Sacrarum Congregationum illibata remanſit apud eandem Cameram.

Talis obſervantiæ innumera cumulari poſſent argumenta, & quotidianæ demonſtrationes ex omnibus actibus, qui in dictis locis exercentur ab Illuſtriſſimis Dominis Clericis independenter à Sac. Conſulta, & diverſimodè ab aliis locis iſti ſubjectis, ut refert, & probat d. Illuſtriſſimus D. Fattinellus *in dicta reſp.3. in appendic. n.8.*

Nec in contrarium urget imò mitificè retorquetur, quod in duobus caſibus relatis per eundem Dominum Fattinellum Sac. Conſulta reſponderit ſuper controverſia vertente cum locis, & perſonis Gubernio Camerali ſubjectis; aut enim inſpicitur origo recurſus habiti ad dictam Sacram Conſultam, & ille proceſſit non à perſonis ſubjectis Gubernio Cameræ, ſed à Gubernatoribus Sacræ Conſultæ ſcilicet Interamnæ, & Sabinæ, qui ipſam Sacram Conſultam de occurrentiis ſuorum Guberniorum certiorem fecerant & a qua ideo ſolùm dependere debebant, aut inſpicimus finem dictarum controverſiarum, & apparet, quod Sac. Conſulta nil aliud ſcripſit ſuis Gubernatoribus, quam quod abſtinerent ab ulterioribus actibus tacitè recognoſcens, quod eædem Cauſæ non ſpectabant ad Judicium ſuorum Gubernatorum, ſed ad illud Dominorum Cameralium, & quidem per præceptum negativum, & prohibitivum injunctum officialibus Sac. Conſultæ, quod non importat actum ullum Juriſdictionis, vel ſubordinationis Gubernatorum Cameralium, qui omnia geſſerunt ex Jure ſibi tributo ab Illuſtriſſimis Dominis Clericis non autem a Sac. Conſulta, quæ removit ſolum impedi-
20 mentum injuſtè oppoſitum, nullum novum titulum tribuit, nec dictus Judex Ordinarius ſuam Juriſdictionem variavit juxta tradita per *Card. de Luc. de Judic. diſc.3. n.18.*

Et ex his tollitur etiam relevantia ſuppoſiti exadverſo fundati in eo quod in Secretaria dictæ Sac. Conſultæ plures habeantur ſupplices libelli cum reſcripto --*Ad Dominum Secretarium cum Domino Clerico Gubernatore*-- Tum quia ſcilicet poſſunt concernere intereſſe connexum inter ſubditum Sac. Conſultæ, & ſubditum Gubernatori Camerali, quod indicat remiſſio illa utrique Officiali, & bene ſtare poſſit, quod unus ex dictis officialibus ſubordinetur Sac. Conſultæ abſque eo quod ambo ſubordinati ſint; Nec deficient caſus in quibus Sac. Conſulta reſcribat ad Dominum Secretarium cum Epiſcopo Abbate, vel alio Eccleſiaſtico Juriſdictioni Sac. Conſultæ non ſubjecto, vel quod recurſus ad ipſam habitos ad ſuos congruos Judices remittat etiam juxta præciſum præceptum contentum in dicta Bulla *Sixti V.* continentem erectionem Congregationum in 74. in primis declarationibus ſub fine principii.

Tum & fortius, quia non conſtat, quid in dictis caſibus, & memorialibus generaliter ſuppoſitis demandatum, & decretum fuerit cum bene ſtare poſſit, quod ad relationem dicti Clerici Gubernatoris eadem Sac. Conſulta, vel demandaverit ſuis officialibus, ut abſtinerent prout ſequutum fuit in caſu Interamnæ, & Sabinæ de quibus ſupra, vel aliter proviſum fuerit cum præſervatione Juriſdictionis Cameræ prout præſumi debet ex bono Jure illi aſſiſtente nec ex talibus ſimplicibus reſcriptis --*Ad Dominum Secretarium cum Domino Clerico Gubernatore*-- poteſt ullum ſumi argumentum contrarium niſi ſupponatur, quod

illa

illa importent præceptum contra dictum Clericum quodque illius vigore aliquid decretum fuerit;contra ipſum, illudque exequurioni demandatum, & quidem cum ſcientia ipſius Tribunalis Cameræ, & per conſequens cum illa mulriplicatione præſumptionum, & ſuppoſitionum, quam damnar *Gloſ. in leg. 1. C. de dot. prom. Ruin. conſ. 66. lib. primo Card. Mautic. deciſ. 105. n. 3., & coram Vrgellen. deriſ. 307. nn. 29., & deciſ. 141. num. 9. part. 12. Recent.* Præſertim cum habeamus non ſolum reclamariones, ſed contraria decreta per eandem Cameram obtenta in caſibus, in quibus Ipſa habuit notiriam.

Demnm non obſtat, quod in *Bulla* 55. *Pii IV.*
23 reformatoria Tribunalis Cameræ limitara
fuerit Juriſdictio dicti Tribunalis ad ſolas
Cauſas Civiles, & ſuppreſſa Criminalis. Suf-
ficerer enim reſpondere, quod argumentum
22 nimis probat; ideoque juxta ſolirum nihil
probar; Et ſi verum eſſet probaret utique, quod omnes actus, ac ſentenriæ Criminales, quæ quotidiè ab Illuſlriſſimis Dominis Clericis Gubetnatoribus eorumque delegatis proferuntnr nullæ ſint, imo quod evidenter nulla ſit de qua agitur, quod ramen nec exadverſo prærendirur imò contrarium ſupponirur per recurſum, & petiram modetationem pœnæ.

Et tamen objectum ceſſat in radice ſi ſupponimus, quod eadem *Bulla Pii IV.* exadverſo allegara talem ſuppreſſiouem generalem Juriſdictionis Criminalis nullatenus præſefert, & ſi aliquas patticulares, & diverſas diſputationes præſefert, illa loquitur de Juriſdictione competente dicto Tribunali Cameræ Collegialirer, & pro Gubernio totius Starus Eccleſiaſlici aliorumque Officiorum Cameralium toti Collegio ſpectante, ur patet ex ejus lectura ſub §. 7. & de rali Iuriſdictione loquuntur Doctores in dicto conrrario memoriali allegari ſcilicer *Spad. conſ. 64. n. 9. lib. 1., & Card. de Luc. in relat. Cur. diſc. 46. n. 86.*

Quinimo eandem Diſtinctionem de Cauſis ſpe-
ctauribns ad Collegium Cameræ, & Illuſtriſ.
Dominos Clericos in ſuis ſpecialibus Guber-
24 niis novit, & approbavit *Paulus V.* in ejus
Bulla reformatoria Tribunalium ſub titulo de Camerario, & Camera Apoſtolica ſub §. 7. ubi poſtquam demandatum ſuit, quod Clerici nihil nomine proprio, & particulari extra plenam Cameram diſponant ſubdit ibi: *Vel niſi agatur de negotiis Gubernatorum, Præſidentatuum, & Præfecturarum, quæ privatim juxta ſolitum expedire poſſint &c.*

Ex quibus apparet, quam incongrue prætendatur dicta ſubiectio Tribunalium Cameralium Juriſdictioni Sacræ Conſultæ, quæ non poſſet dari niſi cum ſimili ſubjectione omnium aliorum Tribunalium Urbis præſerrim autem illorum compræhenſorum, & æquiparatorum in dicto Chirographo S. D. N. de quo in *dicto Summ. num. unico*, & per conſequens cum omnimoda perverſione, & confuſione omniũ eorumdem Tribunalium, & obſervantiæ totius Curiæ pro Caſu, qui talem ordinationem non meretur, vel quia Cauſa non meretur appellationem nec recurſum, vel quia ille poreſt dari ad ipſam Sanctitatem Suam ad quam eſt interpoſitus, & ab ipſa deputari ad referendũ vel conſulendum quilibet Officialis ſibi benè viſus abſque eo quod declaretur recurſum debitum ad Sacram Conſultam ex ſuis ordinariis faculratibus, quod ſolùm impugnatur.

Quare &c. *Philippus Sacripantes Fiſci, & R. C. A. Advoc.*

Pro Eliſabeth Bernardini Carcerata,
Contra Fiſcum.

Reſponſio Juris D. Advocati Pauperum.

Eminentiſſime, & Reverendiſſime Domine.

NOn animus quidquam detrahendi eximiæ Juriſdictioni Illuſtriſſimorum DD. Cameræ Apoſtolicæ Clericorum, non affectus declinandi eorum Judicium, quod ſapientiſſimum, integerrimumque expertus fui per ſexdecim ferè annos, quibus honorificè ſedeo cum eis in plena Camera, ſed neceſſitas defenſionis pauperis Mulieris Eliſabeth Bernardini confeſſæ de nece inflicta proprio filiolo ſtatìm ac illum genuit, dudùm mihi benignè commendatæ ab Illuſlriſſimo D. Columna alrero ex præſatis DD. Clericis, & ad quam modò ſtrictiſſimè teneor rarione mei muneris, arrenro quòd prædicta Mulier de mandato Sanctiſſimi interìm traducta fuir ad Carceres novos Urbis, me quidem compellit ad capeſſendum calamum, pauca dicturus in præſenti Cauſa.

Neceſſitas inquam Defenſionis dictæ pauperis mulieris ad hoc me impellit, quia tàm D. meus Advocarus Fiſci, quàm Anonymus ſcribens in hac cauſa ſub ſpecie vindicandi Juriſdictionem dd. Illuſlriſſimorum DD. Clericorũ adversùs memoriale per me nomine dictæ Eliſabeth porrectum Sac. Conſulræ prò admiſſione recurſus ad illam habiti ad effectum impediendi exequutionem reſolutionis capræ in Congregatione extrajudicialiter tenta hìc in Urbe à dicto Illuſtriſſimo D. Columna de condemnari faciendo dictam Eliſabeth ad pœnam mortis, contendunt, & totis viribus probare conantur nullam eidem Eliſabeth competere appellationem, nullumque recurſum, ſtante, quod præſens cauſa ſit criminalis, agarur de homicidio, & miſerrima Principalis ſit de Crimine confeſſa, & ut ajunt, convicta; Nàm ſi iſta dd. DD. Scribentium aſſertio admitteretur prò vera, eadem Principalis ulterius audiri non valeret, & ſtatim prolata ſententia mitteretur ad Furcas.

Quantùm atrinet ad appellationem, DD. exad-
verſo Scribentes omittere debuiſſent loqui de
illa, quia quicquid ſit an ſtantibus mox rela-
tis Circumſtantiis ea admitti debuiſſet ſi in-
terpoſita fuiſſet, & ſententia Judicis præceſſiſ-
ſet, nos ulrrò faremur, quod in præſenti re-
rum ſtatu admittenda non eſſer quatenus in-
25 terpoſita fuiſſet, quia ſententia nondum fuit
à Ju-

à Judice prolata *L. Eos qui*, ubi *Gloss. Ver. decisum C. de appell.*, *l. Ante sententia C. Quorum appellat. non recip.*, *Guazzin. def. 36. cap. 19. n. 12.* Et est regula Cancellariæ satis nota in *ordine la 37.*

Quantùm verò spectat ad recursum per nos pe-
26 titum, iste nullatenus controverti debuisset, quia prohibita appellatione in Criminalibus tùm à Jure communi, tùm à Statuto, tùm à Constitutionibus Apostolicis, non censetur prohibitus recursus ad Principem, & Superiorem juxta communissimam DD. Sententiam, quam pluribus de more allegatis firmat *Farinac. quæst. 17. n. 32.*, *cum seq.*, & *quæst. 101. n. 105.*, ubi postquam in antecedentibus numeris attulit vigintiduas limitationes ad regulam positam in principio dictæ quæstionis, quod in Criminalibus datur appellatio sicùt in Civilibus, quarum una est illa, quæ oritur ex *Constitutione san: mæ: Leonis X.* Et si cunctarum, quæ est *Bullar. nov.* inter alias *d. Pontificis* in ordine *la 10. Tom. 1. pag. 409.* denegan. appellationem à sententiis latis in Causis criminalibus penden. in Tribunali Illustrissimi Vrbis Gubernatoris, ponit istam sublimitationem ibi: *Sublimita primò, & generalitèr omnes limitationes prædictas, in quibus dixi in criminalibus esse prohibitam appellationem, ut non per hoc censeatur prohibita supplicatio, querela, seù Recursus ad Principem, & Superiorem*, *Menoch. de Arbitr. lib. 1. quæst. 70. n. 18.*, & *seqq.*, ubi distinguendo firmat, quod Recursus in Causis Criminalibus, quæ sunt levis præjudicii non datur, sed in causis, quæ sunt magni præjudicii datur per supplicationem ad Principem, etsi appellare non liceat, & *num. 23.* dicit hoc procedere etiam in Ducatu Mediolani stante nova Constitutione per ipsum allegata, undè ex doctrina hujus authoris tollitur illa unica Bossii exadverso allegata ad firmandum contrarium, *Lancellott. de attentat. par. 2. cap. 19. n. 7.*, ubi quia recursus succedit loco appellationis, & *num. 22. cum seq.*, *Caravit. Rit. Magn. Cur. Vic. 258. n. 5.*, *Petra Rit. 6. n. 4. post med. vers. Quod si quis arguté*, optimè *del Ben. de Immunit. cap. 8. dubit. 47. sect. 7. n. 6.*, & *seqq.*, ubi *n. 7.* rationem ponit, quia licèt Princeps amplissimam facultatem concedat
27 Magistratui, majorem tamen sibi censetur reservare; Quocirca inquit *num. sequenti*, quod in concessionibus Officiorum semper intelligitur præservata Auctoritas Principis, & *nu. seqq.* ponit alias pulcherrimas rationes ex gratia videndas; Concludens denique *nu. 13. vers. Quæ omnia usque in finem*, quod firmata per eum in præcedentibus numeris multò magis locum habent in concessione Jurisdictionis alicui facta à Summo Pontifice, *Grammatic. decis. 35. n. 4.*, *Rovit. dec. 14. n. 3.*, ubi quod ità passim observatur in Regno, *Minador. dec. 27. per tot.*, *Monach. in addit. ad eadem decis. num. 1.*, ubi quia Recursus ad Principem est species naturalis defensionis, quæ prohiberi non potest; In idem *Mart. de Jurisd. part. 4. Cas. 56. n. 7.*

In nihilo relevante, quod Recursus in præsenti
28 non fuerit habitus ad Sanctissimum D. Nostrum, sed ad Sac. Consultam, nàm ista in subjecta materia representat Summum Pontificem *D. Raynald. observ. cap. 7. §. 9. num. 23.*; Adeoùt ejusdem Rescriptis deferendum sit ac si emanassent ab eodem Summo Pontifice, *Giurb. Cons. 60. n. 26.*; Et quod ejus litteræ vim habeant litterarum Summi Pontificis *Gratian. discept. 839. n. 20.*, *Rot. dec. 236. num. 7. par. 15. rec.*

Multò autèm minùs controverti debuisset recursus in præsenti Causa, quia iste jàm fuit admissus à Sanctissimo D. N.; Siquidem perlecto supradicto Memoriali in Sac. Consulta habita die 28. Julii proximi præteriti, ista nullam habuit difficultatem hujusmodi recursum more solito admittendi, ut testari dignabitur Illustrissimus D. Origus Secretarius, sed habita ab Eminentiss. PP. notitia, quod idem Sanctissimus D. N. ad relationem sibi factam ab Illustrissimo D. Columna approbaverat Votum eidem traditum in supradicta extrajudiciali Congregatione de condemnati sfaciendo misertimam Principalem in pœnam mortis, ob reverentiam Sanctitati Suæ debitam, opportunum existimavit rescribere: *Ad D. Secretarium cum Sanctissimo*:; Facta subindè eidem Sanctissimo per eumdem Illustrissimum Dominum Secretarium relatione, Sanctitas Sua dignata fuit recursum admittere absque ulla prosùs difficultate, hæsitando solùm an iste debuisset fieri in Sac. Consulta, vèl in plena Camera, attento, quod d. Illustrissimus D. Secretarius ingenuè eidem aperuit prætensionem, quam habere solent dd. Illustrissimi DD. Clerici se non esse subjectos Sac. Consultæ in pertinentibus ad eorum singulorum officia, atque Gubernia; Quo circa idem Sanctissimus D. Noster mandavit, ut iste articulus examinaretur in hac particulari Congregatione, prout idem Sanctissimus mihi quoque benignè testatus fuit.

Debeo aliquid superaddere pro me expurgando à garrulitate eorum, qui dicunt, quod inconsultò, & fortassis etiam temerè in contemptum Jurisdictionis Illustrissimorum DD. Cameræ Apostolicæ Clericorum fuit per me habitus supradictus recursus ad S. Consultam, cum illum facere debuissem ad plenam Cameram.

Siquidem in hoc satis, superque me excusat
29 Constitutio *S. M. Sixti V. in ordine la 74. congreg. 15. Bullar. nov. tom. 2. pag. 467.*, per quam iste Zelantissimus Pontifex instituit supremum hunc Consessum S. Consultæ, seù antiquum jam institutum ad præsentem statum, & formam redegit juxta animadversa per *Cohell. notit. Cardinalat. cap. 15. Congreg. 13. pag. 75.* Cum enim iste reperiatur specialiter erectus prò consultationibus negociorum status Ecclesiastici, *ut ex Rubr. dicta Constitutionis*, & præpositus fuerit ad audiendum querelas subditorum super Causis Civilibus, Cri-

Digitized by Google

Criminalibus, & mixtis, ut in §. 1. Et ad istum effectum eidem data fuerit plenaria Jurisdictio super omnes Gubernatores, Præcones, cæterosque alios Officia ex Sedis Apostolicæ authoritate gerentes, & in specie facultas pœnas omnes corporales etiam Capitis, ultimique supplicii per eosdem Gubernatores, ac cæteros Officiales impositas moderandi, & commutandi, *ut d. §. 1. vers. Gubernatoribus*, & latè differit *Cohell. ubi supra litt. E.* Hinc nullum emergere potuit dubium quin idem supremus Consessus hujusmodi facultate uti valeret erga Gubernatores Castri Montonis, & aliorum locorum, quorum gubernium, & superintendentia spectant ad dd. Illustrissimos DD. Clericos vigore Constitutionum Summorum Pontificum *Alexandri VI. Leonis X.*, ac *Pii IV.* præcedenter editarum, quas omnes Ego appositè iterum, atque iterum perlegeram, ac rimatus fueram; Cùm sanè ista eadem facultate sepius expertus fuerim eumdem supremum Consessum uti in Provinciis, quarum administratio, & gubernium spectat ad Eminentissimos Cardinales Legatos, qui juxta amplissimas eorum facultates de a se gestis soli Deo sunt reddituri rationem.

30 Addito, quod præcedenter etiam observaveram stylum, & praxim ejusdem supremi Consessus admittendi recursus, qui quotidie deferuntur ad illum per Vassallos Baronum districtus Urbis quotiescumque se gravatos videant in Causis Criminalibus in eorum Tribunalibus pendentibus; Cum dd. Barones veluti à S. Sede Apostolica infeudati, consequenter effecti Domini Terrarum, & Castrorum sibi in feudum concessorum cum mero, & mixto imperio ampliores utique facultates, majoremque habeant Jurisdictionem in eisdem Terris, & Castris ea, quam dd. Illustrissimi DD. Clerici exercent in locis sibi commissis, super quibus nulla major facultas, & jurisdictio eisdem reperitur concessa, quàm ea, quæ aliis Gubernatoribus status Ecclesiastici concedi solet, vel per literas patentales S. Consultæ, vel per Breve Summi Pontificis pro tempore regnantis.

31 Neque in contrarium facessere mihi visa fuerunt deducta per R. P. D. *Fatinell.* alterum ex præfatis Illustrissimis DD. Clericis in suo *Respons. 3.*, & in ejusdem Appendice, cujus Ego librum hac occasione præcedenter emeram, & diligentissimè revolveram, quod scilicèt Illustrissimi DD. Clerici Jurisdictionem sibi commissam in prædictis Castris exerceant in causis tam Civilibus, quam Criminalibus hic in Urbe, quocirca eorum Tribunalia dicantur urbana, non forensia, consequenter verò subiacere non debeant supremo Magistratui S. Consultæ, cujus Jurisdictio versatur solùm extra Urbem in ditione Status Ecclesiastici; Quia illud intelligi debet quoad Causas Criminales, quarum Processus dd. Illustrissimi DD. Clerici mediante eorum Judice deputato ratione suorum Officiorum conficiunt hic in Urbe; non verò quoad illas causas, quæ fiunt in Partibus à Gubernatoribus ab ipsis substitutis juxta facultatem sibi tributam à S. M. *Leone X. in sua Constitutione 24. §. 5. Bullar. nov. tom. 1. pag. 435.* qualis est illa, de qua in præsenti agitur, quæ fuit incohata, & fere ad exitum perducta à Judice de Partibus in Castro Montonis ibidem substituto generaliter ad exercendam jurisdictionem in eodem Castro sub nomine Pro-Gubernatoris, non verò peculiaritèr in præsenti causa, ab Illustrissimo D. Columna statim ac in Camera Extractionis Officiorum, quæ facta fuit more solito initio currentis anni, sors eidem attribuit istud Gubernium.

32 Iste intellectus clarè desumitur ex lectura Chirographi Sanctissimi D. N. exadverso dati *Summ. num. unico*; Nàm in eo expressè legitur restricta facultas Judicis deputati ad Causas Criminales Urbanas dumtaxat, nempe ad eas quæ fiunt, & actitantur hic in Urbe coram Illustrissimis DD. Clericis, & aliis Cameræ Apostolicæ Officialibus; Postquam enim idem Sanctissimus D. N. singulos Officiales prædictos nominatim expressit dicit ibi: *Debba deputare, & eleggere in Giudice, e respettivamente Assessore &c. Con tutte, e singole facoltà necessarie, & opportune sino alla sentenza, e sua totale, & intiera esecuzione inclusivamente &c. quella persona, che da Noi, e nostri Successori sarà nominata à bocca à potere, e dovere formar Processi per le Cause Criminali pendenti, e future, che vertono, verteranno, e s'introdurranno in avvenire avanti ciascun di loro per gl' atti però delli Secretarii di Camera, e non altrove &c. in maniera, che quella persona nominata, & eletta da Noi, e nostri Successori, e respettivamente deputata da ciascuno delli sudetti abbia la facoltà piena di formar Processi, terminare, e decidere tutte, e singole Cause sino alla Sentenza inclusivè come sopra, che vertono, e verteranno avanti il Cardinal Camerlengo &c. Tesoriere, Chierici della nostra Camera &c.*

Istaque restrictio clarior, & expressior legitur in dicto Chirographo respectu Causarum Criminalium procedentium ex authoritate, & Jurisdictione competente dd. Illustrissimis DD. Clericis super Castris prædictis vigore suorum Guberniorum, & superintendentiarum; Nàm postquam idem Sanctissimus D. Noster voluit, & expressè mandavit, quod istę quoque fieri bebeant à prædicto Judice à Sanctitate Sua, suisque successoribus nominando, & eligendo, exprimendo etiàm singula Castra prædicta, dixit ibi: *Quando però le Cause spettanti à dd. Governi s'agitassero in Roma.*

Cum igitur præsens Causa pauperis meæ Clientis fuerit, ut dixi, in Partibus incohata, & ferè ad exitum perducta, cùm sola desit sententia, à Pro-Gubernatore Castri Montonis Jure suo Ordinario, Processum, & Acta Scribente ejus solito Cancellario Actuario, & Illustrissimus D. Columna, ejusque ass. Judex depu-

Digitized by Google

deputatus ad Causas Criminales hic in Vrbe, nullum positivum actum judicialem fecerint in ea, sed dictus Illustrissimus D. Columna prò summo, quo pollet justitiæ zelo, Processum in eadem Causa completum, & terminatum, ut supra, mandavit sibi originaliter transmitti animo illum sibi referri faciendi in Congregatione extrajudicialiter tenenda, prout factum fuit, & deindè tradendi Votum per actum similiter extrajudicialem d. Pro-Gubernatori ad hoc, ut in eadem Causa procedere deberet ad ulteriora prò Justitia, quod quidem postea facere non valuit stante recursu supradicto, & stante etiàm, quod Sanctissimus D. N. mandavit dictam meam Principalem confessam de Crimine ad Vrbem traduci; hinc fanè manifestum redditur, quod eadem Causa non comprehenditur sub d. Chirographo.

Modò redeundo ad R. P. D. Fattinellum, cujus
33 doctissima, scripta invitus impugnare cogor, quamvis semper, & ubique venerari voluissem; Cum ipse *d. Respons.3. in Appendic.n.10. vers. Adeoùt Tribunal Clerici* fateatur, quod Eminentissimus D.Cardinalis Episcopus Portuen. habet Tribunal in Vrbe, prout quoque illud habet Eminentissimus D.Cardinalis Episcopus Ostien., & Veliternus, tametsi de hoc *ultimo ipse* mentionem non faciat, istaque procul dubio sint ad instar illorum, quæ habent Illustrissimi DD. Cameræ Apostolicæ Clerici, cùm tàm illi, quàm isti exerceant suam Jurisdictionem erga suos subditos manentes extrà Vrbem, utique ab eo in omnibus parificari debuissent ex regula, de qua *Barbos. de Clausul. Vsufrequ. Claus.5. n.3., Rot. dec.98. n.19.par.19.rec.Tom.1.*

Nullam fanè diversitatem faciente, quod dd. Eminentissimi DD. Episcopi exerceant suam Jurisdictionem hic in Vrbe vigore Pontificii Indulti, quia id quoque contingit in Illustrissimis DD. Clericis cum hac sola differentia, quod Indultum concessum DD. Clericis est generale prò unoquoque eorum promanans à Constitutionibus Apostolicis supradictis, illud verò dd. Eminentissimorum Episcoporum est particulare, concedi nempè solitum unicuique Eminentissimo statim ac ad istos Episcopatus promoventur.

Et tamen quotidiè videmus, quod in Causis
34 Criminalibus Veliternis admittitur recursus ad Sac. Consultam, tametsi Eminentissimus Episcopus Ostien, & Veliternus ex antiquissima Summ. Pontif. Concessione, quam ultimo loco, anno scilicet 1591. eidem confirmavit, ac plenariè restituit *s. m. Gregor. XIV.*, sit perpetuus Gubernator Civitatis Velitri, & Arcium, & locorum eidem adiacentium.

Quod idem servari videmus in Causis Crimina-
35 libus Tusculanis, quamvis Illustrissimus, & Reverendissimus D. S.Palatii Apostolici Præfectus semper sit Gubernator Civitatis Tusculi, & suam exerceat Jurisdictionem hic in Urbe.

Pauca hæc, ut dixi, superaddere volui ad me expurgandum à quorumdam garrulitate, cùm prò sustinendo recursu habito nomine infelicissimæ istius mulieris ad Sac. Consultam, satis, superque essent, quæ prò notitia Causæ fuerant præcedenter ab alio fanè meliori, & insigniori calamo scripta, & Eminentissimo D. meo porrecta.

Desiderius Spretus Pauperum Advocatus

Altera Scriptura, quam in fine suæ Allegationis memorat, & commendat D.Pauperum Advocatus, est sequens Relatio Italico sermone exarata per D. Fiscalem Generalem Nicolaum Jacobatium, a laudato Viro juremeritò Laudatum.

M O N T O N E.

Essendosi unita li 23. Luglio 1711. Congregazione particolare convocata da Monsi-
36 gnor Colonna Chierico di camera come Governatore di Montone coll'intervento del Fiscale Generale delli due Luogotenenti del Tribunale del Governo del Luogotenente del Sig.Cardinale Vicario, e dell'Accica, fù da questo proposta la causa di Elisabetta di Bernardino processata, e confessa nel Tribunale di Montone d'Infanticidio, e risoluta con pienezza di voti la pena della morte, approvata nella relatione fattane successivamente dalla Santità di Nostro Signore, la quale si degnò ordinare, che dalle Carceri di Perugia, dove si riteneva la donna per maggior sicurezza si trasportasse in Roma, come è seguito.

Mà perche intanto l'Avvocato de Poveri hà fatto ricorso con memoriale in Sagra consulta supplicando per la revisione del Giudicato, fù rimessa la supplica a Monsignor Segretario acciò prendesse l'oracolo da Nostro Signore il quale prima di risolvere volendo sentire il parere del Signor Cardinale Camerlengo, di Monsignor Coradini, di Monsignor Origo, e del Fiscale Generale pare, che nella Congregazione da tenersi si possa riflettere.

I. Se convenga di dare l'Appellatione.

II. Se non competendo l'Appellatione sia luogo alla revisione per via di ricorso al Principe.

III. Se ammesso il ricorso, a chi debba spettare la cognitione.

Quanto al 1. è indubitato, che al Reo confesso
37 è proibita l'Appellazione dalla dispositione del *Jus commune nella leg. 2. Cod. quorum Appellat.* dalle Constitutioni della Marca come nel *cap.3 lib.6.*, e dalla Bolla 180.del *B.Pio V. In Bullar.nov. la 24. §.3.tom.2.*

Ben'è vero però (è ciò riguarda il 2. Punto)che
38 anco al Reo confesso si suole ammettere il ricorso al Principe supremo, si perche il ricorso è appunto introdotto per supplire ove manca l'Appellatione *Scacc.de Appellat. quæst.19. remed.3.n.1.* Si perche non ostanti le prohibitioni suddette quando si tratta della vita, sempre almeno per equità si sentano l'eccettioni

che ſi deducono, ò contro l'iſteſſa confeſſione, ò per l'eccello della pena, come riflette il *Farinacc.* ſu le accennate diſpoſitioni nella *queſt.* 101. dal *n.* 114. *e preciſamente* al *n.* 162. e ſi oſſerva in prattica, dandoſi, come non di rado accade, la nuova udienza alli difenſori.

Ciò poſto, la cognitione non può ſpettare ad 39 alcuno de Tribunali ordinarii, perche queſti non rappreſentano il Prencipe al quale e interpoſto il ricorſo, ma ſolo alla Sac. Conſulta, che è ſtata eretta dalla sa:mem: di *Siſto V.* con la Bolla 74. in ordine à queſto preciſo fine di ricevere i ricorſi che ſi fanno da tutti li luoghi dello ſtato Eccleſiaſtico.

Ne li Governi, che ſi conferiſcono alli Chierici 40 di Camera hanno alcuna eſentione dalla ſuperiorità della medeſima, perche nella Bolla 12. d. *Aleſſandro VI.* per cui furno conceſſi li Governi di alcune piccole Terricciuole ivi nominate alli Signori Chierici di Camera, non ſi legge conceſſa alcuna prerogativa ſpeciale, reſtringendoſi tutto il conteſto della Bolla a dimoſtrare, che per la Guerra, e graviſſime diſſentioni, che paſſavano tra li Popoli di Terni e quelli di Spoleti ne accadevano continuamente homicidii, rapine, prede, ed infiniti ſcandali; Onde volle il Pontefice provedere all'Indennità, e ſicurezza di quei poveri luoghi, con diſmembrarli dalla ſoggettione, e reſpettivamente eſimerli dalla Giuriſditione, e ſuperiorità, che ſopra di loro eſſercitavano le predette Città di Terni, e Spoleti, con ſottoporli al Governo de Signori Chierici di camera, raccomandandoli la di loro ſicurezza, e difeſa, e l'Amminiſtratione della Giuſtitia.

Eſſendo dunque ſtata inſtituita quaſi un ſecolo 41 doppo dalla sa:me: di *Siſto V.* con l'enunciata Bolla 74. al §. 15. la Congregatione della Sac. Conſulta con autorità illimitata di provedere alli ricorſi di tutti i luoghi dello Stato Eccleſiaſtico, anco mediato, ſenza veruna eccettuatione, non pare poſſa cader dubio, che alla medema ſpetti la cognitione di queſto ricorſo: E quando anco li ſudetti Governi haveſſero fino al tempo di Siſto goduta qualche preeminenza particolare (il che non appariſce) ſaria ad ogni modo ceſſata, atteſo che in queſta Bolla poſteriore ſi deroga a tutti, e ſingoli privilegii conceſſi da Pontefici predeceſſori.

Ne è conſiderabile per eſentarli da queſta ſupe-42 riorità la Prælatura graduata de Signori Chierici Governatori, li quali ottengono il Breve del loro Governo independentemente dalla S. Conſulta; perche qualunque ſia la loro preeminenza ſempre ſarà di gran lunga maggiore quella de Signori Cardinali legati che parimente ottengono i Brevi così independenti, *che ſoli Deo rationem ſunt reddituri*, e pure nell'enunciata Bolla 74. al §. 15. ſi concede eſpreſſamente alla S. Conſulta l'udire i ricorſi, riconoſcere i gravami, e rivocare le ſentenze capitali, *conſulto Sanctiſſimo*, anco de Signori Cardinali Legati: E ſi oſſerva continuamente in prattica, eſſendovi la Ponenza della Marca, à ciò particolarmente deſtinata; Onde il Cardinale de Luca nella Relatione 43 della Corte Romana al diſcorſo 33. *num.* 25. & 34. afferma, che doppo l'erettione della S. Conſulta, e del buon Governo, ſi è notabilmente diminuita la Giuriſdictione de' Signori Chierici di camera; & in confermatione di ciò Monſignor Fattinelli nel Trattato de *Tranſlatione Penſionis* all'Appendice della riſpoſta 3. riporta le lettere della S. Conſulta, con le quali doppo havere inteſe le controverſie, che paſſavano frà li Governatori di Terni, e Sabina, e li Signori Chierici Governatori delle Terre ſudette ordinò alli Preſidi di dette Città che rimetteſſero quelle cauſe, ſopra le quali cadeva la diſputa della Giuriſditione alli Signori Chierici, il che non hauria potuto fare, ſe non eſſercitaſſe ſuperiorità eguale ſopra tutti quei Governi.

Et à queſte lettere impreſſe ſe ne potriano ag-44 giungere infinite altre regiſtrate nella Segretaria della Sagra Conſulta dalle quali appariſce, che ſecondo le contingenze, hà volſuto eſſere informata delli ricorſi, che venivano dalli luoghi governati dalli Signori Chierici, ſervendoſi nel reſcrivere a ſimili memoriali della formula--*Ad D. Secretarium cum Domino Clerico Gubernatore*--oltre che ripugnaria anco alla congruenza, che le Città principali di Bologna, Ferrara, Urbino, e ſimili foſſero d'inferior conditione di Montone, & altre Terricciuole nominate nella Bolla di *Aleſſandro VI.*

Se poi ſi pretendeſſe, che le cauſe, dove hanno giudicato li Signori Chierici habbino a devol-45 verſi, ò in piena Camera, ò al Signor Cardinale Camerlengo, ciò non puo reggere, perche il Governo di dette Terre è totalmente diſtinto dalla qualità, & Ufficio del Chiericato provenendo l'uno, e l'altra carica da conceſſioni ſeparate, e da Bolle diſtinte, come bene oſſerva lo Scaccia de *Appellat.* q. 8. *nu.* 145. e percio anco nelle cauſe civili per li luoghi, e Terre governate da Signori Chierici dentro il diſtretto continuamente Monſignor Governatore di Roma concede le inibitioni in virtù dei ricorſi il che non potria accadere, ſe foſſero conſiderate come cauſe de Chierici di Camera, perche neceſſariamente douriano devolverſi all'iſteſſa piena camera; anzi ſe in tali Giudicature ſi conſideraſſero come Chierici, non potriano perſe ſoli procedere per difetto totale di Giuriſditione, mà douriano procedere Collegialmente, come viene loro preſcritto dalla sa: me: di Pio IV. nella Bolla ss. al §. 14. ivi--*Clerici verò Cameræ cum nullam Jurisdictionem uti ſinguli, ſed tantum collegialiter, & in plena Camera habere noſcantur; nihil expediant privatim & ſingulariter &c. Scacc. de Appellat. quæſt.* 8. *n.* 145. *verſ. ratio quare.*

Mol-

Molto meno finalmente puol eccitarsi tal pre-
46 tensione per le cause criminali, mentre nell' enunciata Bolla 55. di *Pio IV.* reformatoria del Tribunale della Camera gli è stata ristretta la Giurisdittione alle sole cause civili economiche, e totalmente soppressa la Giudicatura criminale, a riserva de Contrabandi, come in appresso à stato poi confermato dall' osservanza, & anco per diritto della ragion commune sostenuto dallo Spada nel *Consiglio 64.* dal *n.9.* per tutto il Conseglio pienamente, e comprovato dal Cardinale de Luca nella relatione della Corte Romana al *discors.46. n.86.* Die 2.Octobris 1712. In Congregatione habita coram Eminentissimo D. Cardinali Camerario, in qua præter eundem Eminentissimum interfuerunt RR. PP. Corradinus Auditor Sanctissimi, & Origus Secretarius S. Consultæ, & D. Jacobatius Fiscalis Generalis, resolutum fuit: *Recursum spectare ad S. Consultam*

De non emendis lignis per exercentes Fornacem in Foro publico ante horam tertiarum.

RUBRICA XXVI.

ITèm ordinamus, quod fornacem exercentes per se, vèl alium aliquo tempore in foro Communis Faventiæ ante horam tertiarum (A) non emant ligna, pœna librarum quinque bonenorum pro qualibet vice, & quilibet accusare possit dictum ementem coram Domino Potestate Faventiæ, seù Judicibus damnorum datorum, qui punire possit dictum ementem sine alia condemnatione facienda, & quarta pars dictæ pœnæ applicetur Accusatori, (B) residuum verò distribuatur juxtà ordinationes Civitatis Faventiæ.

SUMMARIUM.

1 LIgna ementes in Foro pro exercitio fornacis ante horam tertiam qua pœna puniantur.

1 Delatori, seù Accusatori an censeatur præjudicatum quò ad ejus portionem pœnæ ob gratiam liberalem, seù Indultum generale concessum per Principem, remissivè.

OBSERVATIO.

A QUæ dicta sunt circà prohibitionem factam Tricolis, seù Revenditoribus supra *in Observ. ad Rubr. 59. lib. 4.* optimè
1 congruunt dispositioni præsentis *Rubricæ*, undè ad ibi deducta remittimus.

B Delatori, seù Accusatori an censeatur præjudicatum quò ad ratam, seù portionem pœ-
1 næ sibi debitam, quotiès Princeps Gratiam liberalem facie Accusato, prout contingere soler occasione publicæ lætitiæ, nempè ob nativitatem Principis, vel ob ejus assumptionem ad Principatum, & aliis similibus casibus, in quibus concedi soler Indultum generale videndus *Amaya in L. unic. nu. 73. cum seq. C. de Pæn. fiscal.credit. prefer. lib.10.* qui articulum latè examinat.

De Aggeribus Fluminum non impediendis.

RUBRICA XXVII.

STatuimus, & ordinamus, quod aliquis non debeat in aggeribus (A) Fluminum ligonizare, arare, serere, seù alia facere, ex quibus impediatur Fluminis cursus, & iter euntium. Possint tamen illi quorum sunt dicti aggeres in eis vites, cannas, & alias arbores (A) ad eorum libitum ponere, illasque custodire, & ipsarum fructus recipere, dummodò non diruant ipsos aggeres, & cursum aquæ, ac iter prædictum non impediant, & qui contrafecerit incurrat pœnam librarum quinque, bonon. pro qualibet vice, & quilibet possit contrafacientes denunciare, & habeat medietatem dictæ pœnæ, & ei credatur cum juramento, & uno Teste de visu deponente, seù cum tribus de fama, & hoc nisi fuerit Officialis publicus, seù Saltuarius Communis Faventiæ, qui habere non possit nisi quartam partem dictæ pœnæ, & quicunque bona habuerit juxtà dictum aggerem teneatur manutenere, & elevare ipsum aggerem quoties necesse fuerit, & Officiali videbitur expensis cujus est ipse agger, seù terra juxtà dictum aggerem.

SUMMARIUM.

1 ÆGyptus fœcundatur incremento Nili, non pluviis.

2 Nilus aggeribus coercetur, ne effundatur antequàm incrementum duodecim cubitus excesserit.

3 Nili aggerem rumpens, vèl perforans, qua pœna puniatur.

4 Aggeres fluminis rumpens, qua pœna puniatur, & num.6.

5 Clusas publicas rumpens, & devastans, qua pœna puniatur.

7 Aggeres fluminis rumpens ad refectionem damni tenetur.

8 Ripa fluminis publici est publica quò ad usum, sed quò ad proprietatem spectat ad habentem prædia adiacentia, & quatè n. 11. Amplia num. 9.

10 Arbores in Ripa fluminis publici existentes spectant ad habentem prædium adiacens.

11 Ripa fluminis publici si corrodatur cedit damno habentis prædium contiguum, quod efficitur ripa, & ripæ vicem sustinet.

OBSERVATIO.

A Quia Ægyptus non pluviis, sed incre-
1 mento Nili fœcundatur, ut in *Deu-*
teronom. cap. 11. n. 10. cum seq. Plin.
lib. 5. cap. 9. & Georgius Mars. Mann. in ejus
Metrologia cap. 5. n. 9. cum seq. placuit illius
aquam aggeribus coerceri, atque mandari
ne effundatur antequàm incrementum duo-
2 decim cubitus excesserit, & qui ante consti-
tutum tempus, rumpendo aggerem, legem
violaverit, extrà ordinem arbitrio Judicis
3 qualitate personæ, & aliis facti circumstan-
tiis inspectis puniri decrevit *Vulpian. in l. Pe-*
nult. ff. de Extraordin. crim.

Cum autèm post traslatum Constantinopolim Imperium ferè omnes proventus, & frumenta ex Ægypto exportarentur, necessè fuit attentius animadvertere, & mediante nova Constitutione graviori pœna delinquentes punire, ne totum Imperium, quod absque frumento Ægyptiorum sustineri non poterat, fame periret; Undè ab *Imperatoribus Honorio, & Theodosio* Statutum fuit, rumpentem Nili aggeres puniri pœna concrematinnis, ut in *L. unic. C. de Nil. agger. non rump.* ut egregiè docet *Amaya Observat. Jur. lib. 3. cap. 4.* Quamvis *Georgius Mars-Mann in ejus Metrologiæ dicto cap. 5. n. 20. cum duobus seqq.* conciliando prædictas *LL.* tradat *Vulpianum* loqui de eo, qui ad sui commodum rumpit aggerem privatum vicini, postquam ibi aqua Nilotica erat recepta, & inclusa; *Imperatores* verò *Honorius*, & *Theodosius* loquuntur de eo, qui aggeres Nili perforat, ut in fossas aquam derivet, antequàm sufficienti incremento tota Ægyptus sit irrigata ob damnum publicum exindè resultans.

Prædicta pœna extenditur etiàm ad rum-
pentes aggeres aliorum fluminum secundum
4 opinionem *Gloss. in eadem leg. unic. in verbo*
Consciis. Maximè si fractio aggerum aliorum fluminum afferat maximum damnum, ut sequendo hanc opinionem exemplificat in flumine Padi *Cyn.* quem refert, & sequitur *Salyc. in Rub. Cod. de Nili Agger. non rump. n. 1. in fine*, & quod ultimi supplicii pœna debeat affici, qui ex mera malitia, ac vindicandi libidine aggeres coercendo flumini objectas rumpit, & dissolvit, ut iis effractis vicinos agros, & campos effusa innundatio occupet, & corrùmpat magno dispendio tàm privatorum, quàm Reipublicæ tradit *Antonius Perea in dicta l. unic. n. 3.*

Quinimò ad rumpentes, seù devastantes
5 Clusas publicas, quales sunt in Civitatibus
Maris Januæ, & Venetiarum extendit *Bald. in l. Data opera C. Qui accus. non poss. n. 9. in fine* ea ratione, quia potest idem exitus ibi sequi, ac in Ægypto de aggeribus Nili, ut subdit *ibid. Bald.*

Nihilominùs cum nunquàm ob rupturam
aggerum aliorum fluminum contingere va-
leat tam grave damnum, & evidens pericu-
lum Principatus, & Imperii, prout in agge-
6 ribus Nili, propterea militante diversa ratio-
ne, congruum est quod non debeat infligi eadem pœna, ut reprobata opinione *Cyni* animadvertit *Amaya loc. cit. n. 25. cum seqq.* & præsertìm *n. 37. cum seqq.* sed intret pœna Judici arbitraria ut tenent *Damhouder Prax. crim. cap. 105. n. 4. cum seq. Menoch. de Arbitr. judic. lib. 2. cas. 386. numer. 5. cum seq. Sabell. Prattic. universal. §. Fiumi n. 6. & Stypman. de Jure maritim. & nautic. par. 2. cap. 5. n. 401.* ultrà refectionem damni, ad quod tenetur aggeres rumpens, ut tradit *Bruneman. in dicta l. unic. n. 2. C. de Nili agger. non rump.*

Quàmvis flumen sit publicum, ejusque ri-
B pa sit accessoria, attamèn ejus naturam in
totum non assequitur, nam ea quidèm pu-
blica quoque est quò ad usum, non autèm
8 quò ad proprietatem, cum ista spectet ad
eum, qui habet prædia adiacentia *§. Riparum Institut. de Rer. divis. Bart. in Tyberiad. par. 1. in verbo Agro sub n. 4. Rip. in leg. Quo minùs n. 64. cum seq. ac n. 67. ff. de Flumin. Surd. cons. 376. num. 1. & 20. Pech. de Aquaduct. cap. 4. quæst. 6. numer. 69. Ciroch. disceptat. forens. 80. numer. 56. Card. de Luc. de Regal. discurs. 138. numer. 5. D. Antonius Gobb. consultat. 103. numer. 1. ubi numer. seq.* relatis concordan-
9 tibus ampliat etiàmsi inter Ripam fluminis,
& prædium privati via publica intercedat *Antunez Portugal. de Donat. Reg. tom. 2. par. 3. cap. 4. n. 54.* Undè arbores in eadem Ripa existentes spectant ad Dominum prædii adiacen-
10 tis *dicto §. Riparum l. Riparum 5. ubi Bald. in fine, & in Rub. ante n. 13. ff. de Rer. divis. Curt. jun. cons. 250. n. 24. Sixtin. de Regal. cap. 5. n. 2. Montan. eod. tract. in verbo Ripatica sub num. 2. vers. respectu verò arborum pag. mihi 64. Pech. d. quæst. 6. n. 80. Gobb. ubi suprà n. 7. Franch. March. dec. 346. n. 3.*

Proprietas autèm Ripæ vicino competit
ex æquitate recompensativa ob varia incom-
11 moda, quæ patitur, & præsertim si ripa cor-
rodatur à flumine cedit damno ejusdem vicini, cujus prædium ripa efficitur, & ripæ vicem sustinet, ut advertit *Surd. dicto cons. 376. num. 20. & Gobb. loc. cit. num. 24. cum duobus seqq.*

Digitized by Google

SUMMARIUM.

1 Clusa Molendini destructa fluminis impetu interrumpitur possessio, & longior præscriptio requiritur.

2 Judicatur de Clusa sicut de Molendino. Empta Clusa jus aquæ ducendæ quæritur num.2.

3 Habens concessionem anteriorem irrigandi potest facere Clusam, & aquas retinere.

4 Ripæ Fluminum publicorum, eorumque emolumenta spectant ad Dominos vicinorum prædiorum.
Vicinis Dominis prædiorum inest onus manutentionis, & conservationis riparum fluminis, num.4.

*Num.*5. Clusa Molendini destructa fluminis impetu interrumpitur possessio * & longior præscriptio requiritur *Gobb. de Aquæduct.quæst.9. num.21.*

De Clusa idem judicatur quod de Molen-
2 dino, & empta clusa jus aquæ * ducendæ acquiritur *Gobb.d.quæst.9.n.23.*

Clusam facere potest, & aquas retinere ha-
3 bens concessionem anteriorem, * irrigandi *Gobb. de Aquæduct.quæst.13.n.18. Decl.n. 19.*

Num. 11. Ripæ fluminum publicorum, eorumque emolumenta spectant ad Dominos vici-
4 norum prædiorum, * eo quia ipsis inest onus manutentionis, & conservationis riparum ut firmavit *Rot. in Pisauren. Molendinorum 17. Junii 1707. coram R. P. D. Kaunitz 5. Hoc autem,& 23. Martii 1711. coram eodem 5. Rationemque.*

De Circla terminanda, & manutenenda, & de damno in ea dato, & habitantibus extrà eam.

RUBRICA XXVIII.

Sancimus, & ordinamus, quòd homines cujuscumque Capellæ habentes Fumantes extrà Civitatem, & intrà circlas teneantur dictam circlam terminare, manutenere, & evacuare ita, & taliter quod cursus aquarum liber sit, & non impediatur, & hoc ubicumque, & quandocunque videbitur Aquarolis, seù aliis Officialibus Communis Faventiæ super hoc deputatis, & omne damnum datum in ea, seù ipsius ripis debeat emendari, & talis emendatio dari debeat ipsis Capellanis in quorum Capellis fuerit damnum datum. Nullus tamen possit laborare dictam circlam, aut eam explanare, & dirvere, pœna librarum quinque bonon. pro qualibet vice, & in quolibet casuum prædictorum. Diffinitio autem circlæ hujusmodi sit ista, videlicet à dicta circla, seù ab Ecclesia, & ponte S. Juliani inclusivè infrà versus Civitatem usque ad Foveas portæ Imolensis à quadrivio existente ultra Ecclesiam S. Gregorii, ubi incipit Schola quarti,regii, infrà versus Civitatem usque ad Foveas portæ Hospitalis, à ponte S. Pauli usque ad portam Ravennatem, à ponte verò Sarnulæ usque ad portam Montis, seù Montanatiam, & à via Imperatoris, quæ incipit à strata portę Montanariæ, & tendit versus flumen Hamonis, dividens inter campum Canonicæ Sancti Petri de Faventia, qui est à latere superiori dictæ viæ, & campum Sanctæ Perpetuæ, qui est intùs circlam versus Civitatem usquè ad Foveas dictæ portę. Et quod omnes habitantes extrà circlam prædictam sint de scholis Comitatus Faventiæ, & intelligantur subesse villis, & Capitulariis, ac scholis in quibus habitant, & quilibet teneatur se facere scribi in illa schola, in qua positus est ille fundus, in quo domus habitationis illus posita est, & in ejus extimo describi, in quo dictus fundus est descriptus, quibus libris extimorum, & eorum determinationi, tam in prædictis, quam in aliis similibus stari debeat, & quod omnes habitantes infrà circlam sint de illis capellis, & eis respondeant juxtà determinationem dictorum librorum extimorum Communis Faventiæ, & si per libros non appareat sit proximioris Capellæ.

SUMMARIUM.

1 Circla accipitur pro vigiliis, & excubiis vulgariter appellatis la *Ronda*.
Custodiæ Urbium invigilantes muros circumeunt num.1.

2 Regula *S. Benedicti* mandat deputari Seniores qui circumeant Monasterium horis, quibus vacant Fratres lectioni.

3 *Acerchi* accipitur in Urbe pro eo loco, in quo erat Circlus maximus.

4 Circla in sensu hujus Rubrice quid sit.

OBSERVATIO.

Circla vulgariter *Cerchia* accipitur pro Vigiliis, & excubiis vulgariter appel-
1 latis *la Ronda* à circumeundo, quia qui Urbium custodię invigilant muros circumeunt, ut latè explicando comprobat *Carolus du Fresnè in ejus Glossar. in verbo Cir a Cerchia:*Prout in simili statutum est in Regula *S. Bened.cti*, in qua mandatur deputari Seniores, qui cir-
2 cumeant Monasterium horis, quibus vacant Fra-

Frattes lectioni & de aliis similibus Statutis
Religionum prosequitur *Fresnè in verbo Cir-*
cam etiam, & in verbo Circa perindè. In Vrbe
à Cerchi accipitur pro eo loco, in quo erat
3 Circlus maximus, de quo videri poterunt
Scriptores.

Circla verò, cujus meminit nostrum *Sta-*
tutum in præsenti *Rubrica*, & in *Rubrica* 38.
lib.4.erat foveum circumdans Civitatem, &
4 Burgos, intrà quod circà annum millesimum
totus populus habirabat ad evitandum peri-
culum incursionum, quas patiebatur à vici-
nis hostibus, cum quibus continuò prælia-

batur, adeò ut pro circumvallatione habere-tur, ac inserviebar, pròut antiquum Pomærium Vrbis, & si aliquis Colonus ratione commodioris culturæ agrorum, vel alius intrepidè ultrà Circlam habitare volebat, pro ejus majori securitate erigebat ex terra parapectum tunc vulgò nuncuparum *Tombe*, quarum adhuc remanent, aliqua vestigia. Extincto deindè timore incursionum vicinorum, cæperunt ædificari domus pro Agricultoribus per totum territorium, & ab indè citrà sicuti cessavit rigorosa custodia Circlæ, ita purum, & nudum nomen illius remansit.

De Scholis Comitatus Faventiæ terminandis, & de cantricis, fossatis, rivis, & pontibus per easdem scholas faciendis, & manutenendis.

R U B R I C A XXIX.

STatuimus, & ordinamus, quod homines Scholarum Comitatus, & Districtus Faventiæ, eorum scholas, & pertinentias earum terminatas, distinctas, & cosinatas, in earum finibus tenere debeant intersigniis notis, & terminis benè apparentibus & prout superioribus temporibus terminatæ, & distinctæ esse consueverunt, ità quod una ab alia benè distincta cognoscatur, & quod in finibus earum circumcirca in pluribus variis, & diversis locis cujuslibet scholæ, videlicet in locis magis apparentibus teneantur figere, & ponere, ac fixos, & positos manutenere terminos, & lapides, ità quod à transeuntibus videri possint, & in casu differentiæ dictorum confinium stetur declarationi, & decisioni Dominorum Antianotum pro tempore presidentium regimini Communis Faventiæ, teneatur etiam quælibet dictarum scholarum infrà ejus fines omnia sua fossata, tracturos, cantricos, & rivos, ità & taliter facta, & factos manutenere quod aquæ possint liberè fluere, & ubi in eis pons aliquis necessarius fuerit, teneatur pontes opportunos facere, expensis videlicet illius scholæ, infrà cujus fines fieri pontes expediret, usque ad quantitatem librarum quinque bonon. & ab indè suprà expensis scholarum convicinarum, ad quarum utilitatem magis expediret tales pontes fieri, usque ad quantitatem librarum quindecim bon. & ab indè supra expensis Communis Faventiæ, nisi ubi taliter expressè ex forma alicujus Statuti provisum esset.

Super quibus omnibus, & singulis exequendis superesse debeant Aquaroli, seù Superstites viarum, & pontium Communis Faventiæ, qui teneantur in prædictis superesse, & ex eorum officio curare ità quod prædicta fiant, & exequutioni mandentur in locis opportunis, & congruis temporibus, sub pœna librarum decem bon. pro singulo, & quolibet eorum negligente, & prædicta non exequente. Et quilibet possit contrafacientes, & negligentes denunciare, & accusare, & accusatot habeat dimidiam dictæ pœnę, & alia dimidia sit Communis Faventiæ.

S V M M A R I V M.

1 Terminorum appositione pax, & tranquillitas resultat, & conservatur.

Divisioue pax, & tranquillitas resultat, & conservatur n.1.

2 Parochiarum divisio facta fuit à *Dionisio Pontifice*, & quare.

3 Divisio Ecclesiarum in Vrbe facta fuit ab *Evaristo*.

4 Parochiatum divisio de jute præsumitur.

5 Parochiarum divisio facta à *Dionysio* fuit localis in Vrbe.

Divisionem Parochiarnm esse faciendam *Dionisius* dictavit Episcopis, talis tamen monitio extrà Vrbem ubique non habuit effectum num.5,

6 Divisio Parochiarum demandata fuit per *Sac. Conc. Trident.* Episcopis.

7 Divisio Diœcesum quando facta fuerit.

8 Episcopus visitare tenetur suam Diœcesim, & intrà quod tempus.

9 Episcopus negligens in visitando Diæcesim potest cogi per Archiepiscopum mediantibus censuris.

10 Episcopus visitare potest Abbatias existentes intrà limites suæ Diœcesis cum habeat intentiouem fundatam ex Juris assistentia,

11 Ampl. primo procedere etiam respectu Abbatiarum Nullius.

12 Am-

12 Ampl. secundò procedere etiam respectu membri, & Granciæ alicujus Abbatiæ, quæ sit Nullius, vel Regularis, dùm illi inserviunt Sacerdotes, & Clerici sæculares.

13 Ampl. tertiò procedere tam in concernentibus curam animarum, & Sacramentorum administrationem, si Ecclesiæ sint curatæ, quàm in aliis extrà curam, & administrationem Sacramentorum.

Limita in Abbatia habente utramque jurisdictionem temporalem scilicèt, & spiritualem num.18.

14 Episcopus visitare non potest Monasteria posita in ejus Diœcesi, in quibus viget Regularis observantia, sed munere debet Superiores, & quomodò.

15 Episcopus visitare potest Ecclesias Regularium quò ad respicientia curam animarum, & administrationem Sacramentorum. Limita num.17.& 18.

16 Visitationi, Jurisdictioni, & correctioni Episcopi subsunt exercentes curam animarum, sivè Sæculares, sivè Regulares.

Ecclesia *S. Hippolyti* Faventiæ, quamvis Parochialis non potest visitari ab Episcopo, ex quo ibi resider Pater Generalis Ordinis Camaldulensis num.17,

19 Abbatia potest esse Nullius Diœcesis, & omninò extrà cujuscunque Diœcesis fines tribus modis, nempè origine, privilegio, & præscriptione.

20 Episcopus vicinior tanquàm Sedis Apostolicæ delegatus potest visitare Abbatiam Nullius, & extrà suam Diœcesim positam.

21 Sed tenetur id expresse declarare.

22 Et se continere infrà limites visitationis, alioquin progrediens ad ea, quæ causæ cognitionem, & judicialem indaginem requirunt nulliter procedit.

23 Abbatia Nullius, & extrà Diœcesim potest visitari tàm ab Episcopo vicin iori, quàm ab Abbate Commendatario. Vide ibi.

Ecclesia potest à pluribus visitari n.23

24 Episcopus vicinior potest visitare Castra, & loca Nullius Diœcesis, atque illorum Ecclesias sæculares, non autem Abbatiam Regularem, licèt sæculari commendatam, ac Ecclesias Regulares, si eis à Regularibus inserviatur.

Amplia etiàmsi in Ecclesia Abbatiæ Regularis commendatæ exerceatur cura animarum, & Sacramentorum administratio num.29.

25 Abbatia Regularis commendata non desinit esse Regularis.

26 Commenda Abbatiæ non est verè, & propriè Titulus. Decl.n.27.

Commendatarius non dicitur propriè Prelatus, sed quasi Depositarius, & non habet proprietatem, nec possidet nomine proprio, ac non contrahitur Matrimonium inter Commendatarium, & Ecclesiam, prout intèr Ecclesiam, & Abbatem nu.26. Decl. n.27.& 28.

28 Commenda temporalis, & ad nutum non est ampliùs in usu.

OBSERVATIO.

Divisione, & terminorum appositione pax, & tranquillitas resultat, & con-
1 servatur ex *adductis suprà in Observ. ad Rubr. 37.num.primo lib.3.* qua ratione, ac ut magis cultus Divinus augeretur anno 270. *Dionysius*
2 *Pontifex* distinxit, & per suos certos limites separavit, ac designavit Parochias Urbis, singulis Præsbyteris singulas assignando Parochias, ut traditur in *can.Ecclesias.ibique Gloss.& Barbos.Caus.13.quæst.1.cap. pastoralis de iis quæ fiunt à Prælat. Bursatt. cons. 126.nu. 30. vol. 2. Bertrand. cons.350. n.1. vol.2.par.1., idem Barbos.de offic.& potest.Episcop.par.prima tit.primo cap.7.num.7.* ubi etiam reprobat attribuentes hanc divisionem *Magno Constantino*, *Lotter. de Re benef.lib.primo quæst.8.num.18. & quæst.20. num. 71. cum seq. Frances. de Eccles. Cathedral. cap.2.num.131.cum seqq.* ubi notat, quod *Evaristus* antè dictam divisionem *Dionysii* divise-
3 rat in Vrbe Ecclesias Præsbyteris, *Rot coram Coccin.decis.454.num.3. juncta decis.1887.nu.4. ac coram Royas decis.313.num.6.* ubi quod talis
4 divisio de jure proindè præsumitur, *Peutinger.decis.62.num.3.*

Prædicta distinctio Parochiarum fuit qui-
5 dem localis in Vrbe; *Dionysius* tamèn adeò sibi de ea complacuit, ut etiàm aliis Episcopis faciendam dictaverit, ut advertit *Loter. loc. cit.* sed talis monitio ubiquè extrà Vrbem non habuit effectum, ut prosequitur *Lotter. ubi supra*, & animadvertit *Rot.in Conchen Decimarum dell' Infantado 7. Febr. 1618. coram Martino Adrea* per ipsum relata: Vndè in iis Civitatibus, & Locis, in quibus Parochiæ non fuerant divisæ, & certos fines non habebant, nèc earum Rectores proprium populum, quem regerent, sed promiscuè petentibus Sacramenta ministrabant à *Sac.Con-*
6 *cil.Trident.sess.24.cap.13. de Reformat.* demandatum fuit Episcopis *pro tutiori animarum eis commissarum salute, ac distincto populo in certas, propriasque Parochias unicuique suum perpetuum, peculiaremque Parochum assignent, qui eas cognoscere valeat, & à quo solo licitè Sacramenta suscipiant, aut alio utiliori modo, prout loci qualitas exegerit, provideant. Idemque in iis Civitatibus, ac locis, ubi nullæ sunt Parochiales quamprimùm fieri curent non obstantibus quibuscunque privilegiis, & consuetudinibus etiàm immemorabilibus* juxtà præcisa verba ejusdem *Sac. Concilii*.

Divisio quoque Diœcesum attributa fuit eidem *Dionysio à Platina in ejus vita*, sed il-
7 lius opinio reprobatur à *Lotter. de Re beneficiar. lib. primo quæst.10. num. 8.* cum jam de tempore *Apostolorum* Diœceses finibus essent distinctæ, ut probat *Bursatt.d.cons.126.nu.11. vol.2.*& comprobando firmat *Lotter.ubi suprà n.5.cum seqq.& Frances de Eccles.Cathed. c.33. n.44.* Intèr

Inter præcipuas sollicitudines pro recto re-
gimine gregis sibi commissi Episcopus visita-
re tenetur quolibet anno per se ipsum suam
8 Diœcesim, aut si legitimè impeditus fuerit
per suum generalem Vicarium Visitatorem,
& si quotannis totam propter ejus latitudi-
nem visitare non poterit, saltèm majorem
ejus partem, ità tamèn ut tota biennio per se,
vèl Visitatores suos compleatur juxta dispo-
sitionem *Sac. Concil. Trident. sess. 24. cap. 3. in
princip. de Reformat.* & tradit *Frances de Eccles.
Cathedral. cap. 6. num. 73.* si autèm negligens
fuerit, per Archiepiscopum cogi poterit me-
9 diantibus censuris, latè *Cardinal. Bellarmin. in
Declarat. ad Concil. d. cap. 3. in observationibus
doctrinæ verbo quotannis,* & prosequitur *Fran-
ces ubi proximè num. 75.*

Vt plurimum tamèn occasione visitatio-
nis contingunt controversiæ cum Abbatibus
Commendatariis Abbatiarum existentium,
vèl Nullius, vel in Diœcesi Episcopi, sed ip-
se habet intentionem fundatam ex Juris as-
10 sistentia vigore decreti *Concilii Aurelianensis*
registrati in *can. Omnes Basilicæ 16. quæst. 7.* ibi.
*Omnes Basilicæ, quæ per diversa loca constructæ
sunt, vel quotidiè construuntur in Episcopi po-
testate consistunt in cujus territorio positæ sunt
cap. Venerabilis, & cap. cùm dilectus de Religios.
Domib. cap. Episcopus de Offic. ordinar. in 6. Lotter.
de Re benefic. lib. primo qu. 21. n. 4. Rot. in rec. dec.
41. par. 5. & dec. 340. num. 1. par. 15.*

Adeòut etiàm Abbatia, quæ sit Nullius
11 dùm sita est in aliqua Diœcesi, spectat ad
Episcopum intrà cujus limitès sita est, facul-
tas visitandi, ordinandi, & concedendi di-
missorias juxtà dispositionem *Sac. Concilii Tri-
dentini sess. 23. cap. 10. de Reform.* ut distinguen-
do docet *Fagnan. in cap. nullus num. 26. de Pa-
roch. & alien. Paroch.* respondit *Rot. coram Coc-
cin. decis. 786. n. 9.* ubi testatur ità resolutum à
Sacra Congreg. Concilii.

Quinimò id procedit etiàm respectu mem-
bri, & Granciæ alicujus Abbatiæ, quæ sit
12 Nullius, vèl Regularis, dùm illi inserviunt
Sacerdotes, & Clerici sæculares, cùm mem-
bra non gaudeant eadem exemptione, qua
gaudet Monasterium principale, juxtà deter-
minationem *Innocentii III. in ejus decreto regi-
strato à Gonzalez. Tellez. ad cap. ex ore num. 3. de
Privileg.* & respondit *Rot. in d. decis. 340. num. 1.*
junctò *num. 4 vers. cùm igitur & coram Peutin-
ger. decis. 189. num. 9.* & declaravit *Sac. Congre-
tio Concilii de anno 1602. in Novarien.* in qua di-
sputato dubio, An Ecclesia Sancti Martini si-
ne cura posita in Vico Pombiæ, in qua Patres
Jesuitæ habentes eorum Collegium in Oppi-
do Aronæ celebrari faciunt, sicut tenentur
per Presbyterum sæcularem, pertineat ad vi-
sitationem Episcopi respondit, *Si Ecclesia hu-
jusmodi sit Sæcularis posse utique ab Episcopo vi-
sitari, tametsi ad Regulares pertineat, & ab eis
dependeat, dùm tamèn per Sæculares illi deser-
viatur* proùt reperitur in septimo ex autogra-
phis libris positionum ejusdem *Sac. Congrega-
tionis* existentibus in Archivio Vaticano p. 383.
ut ex attestatione humanissimi, & doctissimi
*Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Antonii
Altoviti* jàm præfatæ Sacræ Congregationis
Secretarii dignissimi, & deindè ad Segreta-
riam S. Congregationis Episcoporum, & Re-
gularium promoti.

Et facultas visitandi tùnc non solum com-
petit in his, quæ curam animarum, & Sacra-
mentorum administrationem concernunt, si
13 Ecclesiæ sint curatæ secundùm dispositionem
Sac. Concil. Trident. sess. 25. cap. 11. de Regular.
verùm etiàm in aliis extrà curam, & admi-
nistrationem Sacramentorum, ut tenet *Fa-
gnan. in d. cap. nullus n. 28. vers. porrò*.

Notandum tamèn, quod in Monasteriis,
in quibus viget Regularis observantia, Epi-
14 scopus caret jurisdictione visitandi, & so-
lùm paternis admonitionibus providere de-
bet, ut eorum Regulares Superiores juxtà
instituta Regularia debitam vivendi ratio-
nem observent, & observari faciant, quod
si admoniti intrà sex menses eos non visitave-
rint vel correxerint, tùnc Episcopus etiàm ut
delegatus Sedis Apostolicæ eos visitare, &
corrigere potest, proùt ipsi Superiores, ut
dispositum fuit à *Sac. Conc. Trid. sess. 21. cap. 8. de
Reformat.* & tradit ibi *Barbos. num. 10. & de Po-
testate Episcopi par. 3. alleg. 74. num. 16.* prætèr
quàm quòad respicientia curam animarum
personarum sæcularium prætèr eas, quæ sunt
de illorum Monasteriorum, seù locorum fa-
milia, & administrationem Sacramentorum,
15 circà quæ Episcopo competit jurisdictio vi-
sitandi etiàm Ecclesias Regularium juxtà di-
spositionem *Sac. Concilii Trident. sess. 25. cap. 11.
de Regular.* & tradit *Rodriquez. QQ. Regular.
tom. 1. quæst. 36. art. 4. Marcus Antonin. Var. re-
solut. 17. num. 3.* latè *Barbos. de Offic. & potest.
Episcop. par. 3. allegat. 74. num. 18. cum seqq. & in
Collectan. Concil. ad d. cap. 11. num. 4. cum seqq.
juncto num. 18.* ubi refert verba Constitutionis
Gregorii XV. supèr jurisdictione, & correctio-
ne Episcopi in Regulares curam animarum
habentes, & repetit *Panimoll. in annot. 1. ad
dec. 84. num. 18. cum seqq.* respondit *Rot. coram
Bich. decis. 267. num. primo*.

Et ejus jurisdictioni, visitationi, & corre-
ctioni subsunt exercentes curam animarum
16 sivè Sæculares, sivè Regulares ex dispositio-
ne *Sac. Concil. Trid. d. cap. 11.* plenè *Barbos. & ali
supracitati*.

Limitatur tamèn quòad Ecclesiam, ubi
Pater Generalis habet Sedem principalem,
ordinariam, proùt est Ecclesia *S. Hippolyti*
17 nostræ Civitatis Faventiæ, quæ est Sedes or-
dinaria, & principalis Generalis Camaldu-
lensis, ut ex dispositione *Sacri Concilii Tri-
dentin. cap. undecimo* tradit *Fagnan. in cap. nul-
lus numer. 40. de Paroch. & alien. Parochian.*
& testatur talitèr declaratum fuisse à *Sac. Con-
gregatione*.

Prout etiam limitatur si Abbatia habeat
utramque jurisdictionem temporalem scili-

18 cèt

Digitized by Google

18 cèt, & ſpiritualem, ut docet *Barboſ. in Collectan. Concil. ad d. cap. 11. n. 6.*

Si autem Abbatia ſit Nullius Diœceſis, & omninò extrà cujuſcumque Diœceſis fines, quod contingere poteſt tribus modis, nem-
19 pè origine, privilegio, & præſcriptione, quos late examinat *Fagnan. in cap. nullus n. 12. cum ſeqq. de Paroch. & alien. Parochian.* tunc Epiſcopus Vicinior poteſt illam tanquam Se-
20 dis Apoſtolicæ delegatus dumtaxat viſitare ex diſpoſitione *Sac. Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 9. de Reform.* ut docet *Fagnan. in dicto cap. nullus n. 32. Barboſ. ad Concil. in d. cap. 9. & de Offic. & poteſt. Epiſc. par. 3. allegat. 74. n. 5.*

Idque expreſſe tenetur declarare, ut relata reſolutione *Sac. Congregationis in Cauſa Caſ-*
21 *ſinen.* proſequitur *Fagnan. in cit. nu. 32.* & ſe continendo infrà limites viſitationis, nam ſi progrederetur ad ea, quæ Cauſæ cognitio-
22 nem, atque judicialem indaginem requirunt, atque inſtructo proceſſu cauſas ordinarias cognoſceret, nulliter procederet, ut advertit *Fagnan. in dicto cap. nullus n. 48. cum duobus ſeqq.*

Abſque eo quod impediatur Abbas Commendatarius quin, & ipſe quoque poſſit viſi-
23 tare, cum non improbetur, ut una Eccleſia a pluribus viſitetur, ut patet ex *Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 3. de Reformat.* & advertit *Fagnan. in dicto cap. nullus nu. 30. cum ſeq.* ubi notat *Sacram Congregationem Concilii* putaſſe æquum, quod Archiepiſcopus Urbinaten. tanquam vicinior ſe abſtineret a viſitatione Abbatiæ Caſtri Durantis.

Advertendo Epiſcopum viciniorem poſſe viſitare Caſtra, & Loca Nullius Diæceſis, at-
24 que illorum Eccleſias ſæculares, non autem Abbatiam Regularem licet Sæculari commendatam, ac Eccleſias Regulares, ſivè in eis vigeat Regularis obſervantia, ſivè non, ut ex mente *S. Congregationis Concilii* docet *Fagnan. in d. cap. nullus n. 33. cum ſeq.* ubi ſubdit, Regulares Eccleſias cenſeri etiam Monaſterio unitas, vel ab eo dependentes, ſi eis a Regularibus deſerviatur, & in *cap. in Eccleſiis n. 18. cum ſeq. de Capell. Monach.* ubi ſubdit, quod per commendam factam Abbatia non
25 deſinit eſſe Regularis, cum Commenda non ſit verè, & propriè Titulus, nec Commen-
26 datarius dicitur propriè Prælatus, ſed quaſi depoſitarius, & non habet proprietatem, nec poſſidet nomine proprio, ita ut inter Eccleſiam, & Commendatarium non contrahatur matrimonium, ſicut inter Eccleſiam, & Abbatem, & concordantes allegat: Intellige tamen non Commendatarium depoſitario comparari, & ex fructibus alimenta, & ex-
27 penſas percipere in retributionem ejus regiminis, & gubernii, quando Commenda eſt temporalis, quæ non dat titulum neque poſſeſſionem ad *tex. in l. Commendare 186. ff. de Verb. ſignific. Gloſſ. in cap. nemo 15. verbo Commendare de Election. in 6. Roman. conſ. 350. n. 6. ibique Mandoſ. litt. B. Loter. de Re benef. lib. 2. quæſt. 48. nu. 209. & lib. 3. quæſt. 8. nu. 115. cum quatuor ſeqq.* ubi *nu. 119.* ſubdit, hanc Commendam temporalem, & ad nutum amplius
28 non eſſe in uſu *Amoſtaz. de Cauſ. piis lib. 8. cap. 5. n. 16. cum Rota in rec. deciſ. 141. ſub nu. 6. par. 1.* ſecùs dicendum eſt de Commendatario perpetuo, qui verus Prælatus dici valet ob transfuſam in eum liberam poteſtatem, & juriſdictionem adminiſtrandi ad utilitatem propriam tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus, ut latè probat *Barbat. conſ. 3. n. 18. & 25. lib. 2. Loter. de Re benef. lib. 1. quæſt. 17. n. 10. cum ſeq.* juncto *lib. 3. d. quæſt. 8. n. 120. cum ſeq. Amoſtaz. loc. cit. n. 14. & ſeq Tondut. QQ. & reſol. benef. par. 2. cap. 1. §. 12. num. 7. & Rot. cit. deciſ. 141. ſub n. 6.*

Etiamſi Eccleſia Abbatiæ Regularis commendatæ ſit Nullius & ſita extra Diœceſim, exerceatque curam animarum, & Sacramen-
29 torum adminiſtrationem nam *Sac. Concil. Trident. cap. 11. ſeſſ. 25. de Regularibus* dat facultatem viſitandi Monaſteria curata Epiſcopo, in cujus Diœceſi ſunt ſita, & quidem ordinaria auctoritate quo ad concernentia curam, & adminiſtrationem prædictas, non autem delegata, ideoque non extenditur ad Eccleſias Nullius, quæ non ſunt in Diœceſi, nec de Diœceſi, ut plene docet *Fagnan. in cit. cap. nullus ſub n. 35. cum ſeqq. ubi ſub n. 39.* teſtatur ita reſolutum a *Sac. Congregatione Concilii.*

De milliaribus, & eorum menſura.

RUBRICA XXX.

Statuimus, quod milliare intelligatur quingentarum perticarum eſſe, & quando eſſet quæſtio de diſtantia alicujus loci ad Civitatem Faventiæ, incipiatur perticatio pro milliari a platea magna dictæ Civitatis.

SUMMARIUM.

1 Milliare eſt menſura mille paſſuum.
2 Itinera olim diſtinguebantur per milliaria, uno lapide erecto pro quolibet milliari, inciſo numero milliariorum, & vide ibi.
3 Paſſus menſura quomodo fiat, & n. 4.
4 Pes conſtat ex quatuor palmis, quorum quiſque ex quatuor digitis conflatur.
6 Pes ſexdecim digitos minores tranſverſos amplectitur, & ſecundum alios ſolommodò quindecim.
7 Digitus minor continere debet craſſitudine quatuor grana hordeacea.
8 Digitus major, ſeu pollex conſtat latitudi-

menſuratio fit tortuoſa per littora fluminis, non per aerem, nec per terram.

50 Curſus fluminis per Molendina fit deterior, & alteri damnum affertur.

51 Statuto diſponente, quod illi dicantur vicini, qui ſunt propinqui per unum milliare conſiderata diſtantia, ad hoc ut vox audiri valeat tunc menſuratio facienda eſt per aerem.

52 Menſuratio facienda eſt per viam breviorem, quam pedeſter tenere poſſet per agros, & ſemitas, & ubi per terram fieri non valeat, facienda eſt per aerem, quandò agitur de Bannito a Territorio per tot milliaria. Vide ibi.

53 Menſuratio facienda eſt per aerem quandò agitur de diſtantia præſcripta à Conſtitutionibus Apoſtolicis ab uno Conventu erecto ab alio ædificando.

54 De Statutis præſcribentibus certam diſtantiam inter unam, & alteram apotecam Artificum remiſſivè.

Menſuratio fit per viam conſuetam, & practicatam,, quandò agitur de diſtantia inter unam, & alteram apotecam Artificum num.54.

55 Locum eſſe, vel non eſſe in Diſtrictu probatur ex vulgi opinione, non ex menſuratione. Vide ibi.

Diſtrictus quouſque extendatur probatur ex vulgi opinione n.55.

Menſuratio denegatur, quandò de diſtantia conſtat ex vulgi opinione n.55.

56 Circuitus Eccleſiarum ruralium per ſpatium triginta paſſuum gaudet Immunitate Eccleſiaſtica, & n.59.

57 Limita non procedere favore illius, qui adhuc non fuerat ab Eccleſia receptus. Contrarium verius n.58. & 59.

O B S E R V A T I O.

Milliare eſt menſura mille paſſuum, ut docent *Gloſ. in l. In itinere 3. verbo*
1 *millia ff. de Verb. ſignific. Alciat. in l. Mille paſſus 154.n.6. ff. de Verbor. ſignificat. Caſtr. in l. 1. ff. Si quis cantion. &c. ibique Jas. paritèr n.1. Covar. Var. Reſol. lib.2. cap.20. n.5. verſ. olim, Marcheſan. de Commiſſion. par. 2. de Commiſſione avocat. Cauſar. §.4. n.11. Fenzon. ad Statut. Urb. lib.1. cap. 197. n.101. Tanara in ejus Opere inſcripto l' Economia del Cittadino in Villa lib. 6. pag. mihi 416. Guazzin. de Defenſ. Reor. defenſ.6. cap.4. n. 55. Georgius Marimann. in ejus Milcologia cap.3. n.3. Viv. dec. 488. ſub n. 10. lib.3.*
Olim enim diſtinguebantur itinera per mil-
2 liaria, uno lapide erecto pro quolibet milliari, in illo numero milliariorum, ut noſcerent Viatores iter peragratum, & quid illis remaneret, ideoque quintus v. g. ab Urbe lapis dicebatur locum diſtare quinque milliaribus, ut per *Text. in l. Proptèr litem §. 1. ff. de Excuſat. Tut.* tradunt *Calvin. Lexicon. Juris in verbo Lapis pro milliario Covar. ubi ſuprà, & Fenzon. loc. cit. n. 110. & Marsmann. d. cap.3. n.6.*
3 *& 7.* Paſſus verò ſic dictus, quia dilatatis brachiis, & manibus hæc dimenſio conficitur, ut tradit *Alciat. ubi ſuprà n. 4.* quem ſequitur *Fenzon. loc. cit. n. 104.* vel ſecundùm alios ſignificat ſpatium dimenſum paſſis, & extenſis pedibus uno anteriori, altero autèm poſteriori, & tribus intermediis, ut refert *Covar. d. cap. 20. n.5. verſ. olim in fine*, & hanc uti meliorem derivationem, & alluſionem ſequitur *Almeida in Analyſi excellentiarum in Jure numeri quinarii cap. 17. ſub n.6. Georgius Marsmann. in ejus Metrologia cap.6. n.4. in fine & 6.* ubi notat, quod iſto paſſu utimur ad menſuranda milliaria; Ad ſenſum *Juris*
4 *Conſultorum* continet quinque pedes *Gloſ. in can. ſicut. Cauſ. 17. quæſt.4. verbo Paſſus, & in d. leg. Itinere 3. verbo Paſſuum. ibique Bart. Alciat. d. n.4. Caſtr. d. n.1. Fenzon. loc. cit. n.103.* optimè *Tanara loc. cit.* ibi: *Dalli grani ne viene ogni peſo, e miſura. Quattro grani fanno un dito, due deta ſono un' oncia, e mezzo, quattro deta ſono la palma d'una mano, cioè oncie trè, con quattro palme, cioè oncie dodici ſi forma un piede, e cinque piedi ſono un paſſo geometrico,* ſubdens ſequentes verſus.

Quatuor in granis digitus componitur unus,
Et quater in palmis digitus, quater in pede palmus,
Quinque pedes paſſum faciunt &c.

Del Bene de Immunit. Eccleſ. cap.16. dub.9. ſect.8. n.3. Bonac. Oper. Moral. tom.3. tit. de Excommunicat. in particular. extrà Bull. in Cœna Domini diſp.2. quæſt.3. punct.16. §.4. n.8. ubi paritèr de Immunitate Eccleſiaſtica *Guazzin. d. num.55. Farinac. de Immunit. Eccleſ. cap.18. n.286. D. Pacichell. de Diſtan. cap.5. ſub num.23. Almeida, & Marcheſan. loc. cit. Tondut. QQ. & Reſolut. civil. par.2. cap.140. n.6. & Marimann. d. cap.6. n.8. & d. cap.3. n.10. Cortiad. dec.63. n.5.* Pes autèm ſecundùm juridicam intelligentiam,
5 non autèm prout eſt poſtrema pars corporis humani, conſtat ex quatuor palmis, quorum quiſque ex quatuor digitis conſtatur *Alciat. ubi ſuprà num. 1. Budæus in Annotat. in Pandect. ad leg. ultim. ff. Si mens. falſ. mod. dix. Fenzon. ubi ſuprà n.105. cum ſeq.* Ità ut pes ſecundùm aliquos longitudine ſexdecim digitos
6 minores tranſverſos amplectatur *Alciat. loc. cit. n. 1. Covar.* alios referens, & exiſtimans errore forsàn numeri alios reduxiſſe ad quindecim digitos *in cit. cap. 20. ſub n.5. Almeid. d. cap.17. ſub n.7.* ſubdens *n.9.* hanc eſſe meliorem ſententiam, quàm etiam tenet *Georgius Marsmann. in ejus Metrologia cap. 4. ſub num.3. Menoch. de Arbitr. judic. lib.2. centur.1. caſ.2. n.12. Pacichell. d. cap.5. n.26. Viv. dicta deciſ. 488. num.10.* ſecundùm verò alios quindecim tantùm amplectatur, ut tradit *Gloſ. in can. ſicut antiquitus. 17. quæſt.4. in verbo Paſſus,* ubi *Barboſ. n. 3.* plures alios laudans, & eandem *Gloſſam* ſequitur *Fenzon. loc. cit. n.107. Farinac. de Immunit. Eccleſ. cap.18. n.286. Marcheſan. ubi ſuprà n.12. Eſcobar. Var. comput. cap.12. n.10.*

ubi refert *Columelam*, *&* *Parladorum*, *&* *Del*
*Bene loc.cit.eod.nu.3. Cortiad. loc.cit. nu.*8. ubi
num. 9. ſubdit loci conſuetudinem eſſe atten-
dendam.

Et unuſquiſque digitus minor continere
debet craſſitudine quatuor grana hordeacea,
7 ut notat *Almeid. ubi proximè ſub n.* 9. quem
ſequitur *Pacichell. d. cap.* 5. *n.* 23. *in fine*, *Viv.*
ſub d. n. 10. *verſ. quod digitus Marsmannin. Me-*
trologia cap. 2. *n.* 3.

Digitus verò major, ſeù pollex conſtat
8 latitudinè digiti unius cum ejus una tertia
parte, & tanquàm duodecima pars pedis un-
cia vocatur, ut proſequitur *Marsmann. d. cap.* 2.
num. 4.

Advertendum tamèn eſt pedem intelligen-
dum eſſe ſecundùm conſuetudinem Civitatis,
9 & loci, in quo viget controverſia ut docet
Bart. in d. leg. In itinere n. 1. *ff. de Verb.ſignific.*
quem ſequitur *Viv. loc. cit. Pacichell. ubi suprà*
n. 26. & generalitèr quod circà menſuras at-
10 tendenda ſit conſuetudo loci latiſſimè firmat
Marsmann in Milcologia cap. 7.

Nàm ſolet in loco publico poni inciſa men-
ſura pedis, proùt in Palatio Capitolino Urbis
11 cernitur, ut ſæpius egomet vidi, & teſtatur
Pacichell. ſub n. d. 26. & ſicut in Civitate Me-
diolani viget *Statutum cap.* 350. *to.* 2. mandans
12 menſuram pedis Liprandi eſſe intelligendam
de unciis novem ad brachium lignaminis ubi
Carpan. notat, ibi pedem Liprandum ſic ap-
pellatum fuiſſe à pede *Regis Liutprandi* Lon-
gobardorum Regis, qui ex Annalibus anti-
quis fertur habuiſſe pedem tantæ magnitu-
dinis.

Proùt dicitur de cubitu, ſeù brachio, qui
ſecundùm diverſitatem locorum variat quo-
13 que ejus menſura, ut in propoſito proſequi-
tur *Carpan. loc. citat.* notans, quod in Civita-
te Mediolani diverſa eſt menſura brachii pan-
norum ab illa rerum ſericarum.

Et de leuca, quæ eſt nomen à Gallia origi-
nem trahens, ut notat *Alciat. in d. leg. Mille*
14 *Paſſus n.*6. *Covar. ſub d. nu.* 5. quos ſequitur
Almeid. cit. cap. 17. *n.* 11. ibi ſignificat mille,
& quingentos paſſus, id eſt unum milliare
15 cum dimidio, apud Hiſpanos verò tria mil-
liaria, ut proſequitur *Almeid. eod. n.* 11. *cum*
ſeq. Parlador. Rer. quotid. lib. 2. *cap.* 19.

Ac de milliari, quod ſecundùm uſum com-
munem, & vulgarem eſt ſumendum; adeò
16 ut ſi communitèr dicatur, quod hinc uſquè
Bononiam ſint octuaginta milliaria, talis
vulgaris menſura eſt attendenda, quàmvis
non ſint mille paſſuum, ut docet *Caſtr. in d.*
l. 1. *num.* 4. *ff. Si quis cantion. jud. ſiſt.* duplex
enìm eſt milliare, nempè legale, quod in ju-
re determinatum; & vulgare, quod cuique
Regioni commune eſt, & quod pro locorum
17 diverſitate variari ſolet, ut firmat *Kopp. de-*
ciſ. 16. *n.* 4. *cum ſequent.*

In Urbe circà menſurationem ædificio-
rum, ſeù Urbanorum prædiorum utuntur
Architecti, & Fabri Murarii quadam menſu-
18 ra *Canna* nuncupata, quæ continet palmos
decem, quorum quilibet eſt unciarum duo-
decim: Unciæ vero dividuntur in octavum,
ſextum, quartum, tertium, medium palmum
duos tertios, tres quartos, & quinque ſextos.

Proùt etiam ea utuntur Mercatores funda-
cales ad effectum menſurandi pannos, & res
29 tàm ſericas, quàm laneas, & lineas; intèr
prædicta verò, & hanc intercedit differen-
tia, cum iſta canna contineat palmos octo,
unuſquiſque tamèn eſt longior palmi cannæ
Architecti, ità ut hæc canna excedat illam
Architecti in tertia parte palmi cannæ Archi-
tecti.

In ruſticis verò quò ad vineas, Agrimen-
ſores utuntur menſura petia nuncupata, vul-
20 gò *pezza* continens quinque centum, & vi-
ginti novem cannas quadratas palmorum de-
cem pro qualibet canna, qua utuntur Archi-
tecti, ſed quò ad tenutas, prata, & alias
terras menſuratio fit, vel per rubra, quo-
21 rum unumquodque continet petias ſeptem;
vel per catenam, quæ compoſita eſt ex decem
ſtajolis longitudinis palmorum quinque cum
22 tribus quartis partibus alterius palmi, ità
ut longitudo talis catenæ ſit palmorum quin-
quaginta ſeptem cum dimidio; & quælibet
catena requadrata in ſuperficie eſt palmo-
rum trium millium tercentorum ſex; multi-
plicatis verò dictis palmis tribus mille ter-
centum ſex per catenas centum, & duodecim
conſtituitur rubrum terræ, proùt multipli-
catis dictis palmis tribus mille tercentum ſex
juxtà menſuram cannæ Architecti, ter mil-
le ſeptingentæ, & tres cannæ cònſtituunt ru-
23 brum terræ; ſicuti etiàm ſtajoli undecim
mille, & biſcentum conſtituunt rubrum.

In hac autèm noſtra Civitate, ac in tota
Provincia Romandiolæ, quò ad terras men-
24 ſuratio fit per tornaturas, quarum quælibet
continet perticas decem requadratas; per-
tica verò, aùt decempeda virga eſt oblonga
decem continens pedes, undè decempeda
dicta eſt. Et Pertica dicitur quaſi pertica à
portando; Manu namque Menſoris ad agros
metiendos virga menſuralis portatur, ut do-
cet *Viv. d. dec.* 488. *ſub num.* 10. *verſic. Pertica*
lib. 3. *Georgius Marsmann. in ejus Metrologia*
cap. 7. *n.* 1. *cum ſeq. ubi n.* 9. advertit, quod his
temporibus multiformes habentur perticæ,
quæ nec paſſus conficiunt binos, nec decem
ſunt pedum, & in Milcologia *cap.* 10. *n.* 9. *Guid.*
Pancirol. Theſaur. var. lection. cap. 65. *circà med.*
25 Pes autèm noſter eſt unciarum decem, & ſe-
cundùm menſuram Romanam Architectoni-
cam eſt palmi unius ultrà ſeptem octavas par-
tes alterius unciæ: Sed quò ad ædificia, & ta-
26 bulas menſuratio fit per perticas quadratas
pedum decem pro qualibet.

Mercatores fundacales verò in dimetiendis
mercibus, utuntur cubitu apud Mathemati-
cos *ulna* appellato, ut tradit *Marsmann. in Me-*
27 *trologia cap.* 5. *n.* 2. *cum ſeqq.* vulgò nuncupato
braccio, quod eſt ſpatium ab extremis ungui-
bus

bus in medium brachii angulum protendens
ſecundùm *Guid. Panzirol. Theſaur. var. lection.
lib. 1. cap. 65. circà med. & Marsmann. d. cap. 5.
n. 1.* ac communitèr eſt pedum Geometrico-
rum duorum, ſeù octo palmorum, vèl vigin-
ti quatuor unciarum, digitorum verò triginta
duorum, ut proſequitur *Marsmann. ubi ſuprà
n. 6.* Sed ſecundùm Conſuetudinem noſtræ Ci-
vitatis eſt ſpatium ab extremis unguibus
uſque ad extremitatem humeri protendens, ac
eſt ejuſdem longitudinis, prout ille Bononiæ,
nempè palmorum duorum, & unciarum un-
decim ultrà ſextam partem alterius unciæ.

Ut autèm menſuratio milliariorum rectè
fiat ſtatuendus eſt tàm terminus à quo, quàm
28 terminus ad quem: Terminus enim à quo
exprimitur à *I. C. in leg. Mille paſſus 154.* ibi:
*Mille paſſus non à muro Urbis, ſed à continenti-
bus ædificiis numerandi ſunt ff. de Verb. ſignific.
& Bart. in l. 1. n. 3. cum ſeq. ff. Si quis caut. Rot.
in Bononien. Diſtantiæ 18. Junii 1669. coràm
cl: me: Card. Taya impreſs. penès D. Paciebell. de
Diſtant. cap. 45. n. 3.*

Et continentia Vrbis juxtà propriam, &
ſtrictam ſignificationem accipiuntur pro ſu-
burbiis ideſt pro ipſis ædificis, quæ Vrbi jun-
29 cta, & contigua ſunt nempè Burgo ut docet
*Marsmann. in ejus Milcologia cap. 8. n. 7. juncto
num. 18.*

Sed quotiès Civitas non habet continentia
ædificia, ſeù ſuburbia, proùt Roma, tùnc
menſuratio facienda eſt à Muris Civitatis, ut
30 loquendo de terminatione Diſtrictus Vrbis
advertit *Fenzon. ad Statutum ejuſdem Urbis
lib. 1. cap. 197. n. 116. verſ. verum hodiernis tem-
poribus cum ſeq.*

Idemque procedit, quandò in aliqua diſpo-
ſitione fit mentio nominis appellativi tan-
tùm, vel etiàm ſimùl nominis appellativi,
31 & proprii Civitatis, ut puta Civitatis Faven-
tiæ, nàm iſto caſu non à Suburbiis, & conti-
nentibus Civitatis, ſed ab illius Muris facien-
da eſt menſuratio, quià appellatione Civita-
tis ſecundùm propriam, & genuinam voca-
buli ſignificationem tantùm id comprehendi-
tur, quod Murorum ambitu continetur, ut
reſpondit *Bart. in leg. 2. ff. de Verbor. ſignific.
Petrus Rebuff. in leg. Mille paſſus 154. eod. tit.*
latè probat *Marsmann. in ejus Milcolog. cap. 9.
ſub n. 4. verſ. attamen cum ſeq.*

Statuendus eſt etiàm menſurationis mo-
dus, an per terram recto tramite, an per
32 vias frequentatas, an verò per aerem, & an
ſecundùm vulgi opinionem; circà quod va-
riant *DD.* ſecundùm diverſitatem materiæ, &
intentionis Legiſlatoris, & Statuentium, ut
animadvertit *Peregr. conſ. 103. n. 10. verſ. pri-
mùm vol. 1.*

Etenim ſi verſetur in caſu Statuti diſpo-
nentis, quod nullus poſſit eſſe Poteſtas Civi-
33 tatis, qui ſit vicinus per quinquaginta mil-
liaria, eo caſu ad dignoſcendam diſtantiam
menſuratio facienda eſt per lineam rectam,
& ſi non valeat fieri menſuratio per terram,
ut potè ſpinoſam, facienda eſt per aerem ſe-
cundùm opinionem *Bart. in leg. 1. n. 6. ff. Si quis
caution. in judic. ſiſt. &c.* ubi in propoſito no-
tat, ità determinatum fuiſſe in quadam *Extra-
vaganti Clementis*, in qua ſtatutum fuerat,
quod Monaſteria Mendicantium non poſſint
eſſe propinqua intrà certum ſpatium, *& in
leg. In itinere 3. ſub n. 3. ff. de Verbor. ſignific. ac in
tractat. de Teſtimon. in verbo Vicena n. 55.*, quàm
opinionem ſequuntur *adducti ibidem per Ad-
dent.* & preſertìm *Angel. Salyc. Roman. & Fulgoſ.*

Sed contrarium, quod potius habenda ſit
ratio menſuræ vulgaris, & per loca ſolita,
34 & conſueta, quàm per aerem, cum Statuta
interpretanda ſint ſecundùm communem
uſum loquendi expreſsè contrà *Bartolum* tenet
Caſtr. in dicta l. 1. n. 4. in fine, ubi ſubdit hunc
caſum habuiſſe Florentiæ, & prædictam *Ex-
travagantem* ſervati in ſuis terminis, quem ſe-
quuntur *Jaſ. ibid. ſub nu. 3. in fine verſ. Solvo
cum ſeq.* adducens tria fundamenta, *Alciat. in
l. In itinere 3. ſub n. 3. ff. de Verb. ſignific.* ubi
advertit uſum repugnare, & Statutum reſpi-
cere homines, qui per aera non volitant *Alex.
conſ. 22. n. 6. cum ſeq. lib. 4. Antonell. de Loc. legal.
lib. 1. cap. 1. n. 17.*

Paritèr menſuratio facienda eſt per vias
frequentatas planas, & conſuetas, quandò
agitur de dietis aſſignatis ad comparendum,
35 ut tenent *Bartol. in dicta l. 1. n. 5. & Jaſon. n. 3.
ff. Si quis caution. &c. Parlador. Rer. quotid.
lib. 2. cap. 19. Hermoſil. ad Lopez tom. 2. gloſs. 2.
leg. 24. tit. 5. par. 5. ſub n. 44. ſecundùm impreſs.
Lugd. pag. 543. Cabed. dec. 13. n. 4. par. 1.* Et cita-
tus habens duas vias, unam ſcilicèt per mon-
36 tes, quæ ſit brevior, & aliam per planitiem,
quæ ſit longior, debet potiùs venire per plani-
tiem quàm per montem, ut tradit *Specul. in tit.
de Citat. §. 1. verſ. quod ſi Reus*, quem ſequuntur
Bald. Angel. ac alii, & præſertìm *Jaſ. in d. l. 1.
n. 7. ff. Si quis caution. &c.* quamvis varia ſit
conſuetudo, cum ea præferatur, quæ eſt de
planitie, & ſi alia ſit brevior, undè Bononien-
ſis Romam vocatus per Flaminiam, & Pice-
num ibit, licèt per Etruriam citiùs pervenire
poſſit, ut docet *Alciat. in l. In itinere 3. n. 4.
ff. de Verb. ſignific.*

In propoſito advertendum eſt, quod iter
37 unius diei appellatur *Dieta*, *Fermoſin. in cap.
Ex parte 15. quæſt. 18. n. 9. de Foro compet. Ge-
min. conſ. 37. num. 4. Amyden. de Stylo Dataric
lib. 1. capit. 15. §. 9. ſub nu. 19. Marcheſan. de
Commiſſion. par. 2. de Commiſſion. avocat. cauſ. §. 4.
n. 6. Barboſ. de Clauſ. uſu freq. clauſ. 53. n. 6. Petr.
in Ritu magn. Cur. rit. 151. n. 2.*

Et dieta alia eſt legalis, alia vulgaris, ut
38 tradit *Fragoſ. de Regim. Reip. par. 2. lib. 4. diſp. 11.
§. 2. n. 45.*

Legalis enim dicitur ea, quæ continet vi-
ginti millia paſſuum in ſingulis diebus juxtà
39 tex. in l. 1. ibi: *Vicena millia paſſuum in ſingulos
dies dinumerari Prætor jubet præter eum diem,
quo cautum promittitur, & in quem ſiſtere in
judicium oportet ff. Si quis caution. &c. & in
l. In*

l.In itinere 3.ff.de Verb.signif.& utrobique Scribentes Fermosin.& Gemin.loc.cit. & Fragos.dicto §.2.*nu*.45.*Barbos.dicta claus*.53.*nu*.6.*Scaec. de Commerc*.§.1.*quaest*.1.*num*.161. *Petra ubi supra, Rot.in rec.dec*.285.*num*.4. *& num.seq.* subdit, quod perpensis facti circumstantiis arbitrio
40 Judicis remittitut *par*.18. seù sex leucas, vel ad summum septem, ut docent *Parlador. Rer.*
41 *quotid.cap*.19.*nu*.9. *lib*.2.*Fragos.dicto* §.2. *n*.46. *Barbos.cit.claus*.53.*nu*.6.

Per mare verò erit quinquaginta milliario-
42 rum *Felin. in cap. cum olim. num.* 7. *de Except. Marchesan.dicto* §.4.*nu*.20. *Barb.cit. clausul*.53. *num*.8.*Griphayndr. de Insul.cap*.34.*nu*.24.*Scaec. de Commerc*.§.1.*quaest*.1.*num*.161. ubi tamèn in materia assecurationis dicit,hanc mensurationem ei non placere, nec illam indistinctè admittit *Rot.Coram Royas dec*.81.*num*.17.*cum seq.* Adeòut si sit unum milliare ultrà viginti, pro
43 duabus dietis connumerantur juxta *responsum Vulpiani in dicta l.in Itinere Bart.in dict.l*.1.*n*.3. *ff.Si quis caut.ibique Jas.num*.2.

Vulgaris verò Dieta est illa, quæ secundùm usum vulgi, & hominum, ac locorum consuetudinem determinata est; ut docet *gloss. in*
44 *cap.nonnulli in verbo ultrà duas de Rescript.ibique Abb.Fermosin. in cap.ex parte* 15. *quaest*.18. *num*.9.*de Foro compet.Fragos. dicto num* 45. *Menoch.de Arbitrar.lib*.2. *cas*.206.*num*.3. *cum seq.* ubi tamen docet, quod Judicis arbitrio est remittendum, considerata qualitate viarum,
45 & personarum, & ista potiùs attendenda est, quàm legalis, quandò in Lege, vel Statuto fit mentio de dieta, ut docet *gloss. in cap. cupientes* §.1. *verbo commodè de Elect. in* 6.quàm sequitur *Jas. in dicta l*.1. *num*.4.*ff. Si quis caution.&c.& Fragos.dicto* §.2.*num*.40.*cum seq.ac num*.45.

Quod non procedit,quandò agitur de committenda causa appellationis ad formam *Sac. Conc.Trid.sess*.13.*cap*.2. *de Reformat.* ob distan-
46 tiam Metropolitani ultrà duas dietas, nàm tunc intelligitur de dietis legalibus juxtà expressam ejus dispositionem, ibi *vel ultrà duas legales dietas distet*.

Proùt nec etiàm ad effectum reservationis Beneficiorum apud Sanctam Sedem vacato-
47 rum per obitum Beneficiati intra duas dietas juxtà *text. in cap. præsenti* 34. *de Præbend. & dignit.in* 6.cum ibi pariter expresse loquatur de dietis legalibus.

Advertendum est etiam, quod licèt animosus omnium Syndicator *Amyden.de Stylo Datariæ lib*.2. *cap*.15.§.9. *nu*.19. docuerit, quod delegatio Judicis, quæ ex dispositione *text. in cap.Statutum* §.*cum verò de Rescript.in* 6.non fiebat ultra unam dietam à fine Dœcesis nu-
48 merandam, fuerat extensa ad duas dietas per *text. in cap. nonnullis de Rescript.* ex quo intrà illud spatium unius dietę aliquandò difficile erat reperire Judicem commissarium in dignitate constitutum: Attamèn ejus dictum non subsistit, cum ipse anteponat dispositionem dicti *cap. Statutum* dispositioni *dicti cap. nonnulli*, dùm contrarium dicere debuisset nàm *cap. nonnulli* emanavit in *Concilio generali* sub *Innocentio III.*, & *cap. Statutum* emanavit in *Concilio Lugdunensi* sub *Innocentio IV.*, quod optimè agnoverunt *Abb. in dicto cap. nonnulli num*.3. *ibique Felin.num*.30. & 35.*limitantes*; quod terminus duarum dietarum hodiè redactum est ad unam dietam ex dispositione *cit.cap. Statutum* §. *cum verò*; Et concurrit etiàm *Constitutio Bonifacii VIII.* de una Dieta, cujus meminit *glossell. marginalis ad dict.cap.Statutum, & Munnoz de Comptuat.capit*.13.*nu*.1. nisi potiùs dicere debuisset, quod duæ dietę assignatæ fuerunt à *Bonifacio VIII.* in ejus *Regula de duabus Dietis*, cujus meminit *Marchesan.de Commission.avocat.caus.par*.2.§.4. *n*.22.*Barbos.de Claus.usu freq.claus*.53.*nu*.3.Undè quandò desideratur, quod Reus vocetur ultrà unam, duo, vel ulteriores dietas requiritur particularis Commissio cum derogatione, quæ conceditur, sed cum clausula *dummodò non ultrà tres dietas*, ac expeditur Breve commissionis juxtà formulam tradita*m* per *Marchesan.de Commission.par*.1.*de Commiss. appellat.extrà Romanam Curiam cap*.6.*n*.1. *cum seqq.juncto nu*.97. *cum seq.,& par*.2. *dicto* §.4. *nu*.22.*Amyden.de Stylo Datariæ loc.cit. Barbos. d.claus*.53.*n*.2.

Redeundo ad modum mensurationis,à quo digressi sumus, si versetur in casu Statuti prohibentis ædificari novum Molendinum in eo-
49 dem flumine,quod non distet ab alio jam ędificato centum perticis,mensuratio fit tortuosa per littora fluminis, non per aerem, nec per terram, eo quia Statuentes credere potuerunt, quod non dimisso huiusmodi spatio, non possit commodè Molendinum superius molere ob defectum congrui decursus aquæ, & sic distantia considerata fuit respectu cursus aquæ, quæ decurrit per Ripas inflexas, non per rectitudinem,ut respondit *Alex.cons*. 22.*per totum lib*.4. quem sequuntur *Jason in l*.1. *n*.6.*ff. Si quis caution.&c., & Felin.in cap. olim n*.5.*de Except.* distinguendo tenet *Peregr.cons*. 103.*sub.n*.12.*vol*.1. *Hermosill.ad Lopez gloss*.2. *leg*.24.*tit*.5.*par*.5.*sub n*.4.*secundùm impress.Lugdunen.pag*.543. per Molendina enim fit cursus fluminis deterior, & alteri affertur damnum,
50 ut notat *Stypman. de Jure Flumin.nu*.145.*impress.penès Fritschium.de Jure fluviatico par*.1. *in princ.*

Quotiès verò distantia consideratur ad hoc, ut vox de loco ad locum pervenire valeat, utpotè quia Statutum disponat, quod illi di-
51 cantur vicini qui sunt propinqui per unum milliare, tùnc mensuratio facienda est per aerem, ut firmat *Alex dicto cons*.22.*n*.5.& distinguendo notat *Antonell.de Loco legali lib*.1. *cap*.2.*nu*.15. *cum duobus seqq.Carpan.ad Statut. Med.vol*.2.*cap*.375.*n*.167.

Facienda est etiàm mensuratio per viam breviorem, quam pedester tenere posset per
52 agros, & semitas, & loca in via non publica, & ubi per terram fieri non valeret, quia aquæ

publi

publicæ intermediatent, facienda est per aerem, quandò agitur de Bannito à Territorio per tot milliaria, ut plenè respondit *Peregr. dicto conf.* 103. *per tot.*, *& in fine* testatur ita resolutum, sed resolutio præcipuè fundata fuit in verbis *legis Senatus*, ex quorum lectura resultabat taliter faciendam esse mensurationem. Undè seclusa particulari Constitutione, Statuto, & lege non discederem ab opinione *Castr. in dicta leg.1.n.4 ff. Si quis caut. in judic. fist. & illius Sequacium*, cum distantia consideretur habito respectu ad hominum commercium, qui per aerem non volitant, sed per vias frequentatas regularitèr ambulant. Paritèr mensuratio facienda est per aerem mediante cordula per directum transducta, ubi aliàs rectè mensurari loci dispositio non per-
53 mitteret, quandò agitur de distantia præscripta à *Constitutionibus Apostolicis* ab uno Cōventu jàm erecto ab alio ædificando juxtà dispositionem *Bullæ Clementis V.* & successivè aliorum *Summorum Pontificum* super hujusmodi distantia emanatarum, ut de prædicta *Constitutione Clementis* loquitur *Bart. in dicta l.1.n.6. ff. Si caution. &c. in l. In itinere 3. sub n.3. ff. de Verb. signific. & in tractat de Testimon. in verbo Vicena n.55.* ac de ea, & aliis *Constitutionibus* tradit *Lezan. Oper. moral. in Summa qq. Regular. volu. 2. in verbo Monasteria Regularium nu. 19. Pacichell. de Distant. cap. 6. membr. 2. n. 10.*

Diversimodè tamèn practicatur in Urbe, quando agitur de distantia præscripta à Statutis intèr unam, & alteram apotecam alicu-
54 jus artis ad evitandam æmulationem ex vicinitate Artificum provenientem, ut de variis similibus Statutis Bononiæ, & Vrbis loquitur *Pacichell. de Distant. cap. 6. membr. 3.* nàm mensuratio fit per viam consuetam, & practicatā, quandò in Vrbe vigent hujusmodi controversiæ intèr Vermicellarios, & Barbitonsores.

Non sempèr tamèn devenitur ad mensurationem, sed quadocumque denegatur, quotiès constat ex vulgi opinione de distantia lo-
55 ci, ut de probando certum locum esse in districtu Vrbis, cum tunc talis probatio repuretur irrelevans, utpotè quia attendendus sit communis usus, nàm præsumendum est à certa mensuratione antiquorum exordium accepisse, ut respondit *Rota coram Seraph. dec.* 1370. *& decis.* 1582. quas sequitur *Hermosill. ad Lopez glos. 2. leg. 24. tit. 5. par. 5. num. 45. secundùm impress. Lugdunen. pag. 543. volum. 2. & Rubeus in ejus Singular. par. 6. circà Statut. interpræt. ad cap. 195. lib. 1. Statuti Vrbis vol. 2.* & standum est illi vulgi opinioni, donèc usque mediante alia vulgi opinione probata, non autem aliundè, contrarium cōstet, ut, firmant *mox allegati.*

Post hæc scripta sequuta fuit carceratio Alexandri Anversæ vulgo nuncupati *Bocca nera* Verulani vigore capiatur Curiæ secularis Frusinonis in die Festivitatis B. *Virginis Mariæ de Nive* 5. Augusti 1692. intrà spatium triginta passuum ab Ecclesia rurali Conventus Patrum Augustinianorum discalceatorum mensuratum; Undè tanquàm carceratus in loco immune, (cum tale spatium sit immune, ad differentiam Ecclesiarum, quæ sunt intra Civitates, Terras, & Castra per *text. in cap. quisquis 17. quæstion. 4.* & distinguendo firmat *Del Bene de Immunit. tom. 2. cap. 16. dub. 9. sect. 8. n. 1. cum seqq.* ubi etiàm ponit mensuram passuum cum aliis concordantibus relatis à *Panimoll. decis.* 88. *n.* 7.) statim insteti reportari in eodem loco capturæ, pro reintegratione Immunitatis Ecclesiæ; Verùm quia pretendebat Curia sæcularis carceratiònem non potuisse dici factam in loco immuni, vel quia inibi tunc exercebatur Mercatus, seù Nundinæ. vel quia agebatur de carcerato, quem Ecclesia nondùm
57 receperat juxtà distinctionem relatam à *Pignatell. consult. 25. nu. 10. tom. 6.* quam tenet *Del Bene de Immunit. Eccles. dicta sect. 8. n. 7.* quæ tamen opinio, quàmvis acerrimi defensoris Immunitatis Ecclesiasticæ non est vera, sed est communitèr reprobata, & quidèm opti-
58 ma ratione quià confugiens ad loca immunia habetur perindè, ac si confugeret ad eandem Ecclesiam, cujus circuitus cum gaudeat eadem locali immunitate, qua gaudet ipsa Ecclesia, confugiens debet esse tutus non minus in Ecclesia, quàm in ejus circuitu, etiàmsi primo loco in eodem se receperit. dum ex se ipso locus immunis fit, ut firmat *Panim. cit. decis.* 88. *n.* 37. Undè retento eodem Alexandro in Carceribus Frusinonis nomine Ecclesiæ, ac dispositioni meæ, quia quolibet anno poterat contingere idem casus occasione ejusdem Festivitatis, unanimi consensu nempè tàm *Illustrissimi, & Reverendissimi D. Caroli Firmani Bichi* tùnc Campaniæ, & Maritimæ Gubernatoris ergà Immunitatem Ecclesiasticam obsequētissimi, quàm, mei habitus fuit recursus ad *Sac. Congregationem Immunitatis* pro decisione,
59 quæ emanavit favorabilis Carcerato, ut ex sequenti illius Epistola mihi directa, vigore cujus statim reportatus fuit carceratus in eodem loco capturæ.

Illustre, e molt' Reverendo Monsignore come Fratello.

Riferitosi in questa Sagra Congregatione dell' Immunità Ecclesiastica il dubio concordemente propostosi per parte delli Procuratori Fiscali della Corte Vescovale di V. S. e della laicale di Frosinone, se ad Alessandro d' Aversa carcerato dall' Essecutori della detta Corte laica dentro lo spatio delli trenta passi intorno la Chiesa Rurale del Convento de' Padri Agostiniani Scalzi di detto luogo di Frosinone, in tempo, che non vi stava come refugiato, mà negotiava per la fiera, che sotto li 5. del corrente quivi si faceva, suffraghi l' immunità del luogo, l' EE. loro hanno risoluto che goda, e che perciò V. S. ordini, che vi sia restituito. Così faccia seguire; E Dio la prosperi.

Di V. S. Roma 19. Agosto 1672.

Come Fratello.

G. Cardinale di Carpegna.

N. Grimaldi Segretario.

DA-

ADDIT. AD RVBR. XXX. LIB. V.

SUMMARIUM.

1 Pedis longitudo quanta sit.
2 Mensuratio ad dignoscendam distantiam ab una Apotheca Barbitonsoris ad aliam, quomodo sit facienda.
3 Mensuratio in materia Immunitatis Ecclesiasticæ quomodò sit facienda.
4 Distantia loci regulanda est ab opinione vulgi.
5 Distantia 30. vel 40. passuum non consideratur in materia Immunitatis Ecclesiasticæ in Ecclesiis intra Civitates, & oppida, sed solum in Ecclesiis ruralibus.
6 Prò distantia 30. passuum in materia Immunitatis Ecclesiasticæ connumeratur etiam via publica.
7 Delinquentes qui ad Ecclesiam confugiunt gaudent Immunitate si ab ea per vim fuerunt extracti. Limita nu.8. & seqq. amplia num.12.
9 Servus confugiens ad Ecclesiam restituitur. Domino post præstitum ab eo juramentum de servi impunitate.
10 Confugiens ad Ecclesiam si unum ex septem Criminibus exceptuatis commiserat, Immunitate non gaudet sed servatis servandis extrahitur ab Ecclesia.
Confugiens ad Statuas Imperatorum gaudet Immunitate n.10.
11 Confugientes ad Ecclesiam in omnibus sunt securi. Confugientes ad Ecclesiam si vi, vel blanditiis, vel dolo ab ea exierunt, & fuerunt extra eam carcerati, an, & quandò gaudeant Immunitate vide ibi & numeris seqq.
48 Recurrentes ad Crucem in via positam gaudent Immunitate. Decl. ut ibi.
49 Palatium Episcopi gaudet Immunitate Decl. ut ibi.
50 Palatia Cardinalium gaudent Immunitate. Decl. ut ibi.
51 Major Ecclesia gaudet Immunitate per 40. passus. Decl. ut ibi.
Capellæ, vel Minores Ecclesiæ gaudent Immunitate per 30. passus limita ut ibi.
53 Pontifex potest facere legem, quæ in aliquibus Ecclesiis derroget Immunitati gravissimis urgentibus causis.
Casus in quibus delinquentes non gaudent Immunitate remissive. Ibid.
54 Lex humana rectè mutatur, quoties utilitati publicæ providetur.
55 Immunitas localis an sit de Jure Divino.

*Num.*5. & 6. Longitudo pedis quanta sit, attendenda est consuetudo loci ut post relatas va-
1 tias opiniones * in hac residet *Raynald. in supplement. ad ejus observat. crim. cap.*1. *supplet.*7. *num.*24. ubi loquitur in materia Immunitatis Ecclesiasticæ.

*Num.*54. Mensuratio ad dignoscendam distantiam, quæ in Urbe intercedere debet quinquaginta cannarum ab una Apotheca Barbi-
2 tonsoris * ab alia quomodo sit facienda doctissimè examinatur per *D. Advoc. Joannem de Gambis* tunc Primum Collateralem Tribunalis capitolini Urbis, postea ob ejus virtutes, & merita ad Episcopatum Asculanum promotum *in ejus voto impress. penes Palmam dec.* 161. *vol.* 2. qui precipue in observantia decrevit mensurationem faciendam esse a medio Apothecæ ad medium alterius Apothecæ.

Mensuratio verò ad dignoscendum an, quis
3 captus fuerit intra triginta * passus ab Ecclesia rurali facienda est ab illa parte muri Ecclesiæ, quæ respicit locum capturæ secundum veriorem opinionem, quam refert, & sequit. *Raynald. in supplement. ad ejus observat. crim. ad cap.*1. *supplet.*7.*n.*18. *cum seq.*

Num. 55. Distantia loci regulanda est à vulgi
4 opinione ut me sequendo tradit *Bonfin. Nepot.* * *in supplet. ad Banniment. General. capit.* 54. *num.*106.

*Num.*56. Ad effectum Immunitatis Ecclesiasticæ
5 non consideratur, nec habet locum distantia * 30. vel 40. passuum in Ecclesiis intra Civitates, & Oppida juxta *doctrinam Archid. in cap. quisquis* 17. *quæst.*4. quam cum aliis refert, & sequitur *Decian. tract. crim. lib.*6. *cap.*25. *nu.*9. cujus verba registrantur *à Raynald. in supplem. ad ejus observ. crim. cap.*1. *supplet.*7. *n.*24. *vers. In corroborationem cum seq.* & ita incontrovertibiliter practicatur.

Sed solum in Ecclesiis extra Civitatem & oppida juxta Doctrinam *Arehid. loc. cit. quam sequit. Decian. ubi supra relat. à Raynald. d. supplet.*7.*n.*25. & ita servatur.

Et in distantia 30. passuum connumeratur etiam via publica intermedia, adeout si in ea
6 captus fuerit aliquis debet * ibidem restitui cum eadem via, gaudeat Immunitate Ecclesiastica, ut respondit *Sac. Congregatio Immunitatis Ecclesiasticæ in Tiburtina die* 16. *Septembris* 1687. *tenoris sequentis. Tiburtina. An Salvator de Paulis Captus in via publica propè Ecclesiam ruralem Sancti Sebastiani gaudeat Immunitate Ecclesiastica. Sac. Congreg. respondit gaudere etiamsi extractus existeret in via publica intra triginta passus, & in Feretrana* 2. *Octobris* 1691.

Dum has Additiones percurrebam emanavit celebre Votum Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Lambertini celeberimi I. C. & Juris prudentiæ, ac omnigenæ eruditionis facilè Principis infra registrandum, nedum a S. Congregatione Immunitatis sub die 22. Decembris 1716. mediante resolutione emanata..... verum etiam à Sanctissimo Domino Nostro *Clemente XI.* cofirmatum tamquam tendens ad extirpandas tergiversationes delinquentium ad evitandas pœnas eorum delictorum quæ publicè interest quod debitis pæ-

Digitized by Google

pœnis plectantur, & pro faciliori, & omnimoda executione demandata etiam fuit circularis Epistola omnibus Episcopis, & Archiepiscopis tenoris pariter infra registrandi.

DISCURSUS
R. P. D. PROSPERI
DE LAMBERTINIS
Sacræ Consistorialis Aulæ Advocati.

IN QUO

De mandato Sacræ Congregationis Immunitatis Ecclesiasticæ pro veritate examinatur, an absque dictæ Immunitatis violatione temperamentum aliquod reperiri valeat quoad Delinquentes, qui ad Ecclesiam confugerunt, & extra Ecclesiam capiuntur, & ad Immunitatis præsidium recurrunt, sub obtentu quod fuerunt ab Ecclesia extracti blandis verbis, aut dolosè, vel assecuratione sibi facta à Baroncello, seu à Birruariis.

DElinquentes, qui ad Ecclesiam confugiunt, gaudent Immunitate, qua eadem pariter gaudent delinquentes, qui ad Ecclesiam confugerunt, & ab ea per vim fuerunt abstracti, etiamsi extrà Ecclesiam capiantur; At regula hæc generalis binas patitur limitationes, quarum prima est, quòd eadem non procedit in Servo, qui con-
8 fugit ad Ecclesiam;* Ille enim licèt invitus restituitur Domino post præstitum ab eodem Domino Juramentum de Servi impunitate, *Text. in Canon. id constituimus 17. quæst.4.*, & *in cap. Inter alia Tit. de Immunitat. Ecclesiar.*: Altera verò limitatio desumitur ex septem
9 criminibus exceptuatis;* si quis enim aliquod ex dictis criminibus commiserit, & ad Ecclesiam confugerit, Immunitate non gaudet, sed servatis servandis extrahitur ab Ecclesia juxtà famigeratam *Constitutionem VII. Gregorii Decimiquarti Bullar. Tom.2.*

Quoad hæc, nec est, nec esse potest ulla rationabilis controversia, ut enim cætera prætereantur, quæ ex *veteri Testamento* desumi
10 possent, de quibus infrà habebitur sermo,* & ut omittantur alia, quæ de confugio ad Statuas Imperatorum facili negotio cumulari possent juxta *Text. in l. Secunda ff. de his, qui sui*, & *in l. Unica Cod. de his, qui ad statuas*, legitur in Actis, quæ nomen *Sancti Silvestri*
11 præseferunt,* quòd *Imperator Constantinus* anno Domini 324. Immunitatem concessit Ecclesiis, ut ad eas confugientes securi in omnibus essent, & quatenùs de Actis *Sancti Silvestri* aliqua ab Eruditioribus controversia moveri posset, celebre est eodem sæculo quarto Entropii exemplum, cum etenim hic *Arcadio Imperatori* suasisset, ut legem conscriberet, qua juberetur extrahi confugientes ad Ecclesiam, quæ lex est *tertia in Cadice Theodosiana tit. de his, qui confugiunt ad Eccles.*, eminenti post annum dignitate spoliatus, Ecclesiam petiit Christianorum, quæ jus asyli eo tempore jam fuerat consecuta, & *Sancto Joanne Chrisostomo* intercedente, vivendi gratiam obtinuit, & pœna mortis commutata est in relegationem in Insulam Cypri, adeoquè idem Sanctus Joannes Chrisostomus Homilia in Europium ait—*Præclusit hujus loci refugium legibus scriptis, quibus hoc irritam facere conatus est. At nunc re ipsa didicit, quale sit, quod fecit, & suo met facto legem suam primus abrogavit, factus Orbis totius spectaculum, & sileat licet, omnes tamen admonet: Nolite hæc facere, ne qualia Ego patiamini; sua calamitate alios docet, & Altare hoc ipso illustrem ex se splendorem emittit, ac venerationem sibi comparat, quod Leonem vinctum continet.*

Illud ergò, quod plerisque cordatis displicet Viris, non consistit in Immunitate, qua
12 gaudent illi, qui confugiunt ad Ecclesiam,* vel illi, qui extrà Ecclesiam capiuntur, si per vim corporalem ab Ecclesia fuerunt extracti, illorum displicentia ad hunc unicum punctum redigitur, quod sæpè sæpius delinquentes, qui ad Ecclesiam confugerunt, & ab eadem absque ulla vi adhibita exierunt, Immunitate dicuntur gaudere Ecclesiastica, itaut Ecclesiæ restituendi sint, etiamsi extrà Ecclesiam fuerint capti, dummodò probent se, non sponte, sed blanditiis, vel dolo ab Ecclesia exiisse, vel Ecclesiam dereliquisse, ex quo fuerunt assecurati à Baroncello, vel à Birruariis, quasi quod admisso, quod nec Baroncellus, nec Birruarii facultatem habeant assecurandi, bona fides suffragari dicenda sit delinquentibus, qui sibi oblata à prædictis securitate ab Ecclesia extracti sunt, nec unquam Ecclesiæ fuerunt restituti; Cumque mihi à Congregatione generali Immunitatis Ecclesiasticæ fuerit demandatum, ut pro Veritate super hac re discursum ederem, ut omnia subindè maturiori examine discuti possent in Congregatio-

ne particulari à Sanctiſſimo Domino Noſtro jam deputata, mandatis, ea qua decet reverentia morem gero, allatis hinc inde argumentis, poſt quæ meam non deſinam qualemcunque inſinuare ſententiam, quam humillimè aliorum cenſuræ ſubmitto.

13 Ducto itaque initio ab argumentis, quæ ſavere poſſunt Immunitati illorum, qui delinquentes ad Eccleſiam confugerunt, & ab eadem ſi non vi, ſaltem blanditiis, aut dolo, vel oblata à Baroncello, ſeù Birruariis ſecuritate exierunt, facit primo loco inſignis *Text. in l. Fideli Cod. de his, qui ad Eccleſiam confugiunt*, in quo ità legitur *Fideli devotaque præceptione ſancimus nemini licere ad Sacroſanctas Eccleſias confugientes abducere, ſub hac videlicèt definitione, ut ſi quiſquam contra hanc Legem venire tentaverit, ſciat ſe Majeſtatis crimine eſſe retinendum.*

14 Ponderandum autem eſt illud verbum *abducere*, quod ad vim corporalem non refertur, ſed ad blanditias, & ad dolum *Text. in Can. Nolite diſtinct. 11. -- Nolite errare Fratres mei chariſſimi, doctrinis variis, & extraneis, nolite abduci*. Concordat *Text. in l. Item apud Labeonem §. Si quis Virgines ff. de injur., & famoſ. libell. -- Abduxiſſe autem non tantum is videtur, qui per vim abduxit, verum is, qui perſuaſit Comiti, ut eam deſereret*, & quamvis citatus *Text. in l. 2. Cod. de his, qui ad Eccleſ. confug.* non à Pontificia, ſed ab Imperiali prodierit auctoritate, omnes tamen ſciunt, Eccleſiam

15 uti poſſe legibus laicorum, * ſi non tanquam legibus, ſaltem tanquam privilegiis, uti latè docent *Sard. conſil. 8. n. 19., Honded. conſil. 78. num. 100., & ſequen. lib. 2., Adden. ad Ludoviſ. dec. 279. n. 24., Sperell. deciſ. 11. n. 8., Rota coram Bichio deciſ. 648. n. 23., deciſ. 231. n. 12. par. 10. recent. deciſ. 175. n. 13. par. 17. recent. deciſ. 392. n. 20. part. 18. recent.*, & pleniſſime in *Bononien. Manutentionis 1. Julii 1697. per tot. coram bon: mem: Pio*.

16 Facit ſecundo, Concilium Aurelianenſe quartum celebratum Anno 541., quod eſt impreſſum *Tom. 2. Concilior. general. edition. Regiæ Pariſienſis Anni 1714.*, in quo Concilio habentur hæc verba -- *Si quis neceſſitatis impulſu, ad Eccleſiæ ſepta confugerit, & Sacerdote, vel Præpoſito Eccleſiæ prætermiſſo, atque contempto, eum quiſque de locis Sacris, vel atriis, ſeù vi, ſeù dolo abſtrahere, aut ſollicitare fortaſſe præſumpſerit, ut inimicus Eccleſiæ ab ejus liminibus arceatur, quouſque juxta Pontificis diſtrictionem digna per indictam pænitentiam emendatio ſubſequatur, eo tamèn, qui abſtractus eſt prius Eccleſiæ reſtituto.*

17 Mentio ibi fit abſtractionis per vim, & ſollicitationis per dolum, cumque utroque caſu decernatur abſtractum eſſe Eccleſiæ reſtituendum, nil clariùs afferri poſſe videtur ad comprobandum, quod non ſolùm Immunitate gaudeat Eccleſiaſtica, qui per vim abſtrahitur ab Eccleſia, ſed quod etiam hoc eodem fruatur privilegio, ille, qui blanditiis, dolo, aut oblata ſecuritate, ab Eccleſia, ad quam confugerat, exivit.

18 Facit tertio, quod ſola quæſtio, quæ eſt inter *Doctores*, extractum reſpicit blandis verbis, qua in re nonnulli cenſent extractum gaudere, nonnulli non gaudere Immunitate Eccleſiaſtica, quoad illum verò, qui doloſè extractus eſt, nec eſt, nec unquam fuit inter Scribentes diſputatio, an gaudere deberet necnè Immunitate Eccleſiaſtica, cum omnes cenſeant taliter extractum eſſe ad beneficium Immunitatis admittendum *Gonzal. in cap. Inter alia de immunitat. Eccleſiar., Poſſent. ſingular. 345. per tot., Ciarlin. controv. forenſ. lib. 2. cap. 163. num. 36., Pignattell. conſult. 100. n. 3., & 4. tomo 1., Sperell. deciſ. 150. n. 60., & ſeq. Capon. diſcept. 228. nu. 22., Panimoll. deciſ. 95. nu. 13., & ſeq., & deciſ. 51. nu. 30., Rainald. in ſupplement. cap. 5. ſuppletion. 1. num. 26., Barboſ. reſol. 63. n. 12., & ſeq., & reſol. 80. n. 15., & 16., Vermigliol. conſil. 99. n. 14.*; Si ergò communia eſt Scribentium opinio, quod ſaltem extractus per dolum Immunitate gaudeat Eccleſiaſtica, non erit ab hac opinione recedendum, ſed inconcuſsè admittendum eſſe videtur, quod qui per dolum ab Eccleſia exivit, vel oblata à Miniſtris Juſtitiæ ſecuritate, ſi extrà Eccleſiam capiatur, Eccleſiæ eſt reſtituendus.

19 Facit quartò, quod ſi unquam ſtatueretur, quod extractus per dolum, vel poſt oblatam à Baroncello, vel Birruariis ſecuritatem, non eſſet Eccleſiæ reſtituendus, ſtatuendum etiam hoc eſſet quoad extractum, oblata ab ipſo Judice ſecuritate; Porrò hac in re non modicum continetur abſurdum, licèt enim nonnulli *Auctores* diſtinguant inter delictum, & delictum, & velint extractum ab Eccleſia ſub fide Judicis eſſe Eccleſiæ reſtituendum, ſi delictum non ſit inter exceptuata à *Bulla Gregoriana*, ſecus autem, ſi delictum ſit unum ex illis ſeptem, quæ in citata *Bulla Gregoriana* excipiuntur, *Gomez. var. reſol. tit. de probation. delict. cap. 12. n. 7., del Bene de Immunit. Tomo 2. cap. 16. ſection. 5. dub. 25. num. 13., Guazzin. de defenſion. reorum part. 1. defenſ. 1. cap. 35. per tot., Caſtropal. oper. moral. tomo 2. tit. de reverent. debit. loc. ſar. diſput. unica punct. 10., Cortiad. deciſ. 78. n. 3., Sanchez conſil. moral. lib. 6. cap. 6. dub. 12. in fin.*, verior tamen, & receptior ſententia eſt, quod ſive delictum ſit inter ex-

20 cepta, * ſive non, reus eſt Eccleſiæ reſtituendus, cum in utroque caſu fides publica ſibi vindicet locum *Gonzalez in cap. Inter alia n. 4. de Immunit. Eccleſiarum, Fontanell. deciſ. 339. per tot., Ventrigl. in prax. rer. Eccleſiaſticar. annotat. 23. de Immunitat. Eccleſiarum §. 1. nu. 41., Pyringh. ad lib. 3. decretal. tit. de Immunit. Eccleſiar. §. 3. n. 42. in fine, Donat. Anton. de Marinis reſol. Jur. lib. 2. cap. 178. per tot., Filiucc. oper. moral. Tomo 1. tract. 15. cap. 6. n. 153., Barboſ. Jur. Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 3. nu. 54., Farinacc. in appendic. de Immunit. Eccleſiar. cap. 19. nu. 301., Balducc. ad Ramon. in obſervat. ad conſ. 53. numer. 6. Tomo 3., Pignattell. conſult. 4. num. 2.* To-

Tomo 9., Sperell. decis.148. numer.41., & seq.
21 Ad hoc ergò evitandum absurdum, retinenda videtur opinio, quod Ecclesiastica gaudeat Immunitate saltem ille, qui per dolum, vel oblatâ securitate à Baroncello, & Birruariis, exivit ab Ecclesia & Carceribus est mancipatus.

Facit quintò, quod *Sacra Cngregatio Immunitatis*, in qua sedulo hujusmodi controversiæ pertractantur, semper sensit, quod extra-
22 ctus per dolum, vel oblata, * uti sæpè diximus dicta securitate, est Ecclesiæ restituendus, uti desumi potest ex *Synopsi Decretorum* edita à *Patre Andrea Riccio in verbo Restitutio n.3.* & in verbo *Confugisti nu.17.*, & passim in aliis, quodque notabiliùs est, ad excludendas quascunque querimonias, & ut sarcta tecta permaneant tam Jura Ecclesiæ, quam Jura Fisci, nonnullas eadem edidit resolutiones, quæ aptæ natæ sunt ad quemcumque abusum de medio tollendum; Licet enim senserit Reum esse Ecclesię restituendum si ab Ecclesia exivit, oblata securitate à Baroncello, aut Birruariis, uti præter suprà cumulatas colligi valet ex *resolutione edita die septima Martii* 1696., *referente bon:mem: R.P.D. Bottinio* quæ resolutio est impressa apud *Bertucchin.Vot. decis.90.* sensit nihilominus Reum esse Ecclesiæ restituendum, si dolosè fuit extractus, hoc est, vel si extrahens habuerit intelligentiam cum Ministris Curiæ; qui extractum deindè Carceribus manciparunt, vel ad minus habuerit animum, & intentionem tradendi in manus Curiæ, estò nullam cum illa intelligentiam habuerit, in quibus terminis procedit resolutio in *Camerinen. dolosæ Extractionis 30. Martii* 1704., quæ prodiit referente *Eminentissimo Domino meo Cardinali Vallemanno* tunc Sacræ Congregationis Secretario, & diligentissimè de more Scribente *Illustrissimo Domino meo Desiderio Spreto meritissimo Pauperum Advocato* Sensit prętereà non esse Ecclesiæ resti-
23 tuendum, qui oblata à Baroncello, * vel Birruariis securitate ab Ecclesia exivit, si Baroncellus, & Birruarii nullam habuerunt intelligentiam directam, vel Indirectam cum Ministris, qui Reum Carceribus manciparunt, vel animum non habuerunt tradendi extractum Curiæ capturanti, & in his terminis procedit resolutio edita *die 7. Julii* 1705., quæ prodiit referente eodem *Eminentissimo Vallemano*, & me mote Advocati Scribente pro Curia Legationis Urbini contra Curiam Ecclesiasticam Fani. Sensit tandèm reum extractum per dolum ad differentiam rei extra-
24 cti per vim sufficienter, * dici fuisse Ecclesiæ restitutum, & Ecclesiam fuisse sufficienter reintegratam, si ipse post extractionem sponte sua redeat ad Ecclesiam eamque habeat loco confugii, ita ut iteratus accessus non sit accidentalis, vel momentaneus, & in bis terminis procedit resolutio edita in causa Civitatis Castellanæ 23. Julii, & 27. *Augusti* 1715. quæ prodiit referente *R. P. D. meo Cerro*, & scribentibus *Doctissimis Advocatis*, memorato videlicèt *Desiderio Spreto Pauperum Advocato*, & *Ferdinando de Valentibus Fisci, Cameræque Apostolicæ Advocato*.

Quo circà si Sacra Congregatio Immunitatis in facti contingentia semper amplexa est opinionem, quæ favet Reo extracto per
25 dolum, sivè oblata securitate à Baroncello, * vel Birruariis; si eadem *Congregatio* moderationes statuit opportunas, & necessarias, nihil videtur esse innovandum, itaut à primo ad ultimum Ecclesiastica gaudeat Immunitate, qui altero ex dictis modis exivit ab Ecclesia.

Facit sextò, quod huc usque deducta, optimæ innituntur rationi; Intantùm enim extra-
26 ctus per vim gaudet Immunitate, * in quantum nolens exivit ab Ecclesia, & ab illius noluntate inducitur Ecclesiæ spolium, quod aperit viam interdicto de libero homine exhibendo, atque reintegrationi Ecclesiæ spoliatæ. Procedunt hæc omnia in extracto per dolum, vel oblatà securitate à Baroncello, & Birruariis, & consequenter in utroquè casu eadem militare debet Juris dispositio; Nulla concurrente dubitatione, quin extractus per dolum exiisse dicatur nolens ab Ecclesia, quia hoc apertè suadetur per *Text. in extravag. execrabilis de præbend.* ibi--*Et improbitas importuna petentium à nobis, & prædecessoribus nostris non tam obtinuisse, quam extorsisse plerunque noscuntur*, ubi *gloss. in verbo extorsisse* inquit *ab invito per talem importunitatem*, & *in cap. final. de præscription. in 6.*, ibi--*quia per ambitiosam importunitatem petentium*, ubi *glos. in verbo importunitatem* inquit--*propter quam Principes sæpè non concedenda concedunt*: Concordat *Text. in lege eum qui. Cod. de apostat.* ibi--*eum, qui servum, sivè ingenuum invitum sua suasione plectenda*--& *in leg. unica ante finem Cod. de rapt. Virgin.*, *quia hoc ipsum velle Mulierum ab insidiis nequissimi hominis, qui meditatur rapinam, inducitur, nisi etenim eam sollicitaverit, nisi odiosis artibus circumvenerit, non facit eam velle in tantum dedecus se se prodere*--, & *in leg. 1. Cod. de petition. bonorum lib. 10.* ibi--*inverecunda petentium inhiatione constringimur*--, & *in leg. 1. §. persuadere ff. de serv. corrupt.* ibi--*persuadere autem est plusquam compelli, atque cogi sibi parere*--, & *in leg. 2. §. si quis volentem ff. de liber. homin. exhiben.* ibi--*sed quid si volentem quidem retineat, non tamen sine calliditate circumventum, vel sollicitatum, neque bona, vel probabili ratione hoc facit, rectè dicitur dolo malo retinere*.

Facit septimò, quod usque adhuc nulla Lex Generalis prodiit adversùs Ecclesiæ Immunitatem, cum solum in casibus particularibus Summus Pontifex, adhibito consilio Sacræ Congregationis Immunitatis censuerit hoc, vel illud in hoc, vel in illo casu particulari esse faciendum.

Exemplum peti potest ab illis Locis, qui de Jure, & praxi gaudent Immunitate; Si enim id bono publico adversari videatur, non

fit Lex, quod loci, qui de Jure, & praxi Im-
munitate gaudebant, inposterum Immunita-
27 te non gaudeant, sed statuitur, * quod illud
arrium determinatum, quod ille particula-
ris locus inposterum Immunitate non gau-
deat, lapide super locum apposito, qui id in-
dicet, uti colligi potest ex resolutionibus *Sa-
cræ Coagregationis* collectis à *dicto Patre An-
drea Riccio in verbo Loca declarata non Immu-
nia n.1.& n.14.* Exemplum etiam sumi potest
ex rebus, quæ furto sublatæ sunt, & in Eccle-
siis deponuntur; Non sit enim Lex generalis,
quod res prædictæ ab Ecclesiis abstrahantur,
cum obstet. *Tex. in. Can. sicut antiquitus, &
in Can. quisquis 17. quæst.4.*, sed in casibus par-
ticularibus licentia abstrahendi conceditur
Ordinario directa cum clausula, ut id fiat
per Ministros Ecclesiasticos, Teste *Fagnan. in
cap.inter alia.num.*104. *de Immunitat.Ecclesiar.*
Tandem exemplum sumi potest à pænis ex-
28 traordinariis, * ad quas Summi Pontificis
auctoritate condemnantur illi, qui gravia
delicta commiserunt, & ad Ecclesiam confu-
gium habuerunt, licèt delicta commissa non
sint inter excepta à *Bulla Gregoriana*, non fit
enim Lex generalis, quod qui hæc, & illa
Delicta commiserit, quamvis non excepta ad
pænam condemnetur extraordinariam, cum
de Jure sit, ut confugiens ad Ecclesiam dam-
nari non possit pæna mortis, aut aliâ corpo-
rali, sed solum pecuniaria, vel ad summum
pæna Exilii, uti notant in *Cap. inter alia, gloss.
in verbo puniendus, Abb. num.3., Joannes An-
dreas n.8. de Immunitat. Ecclesiar.*, sed summi
Legis latoris arbitrio remittitur in facti con-
tingentia reum ad pænam extraordinariam
triremium ad tempus condemnare, aliquid
videlicèt Justitiæ vindicativæ, & aliquid Im-
munitati indulgendo, juxtà illud *Theodorici
Regis* Scribentis Fausto Præposito apud *Cassio-
dor. lib. 3. Epistol.47., sed consensus facti sui*, lo-
quitur de Jovino curiali, qui Collegam oc-
ciderat, *inter Ecclesiæ septa refugiens declinare
se credidit præscriptam Legibus ultionem, Vulca-
nicæ Insulæ perpetuâ relegatione damnamus, ut
& Sancto Templo reverentiam habuisse videa-
mur, nec vindictam criminosus evadat in totum,
qui innocenti non credidit esse parcendum.*
Methodus hæc retineri potest in re, de qua
nunc agitur, idque facit, ut à firmarà opi-
nione non fit in totum recedendum, decernen-
do videlicèt, quod extracti per dolum, vel
oblata securitate à Baroncello, & Birruariis
Ecclesiastica imposterum non gaudeant Im-
munitate.
Facit octavò, quod Immunitas localis or-
tum habere videtur à *Jure divino*; legitur
29 enim *lib.3. Regum cap. 2.*, quod Joab *fugit ad
Tabernaculum Domini, & apprehendit cornu Al-
taris*, & quamvis Salomon jussecit, & deman-
daverit, ut Banajas Filius Jojadæ eum inter-
ficeret, *vade interfice eum*, & Banaias ad Ta-
benaculum accedens, dixerit Joab, *egrede-
re, qui ait, non egrediar, sed hic moriar*, & pro-
pè cornu Altaris fuerit occisus; *ascendit ita-
que Banajas Filius Jojadæ, & aggressus eum in-
terfecit; Sepultusque est in domo sua in deserto*,
id tamen factum est, quia Joab dolosè occi-
derat Abner, & Amasan, & consequenter
non gaudebat Immunitate loci Sacri, juxtà
illud Exod,21.,*Si quis per industriam occiderit
proximum suum, & per insidias, ab Altari meo
evelles eum, ut moriatur*. Si Immunitas loca-
lis ortum ducit à *Jure Divino*, eò fortius cre-
scit assumptum mox insinuatum, quod nulla
Lex generalis ferenda sit, sed quod ad sum-
mum in casu particulari *Summus Pontifex* de-
clarare possit hunc, aut illum non esse, ad-
mittendum ad Immunitatis Ecclesiasticæ be-
neficium; Notoria siquidem est Doctrina in
hac materia recepta, dispensationem duplı-
cem esse, aliam propriam; quæ supponit Vin-
culum Juris quod rollit, aliam impropriam,
30 quæ non tollit vinculum Juris, sed declarat,
illud in his, atque similibus circumstantiis
non obligare. SummusPontifex non potest pri-
mo modo dispensare in Jure Divino, quia in-
31 ferior est Deo, & inferior in lege Superioris
dispensare non potest *Canon.inferior.dist.2.cap.
cum inferior de majoritat., & obedient.* potest
tamèn secundo modo dispensare, *Hostiens. in
summ. de rescript.versic.potest nu.10.,& sequen.,
Silvest. in verbo Papa q. 16. per tot. Fagnan. in
cap.cum pridem n.80.de pact.*; Adeoque *non fur-
32 tum facies* est præceptum Jure Divini, quod
Summus Pontifex declaravit non habere lo-
cum, quando quis est constitutus in extrema
necessitate, *Text. in Cap. Si quis propter neces-
sitatem, de furt.* Præceptum præterea est Juris
Divini, quod Matrimonium iam factum dis-
33 solui non possit, *quos Deus conjuxit, homo
non separet. Summus Pontifex* declaravit non
habere locum, quando Matrimonium adhuc
non est consumatum; Tunc quippe dissoluitur
per professionem Religiosam utriusque Con-
34 jugis *Text.in cap. ex publico de convers. Conju-
gator, & in cap.commissum de sponsal.*
Facit ultimò, quod nostris hisce tempori-
bus infinitæ propemodum vigent controver-
siæ inter Sacerdotium, & Imperium super Im-
munitate. Circumstantia hæc autèm apertiss
simè suadere videtur tempus non esse oppor-
tunum aliquid de novo statuendi Immunitati
35 præjudicans Ecclesiasticæ, quod anteà statu-
tum non erat, uti probat *Text.in Can.erit, dist.4
ibi -- erit autem lex honesta, justa, possibilis,
secundùm naturam, secundùm patriæ consuetudi-
nem, loco, temporique conveniens.*
Huc usque deducta probant admittendos
esse ad beneficium Immunitatis eos, qui extrà
Ecclesiam capiuntur, si præcedenter ad Ec-
clesiam Confugium habuerunt, & ab ipsa
fuerunt extracti dolosè, vel oblata à Baron-
cello, vel Birruariis securitate, dummodò
tamèn extrahens, aut habuerit intelligentiam
cum Ministris capturantibus, aut animum
habuerit consignandi extractum in eorum
manibus, vel dummodò captura fiat ab illa
ca-

eadem Curia, quæ assecuravit. Ulteriùs argumenta, quæ fuerunt in præcedentibus allata, demonstrant nihil esse in hac materia innovandum. At, prædictis omnibus minimè obstantibus, approbandum esse censerem temperamentum à plerisque Cordatis Viris pro-
36 positum, ut videlicet *per Litteram Circularem à Sacra Congregatione de ordine Sanctissimi Ordinariis conscribenda notificaretur, quod qui ad Ecclesiam confugerunt, & confugient, & in ipsa permanent, aut permanebunt, eadem gaudent, & imposterum gaudebunt, qua in præteritum gavisi sunt, Immunitate; idemque procedere tùm quoad eos, qui extrà Ecclesiam capti sunt, aut capientur, dummodò doceatur per vim corporalem fuisse ab Ecclesia abstractos, tùm quoad alios, qui ab Ecclesia exierunt, aut exibunt, & capti sunt, aut capientur post oblatam à Judice in scriptis securitatem, seù saluum canductum, in cujus sequelam, Ecclesiæ asilum dereliquerunt, aut derelinquent; quoad cæteros verò, qui ad Ecclesiam confugerunt, aut confugient, eosdem admoneri, ut in eadem permaneant, & ne ullam fidem præstent verbis cujuscunque personæ, quæ illos suadeat ad exeundum, ipsique similiter sciant sibi suffragari non posse asiecurationes oblatas à Baroncello, seù Birruariis, itaùt si quis imposterum post confugium exeat ab Ecclesia, sub obtentu suasionum sibi factarum, vel asiecurationis oblatæ præterquàm à Judice, & quidem in scriptis, sciat se voluntariè spoliare privilegio immunitatis Ecclesiasticæ, & Immunitatem frustrà esse conclamaturum, si extrà Ecclesiam capiatur*; Cessat etenim in hoc tetum themate quæcunque bona fides, per hanc etiam semitam procedendo non mediocris momenti mala evitabuntur, ut infrà ostendetur; Quodque notabilius est, in hac facti specie, non est imaginabilis ulla Ecclesiasticæ Immunitatis violatio; Illi quippè, qui post admonitionem publicè factam, quod cujuscunque personæ verbis, excepto Judice, fidem non præstent, neque credant assecurationi oblatæ à Baroncello, seù Birruariis, illi inquàm, qui post hæc ab Ecclesia exibunt, & extrà Ecclesiam capientur in omnibus, & per omnia periadè se habebunt, ac si spontè sua ab Ecclesia exiissent; quo stante, sicuti qui ad Ecclesiam confugit, & spontè exit ab Eccle-
37 sia, si extrà Ecclesiam capiatur, benè captus est, nec ulla in hoc facto contingit violatio Immunitatis Ecclesiasticæ, *Ugo in Can. definivit. 17. quæst. 4., Vital. in Clementin. prima n. 45. de pæniten., & remission., Fagn. in cap. inter alia nu. 30. de Immunit. Ecclesiar.*, & adnotarunt *in cap. final Abb. n. 10. Joann. Andr. n. 2. Butr. nu. 4. Collect. n. 2. de Immunit. Ecclesiar. Remig. de Immunit. Ecclesiar. in princip. n. 13. inter Tractat. to. 13. parte prima, Castropal. oper. moral. tom. 2. tit. de reverent. debit. locis Sacris disput. unic. punct. 10. n. 1., Diana in edition. coordinat. tom. 9. Tract. 1. resolut. 109. n. 2., Antonell. de loc. Legat. libro primo cap. 3. quæst. 16. nu. 198., Farinac. in appendic. de Immunitat. Ecclesiast, §. Primo. n. 39. Panimoll. decis. 95. adnotat. prima nu. 26.* ità nulla dici poterit, quod adsit Ecclesiasticæ Immunitatis violatio, si inposterùm quis exeat ab Ecclesia, credens aliorum verbis, aut assecurationi Baroncelli, vel Birruariorum, & extrà Ecclesiam capiatur.

Utque id magis, & magis, si possibile est, ponatur in claris, operæ pretium est ad Vetus Testamentum recurrere. Sciunt omnes separatas fuisse in Lege veteri sex Urbes, quæ
38 refugii dicebantur, ut ad eas recurrere posset quicumque citrà culpam, Sanguinem proximi fudisset, ut hic videlicèt tutus esse posset à propinquis occisi, qui occisorem essent fortasse interè pruti. Ità legitur in: *Deuteronomio Cap. 19.*.. *Hæc erit Lex homicidæ fugientis, cujus Vita servanda est. Qui percusserit Proximum suum nesciens, & qui heri, & nudius tertius nullum contra eum odium habuisse comprobatur, sed abiisse cum eo simpliciter in Silvam ad ligna cædenda, & in succisione lignorum securis fugerit manu ferrumque lapsum de manubrio, amicum ejus percusserit, & occiderit, hic ad unam supradictarum Urbium confugiet, & vivet, ne forsitan proximus ejus, cujus effusus est Sanguis, dolore stimulatus, persequatur, & apprehendat eum, si longior via fuerit, & percutiat animam ejus, qui non est reus mortis, quia nullum contra eum, qui occisus est, odium priùs habuisse monstratur*; Ille, qui innocentèt proximo intulerat mortem, debebat in Civitate Confugii permanere, quoad usque Sacerdos Magnus vivebat, idque fuit confugientibus intimatum, & notificatum, ut in *Libro Josue Cap. 20.*.. *Et habitabit in Civitate illa, donec stet antè Judicium Causam reddens facti sui, & moriatur Sacerdos magnus, qui fuerit in illo tempore, tunc revertetur homicida, & ingredietur Civitatem, & domum suam, de qua fugerat*, Quod ipsum habetur in *Deuteronomio Cap. 35.*, *Et reducetur per Sententiam in Urbem, ad quam confugerat, manebitque ibi donec Sacerdos Magnus, qui oleo Sancto unctus est, moriatur*. Quemadmodùm itaquè in Lege veteri, si proximi interfector post notificationem sibi factam de non exeundo ab Urbe confugii, quoad usque Sacerdos Magnus esset in humanis, ab Urbe exiisset, & occisus fuisset à propinquis personæ interemptæ, benè occisus dicebatur, nec Jus Asili violatum aliquo modo prætendebatur, nonnisi quia Occisor post admonitionem sibi factam, debebat in Urbe confugii permanere quoad usque Sacerdos Magnus erat in humanis, uti colligitur ex *Deuteronomio loco citato*— *Si interfector extrà fines Urbium, quæ exulibus deputatæ sunt, fuerit inventus, & percussus ab eo, qui ultor est sanguinis, absque noxa erit qui eum occiderit; debuerat enim profugus usque ad mortem Pontificis in Urbe residere, postquam autem ille obierit, homicida revertetur in terram suam*, ità qui exibit inposterùm ab Ecclesia, admonitus, se nullam fidem præstare debere extrahentium verbis, & assecurationi sibi oblatæ à Baroncello, & Birruariis, si extrà

Eccle-

Eccleſiam capiatur, benè captus dicendus erit, nec ulla excogitari poterit violatio Eccleſiaſticæ Immunitatis, in utroque etenim caſu vis ſtat in admouitione præcedenti, & ſic in utroque caſu militare debet eadem Juris diſpoſitio.

Poſt hæc deſcendendo ad ſolutionem objectorum, non obſtat primum deductum ex *Lege. Fideli Cod.de his, qui ad Eccleſ.confug.* quaſi quod verbum *abducere*, quod legitur in citato *Texta*, oon ad vim corporalem, ſed ad Blanditias, & dolum ſit tantummodò referendum; primò quia verbum *abducere* ſæpè ſæpiùs vim importat corporalem, adeoquè apud *Livium lib.2.* habetur -- *Ut collegam per vim, ſi aliter non poſſent, à Foro abducerent*, & apud *Virgilium lib. 10.* -- *Matrum gremiis abducere pactas*; Secundò quia in materia Immunitatis Eccleſiaſticæ oon eſt deferendum
39 *ſanctionibus Imperatorum*, ſed *Eccleſiaſticis Conſtitutioaibus*; Et aliàs dicendo ſequeretur, quòd homicidæ, adulteri, Virginumquè raptores Immunitate Eccleſiaſtica non gauderent, ſic enim decernitur iu *authent. de mandat.princip.§. Neque enim collation.3.* ſequeretur ulteriùs, quod Eccleſiæ tenerentur ad conrtibuendum prò inſtructionibus itinerum. & pontium, quia ſic ſtatuitur in *L. ad inſtructiones Cod.de Sacroſanct.Eccleſ.*, in nihilum urgente, quod *Text.in l. Fideli* privilegium inducit favore Immunitatis Eccleſiaſticæ, quia privilegium etiam ejuſdem Immunitatis favore, inductum eſt in *L.præſenti.Cod.de his, qui ad Eccleſ. confuginat*, undè ſicuti hæc Lex ex defectu Juriſdictionis non admittitur, ut benè ponderat *Pyriagh. ia jus Canonic. Tomo 3. Tit. 49. de Immunitat. Eccleſiar. ſection. 2. §.4. n.52.* idem etiam dicendum eſt quoad allegatam *L.fideli.Cod.de his, qui ad Eccleſ.confug.*

Minùs obſtat ſecundum deductum ex *Concilio Aurelianenſi quarto*, ubi dicitur reſtituendum eſſe Eccleſiæ, qui per dolum ſollicitatus fuit, ut ab Eccleſia exiret; duplex ſiquidem occurrit validiſſima reſponſio. Altera eſt, quod *Concilium Auralianenſe* ſupponit *dolum*, & dolus, ut infrà demonſtrabitur, non adeſt, quando quis admonitus, nè crederet aſſecurautibus, exiit ab Eccleſia, & extrà Eccleſiam captus eſt; Altera reſponſio conſiſtit in hoc, quod Concilium *Aurelanienſe* fuit Con-
40 cilium Provinciale, cujuſque Leges conſequenter extrà Provinciam oon extenduntur, etiamſi fuiſſent inſertæ in noſtro *Gratiani decreto*, in quo tamen inſertæ non fuerunt juxtà vulgatam apud *Canoniſtas* propoſitionem, de qua *Svarez.de legibus lib.4.cap.5.n.6.*, *Salas in tract.pariter. de Legibus Tract.14.diſpat.18.ſection.13.*, *Rota deciſ.480.per tot.cor.Penia*.

Multoque magis, quia percurrendo tàm *Canones* relatos in *Decreto Gratiani*, quam *Decretales* relatas in compilatione, qua utimur in Scholis, & Foro, oec non *Bullas* in Bulla-
41 rio Romano inſertas, mentio ſola fit extractionis per vim, nec ullum habetur verbum extractionis blaudis verbis, aut per dolum ſecutæ, quæ res eo fortiùs operatur, ut non ſit *Concilia Aareliaaeaſi quarta* deferendum. *In Can. Si qaidem*, qui incipit *ſicut antiquitùs*, legitur, *qui autem confinia earum coafringere tentaverit, aut perſonam bomiais, vel Bona ejus indè ſubtraxerit &c. excommunicetur* -- *In Canon.minor.* ibi -- *Hominem de Eccleſia rapuiſti*; *in Can.Reum* ibi -- *Ream ad Eccleſiam confugientem, nemo abſtrahere audeat*; *in Can.nullas* ibi -- *Nullus Clericorum Servum, aut diſcipulam ſuum fugientem ad Eccleſiam, extrahere audeat*; *in Caa.Si quis contumax*, ibi -- *Per viam abſtraxerit*, *in Can.definivit*, ibi -- *Confugientes ad Eccleſiam, vel reſidentes indè abſtrahere, aut quodcunque nocibilitatis, vel damni, ſeù ſpolii reſidentibus in loco Sancto inferre*; & *in Can.id conſtituimus*, ibi -- *Reos abſtraere omninò non liceat 17.quæſt.4.* Concordat *Text.in cap.inter alia.de Immunit.Eccleſiar.* ibi -- *Non eſt violenter ab Eccleſia extrahendus* Concordat denique *Bulla Gregorii Decimi quarti*, quæ eſt *la ſeptima Bullar.Tom.2.*, ubi ſic habetur -- *Capere, extrahere, aut incarcerare non poſſint* quæ, omnia ad violentam referuntur extractionem.

Similis generis eſt tertium, quod ſcilicèt Doctores communiter doceãt, extractum per dolum gaudere Immunitate Eccleſiaſtica, etiamſi extrà Eccleſiam capiatur, admitti ſiquidem poſſunt omnia, quæ à Doctoribus in medium quoad preſentem materiam afferuntur, ſed ex illis nullum argumentum deduci valet, quod noſtro adverſetur aſſumpto, cum Doctores omnes loquantur cum præſuppoſito doli, dolus non poteſt excogitari,
42 quotiès præceſſit publica admonitio, nè confugientes ad Eccleſiam, & in eadem reſidentes exeant ſub obtentu cujuscumque aſſecurationis ſibi factæ, ſi illa à Judice non fiat, cum regula Juris ſit, dolum non inferri volenti, *Text.in L.Cum donationis.Cod. de tranſact.*, ibi -- *Cum donationis, ſeù tranſactionis cauſa adminiſtratæ tutelæ, debiti ſcientes vos obligationem Fratri veſtro remiſiſſe proponatis, nec unquam volentibus dolus inferatur, fruſtrà de dolo conqueremini*; quod ipſum à poſteriori demonſtratur; ſi enim aliquis locus, qui de Jure, & praxi Immunitate gaudebat, declaretur, uti ſæpè fit, non immunis, lapiſquè apponatur admonens unumquemque, locum illum non gaudere Immunitate; qui ad illum confugit
43 non dicitur deceptus, & omnis fraus, omniſque dolus cenſentur excluſi, nonniſi quia lapis admonet unumquemque, & unuſquiſque ſibi præcavere poteſt; quo circà ſi ceſſat dolus vigore præviæ admonitionis, nemo eſt, qui non videat dolum in hypotheſi noſtra ceſſare, & ſic extraneas eſſe Auctorum aſſertiones, quod per dolũ extractus Immunitate gaudeat Eccleſiaſtica, ſi extrà Eccleſiam capiatur.

Majoris roboris non eſt quartum objectum, quòd videlicèt, ſi declaretur non gaudere Immunitate, qui doloſè extractus eſt, aut per aſſecurationem ſibi factam à Baron-

cello,

cello, & Birruariis, idem etiam declarandum erit quoad saluum conductum, sivè assecurationem à Judice factam; ab uno quippè casu, non valet ad alium illatio; Judex enim, qui
44 Jurisdictione ordinaria potitur, facultatem habet assecurandi, qua facultate, non potiuntur, nec Baroncellus, nec Birruarii, *Farinacc. de Caceerib., & Carcerat. quæst. 29. n. 98., de Luca ad Franc. decis. 258. n. 2. vers. limitatur, Calderon. decis. 28. num. 7. Altimar. de nullit. rubric. 12. quæst. 33. num. 83.*, & intantum in præteritum admissum est, quod assecurationes Baroncelli, & Birruariorum suffragari possent, inquantùm bona fides militabat favore illorum, qui fidem præstabant prædictæ assecurationi; cumque bona fides cesset, quotiès præcedenter publica facta est admonitio, manibus palpatur, quod etiamsi declaretur non gaudere Immunitate, qui in posterum dicet se fuisse extractum blandis Verbis, aut per assecurationem sibi factam à Baroncello, & Birruariis, non per hoc declarandum erit, quod hoc ipsum procedat etiam quoad saluum conductum à Judice impetratum:

Ad eandem pertinet Classem quinta oppositio consistens in hoc, quod *Sacra Congregatio Immunitatis* huc usque renuerit extractum dolosis verbis, aut per assecurationem reportatam à *Baroncello*, & Birruariis Immunitate gaudere, si extrà Ecclesiam capiatur, & quod eadem Congregatio nonnulla statuit temperamenta, ut fraudes averterentur; Temperamenta siquidem hucusque practicata non sufficiunt, ut fraudes avertantur, quemadmodum infrà demonstrabitur, idquè facit, ut ad propositam declarationem sit deveniendum; & responsio, quæ data fuit conclusioni Doctorum, quod Extractus per dolum gaudeat Immunitate, applicatur resolutionibus Sacræ
45 Congregationis, non minùs enim Doctorū assertiones,* quàm Sacræ Congregationis resolutiones procedunt cum supposito doli, & uti sæpè dictum est, dolus non datur, quotiès præcessit admonitio.

Sextum subsequitur obiectum desumptum ex paritate inter extractum per vim, & extractum per dolum, quasi quod, si uterque nolens extractus est, uterque gaudere debeat Immunitate; violentiæ siquidem resisti non
46 potest,* cumque post admonitionem, unusquisque aliorum verbis resistere possit, sequitur nullam vim constituendam esse in æquiparatione inter Extractum per vim, & Extractum per dolum, etsi non obstante præcedenti admonitione, aliquis inveniatur, qui Fidem præstet dolosis aliorum verbis, aut assecurationi sibi factæ à Baroncello, & Birruariis, Fatuus hic adjudicandus est, de quo Jura nostra non curant *Text. in cap. Cum dilectus de his, quæ vi met usue caus.* ibi: *Nec obsistente dolo, quo se proponebant fuisse seductos, cum talis dolus non tam ad circumventionem Abbatis, quam ad fatuitatem eorum debeat retorqueri*, quodque nulla in Jure habeatur doli con-
47 sideratio,* si dolus potuit prævideri, & præcaveri, docent *Abb. in dicto cap. Cum dilectus n. 4., & n. 12., Bald. in rubric. Cod. de Rescindend. vendition. Paris. de Resignation. beneficior. lib. 13. quæst. 2. n. 13. Marsil. singular. 407. Sperell. dec. 150. n. 29., & n. 54.*

Transeundo ad septimum objectum, quòd nulla Lex generalis huc usque prodierit, quæ Ecclesiasticæ deroget Immunitati, facilis est responsio, quia Lex, de qua nunc agitur, non est Lex generalis, sed est simplex declaratio secernens casum à casu, & firmans, in quo casu procedat, & in quo non procedat Immunitas; Et quatenùs per impossibile, prætenderetur, quod id, quod proponitur, importet Legem generalem Ecclesiasticæ derogantem Immunitati, Exempla non desunt, quibus probari valeat, id aliquando factum esse legitimis concurrentibus causis à Summo Pontifice, qui Superior est quocunque Jure positivo, & factum etiam fuisse vigore consuetudinis: In primis etenim *Summus Pontifex Urbanus II. in Synodo Claremontana Generali* anno 1095. *cap. 29., & cap. 30.*, decrevit, quod recurrentes ad Crucem in via positam
48 Immunitate * gauderent: *Si quis ad aliquam Crucem in via persequentibus inimicis confugerit, liber sit, ac si in ipsa Ecclesia permaneat*, & quod à dicta Synodo Claremontana introducta fuerit Immunitas pro confugientibus ad Crucem in via positam, & quod hæc Immunitas aliquo tempore duraverit, docent *Ciron. ad tit. decretal. de Immunitat. Ecclesiast., Thomasin. de veter., & nov. Eccles. disciplin. part. 2. lib. 3. cap. 100. n. 2.* Hæc autem Immunitas non est hodie usu recepta, nec à *Sacra Congregatione* admittitur, cum ipsa censeat confugientem ad Crucem in via positam non gaudere Immunitate Ecclesiastica, nisi agatur de Cruce existente in via extrà Civitatem, & nisi specialis vigeat consuetudo juxtà resolutionem editam in *Melevitana prima Decembris* 1638. *apud Ricc. in verbo Crux n. 1. n. 2.*

A Jure quoque Canonico, decretum est, ut Palatium Episcopi gaudeat Immunitate,
49 *Text. in Can. Constituimus 17.* * *quæst. 4.*, ibi: *Id constituimus observandum, quod Ecclesiastici Canones decreverunt, & Lex Romana constituit, ut ab Ecclesia, atriis, vel domo Episcopi, reos abstrahere omninò non liceat*; : quæ eadem Juris censura extenditur ad Palatia Sanctæ Ro-
50 manæ Ecclesiæ Cardinalium,* *Del Bene de Immunitat. Tomo 2. cap. 16. dub. 9. Section. 15. n. 1.* Legitimis verò urgentibus causis *Julius Papa III.* Palatia Cardinalium in Urbe privavit hac Immunitate, uti videri potest in ejus *Bulla 17. Bullar. Tomo 1.*, & communis est opinio *Doctorum*, quod palatia Cardinalium gaudeant Immunitate extrà Urbem, non in Urbe, *Faguan. in cap. Ecclesiæ n. 32., & seq. de Immunitat. Ecclesiar.*, *de Marin. variar. resol. lib. 1. cap. 179. n. 11., Diana in edition. coordinat. tom. 9. tract. 1. resol. 20. n. 4.*

A Jure pariter Canonicò statutum est, ut

Ma-

Major Eccleſia gaudeat Immunitate per cir-
51 cuitum quadraginta paſſuum, * & Capellæ,
vel Minores Eccleſiæ per circuitum triginta
paſſuum, *Text. in Can. Sicut antiquitùs*, ibi:
*Ut major Eccleſia per circuitum quadraginta
paſſus habeat, Cappellæ verò, vel minores Eccle-
ſiæ triginta*, & ab hac regula excipiuntur ſo-
52 lùm Eccleſiæ in Caſtellis * poſitæ juxtà *Text.
in Can. Quiſquis*, ibi: *Cappellæ, quæ ſunt intrà
ambitum murorum, Caſtellorum, non ponuntur
in hac triginta paſſuum obſervatione*, 17. *qu.* 4.,
cumque hæc Immunitas à communi conſue-
tudine ſublata ſit *Del Bene de Immunitat. Ec-
cleſiar. Tom.2.cap.16.dubitat.9. ſect.8.n.10., &
ſeq., Card. de Luca Miſcellan. Eccleſiaſt. diſc.2.
n. 5.*, vel ad ſummum admittatur, ubi adhuc
viget Conſuetudo favens dictæ Immunitati,
Farinacc. de Carcerib. quæſt.28. n.12., & 13., ar-
guitur à fortiori poſſe Summum Pontificem,
53 ſi graviſſimæ urgeant Cauſæ, * publicoque
expediat bono, legem generalem facere, quæ
in aliquibus Eccleſiaſticæ deroget Immuni-
tati.

Tandem ſuffragatur exemplum *Gregorii De-
cimiquarti*, qui in *ſæpè citata Bulla ſeptima
§. 1., Bullar. Tomo* 2. pro communi bono ad-
didit nonnullos caſus, qui non erant in *Sa-
cris Canonibus* exceptuati, & in quibus delin-
quentes gaudere non deberent Immunitate
Eccleſiaſtica, *ità tamèn, ut quando præſens
temporum calamitas, & nimia, quæ jam inva-
luit perverſorum hominum malitia id expoſcit,
aliquid etiam ad terrorem delinquentium, & ad
coercenda illorum facinora, ultra, id quod priſca
illa majorum noſtrorum diſciplina, & vetus Sa-
crorum Canonum norma præſcripſerat, in qui-
buſdam caſibus, congrua moderatione adhibita,
permittamus*. Signum porrò evidentiſſimum
hoc eſt, quod publica concurrente utilitate,
optimè valeat Summus Pontifex aliqua face-
re, quæ Immunitati antecedenter receptæ ob-
ſiſtant, nec mirùm, quia Lex humana rectè
54 mutatur, * quotiès per ejus mutationem com-
muni utilitati providetur juxtà auream *Divi
Thomæ* doctrinam *primu ſecundæ quæſt.* 97.
art.2. in Corpore.

Octavum ſupereſt objectum, quòd Immu-
nitas ſcilicèt localis ſit de *Jure Divino*, ſed
hoc objectum quocunque caret robore, & ef-
55 ficacia, * quidquid enim ſit, an juxta *Legem
Moſeaicam* poſſent, aut non poſſent delinquen-
tes evelli ab Altari ad criminis punitionem,
qua in re concors non eſt *Interpretum* ſenten-
tia, hoc unum certum eſt; quod dictum Le-
gis præceptum, quatenùs adfuiſſet, fuiſſet
ex illis quæ per adventum *Chriſti* expirarunt,
Textus in Cap. tranſlato de Conſtit., & latè ad-
notavit *Sanctus Thomas primu ſecunda quæſt.*
100. *art.1.*, & *quæſt.* 104. *art.* 3., in quo re-
rum ſtatu non poteſt dici, quod Immunitas
localis ſit de *Jure Divino*, *Suarez. Tomo primo
de Religion. lib.3. cap.8. n.9. Bordon. reſol. prima
per tot., Lezan. in verbo Immunitas Eccleſiaſtic.
n.1., Covarr. var. reſol. lib.2. cap.20. n.2., Del
Bene de Immunit. Eccleſ. Tomo 2. cap.16. dubita-
tion.2. per tot., & dubitatione 6. paritèr per to-
tam*; & quatenus per impoſſibile Immunitas
localis eſſet de Jure Divino, uti voluerunt
Dec. in Cap. Eccleſia n. 14., *& ſeq. de Conſtitut.
Guttier. practicar. quæſt. lib.1. quæſt.1. num.8.,
Ital. de Immunitat. lib. 1. cap. 2. per tot.*, id ta-
men non tolleret, quin Summus Pontifex de-
clarare poſſet, Immunitatem localem non
habere locum in hac, vel in illa facti ſpecie,
uti colligitur ab exemplis mox relatis, & ab
his, quæ deducta fuerunt in dicta octava op-
poſitione.

Cæterum in eo, quod attinet ad ultimum
punctum, quod hodiè vigent infinitæ prope-
modum controverſiæ inter Sacerdotium, &
Imperium ſuper Immunitate Eccleſiarum,
quaſi quod hinc inferatur, tempus non adeſſe
opportunum, propoſitam edendi declaratio-
nem, dicitur, & tempus, & cauſas urgere
pro edenda propoſita declaratione. Tempus
56 autem urget, * quia ex hac Lege declarato-
ria, Laica Poteſtas dignoſcet omnia fieri,
quæ fieri poſſunt, ſalva Eccleſiarum Immuni-
tate, & quamcunque poſſibilem viam præ-
cludi, nè delicta remaneant impunita. Cau-
ſæ prætereà urgentiſſimæ non deſunt; quæque
potiſſimum deſumuntur ex malis, quæ per
editionem hujuſce declarationis tolluntur;
Et primò quidem tollitur de medio malum
dilationis Juſtitiæ vindicativæ, conſtat enim
experientià, quòd delinquentes ſe dicunt per
dolum extractos, quando nullum doloſæ ex-
tractionis adeſt veſtigium, & quamvis, aut ab
Ordinario, aut à Sacr. Immunitatis Congrega-
tione declaretur non conſtare de doloſa extra-
tractione, id tamen non impedit quin non
57 modicum * tempus elabatur, quo Juſtitia
caret effectu, multoquè magis cum delin-
quentes non unam, aut alteram, ſed qua-
tuor, & quinque aliquando doloſas allegent
extractiones, & ſi id ab ipſis delinquentibus
non fiat, ab Amicis, & à Propinquis adim-
pleatur; Secundò tollitur de medio inevita-
bile malum deferendi teſtimonio viliſſima-
rum Perſonarum, cum in allegatione doloſæ
extractionis hujuſmodi Teſtes Teſtimonium
reddant, & alii ut plurimum reperiri non
poſſint. Tertiò tollitur de medio aliud inevi-
tabile malum, periurii ſcilicèt, aut incurſus
in Cenſuras, allegata quippè extractione do-
loſa, aut de ea conſtat, aut non conſtat; Si
ſecundum, Teſtes, ut plurimum ſunt periu-
ri: Si primum, de incurſu in Cenſuras non
eſt dubitandum. Ultimo de medio tollitur
facilitas delinquendi, cum enim à Baroncel-
lo, aut Birruariis aſſecutati ſæpius non reſti-
tuantur Eccleſiæ, ipſique ad Eccleſiam, à qua
fuerunt extracti, tanquam ad Confugium
non habeant iteratum acceſſum, nova poſt
aſſecurationem committunt Delicta, & licèt
extrà Eccleſiam ſubinde capiantur, doloſum
deducunt præcedentem extractionem, quæ
extracti reſtitutione purgatur, in quibus
omni-

Digitized by Google

omnibus ficuti maxima continentur tum impedimenta Justitiæ Delictorum vindicativæ, tùm alii generis mala, ità non videtur ullo modo esse dubitandum de temperamento in Superioribus insinuato.

Atque hæc dicta sint sub Censura &c. Salvo sempee &c.

DECRETUM

Congregationis Particularis

A SS. D. N. D. CLEMENTE PAPA XI.

Deputatæ

Pro tollendis abusibus per eos invectis, qui ubi in Carceres conjecti fuerint, ad eludendam justitiam, sese à Locis immunibus, ad quæ confugerant, dolosè extractos fuisse, frequenter allegare solent: à Sanctitate Suâ approbatum, ejusque jussu à Sacrâ Congregatione Immunitati Ecclesiasticæ, & Controversiis Jurisdictionalibus præpositâ promulgatum.

CUM ad aures Sanctissimi Domini Nostri *Clementis Papæ XI.* delati fuerint graves abusus in plurimis locis, ac præsertim in Provinciis Italiæ, & Insulis eidem adjacentibus, atque etiam in Regnis Hispaniarum, à plerisque eorum invecti, qui, ubi de mandato Judicum capti fuerint, & carceribus mancipati pro Causis civilibus, vel criminalibus, ad eludendam justitiam, allegare frequentèr solent sese ab Ecclesiis, aliisve Locis immunibus, ad quæ confugerant, blandis verbis, vel aliàs dolosè extractos fuisse, & ad propriam allegationem comprobandam non solùm in suis depositionibus facilè pejerant, sed falsos insuper inducunt testes, adhibitâque Consanguineorum, vel Amicorum suorum operâ, etiam alia non minùs damnabilia patrare non erubescunt; Quinimò aliquandò ipsimet sunt, qui ad effectum liberè vagandi, & forsan etiam impunè delinquendi, pee Baroncellos, & Executores, aliosve similes Justitiæ Ministros, datâ operâ, ab Ecclesiis, Locisve immunibus prædictis sese extrahi curarunt, eâ spe freti, quòd interim Ecclesiasticæ Immunitatis beneficium amittere non deberent. Hinc est, quod Sanctitas Sua ejusmodi malis, quibus Justitiæ cursus inhibetur, animarumque salus magnum in discrimen adducitur, pro eximiâ suâ Pastorali sollicitudine, ac zelo occurrere intendens, exquisivit à Congregatione Particulari nonnullorum Eminentissimorum, & Reverendissimorum S.R.E. Cardinalium, ac Illustrissimorum, & Reverendissimorum Romanæ Curiæ Prælatorum ad hunc effectum deputatâ, quomodò, & qua ratione provideri posset, ut tam graves abusus è medio tollerentur. Habitâ itaquè Congregatione prædictâ sub die 5. Octubris 1716., cui interfuerunt DD. Cardinales Tanarius, Sipnula S.R.E. Camerarius, Vallemanus, Grimaldus, & Origus, ac RR. PP. Prosper Marefuscus Episcopus Cyrenensis ejusdem Sanctitatis Suæ Auditor, Antonius Baucherius Prothonotarius Apostolicus, ac Sac. Consultæ Secretarius, Carolus Cerrus Rotæ Romanæ Auditor, Scipio de Ricciis præfatæ Congregationis Secretarius, Prosper de Lambertinis Consistorialis Aulæ Advocatus, ac Fidei Promotor, & Nicolaus Jacobatius R.C.A. Procurator Fiscalis Generalis, re maturè discussâ eadem Congregatio censuit.

Consulendum Sanctissimo, quod omnibus Ordinariis tam Italiæ, Insularumque illi adjacentium, quàm etiam Hispaniarum, scribantur literæ, per quas illis injungatur, ut publico Edicto notificent, ac moneant omnes, & singulos, qui ad Ecclesias, aliave Loca immunia confugerunt, vel in posterùm confugient, ut, quatenùs gaudere velint beneficio Immunitatis Ecclesiasticæ localis, curent in eisdem Ecclesiis, & Locis immunibus permanere, caveantque, nè ullo prætextu, causâ, vel quæsito colore ad eas, vel ea deferenda sese induci sinant; Nàm si extrà illas, vel illa ab Executoribus Justitiæ capti fuerint, minimè eis proderit allegare, vel etiam probare, quod fallacibus suasionibus, blandis verbis, assecurationibus, dolosisve machinationibus extracti fuerint; Cùm Animarum saluti, Justitiæ administrationi, ac publicæ etiam delictorum vindictæ, ubi de Criminalibus agitur, expediat, ut de cætero illæ dumtaxat extractiones suffragentur, quæ aut violentèr patratæ, aut sub fide Salvi Conductus ab aliquo Judice Ordinario, seù delegato concessi, ac subscripti secutæ fuerint; qui tamen Salvus Conductus suffragari poterit pro tempore tantùm in eo præscripto, intrà quod extracti ad Loca immunia omninò reverti debebunt, si eorum Immunitate iterùm gaudere intendant. Prætereà iidem Ordinarii moneant, atque notificent in hujusmodi Edicto, quòd, si quis verè extractionem dolosè, ut suprà, commissam antè promulgationem Edicti passus fuerit, ac Immunitatis Localis beneficio gaudere velit, Ecclesiasticum Confugium repetere omninò debeat intrà mensem à die promulgationis ejusdem Edicti numerandum, petito etiam, quatenus opus sit, ad hunc effectum Salvo Conductu ab ipsis Ordinariis gratis concedendo; ità tamen, ut eo tempore elapso, si extrà locum immunem deprehensus fuerit, perindè habeatur, ac si voluntariè, sponteque suâ indè recessisset, nec audiri possit super extractione dolosâ, quàm de præterito se passum fuisse allegaret. Factâque eidem Sanctissimo Domino Nostro per me infrascriptum Secretarium de præmissis omnibus relatione, Sanctitas Sua Particularis Congregationis sententiam benignè probavit, ac desuper præsens Decretum edi, illudque à Sacrâ Congregatione Immunitati Ecclesiasticæ, & Controversiis Jurisdictionalibus præpositâ promulgari, & executio-

ni mandari præcepit. Hac die 22. Decembris 1716.

S.A. Card, Tanarius.

Scipio de Ricciis Secretarius.

ILlustris, ac Reverendissime Præsul, uti Frater. Cùm ad aures Sanctissimi Domini Nostri
59 *Clementis Papæ XI.* plurimæ pervenerint querelæ, fide dignorum testimonio comprobatæ, adversùs eos, qui ubi de mandato Judicum, sivè in criminalibus, sivè etiam in civilibus capti fuerint, & in carceres conjecti, ad eludendam justitiam, falsò plerumque affirmare solent sese ab Ecclesiis, aliisque locis immunibus, ad quæ confugerant, blandis verbis, vel aliàs dolosè extractos fuisse: dictumque suum perjurio confirmare audent, ac insuper adhibità consanguineorum, vel amicorum suorum operà, falsos testes inducere, & alia non minùs detestabilia patrare non verentur; Quinimò aliquando ipsimet sunt, qui ad effectum liberè vagandi, & forsan etiam impunè delinquendi, per Barocellos, & Executores, aliosve similes Justitiæ Ministros, datâ operâ, ab Ecclesiis, locisve immunibus prædictis sese extrahi fecerant, eâ spe freti, quod interim Ecclesiasticæ Immunitatis beneficium amittere non deberent. Hinc est, quod Sanctitas Sua graves ejusmodi abusus, quibus justitiæ cursus inhibetur, animarumque salus in discrimen adducitur, pro Pastorali suâ sollicitudine, eximioque zelo, è medio tollere, ac radicitus extirpare cupiens, audito prius nonnullorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, ac Romanæ Curiæ Prælatorum, super hac re specialitèr deputatorum consilio, decrevit per organum hujus Sacræ Congregationis Immunitati Ecclesiasticæ, & Controversiis Jurisdictionalibus præpositæ, injungi Amplitudini Tuæ, quemadmodùm per præsentes injungitur, ut publico speciali Edicto, tenoris in adjuncto folio expressi, moneat, denunciet, atque notificet, quod omnes, & singuli cujuscumque status, gradus, & conditionis fuerint, qui actu confugerunt, vel in posterùm confugient ad Ecclesias, seu loca immunia istius Diœcesis, si illorum Immunitate gaudere velint, curent attentè in eis permanere, nec se ullo prætextu, causâ, vel quæsito colore seduci sinant ad discedendum ab iisdem Ecclesiis, seu locis immunibus; ubi etenim extrà illas, seu illa ipsos deprehendi contingat, minimè eis proderit allegare, & probare, quòd fallacibus suasionibus, blandis verbis, assecurationibus, dolosisve machinationibus extracti, seu abducti indè fuerint; Cùm ad occurrendum fraudibus, & abusibus suprà expositis Sanctitas Sua, de præfatorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, ac Prælatorum consilio congruum, ac opportunum duxerit, firmitèr decernere, & statuere, prout decernit, & statuit, quod deinceps ii tantùm extrà Ecclesias, & loca immunia, ad quæ confugerant, Ecclesiasticæ Immunitatis beneficio gaudere pergant, qui ab Ecclesiis, & locis immunibus hujusmodi violentèr extracti fuerint, vel indè discesserint sub fide Salvi Conductus ab aliquo Judice Ordinario, vel delegato concessi, & subscripti, non tamen, nisi ad tempus in eo præfixum, valituri, Jubet insuper præfatus Sanctissimus Dominus Noster, quod Amplitudo Tua, eodem publico Edicto, moneat, prout similiter annexâ formulâ cavetur, omnes, & singulos, si qui fuerint, in istâ Diœcesi, qui antè publicationem Edicti hujusmodi re verâ blandis verbis, aut aliàs dolose ab Ecclesiis, aliisve locis immunibus extracti fuerint, ut quatenùs gaudere intendant beneficio Immunitatis eisdem Ecclesiis, & locis debitæ, debeant intrà terminum unius mensis, à die publicationis ejusdem Edicti computandum, redire ad Ecclesias, vel loca immunia, undè extracti fuerunt, exposcendo ad hunc effectum, quatenùs opus sit, ab Amplitudine Tuâ Salvum Conductum, pro tuo arbitrio, & prudentiâ limitatum, ac gratis concedendum; Additâ insuper declaratione, quòd si elapso prædicto termino in manus Curiæ inciderint, ità habebuntur, ac si ab iisdem Ecclesiis, & locis immunibus sponte suâ, nullâque prorsus interpositâ fraude, discessissent, nec eis licebit ampliùs dolosam extractionem allegare. Cæterùm cùm hæc Sanctissimi Domini Nostri provisio non in tuâ tantùm, sed & in aliis istius Provinciæ Diœcesibus servari omninò debeat; Sanctitas Sua districtè Tibi præcipit, ut hæc omnia, quæ per præsentes Tibi injunguntur, etiam Episcopis Suffraganeis tuis, aliisque locorum Ordinariis Tibi Metropolitico jure subjectis accuratè significes, & ab eis exactè paritèr, ac diligenter observari cures, & facias. Placeat igitur Amplitudini Tuæ ità exequi; dum ego intereà deprecor eidem veriores fælicitates.

Romæ Januarii 1717.

Amplitudinis Tuæ

Uti Frater Addictissimus

Formula Edicti promulgandi.

CUm ad notitiam Sanctissimi Domini Nostri Domini Clementis Papæ XI. delati fuerint graves abusus, à plerisque eorum invecti, qui ubi de mandato Judicum, sivè in criminalibus, sivè etiàm in civilibus capti fuerint, & in carceres conjecti, ut indè emittantur, allegare frequentèr solent sese ab Ecclesiis, aliisque locis immunibus, ad quæ confugerant, blandis verbis, vel alias dolosè extractos fuisse, & ad propriam allegationem comprobandam non solùm in suis depositionibus facilè peierant, sed falsos insupèr inducunt testes, adhibitaque consanguineorum, vèl amicorum suorum operâ, etiàm alia non minùs damnabilia patrare non erubescunt; Quinimò aliquandò ipsimet sunt, qui ad effe-

ctum

ctum liberè vagandi, & forsàn etiàm impunè delinquendi, per Baroncellos, & Executores, aliosve similes Justitiæ Ministros, datâ operâ, ab Ecclesiis, locisve immunibus prædictis sese extrahi curarunt, eâ spe freti, quod interim Ecclesiasticæ Immunitatis beneficium amittere non deberent. Hinc est, quod Sanctitas Sua ejusdem malis, pro eximia sua sollicitudine, ac zelo, occurrere intendens, speciali commissione, per organum Sacræ Congregationis Immunitatis Ecclesiasticæ; & Controversiis Jurisdictionalibus præpositæ Nobis directa, & inferiùs registrandâ, distinctè Nobis injunxit, ut ad præsentis Edicti promulgationem procederemus.

Apostolicis itaquè Sanctitatis Suæ mandatis, quâ par est, veneratione, & obsequio more gerentes, vigore præsentis publici Edicti, monemus omnes, & singulas personas cujuscumque status, gradus, & conditionis existant, quæ actu confugerunt, vèl in posterum confugient ad Ecclesias, & loca immunia, si beneficio Immunitatis hujusmodi gaudere velint, nè sub quovis prætextu exeant, vèl discedant ab eisdem Ecclesiis, locisve immunibus, imò diligentèr caveant, nè fidem adhibeant ulli assecurationi, quam sibi ad id à *quavis personâ*, etiàmsi fuerit Justitiæ Minister, offerri contigerit, nisi eis simùl exhibeatur Salvus Conductus ab aliquo Judice Ordinario, vèl delegaro concessus, ac subscriptus; quo casu Salvus Conductus hujusmodi, pro eo tamèn dumtaxat limitato tempore, pro quo concessus fuerit, ipsis suffragabitur.

Curent igitur omnes, & singuli confugientes ad Ecclesias, & loca immunia præcisè servare confugium; Quoniàm, si deinceps extrà Ecclesias, & loca immunia hujusmodi capti, ad manus Curiæ devenerint, nequaquàm eis proderit, ad effectum fruendi beneficio Ecclesiasticæ Immunitatis, allegare, vel etiàm concludentèr probare, quòd blandis verbis, vel aliàs dolosè, ab Ecclesiis, vel locis immunibus prædictis extracti, seu abducti fuериnt; Cùm Sanctissimi Domini Nostri mens sit, quòd de cætero eæ tantùm extractiones, seu abductiones extractis, seu abductis ad præfatum effectum suffragentur, quæ, aùt violentèr, aùt sub fide Salvi Conductus, ut suprà concessi, & subscripti, secutæ fuerint.

Cæterùm, ubi contingat in hac nostrâ Diœcesi aliquam reperiri personam, quæ revera blandis verbis, àut aliàs dolosè ab Ecclesiâ, seu loco immuni extracta, vel abducta fuerit, ferìò illam per præsens Edictum admonemus, ut quatenùs frui intendat beneficio Immunitatis Ecclesiasticæ localis, redeat ad confugium intrà terminum unius mensis, à die publicationis præsentis Edicti computandum, petito priùs à Nobis Salvo Conductu, quem gratis concedemus; Quod si elapso prædicto termino, extrà locum immunem deprehensa fuerit, sciat se habendam esse, perindè ac si ab eodem loco immuni sponte suâ discessérit, nec ampliùs audiendam super extractione dolosâ, quam de præterito se passam fuisse allegaret, cum talis itidem sit mens Sanctitatis Suæ.

Volumus autem, hoc nostrum monitoriale Edictum ad valvas Metropolitanæ Ecclesiæ hujus Civitatis affigi, & publicari, ac intupèr in singulis Parochialibus Ecclesiis nostræ Diœcesis, intèr Missarum solemnia, promulgari, sicque affixum, & publicatum, ac respectivè promulgatum, post mensem à die illius affixionis, & publicationis, ac respectivè promulgationis computandum, omnes, & singulos, quos illud concernit, perindè arctare, & afficere, ac si unicuique eorum nominatim, & personalitèr intimatum fuisset. Datum ex Nostro Palatio Archiepiscopali hac die.

Promulgatum etiam fuit Edictum in Urbe de ordine Sanctissimi Domini nostri Clementis XI, ab Eminentissimo Caracciolo Pro-Vicario tenoris sequentis.

E D I T T O

Per togliere gl'Abusi di quelli, che carcerati per Cause Civili, ò Criminali sogliono allegare d'esser stati dolosamente estratti dalle Chiese, e Luoghi Immuni.

Nicolò per la Misericordia Divina Arcivescovo di Capua, del Titolo de' Santi Silvestro, e Martino a i Monti della S. R. C. Prete Cardinal Caracciolo, della Santità di Nostro Signore Pro-Vicario Generale.

ESSENDO stati rappresentati alla Santità di Nostro Signore gli abusi, & inconvenienti gravissimi, che frequentemente succedono in occasione di allegarsi da molti di quelli, che sono carcerati tanto per cause Civili, quanto per Criminali, d'esser stati estratti dolosamente dalle Chiese, & altri Luoghi Immuni, dove si trovavano refugiati; mentre li medesimi per eludere la Giustizia bene spesso asseriscono falsamente di aver'patito una tale dolosa estrazione, e per sostenerla, spergiurano ne' loro Costituti, inducono falsi Testimonii, e commettono altre simili enormità, coll'ajuto ancora de' loro Amici, e Congiunti; anzi talvolta essi stessi sono quelli, che per poter liberamente vagare, e forse anche commetter' delitti, senza perdere il benefizio dell'Immunità, che pretendono di continuare a godere, studiosamente si erano fatti estrarre per mezzo de' Ministri subalterni della Giustizia dalle sudette Chiese, e Luoghi Immuni. Quindi è, che volendo la Santità Sua col suo sommo Zelo Pastorale dare l'opportuno rimedio à tali disordini, dopo aver fatta esaminare maturamente, e diligentemente questa materia in una particolare Congregazione à tal' effetto deputata dalla Santità Sua; in sequela del

del conſeglio datole dall'iſteſſa Congregazione come apparifce dal Decreto fattone ſotto li 22.Decembre 1716. ordina, e commanda, che ſi proceda alla publicazione del preſente Editto.

In eſecutione pertanto del commandamento di Sua Beatitudine notifichiamo, & ammoniamo tutte, e ſingole Perſone di qualſivoglia ſtato, grado, e condizione, che ora ſi trovano confugiate, e che in qualunque tempo avvenire ſaranno per confugiarſi nelle Chieſe, ed altri Luoghi Immuni di queſt'Alma Città, ſe vogliono godere l'Immunità di non laſciarſi perſuadere ſotto qualſiſia preteſto, cauſa, ò colore à partire dalle medeme Chieſe, e Luoghi Immuni, e di non preſtar fede ad alcuna aſſicurazione, che loro foſſe data da chi ſi ſia, ancorche foſſe Miniſtro di giuſtizia quando inſieme non gli venga eſibito il Salvo condotto, conceduto, e ſottoſcritto da Noi, ò da Monſignor noſtro Vicegerente, ò da altro Giudice Ordinario, ò Delegato, quale dovrà loro ſuffragare per quel ſolo tempo limitato, per cui ſarà ſtato conceduto.

Avvertino per tanto tutti quelli, che ſi ricoveranno nelle Chieſe, ed altri luoghi Immuni, di non uſcirne; poiche uſcendone, ſe verranno in potere della giuſtizia, non giovarà loro di allegare, ò pretendere di provare di eſſerne ſtati eſtratti doloſamente, ò con fallaci ſuggeſtioni; eſſendo mente della Santità Sua, che dopò la preſente Notificazione, & ammonizione non poſſino più allegarſi, ne allegandoſi poſſino giovare à chi ſi ſia l'eſtrazzioni doloſe, mà unicamente poſſino allegarſi, e giovare l'eſtrazzioni ſeguite violentemente, ò ſotto la ſicurezza di Salvo Condotto conceduto, e ſottoſcritto come ſopra.

Quando poi in queſt'Alma Città ſi trovaſſe alcuno, che veramente per il paſſato foſſe ſtato eſtratto doloſamente da qualche Chieſa, ò Luogo Immune, l'ammoniamo, che ſe vuol godere del Beneſizio dell'Immunità locale, debba ritornare al Confugio della Chieſa dentro il termine d'un meſe proſſimo da decorrere doppo la publicazione del preſente Editto, con chiedere à Noi per tal'effetto, quando gli occorra, il Salvo Condotto, che gli ſarà conceduto gratis; avvertendolo però, che ſe paſſato il detto termine d'un meſe ſarà catturato fuori del Luogo Immune, dovrà conſiderarſi come ſe volontariamente ne fuſſe partito, nè potrà eſſer'udito ſopra l'eſtrazzione doloſa che pretendeſſe aver patita, eſſendo tale parimente la volontà eſpreſſa di S. B.

Dichiarando, che il preſente noſtro Monitoriale Editto, affiſſo che ſarà nè luoghi ſoliti di queſt'Alma Città, doppo un meſe dall'affiſſione, e publicazione del medeſimo, obblighi, & aſtringa qualſivoglia Perſona, ora, & in qualunque futuro tempo, come ſe à ciaſcheduno foſſe ſtato nominatamente, e perſonalmente intimato. Dato in Roma dalla noſtra ſolita Reſidenza queſto dì 1. Settembre 1717.

N. Card. Caracciolo Pro-Vicario.

N. A. Canonico Cuggiò Segr.

Die, menſe, & anno, quibus ſupra ſupradictum Edictum affixum, & publicatum fuit ad valuas Curiæ Innocentianæ, ac in acie Campi Floræ, & in aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis, per me Franciſcum Rotam Curiæ Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi D. Almæ Urbis Card. Pro-Vicarii Mandatarium.

De cantrico, & foſſato fantino faciendo, & aptando.

RUBRICA XXXI.

ORdinamus, & decernimus, quod homines ſcholarum S. Andreæ, Granorii, S. Lucæ, Caſſanighi, Felixii, & S. Petri in Lacuna, teneantur ubi expedierit, & requiſiti fuerint, vel eis fuerit injunctum per Antianos, ſive Poteſtatem Faventiæ, vel per ejus Officiales facere, & aptare, ac ità factũ, & aptatum tenere cantricum quod eſt incipiendo à Ponte Moranighi, & finiendo uſque ad flumen Senni, & etiam foſſatum ſantinum, quod tendit ad dictum cantricum, debeat per homines dictarum ſcholarum ità fieri, & factum teneri uſquè in finem Comitatus, & Diſtrictus Faventiæ, quod aquæ per dictum cantricum, & foſſatum poſſint liberè fluere, & decurrere, abſque aliquo impedimento damno, & præjudicio agrorum exiſtentium circumcirca cantricum, & foſſatum hujuſmodi. Et hoc pro evidenti utilitate viarum, & poſſeſſionum hominum Civitatis, & Comitatus Faventiæ, & maximè dictarum ſcholarum. Et quod deſuper eligi poſſint per Dominos Antianos protempore dictæ Civitatis Faventiæ duo, ſeù plures homines de dicta Civitate ad hujuſmodi laboteria facienda, ſeù fieri facienda, quotieſcunque dictis Dominis Antianis videbitur expedire, qui ſic eligendi quæcumque ſibi injuncta per dictos Dominos Antianos, aut per dictum Dominum Poteſtatem, ſeù alium Juſdicentem ſuper prædictis, & pro executione prædictorum teneantur exequi cum effectu ſub pœna librarum decem bonon. pro ſingulo, & quolibet eorum contrafaciente, vel non exequente, & pro qualibet vice, qua contrafecerint, vel neglexerint prædicta facere, vel exequi.

SUM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 Cantricum est foveum manufactum recipiens aquam, de qua ibi.
2 Cantricum repletum reperitur multis ab hinc annis, undè sæpè contingunt inundationes.
3 Expurgationi foveorum ab inundatione agros præservantium invigilandum est à Superioribus.
4 Foveorum, seù fossarum constructio, & expurgatio est necessariissima ad evitandas inundationes agrorum.
Fossata sunt receptacula aquarum n.4.
5 Aqua utilis est terræ, illamque reddit fructibus copiosiorem. Lim.n.6.
6 Aqua excessiva abundans valdè præjudicat fructibus.
Corpus humanum vino roboratur num.6.
Vinum immoderatè sumptum vires debilitat, & ad perniciem illas redigit num.6.
7 Concurrere debent ad excavationem, & expurgationem fovei omnes illi, qui sentiunt commodum.
Ee omnes enumerati à Statuto nu.7.
8 Fovei purgatio, & refectio incumbit illi, ad quem spectat ipsum foveum.
9 Aqueductus publicus excavari, & expurgari debet expensis publicis, seù communibus.
10 Nisi adsit consuetudo illum excavandi, seù expurgandi expensis aliquorùm, quæ est attendenda.

OBSERVATIO.

Cantricum est foveum manufactum recipiens aquam descendentem à parte su-
1 periori inter Circlam, & Pontem fluminis Senii versùs Castrum Bononiense, eamque ducit ad flumen Gadi, ut patet ex diligenti descriptione geografica Aquarum fluminum & c. Provinciæ Romandiolæ facta per *Petrum Mariam Cavinum Faventinum*, & Typis impressa de anno 1678.

Verùm multis ab hinc annis adeò est reple-
2 tum, ut sæpè contingant inundationes agrorum non sine gravissimo damno, cui sivè per negligentiam, sivè per impotentiam possidentium terras non paratur remedium mediante expurgatione, prout invigilandum esset à Su-
3 perioribus, & Magistratibus curam aquarum habentibus: Nàm constructio, & expurgatio hujusmodi foveorum est necessariissima,
4 tanquàm receptacula aquarum juxtà *text. in leg.unic.§.Fossa ff.Ut in flumin. publ. navig. lic. Franc.Marc.decis.110.num.17.par.2.* ac emissoria, & scolatica earum *Pecch. de Aqueduct. cap. 10. num.2. tom. 2*, quæ alioquiñ ab agris superioribus descendendo, & ad loca inferiora defluendo omnes agros inferiores inundarent, ut advertit *Bursatt.cons.87. sub.num.18. vol.1.* in evidens damnum agrorum; licèt enim aqua sit valdè utilis terræ, illamque reddat
5 fructibus copiosorem, ut præter quotidianam experientiam tradit *Pecch. de Aqueduct. cap.9. quæst.17.num.8.Rot. coram Seraphin. decis.480.n.5.* Nihilominùs excessiva abundantia illius valde præjudicat, cum reddat terram
6 sterilem eo modo, quo corpus humanum vino roboratur, sed si nimis eo utatur, tantò magis vires debilitantur, & ad perniciem rediguntur, ut notat *Pecch.dicta quæst.17.nu.8. cum tribus seqq.*

Ad ejus autèm excavationem, & expurgationem concurrere debent omnes enumerati
7 à nostro *Statuto*, ut de simili Statuto respondit *Rot.Bononien.penès Barz.dec.57.n.4.cum seq.* & optima quidèm ratione, quia exinde sentiunt commodum juxtà regulam, Quod qui sentit commodum, sentire debet, & incommodum, ut in his terminis respondit *Rimin. sen.consilio 276.n.27.Cyriac. controu.576. n.21. cum seq.* vel etiam quia eorum est, quo casu ad ipsos purgatio, & refectio pertinet, ut cum *Cepoll.de Servit.Rustic.præd.cap.4.tit.de Servit. aqueduct.nu.92. vers. si verò loquimur* firmavit *Rot.Bononien. coram Barzio loc.cit.n.3.vers. & cum eorum sit.*

Verùm si ageretur de aqueductu, seù fovea publica, tunc expensis publicis, seu commu-
9 nibus excavari, seu expurgari debet *Florian. in l.Si fistulas ff. Si servitus.vindic. Cepoll. dicto cap.4.num.90.* ubi etiam subdit, quod si vigeat consuetudo excavandi expensis aliquorum, ea est attendenda, quos sequitur *Cyriac. dicta controv.576.n.25.cum.seqq.* idemque firmat *D. Gobb.in tract. de Aquis quæst.19.nu.14. & 18. cum seqq.*

ADDIT. AD RVBR. XXXI. LIB. V.

SVMMARIVM.

1 Foveus non manufactus decurrens per multas Tenutas reputatur publicus quo ad usum.
Foveus expurgandus est a Vicinis Dominis prædiorum num.1.
2 Etiamsi per universum foveum non Confinent.
Foveus non manufactus decurrens per multas Tenutas tanquam foveus publicus reputatus
1 quo ad usum * expurgandus est prò Rata à vicinis Dominis prædiorum ut respondit *Rot. in Romana expurgationis Fovei 19. Junii 1713. Coram R.P.D.Lancetta §. Secùs, & 18. Martii 1715.Coram eodem, & in eadem super expensis expurgationis 14. Februarii 1716. Coram eodem R.P.D. Lancetta.*

Etiamsi per universam Fovei longitudinem non confinent sivè proximi sivè remoti, * sivè mediati, sivè immediati ad expurgationem proportionalitèr, & pro sua rata contribuere tenentur juxta *tex. in l.si tertius §.Si ex plurium fundo decurrens aqua noceat, vel si plurium fundo noceatur ff.de aqua pluvia arcenda, & Rot.in dicta Romana expurgationis 18. Martii §.Consequens.*

Num.8. Dictum fuie supra *in Addit.ad Observat ad Rubr.x.num.4*

De Foſſatis juxtà vias publicas faciendis, & manutenendis.

RUBRICA XXXII.

ITem ſtatuimus, & firmamus, quod omnes Coloni, etiàm partiarii, bonorum in Diſtrictu, aut Comitatu Faventiæ exiſtentium juxtà, & propè vias publicas, & quæ ſunt infrà tertium lapidem verſus Civitatem facere teneantur Foſſata ampla pedum trium, & profunditatis aliorum duorum pedum, terram omnem ad viam hujuſmodi proiiciendo, & ea ſic tenere, & id Dominus bonorum hujuſmodi obſervare teneatur, quando tali careret Colono, & hæc ſub pœna ſolidorum decem bonenorum pro qualibet vice, qua contrafieri contigerit, & ſemper etiàm ad prædicta omninò facienda compellantur, & nihilominus ſi quis bona hujuſmodi ingreſſus fuerit antequam prædicta fecerit, non poſſit modo aliquo accuſari, nec à quovis Judice condemnari, dummodò in via publica iri non poſſit, & ſic eundo ex induſtria damnum aliquod non intulerit, & idem etiam obſervetur, ut ſcilicèt damnari aliquis non poſſit, ſic aliorum bona ingrediendo, aut in illis, vel per illa eundo, quandò viæ publicæ uſus luto, aut aqua impediretur, ità quod commodè per eas iri non poſſet. Viarum autèm vicinalium Foſſata fieri etiàm debeant cavando ſolùm per unum pedem cum dimidio, & etiàm ad prædicta obſervanda Forenſium Coloni, ſeù ipſimet Forenſes cogi, & compelli poſſint, & valeant.

SUMMARIUM.

1 FOſſata conficiuntur, & expurgantur, ne aquæ in prædiis reſtagnentur, ſed naturalem habeant decurſum.

2 Foſſara viæ publicæ adiacentia ſunt illorum, qui propè ibi poſſident prædia adhærentia, licet uſus ſit publicus.

3 Foſſara tanquàm pars prædii adiacentis comprehenduntur in predii venditione.

5 Domino fundi adiacentis incumbit onus conficiendi, & expurgandi foſſara.

5 Appaltus viarum extrà Urbem intrà ſpatium quadraginta miliariorum ſtipulatus fuit per annos viginti quinque cum magna utilitate publica.

6 Appaltatores viarum extrà Urbem, quæ foſſata expurgare, & expurgata conſervare teneantur.

OBSERVATIO.

COnficiuntur, & expurgantur foſſata, ne aquæ in prædiis reſtagnentur, ſed na-
1 turalem habeant decurſum, ut firmatum fuit ſuprà ad *Rubr.* 18.*n.*6.*hoc eodem libro*. Et cum foſſata viæ publicæ adiacentia ſint illorum,
2 qui prope ibi poſſident prædia adherentia, licèt uſus eorum ſit publicus *Maluaſ. conſ.* 78. *n.*12.*cum ſeq.vol.*1.*Peceb. de Aqueduct.cap.*11. *n.*2.*lib.*2.*D.Gobb. de Aquis quæſt.*30.*nn.*9.*verſ. Proptereàque cum ſeq. Tranchedin. reſalut.* 83. *n.*2., ac tanquàm pars fundi adiacentis comprehendatur in prædii venditione ut proſe-
3 quitur *Tranchedin. ubi ſuprà nn.* 3.*cum ſeq. & Gobb.loc.cit.n.*17.conſequentèr illis etiàm incumbit onus conficiendi, & expurgandi, ut firmatum fuit ſuprà in *Obſer.ad d.Rubr.*18.*n.*7. & de ſimili *Statuto Mediolani* penès *Carpan.ad idem Statutum tom.*2.*cap.*250.

Circà hujuſmodi foſſara in Inſtrumento Appaltus generalis viarum extrà Urbem intrà ſpatium quadraginta milliariorum duraturi
5 per annos viginti quinque ſtipulati die 13. Julii 1680.cum magna utilitate publica, quotiès rigorosè invigiletur pro adimplemento Appaltatorum, *in cap.*5. conventum fuit: *Li ſudetti Appaltatori ſiano tenuti ſolamente a far pulire, ſpurgare, e mantenere netti quelli foſſi, che ſono neceſſarii, e ſervono per ricevere l'aqua*
6 *di dette ſtrade, e per loro mantenimento, ma per quelli foſſi, che ſervono per le Tenute, Caſali, Vigne, e Terreni adiacenti, e che ricevono lo ſcolo dell'aque di dette tenute, ſiano tenuti, & obligati li vicini Padroni, e poſſeſsori d'eſſe tanto à darli eſito nelle loro tenute, e beni, come ancora di rifare, ſpurgare, e pulire come ſopra gli altri foſſi adiacenti, che ricevono l'aeque, e ſcoli delle tenute, e beni ſudetti, e traſcurando di rifarli, ſpurgarli, e pulirli come ſopra doppo intimati, & aſſegnatoli termine congruo ad arbitrio di Monſignor Preſidente, e Signori Maſtri di ſtrade poſſino li detti Apppaltatori rifarli, ſpurgarli, e pulirli a tutte ſpeſe, & intereſſi di detti Padroni, e poſſeſsori, e per le ſpeſe, che haveranno fatte, e doppo taſsate che ſaranno da un Perita da eleggerſi dalli medemi Monſig. Preſidente, e Sig. Maſtri di ſtrade, habbino, e li competa la medema mano Regia, e privilegio, che ſe li concede per le ſtrade, e ponti.*

Digitized by Google

De Pontibus, & Viis fiendis, & manutenendis.

R V B R I C A XXXIII.

CUm expediat Pontes, (A) & Vias (B) publicas manuteneri, & reparari. Propterea Statuimus, ordinamus, & firmamus Scholas Comitatus Faventiæ, & eorum homines teneri facere, & manutenere omnes Pontes exiſtentes in eorum ſcholis, eorum propriis ſumptibus, cura, laboribus, & expenſis, & ſi contigerit Pontem lapideum, aut ligneum in aliqua ſchola de novo fieri, aut etiam reparari, & ob id gravis impenſa requiratur, tunc talis impenſa fiat per eos, per quos faciendam eſſe declarabitur per officium Magnificorum Dominorum Antianorum Civitatis Faventiæ pro tempore præſidentium, & eo modo, & forma per eos declarandis, & tunc gravem impenſam requiri intelligatur quandò, & quotiès per dictos Dominos Antianos declarabitur gravem impenſam fiendam, & adhibendam eſſe, in qua tamen declaratione fienda per dictos Dominos Antianos illud per eos obſervetur, quod homines illius ſcholæ magis in hujuſmodi impenſis graventur, in qua Pons hujuſmodi fieri, vèl refici contingat non obſtante aliquo ſtatuto aliter, vel in contrarium diſponente, & ſimilitèr teneantur ſcholarum Incolæ aptare, & reparare in eorum ſcholis omnes Vias publicas, ità quod earum uſus pateat, & per eas commodè iri poſſit, etiam cum curribus. Et ſi qui Pontes, aut aliqua ſtrata publica indigeant refectione, ſeù reparatione aliqua, aptari, & manuteneri debeant per homines ſcholarum illarum, quæ dictis Pontibus, & Viis magis adherent, & quorum Pontium, & Viarum hujuſmodi uſus magis continuatur. Et ut Viæ commodius manuteneantur ſancimus omnes, & ſingulos habentes in ſcholis bona teneri ipſi, vel eorum Coloni Foſſata opportuna facere juxtà ſtratas, & vias hujuſmodi, ſub pœna librarum decem bon. incurrenda, quandocunque ad mandatum Domini Poteſtatis, aut Officialium damnorum datorum hæc non facerent, & toties committenda, & exigenda quotiès tali mandato non obtemperaverint.

S V M M A R I V M.

1 PОntibus viarum ſemitæ utilitèr prorogantur, dùm tranſitus alioquin redditur impoſſibilis.

2 Pontium conſtructio neceſſaria, & utiliſſima eſt ad publicum, & privatum commercium.
Cauſa conſtuctionis pontium celeritatem deſiderat num. 2.

3 Pontis conſtructio ſupèr viis, & fluminibus publicis fieri non poteſt abſquè licentia Principis, ſeù Magiſtratus.

4 Contribuere tenentur omnes bona poſſidentes per æs, & libram ad conſtructionem, & reparationem pontium, habita debita proportione. Limita num. 7. & 9.
Amplia procedere non obſtante privilegio, & immunitate à publicis oneribus n. 6.
Amplia 2. etiam Clerici, & Ecclſiaſticæ perſonæ num. 8.

5 Vicini contribuere tenentur pro fabrica Pontis, ex quo utilitatem ſentire valent.

9 Limita, quandò prædia adiacentia ſunt inculta, & ſterilia.

10 Viæ aliæ ſunt publicæ, aliæ privatæ, & aliæ vicinales.

11 Viæ publicæ *Baſilicæ* à Grecis appellantur. Viæ publicæ *Pretoriæ*, ſeù *Regiæ*, ſeù *Militares*, ſeù *Conſulares* à Latinis nuncupantur n. 11.

12 Viæ *Pretoriæ*, & *Conſulares*, quare ſic dictæ.

13 Viæ publicæ aliæ ſunt intrà Civitatem, & aliæ extra eam.

14 Via publica dicitur tunc quandò copulativè concurrunt tria, de quibus ibi.

15 Via publica non probatur ex Teſtibus deponentibus, quod publicè per omnes itum fuerit.

16 Via publica non dicitur ex eo, quod publicè talis tenetur, & itum eſt per omnes.

17 Via publica præſumitur, quotiès incipit à publico, & deſinit in publicum, niſi exadverſo probetur facta ex collatione agrorum privatorum.

18 Secùs ſi habeat introitum à prædiis, & agris privatorum, & in illis intermoriatur.
Via privata dicitur quotiès habet introitum à prædiis, & agris privatorum, & in illis intermoritur num. 18.

19 Via publica cenſetur, quandò probatur quod pluriès per eam *Santiſs. Eucharistiæ Sacramentum* ad infirmos pro Viatico, & Cadavera mortuorum ad Eccleſiaſticam Sepulturam delara ſunt.

20 Refectio, reparatio, & reſtauratio viarum extrà Civitatem ad quos ſpectet.

21 Refectio, munitio, & reparatio viarum publicarum extra Civitatem facienda eſt expenſis communibus, imponendo collectam per æs, & libram vel per capita.

22 Publicè expedit, ut viæ reficiantur, muniantur, & purgentur.

23 Forenſes contribuere tenentur ad ſolutionem collectæ impoſitæ pro munitione, & reparatione viarum publicarum.

24 Omnes contribuere tenentur ad munitionem, & reparationem viarum, non obſtante quocumque privilegio, & exemptione

ab

ab oneribus, & num.29. limita numer.25.

25 Immunitas a munitione, & reparatione viarum publicarum concedi potest & valet.

26 Clerici, & Ecclesiastici tenentur contribuere pro refectione, & munitione viarum publicarum, & nu. 29. Decl.nu.27.28. & 41.

29 Clerici Cameræ tenentur contribuere pro refectione, & munitione viarum publicarum. Contrarium 42. & seq. Ampl. nu.44. & 46.

30 Princeps tenetur contribuere pro refectione, & reparatione viarum publicarum.

31 Viæ vicinales, quæ dicantur.

32 Via vicinalis claudi non potest ab uno ex consortibus, ità ut aliis vicinis prohibitus sit transitus.

Viæ vicinales omnibus vicinis patere debent num.32.

33 Viæ vicinales possunt esse publicæ, & privatæ.

Viæ vicinales publicæ censentur quandò memoria hominum non extat ex collatione agrorum privatorum constructas fuisse num.33. Vide ibi.

34 Ponticellus fieri non potest super via vicinali publica ab eo, qui utrinque habet prædia, nec claudi, etiam omnibus vicinis consentientibus.

35 Privatæ viæ vicinales dicuntur, quandò extat memoria, seù constat solum esse alienum, & non publicum.

36 Viæ privatæ duobus modis intelligi possunt. Via quatenus est jus eundi dicitur servitus num.36.

37 Refectio, & munitio viæ incumbit illi, qui habet servitutem viæ, & itineris.

38 Viæ privatæ sunt, quæ in solo alicujus sunt, licet alteri fortè inserviant, & appellantur etiam agrariæ.

39 Viæ privatæ accipiuntur pro factis ex collationibus privatorum, quoties de hoc est memoria.

40 Munitio, & refectio viarum privatarum spectat ad privatos.

41 Dominium viarum privatarum spectat ad privatos.

Viæ privatæ vendi, & claudi possunt à privatis Dominis num.41.

45 Pretium Clericatus Cameræ est scutorum quadraginta duorum millium auri.

47 Negativa probatur ex perquisitione librorum, in quibus fieri debet scriptio.

48 Princeps supremus privilegium immunitatis, per quod portio exempti accrescat, & cedat in damnum, & præjudicium cæterorum Subditorum, an sine causa possit concedere remissivè.

49 Potest ex causa concedere.

50 Princeps supremus exemptionem titulo oneroso concessam revocare non potest. Contrarium concurrente publica utilitate, vel necessitate n.54. Declar.n.55. vide n.56.

51 Princeps contrahens cum subdito submittit se legibus contrahentium, & habetur pro privato.

Deus potestati Principis leges subjecit n.51. limita ut ibi.

Princeps ligatur vinculo rationis naturalis num.51.

52 Princeps lædere jura contractus, ac fidem datam non potest etiam ex causa necessitatis.

Nemo contraheret cum Principe, si non ligaretur sua conventione n.52.

53 Princeps successor servare tenetur contractum factum cum antecessore.

56 Princeps revocans privilegium exemptionis titulo oneroso concessum tenetur ad restitutionem ratæ pretii proportionabilis privilegio, vel ad recompensationem æstimationis, & valoris juris ablati. Ampl.n.57.

58 Quomodò autèm possit taxari prætium restituendum vide ibi.

59 Venalitas Officiorum Causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Auditoris Generalis, nec non ejusdem Cameræ Thesaurarii Generalis, duodecim Clericorum, & Præsidentis suppressa fuit a *Summo Pontifice Innocentio XII.* mediante ejus Bulla, de qua ibi.

OBSERVATIO.

A Pontibus viarum semitæ utilitèr prorogantur, dum alioquin transitus redditur
1 impossibilis *Brugiott. in Epitom. viar. cap. 2. n.255.* & tanquàm opus, ne dum utilissimum, sed necessarium ad publicum, & privatorum
2 commerciũ, ejus causa celeritatem desiderat *l. Omnes C. de Operib.public. Rimin.sen. cons.31. num.8.*

Eorum constructio absque licentia Principis, seù Magistratus deputati fieri non potest super viis, & Fluminibus publicis per
3 *text. in l. 2. §. meritò ff. Ne quid in loco publico Gratian. disceptat.84.nu.24. Brugiott. ubi suprà numer. 270. cum aliis adductis in Observat. ad rubr.14.n.19. & seqq.lib.7.*

Ad constructionem, & reparationem autem pontium pro communi utilitate, & necessitate ædificatorum contribuere tenentur omnes bona possidentes per æs, & libram,
4 habita proportione contiguitatis, ac majoris, vel minoris commoditatis, ita ut oneris incommodum à commodo regulam desumat juxtà dispositionem *tex. in l.Per Bithyniam 2. Cod.de Immunit.nemin. conced. lib.*10. ubi optimè *Bart.n.1. cum seq. Peregr.consil.102.num.7. vol.1. Cobell.ad Bullam Boni Regim.cap.38.n.50. cum seqq. Avendan. de Exequen. mandat. par.2. cap.3.n.8. sequitur D.de Comitibus decis. senens. decis.10.n.5. & seq.tom.1.*

Et quod ad fabricam Pontis à Civitate fa-
5 ctam teneantur contribuere vicini qui ex illo utilitatem sentire valent notat *Alber.in Rubr. ff.de Muner. & honor.n.23. Avendan.ubi supra.*
6 Non obstante privilegio, aut immunitate à publicis muneribus ex *mox allegatis, &* expressè disponitur in Bulla revocatoria exemptionum edi solita per Summos Pontifices, prout

in

in illa *Clementis X.in Bullar.nov.vol.5.in ordine*
l.s 21.ſab. §.1. & aliorum Succeſſorum Ponti-
ficum.

Niſi ſpecialiter conceſſa ſit per Summum
Pontificem immunitas ab hujuſmodi contri-
7 butione, cum tunc nulla intret diſputatio,
nec poteſtatis, nec voluntatis, nec interpre-
tationis, ut diſtinguendo docet *Card. de Luca*
in Supplement.ad Miſcellan.Eccleſiaſt.diſc.48.n.8.

Adeò ut etiàm Clerici, & Eccleſiaſtici te-
neantur, cùm ipſi quoquè exindè utilitatem,
& commodum reportent pro eorùm bonis
8 per *tex. in leg. Ad inſtructionem Cod. de Sacroſ.*
Eccleſ.Luc.de Penn.in l.final.Cod. de Exactor.tri-
but.public.lib.10.Bald.conſ.312.nu.2. in fine cum
ſeq.vol.3. Roland.conſ.2.num.1. cum tribus ſeqq.
vol.4. Peregrin.dicto conſil. 10.ſub.n.7.

Et niſi prædia adiacentia inculta, & ſteri-
lia ſint, qua ratione ex ponte nullum commo-
9 dum reportetur à Domino hujuſmodi terra-
rum, ut advertit *Card. de Luca de Regalib. di-*
ſcurſ.141.ſub.n.12.ſequitur D. de Comitibus dec.
ſenenſ.10. n.5.& ſeq.

Viæ aliæ ſunt publicæ, aliæ privatæ & aliæ
10 vicinales, ut in *l.Prætor. ait.2. §.Viæ autem ff.*
B *Ne quid in loco public.*& docent *Bart.in leg.Per*
Bithyniam n.3.ff.de Immunitat.nemin.conced.Ro-
ſental.de Feud.cap.5.concluſ.20.nu.1. cum ſeq.Ri-
pol.de Regal-cap.40.Antunez.Portugal.de Donat.
Reg.tom.2.par.3.cap.3.nu.3.Antonell. de Loc.le-
gal.lib.2.quæſt.1.n.6.Viu. deciſ.588.num.1.lib.3.
Surd.dec.42.nu.1. Alia de hac materia latè, &
doctè tractat.D. de Comitibus deciſ. ſenenſ. lib.1.
deciſ.9.& ſeqq.tom.1.

Viæ autèm publicæ, quæ à Græcis *Baſilicæ*
à latinis verò *Prætoriæ*, ſeù *Regiæ*, ſeù *Milita-*
11 *res*, ſeù *Conſulares* nuncupantur, ut docet *gloſſ.*
in dicta leg.Prætor ait §.Viæ autem in verbo quas
Græci,Roſental.loc.cit.Scipio Theodor.allegat.82.
ſub n.1.Kochen.de Jure viciniæ par.2.cap.1.n.1.
cum ſeq.Card.de Luca in relat.Roman.Cur.diſc.38.
ſub.num.1.

Deſumendo talem denominationem à Con-
ſulibus, ſeù Prætoribus, quorum auctoritate
12 conſtitutæ fuerunt, ut de Flaminia, Caſſia,
Clodia, Annia, Auguſta, Albana, Latina,
Aurelia, Pompeja, Domitia, Cornelia, &
aliis tradit *Camill. Borell. de Præſt. Reg.cathol.*
*cap.7.n.8.*quem ſequitur *Antunez ubi ſupra ſub*
n.6.D.Pacichel.de Diſtant.ca.6.memb.10.ſub n.1.

Aliæ ſunt infrà Civitatem, & aliæ extrà
13 eam, ut tradit *Bart.loc.cit.*

Ad hoc ut via dicatur publica; tria copu-
lativè concurrere debent, nempè primò, quod
14 ſolum ſit publicum, ſecundò quod per eam
publicè eatur, & tertio deniquè, quod ducat,
vel ad Civitatem, vel ad flumen, vel ad Mare,
vel ad aliam viam publicam, ut per *Text. in*
dicta l.Prætor ait §.Viæ autem publicæ ff.Nequid
*in loc.public.*originaliter docet *Rip.in l.Quomi-*
nus publico n.92.ff.de Flumin.Menoch. conſ.448.
n.9.Rimin.jun.conſ.382.num.52. cum ſeqq.uſque
ad 61.Catan.conſ.42.nu.14.Scipio Theodor. alle-
gat.82.num.3.cum ſeqq.Sixtin. de Regalib.lib.2.

num.18.cum quatuor ſeqq. Antunez Portugal.de
Donat.Reg.tom.2.par.3.cap.3.n.2.& 4.Ramirez.
de Leg.Reg.§.26.n.31.D.Pacichell.loc.cit.n.2. in
fine Andreas Knichen. de Saxon. non provocan.
Jur.cap.5.nu.180. cum ſeqq.Novar.de Gravam.
Vaſſall.par.2.gravam.66.num.9. & 10.Surd.de-
ciſ.42.n.3.cum.ſeq.Roccha diſputat.Juris Select.
cap.162.n.22.vol.2.Cenſal.deciſ.Lucenſ.69.n.90.

Itaut non ſufficiat probari per Teſtes, quod
publicè per omnes itum fuerit per eam, ut
15 notat *Matheſilan.ſingular.92.*quem ſequuntur
Menoc.loc.cit.eodem n.9.D.Pacichell.de Diſtant.
cap.6.memb.10.ſub n.2.Surd.deciſ.42. nu.3. cum
aliis adductis per Cenſal. dec.Lucenſ.69.num.17.
cum ſeq.

Minuſquè probare, quod via ſit publica, quia
16 publicè tenetur, & itum eſt per omnes, cum
etiàm per vias privatas publicè eatur, ut fir-
mat *Cepol.de Servitut.ruſtic.præd.cap.3. nu.17.*
Tondut.QQ. & Reſol.Civil.par.2.cap.133. nu.1.
Franc.Marc.dec.594.n.3.par.1.Antunez. loc.cit.
num.2.cum ſeq.

Quotiès tamèn via incipit à publico, &
17 deſinit in publicum præſumitur publica, niſi
exadverſo probetur tacta ex collatione agro-
rum privatorum per *tex. in dicta leg. Prætor*
ait 2. §. viæ autem, verſic.has ergo ibi: *Has ergo*
quas poſt Conſularem excipiunt in Villas, vel in
aliàs Colonicas ducentes putem, & ipſas publi-
*cas eſſe, ff. Ne quid in loc.public.*firmant *Rimin.*
ſen. conſ.431. nu.20. & 22. Antunez ubi ſuprà
n.5.Tondut-loc.cit.n.10. Antonell.loc. cit.Ciriac.
controv.667. n.28. vol.4. Pacichell.loc.cit. n.3.
Jo. à Sande Deciſ.Friſ. lib.5. tit.5. deffinit.1. ſub
n.1.Cortiada deciſ.107.n.28. Surd.deciſ.42. n.3.
Rot. coram Cavaler.deciſ.631.n.5. & in recent.
deciſ.287. n.6.par.9.; ſecùs ſi habeat introitum
18 à prædiis & agris privatorum, & in illis
intermoriatur, nàm illo caſu præſumitur pri-
vata & dicens contrarium tenetur probare,
ut aliis relatis declarando firmat *Pacichell.*
loc.cit.n.3. verſ. aut via introitum.

Prout etiàm quandò probatur quod plu-
riès per eam *Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacra-*
19 *mentum* ad Infirmos pro viatico, & cadave-
ra mortuorum ad Eccleſiaſticam ſepulturam
delata ſunt, tunc enim naturam viæ publicæ
acquirit, etiamſi à ſui initio privata via ve-
rè fuiſſet, ut per *text. in l. 1. in princip. ibiq;*
gloſſ. & §. qui inferendi cum §. ſeq. verſ. item ſi
mihi in fundum ff. de Mort. infer. & ſepulchr.
ædifican. ibique Scribentes reſpondit *Catan.*
conſ.42.n.10.

Ad quos autem ſpectet reparatio, reſtau-
ratio, & refectio viarum procedendum eſt
20 cum diſtinctione inter vias Urbicas, & intrà
Civitatem, de quibus infrà *Obſerv. ad Rub.14.*
libr. 7. & eas, quæ ſunt extrà Civita-
tem. Quo enim ad iſtas munitio, & refectio
21 facienda eſt expenſis communibus imponen-
do collectam per æs, & libram pro quantita-
te patrimonii, vel per capita juxtà *tex. in*
dicta leg.Per Bithyniam 2. ibique gloſſ. in verbo
hujuſmodi muneribus. Cod. de Immunit. nemin.

conced. lib. 10. ubi etiam Bart. n.3. & Amaya
nu.4. & 5. Salyc. in l. Neminem. Cod. de Sacros.
Ecclesiis, Gryphiaudr. Œconom. legal. lib. 2.
cap.26.n.43.

Quòd innovatum etiam fuit per Theodosium
in l. Antiquatis 5. de Itiner. munien. in Cod. Theo-
dosian. ibi: Antiquatis omnibus; vel personali-
bus rescriptis, vel per adnotationes elicitis per
Bithyniam, cæterasque Provincias possessores,
& reparationi publici aggeris, & cæteris ejus-
modi muneribus pro jugorum numero, vel capi-
tum, quæ possidere noscuntur adstringi cogantur.

Ea ratione quià convenit publicæ utilitati,
22 ut viæ reficiantur, muniantur, purgentur,
& curentur, ut notat Amaya in l. Per Bithy-
niam n.6.

Ad quam contribuere tenentur etiam Fo-
renses bona ibi possidentes, ut consuluit Ri-
min. jun. cons. 10. Peregr. dicto consil. 102. sub
n.7.vol.1. Kloch de Contribut. cap.9. n.71.

Ac omnes alii, non obstante quocunque
privilegio, & exemptione ab oneribus, &
contributionibus, ut sancitum fuit per Valen-
tinianum in leg. Viarum 3. ibi: Viarum muni-
tione nullus habeatur immunis, & eorum predio-
rum Actores, qui fortè injuncto onere privile-
giorum contemplatione parere minimè voluerint
nostræ Domui vindicentur. de Itiner. munien. in
24 Cod. Theodosian. ibique Gothofred. firmant
Amaya in dicta leg. Per Bithyniam num.1. cum
seqq. Kloch. de Contribut. cap.9. nu.62. cum seq.
Dummodò expressè concessa non sit immuni-
tas a munitione viarum, quæ utiquè concedi
25 potest, ut respondit Roland. à Valle cons. 2.
num.7.vol.4.

Nec non tenentur Clerici, & Ecclesiasticæ
personæ de ordine tamèn, & mandato Judi-
26 cis Ecclesiastici, quandò agitur de expensis
in refectione, & munitione viarum publica-
rum, ut tenent Barbos. in leg. Ad instructionem
n.1. Cod. de Sacrosanct. Eccles. & de Jure Eccles.
univ. lib.1.cap.39.n.43. plenè Tomat. de Collect.
§. Non obstat. 3. n.24. cum seqq. Gutierez alle-
gat.10.n.2. cum aliis, quos refert, & sequitur
Antunez Portugal. de Donat. Reg. vol.2. par.3.
cap.3.n.55.vers. & sic etiam Clerici.

Quod intellige procedere in viis, pontibus,
& similibus, & munitis primario, & princi-
27 palitèr pro utilitate, & necessitate privata
etiam bonorum Ecclesiasticorum, etiamsi se-
cundario redundet in beneficium publicum,
cum ipsi non debeant locupletari cum aliena
jactura Fagnan. in cap. non minùs n. 12. & 13.
de Immunit. Eccles. distinguendo respondit
Cardin. de Luca de Regal. discurs.59. n. 5. & re-
petit in supplement. ad Miscellan. Ecclesiastic.
discurs.48.n.10. cum seq.

Secùs si ageretur de refectione, & munitio-
ne viarum, & pontium primario, & princi-
28 palitèr respiciente utilitatem, & necessita-
tem publicam in universum pro majori faci-
litate, & commoditate commercii, omnium-
que itinerantium, sivè habeant agros, & ca-
salia, sive non habeant, nàm cum isto casu
consideretur tanquàm species gabellæ, & ve-
ctigalis, sunt exempti, Clerici, & Ecclesia-
sticæ personæ, nisi concurrant sex desumpta
ex Abb. cons.3. par.1. nempè primum assensus
Pontificius; secundum consensus simultaneus
Episcopi, & Cleri, tertium justa causa pu-
blicæ necessitatis, vel utilitatis, quartum
quod illa promiscuè respiciat, tàm Ecclesia-
sticos, quàm Laicos; quintum ut subsidii ra-
tio ità exigat, ex quo Laicorum vires non
suppetant, & sextum quod hujusmodi exa-
ctio fiat cum auctoritate Judicis Ecclesiastici,
ut concordantibus relatis firmat Fagnan. loc.
cit. n. 23. cum seqq. & distinguendo plenè re-
spondit Card. de Luca d. discurs. 59. n.12. vers.
Quo verò cum seqq. ubi advertit, quod defi-
cientibus prædictis requisitis, cum Ecclesia-
stici supportent onera spiritualia, nempè vi-
giliarum, orationum, jejuniorum, aliorum-
que spiritualium exercitiorum tam circa pre-
ces Deo fundendas pro obtinenda divina pro-
tectione, & custodia, quam circa admini-
strationem Sacramentorum, & curam Ani-
marum, quibus non subjacent laici, & sic
cum laici laicalibus oneribus, & Ecclesiastici
spiritualibus subjaceant, intrat reciproca
compensatio ita ut Ecclesiastici non sint ulte-
rius gravandi, & repetit in supplement. ad
Miscellan. Ecclesiastic. loc.cit. & tenent Mart. de
Jurisdict. par.4. centur.1. cas.1. n.47. vers. Ego
autem cum seqq. juncto cas.9. n.13. cum seqq. &
Del Bene de Immunit. Eccles. cap.8. dub.11. sect.9.
num.4.

Juxtà prædictam distictionem prævia di-
scussione articuli in Congregatione particulari
deputata a Sanctæ Memoriæ Innocentio XI. ema-
navit sub die 13. Decembris 1677. sequens re-
29 solutio, quæ etiam ab eo approbata fuit,
non obstantibus deductis in responso in fine
hujus Observationis impresso. Omnes, &
quoscunque quantumvis exemptos, & privile-
giatos tam ex privilegiis clausis in Corpore Ju-
ris, quàm ex particularibus, etiàm DD. Cleri-
cos, & Officiales Cameræ teneri, & obligatos
esse ad taxas, & contributiones, quæ pro refe-
ctionibus, vel novis constructionibus pontium,
& viarum, aliisque similibus expensis tam intrà,
quàm extrà Urbem fiant ad ratam, & propor-
tionem domorum, & Casalium, ac Tenutarum,
& Vinearum, aliorumque prædiorum tàm Ur-
banorum, quàm Rusticorum adjacentium, vel
quæ alias ex dicta refectione, vel constructione
privatam reportent utilitatem, vel commodita-
tem ad rationem certæ summæ pro quolibet juge-
re, vel petia, seù domo, aliovè prædio tàm Ur-
bano, quàm Rustico, & eo modo, quo tenentur
omnes alii possessores Casalium, & Vinearum,
aliorumque prædiorum Urbanorum, & Rustico-
rum in eadem taxa, vel contributione descripto-
rum, perindè ac si nulla adessent privilegia, quæ
declaratum est non suffragari pro taxis, & con-
tributionibus factis à die assumptionis Sanctissi-
mi D.N., & pro aliis modo quo suprà inposterum
faciendis, & ità servatum fuit, & servatur.

Imò

Digitized by Google

Imò ipsemet Princeps ad reparationem
Viarum contribuere tenetur juxtà rescri-
30 ptum *Honorii in l. Dudum 4. de Itiner. munien. in Cod. Theodosian. vol. 5.* ibi : *Dudum quidèm fuerat constitutum, ut Illustrium patrimonia dignitatum ab instauratione itinerum haberentur excepta ; Verùm propter immensas vastitates viarum certatìm studia cunctorum ad reparationem publici aggeris conducibili devotione volumus festinare, nulla ad instructum munitionis hujusce dignitate, aut privatorum privilegiorum in qualibet studiosiùs adpetita : Etiam istud adjungimus, ut domos etiam Clementiæ nostræ, quas vetusta, & innumera ab hujus oneris curatione privilegia vindicabant par conditio, & solicitudo constringat.*

Viæ vicinales dicuntur, quæ ad vicos du-
cunt, vel sunt in vicis constructæ ex collatio-
31 ne agrorum duorum, vel plurium, aut ex-
pensis communibus pro eorum servitio juxtà
tex. in l. Prætor ait 2. §. Viæ autem vers. vicinales ff. Ne quid in loc. public. & tradunt *Scipio Theodor. allegat. 82. sub n. 1. cum seq. Antonell. de loco legal. lib. 2. quæst. 1. nu. 9. Capyc. latr. consultat. 64. nu. 18. Antunez. Portugal. loc. cit. nu. 10. Surd. decis. 42. num. 14. vers. via autem vicinalis cum seq. Roccha Disput. Juris select. vol. 2. cap. 171. n. 1. cum seq. & cap. 177. n. 5. Rota in Rec. decis. 61. num. 5. cum seq. par. 17.* & proindè
via vicinalis non potest ab uno ex consorti-
32 bus claudi, itaut aliis vicinis prohibitus sit
transitus, cum viæ vicinales omnibus vici-
nis patere debeant *Menoch. consil. 449. nu. 15. Paitel. expedit. 68. num. 33. cum seq. Ciarlin. controv. 90. n. 13. cum seqq.* & prosequitur *Rocch. loc. cit. sub n. 5. & 6.*

Hujusmodi verò viæ vicinales possunt esse
publicæ, & privatæ: Publicæ quando memo-
33 ria hominum non extat ex collatione agro-
rum privatorum constructas fuisse juxtà di-
spositionem *Text. in l. Viæ vicinales ff. de Loco, & itiner. public. Antunez. Portugal. ubi supra sub eodem n. 10. Capyc. latr. d. consultat. 64. n. 19. Franciscus Palma consultat. 53. n. 15. vers. et licet* ubi *num. seq.* firmat, memoriam non exta-
re esse probandum ab eo, qui in ea se fundat
Catan. cons. 42. n. 14. vers. aut est cum seq. Kochen. loc. cit. Surd. cit. dec. 42. n. 15. ubi advertit præ-
dictum *Text.* loqui etiam quando via absque
ullo exitu intermoritur, distinguendo respon-
dit *Roccha Disput. Juris select. vol. 2. cap. 162. n. 23. cum seq.*

Et isto casu cum sint juris publici non po-
test super illis fieri ponticellus ab eo, qui
34 utrinque habet prædia, nec claudi, etiam
omnibus vicinis consentientibus, ut tenet
Surd. cit. dec. 42. sub n. 15. sequitur *de Comitibus decis. Senens. 10. n. 11.*

Privatæ verò viæ vicinales dicuntur, quan-
do extat memoria, seù constat solum esse alie-
num, & non publicum, ut puta factæ ab uno,
vel pluribus collatis fundis, ut distinguendò
docet *Surd. cit. dec. 42. n. 16.*

Privatæ verò viæ duobus modis intelligi
36 possunt, nempè primò quatenùs est jus eun-
di, & dicitur servitus juxtà *Text. in l. Prætor ait 2. §. Via privatæ*, ibi : *Viæ privatæ solum alienum est, jus tamen eundi, & agendi nobis competit*, ubi *gloss. in verbo Competit, ff. Ne quid in loco public.*

Et eo casu refectio, & munitio incumbit
37 illi, qui habet servitutem, nàm qui dat viam,
solummodò pati debet, ut in *Leg. Refectionis ff. Commun. præd. Bart. in l. Per Bithyniam sub n. 3. ff. de Immunit. nem. conced.*

Secundo verò modo accipiuntur pro iis,
quæ in solo alicujus sunt, licèt alteri fortè
38 inserviant, & appellari etiam agrarias, quia
ideò ab initio constitutæ sunt, ut in pro-
prium agrum ducant; vèl etiàm accipiuntur
39 pro factis ex collationibus privatorum quo-
tiès tamèn de hoc extet memoria *d. l. Prætor ait §. Viarum ff. Ne quid in loco public. Capyc. latr. d. consult. 64. n. 18.* ubi *num. 17.* advertit,
tales etiam dici, quandò una ejus pars in viam
publicam exitum habet, alia verò pars absque
ullo exitu intermoritur *Koben. de Jure viciniæ par. 2. cap. 1. n. 1. cum seq. Scipio Theodor. allegat. 82. sub n. 1. Antonell. de Loc. Legal. lib. 2. quæst. 1. n. 10. Surd. decis. 42. n. 16.* ubi eas vocat
privatas vicinales; Et hujus ad eosdem priva-
tos, & particulares spectat munitio, ut in
d. §. Viarum, & declarando tenet *Bart. in cit. l. Per Bithyniam sub num. 3.* sicut ad ipsos spe-
41 ctat dominium, ità ut possint vendi, & clau-
di, ut tenet *Surd. d. dec. 42. sub n. 16. Rota in Recent. dec. 61. n. 5. par. 17.* sequitur *de Comitibus decis. Senens. 10. n. 11.* ubi alia de Via
notatu digna.

ROMANA EXEMPTIONIS.

Immunitas, seù exemptio à Taxis impo-
nendis pro instructione, & reparatione
Viarum non est, neque insolita, nequè nova,
hanc enim ex dispositione *Juris Civilis* com-
42 petere Clericis, & Ecclesiasticis personis,
quandò impensa facta pro simili instructione,
seù reparatione solvi debet per Taxam impo-
sitam personis pro rebus, quidquid sit, quan-
dò onus est reale tantùm distinguendo tradit
Bartol. in l. Ad instructiones C. de Sacrosan. Eccles. & clarus est *Text. in Auth. Item nulla Communitas C. de Episcop., & Cleric.* per quem fuis-
se correctam *dictam legem Ad instructiones* firmat *Marchin. de Bell. Divin. cap. 4. tit., An Ecclesiast. poss. collect. pro expens. post. n. 3.*

Quàm exemptionem licèt practicatam non
videamus in Urbe vigore particularium, &
localium Constitutionum, ea tamèn inviola-
bilitèr observatur in Taxis impositis Com-
munitatibus, tam intrà, quàm extrà distri-
ctum existentibus, à quibus Clerici, & Eccle-
siasticæ personæ sunt prorsùs immunes, ità
ut occasione Anni Sancti, in quo solent refici
omnes Viæ Status Ecclesiastici cum gravissi-
ma impensa, ut facilior Populo ex externis
Regionibus ad Urbem confluenti pateat ac-

Digitized by Google

cessus, opus fuerit suppliecem libellum por-
eigere *san: mem: Clementis X.*, ut ad Taxas
prædictaa, etiam Ecclesiasticos ;contribuere
mandaret, & stante speciali rescripto Sancti-
eatis Suæ inrer illus repareitæ fuerune, idem-
que fuit etiàm practicatum in cæteris antea-
ctis annis Sanctissimi Jubilæi, ut est noto-
rium.

Hanc autèm immunitatem à Taxis Via-
tum, ut supra, tàm de Jure, quàm vigore
consuetudinis, & observantiæ Clericis com-
petentem Summi Pontifices illibatam, & in-
43 tactam semper inviolabilitèr præservarunt
Clericis R.C.A. vigore specialis privilegii per
Eminentissimum Camerarium vivæ vocis
oraculo a Sanctissimo ipsi desupèr facto, & ex
decreto in plena Camera matura deliberatio-
ne præhabita edito, necnon etiàm vigore spe-
cialium literarum Apostolicarum eidem Ca-
merario directarum occasione collationis
Clericatuum per viam contractus onerosi,
& irrevocabilis, ac propter merita, & con-
tinuos labures, quos subeunt in obeundis
muneribus ipsis injunctis concessi, in quo
inter cæteras exemptiones exprimitur ista de
qua agitur, ibi: *Nec non &c. Viarum, & Pon-
tium pro illorum reparatione, sive nova constru-
ctione Taxarum, & Collectarum, etiam in Urbe,
& ejus Districtu existentium*, & ibi: *Item Ro-
manæ Curiæ Officialibus, nec non etiam Tyberis,
& aliorum quorumcunque fluminum, & quo-
rumvis passuum, Pontium, Viarum, Portarum,
Turrionum, & aliorum locorum Custodibus, &
Officialibus Substitutis, Agentibus, & Mini-
stris, Baroncellis quoque executoribus, Subexe-
quutoribus quibuscumque, ac pro tempore exi-
stentibus, nec non quarumcumque Civitatum
Ordinariis, Vicariis, Officialibus, Rectoribus,
Exactoribus, & aliis omnibus, & singulis ad
quos spectat, & in futurum spectabit, quibusvè
præsentes nostræ literæ exhibitæ fuerint inhibe-
mus, & in virtute sanctæ Obedientiæ, ac sub
mille Ducatorum auri Cameræ Apostolicæ appli-
can., mandati executivi, & in subsidium excom-
municationis, suspensionis, & interdicti, aliis-
que Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & pœnis
strictè præcipiendo mandamus ne te, tuosque
Agentes, Ministros, Famulos, & Colonos, Par-
tiarios, Affictuarios, Laboratores, Agricolas,
tuaque bona prædicta quæcumque contra prædi-
ctarum nostrarum literarum formam, & teno-
rem causa, & occasione supradictorum onerum,
Gabellarum Collectarum, subsidiorum, & alio-
rum quorumcunque onerum quomodolibet nun-
cupatorum, ut præfertur tàm per Communitates,
Universitates, Respublicas, Ordinarios, & Do-
minos Temporales antedictos, quam ipsam Se-
dem, & Cameram Apostolicam quomodolibet ha-
ctenus, & in posterum, & in futurum imponen-
dorum impediant, vel perturbent; quinimo &c.*

Dictamque Immunitatem, & exemptio-
nem ut supra concessam Summi Pontifices
voluerunt competere Reverendæ Cameræ
Apostolicæ Clericis, non solum durante Cle-
ricatus officio, verùm etiàm post illius dimis-
44 sionem, & quousquè ipsi vixerint, ibi: *Te
pari modo, & absque alia difficultate, distin-
ctione, & differentia, ac omni, & quocumque
impedimento, & contradictione cessante etiàm
à die admissionis prædictæ, etiamsi quandocunque
præfatum Clericatus Officium dimiseris, & in
futurum quòad vixeris uti, frui, potiri, & gau-
dere omninò posse, & debere paritèr concedimus,
& indulgemus.*

Et sine difficultate respectu illorum, qui
Clericatum Cameræ emerunt in Pontificatu
san: mem: Clementis Decimi, in cujus initio præ-
vio diligenti examine commisso *Eminentissimo
Cardinali Gasparo de Carpinea* tùnc Prodatario,
aliisque Officialibus Sanctitatis Suæ super in-
troitibus Clericatus inter quos connumerata
fuit exemptio à Taxis Viarum, ut testatus est
idem *Eminentissimus Carpineus*, firmatum fuit
45 pretium in scutis 43000. auri, unde benefi-
cio Principis juvari debent, non autem mo-
lestiam, aut vexationem subire, ut bene pro-
bat *Solorzan. de Jure Indiar. tom. 1. lib. 2. cap. 24.
num. 47. cum seqq.*

Comprobavit etiàm. observantia optima
Privilegiorum, & Constitutionum interpres;
nullo enim tempore in Taxis pro instructio-
46 ne, seù refectione Viarum indictis fuerunt
adscripti Clerici Reverendæ Cameræ Aposto-
licæ, etiàmsi illos, vel ex causa venditionis,
vel promotionis prædictum Clericatus Offi-
cium dimisisse contigerit, & si ex incuria, &
errore Officialium Magistratus aliquandò
fuerunt in illis descripti, illicò etiàm fuerunt
deleti, nec prò eis ullo unquàm tempore quid-
quam solverunt, ut paruit ex diligenti per-
quisitione librorum magistratus, qui est ve-
47 rus modus probandi negativam, *Mandell.
cons. 789. n. 2. Cyriac. contr. 512. n. 1. Capyc. latr.
consult. 68. n. 8. & 10. cum seqq.*

Cum igitur hodie in dubium revocari con-
tingat, an Clerici Reverendæ Cameræ Apo-
stolicæ sint manutenendi, & conservandi in
eorum antiquissima, & immemorabili quasi
possessione immunitatis, ut suprà illis com-
petentis à Taxis prædictis, vel potiùs possit,
aùt debeat SS. D. N. illam revocare, crede-
rem de Jure respondendum manutenendos es-
se in quasi possessione non solvendi Taxas Via-
rum, & Cameram Apostolicam (quatenùs ei-
dem Sanctissimo placeat antedicta privilegia
revocare) teneri solvere ratam, seù ratas, in
quibus Clerici prædicti pro eorum bonis in
futurum taxari contigerit. Quia quamvis
de Jure disputent *DD.* an supremus Princeps
49 possit etiàm sine causa privilegium Immuni-
tatis concedere per quod portio exempti ac-
crescat, & cedat in damnum, & præjudicium
cæterorum subditorum, vt videre est ex re-
latis per *Kloc. de contrib. cap. 16. sect. 1. ex n. 21.
& seqq.* certum tamèn est id Supremo Princi-
pi licere legitima causa subeunte, quam
exemplificant esse causam meritorum, hoc
enim casu cæteros subditos privilegii onus in
se su-

Digitized by Google

se suscipere teneri firmat aliis relatis, idem *Kloc. loco supracitato num.37. Fajard. alleg. Fiscal.49. nu.148. & seqq.* Ergò multò fortiùs, & absque ullo difficultatis principio id est affirmandum, quandò Princeps prædictam immunitatem concessit non solùm ex causa meritorum, sed etiàm in vim contractus onerosi; causa enim receptionis pretii, quod in Cameræ beneficium versum præsumitur, utique prævalere debet causæ meritorum.

Potuit ergò Princeps hujusmodi exemptionem concedere, àn autèm possit, & debeat illam revocare, acrior est quæstio, in qua quamvis non desint *Doctores*, & quidèm numero, & auctoritate non leves firmantes,
50 Supremum Principem non posse Jus ex contractu, & titulo oneroso quæsitum auferre, ea ratione, quia Princeps contrahens cum subdito submittit se legibus contrahentium, & habetur pro privato, juxtà *Glossam* communiter approbatam in *Clemen. prima in fine de Caus. poss. & propriet.* Nàm licèt *Deus* potestati Principis Leges subjecerit, illis tamèn
51 contractuum vincula, quæ sunt Juris gentium, & consistunt in naturali ratione quæ suadet promissa servari debere, non submisit, sed Princeps quoque ligatur vinculo rationis naturalis, ut benè *Zas. cons.10. num. 27. vol.2. & cons.15. n.159., & seqq. vol.1. & in Schol. l.2. §. Novissimè in ver. ratum coll.3. ff. de Origin. Jur. Brun. cons.117. n. 145.* qui ait, quod etiàm ex causa necessitatis publicæ supervenientis post contractum non potest Princeps Jura contractus lædere, ac fidem datam vio-
52 lare *Bald. in l. Princeps in prima lect. ff. de Legib.*, ubi quod si Princeps non ligaretur sua conventione, nemo secùm contraheret, & *in cons. 327. n.2.vol.1.* ubi addit, quod jàm nullus esset contractus cum Principe, si revocario ab illus voluntate penderet, *Decian. consil.288.n.7. & per tot.* & esse communem opinionem testatur *Paris. cons.72. n. 48. cum seq. vol.1. Cephal.cons.549. n.45. & 59. vol. 4.* ubi hoc ampliat etiàm de plenitudine potestatis, & ex justa causa, & probat *Decian. consil.600. Jas. cons.10. n.1. cum seqq. vol. 3.* qui pariter ampliat, nedùm in ipso Principe, sed etiàm
53 in successore, ad *Text. in cap. 1. in verbo Prædecessores tuos. de Probat.* ubi omnes *DD.* notant, quod successor teneatur servare contractum licitum factum per prædecessorem cum aliis plena manu congestis per *Mastrill. de Magistrat. lib.3. cap. 4. à n. 331. usque ad 345.* plenè omnia comprobat *Fragos. de Regim. Reip.par.1. lib.1. disp.2. sub n.99. cum pluribus seqq. Solorzan. de Jure Indiar. tom. 1. lib. 3. cap.3. n.19. & per Add. ad decis.217. à n.446. usque ad 491. par.9.*

Attamèn sequendo opinionem magis communem, & consonam Summi Pontificis auctoritati, de qua (justa præsertim suadente
54 causa) nefas est dubitare, pro certo, & indubitabili admittimus, posse Principem, & præcipuè Summum Pontificem privilegium ab ipso, vel à suis Prædecessoribus concessum etiàm per viam contractus, & titulo oneroso revocare, si justa, & rationabilis causa concurrat, quàm omnes *Doctores* in publica, vel utilitate, vel necessitate consistere uno ore fatentur, ut patet ex cumulatis per eumdem *Mastrill. de Magistratib. d. lib.3. cap.4. n. 346. & seqq. Petr. de Potest.Princip.cap.32.dubit.2. princip.n.26. & seqq.* qui tamèn *à num.56. & seqq.* contrariam opinionem acritèr defendit *Cæsar.de Afflict.Contr.Jur. cap. 22. ex n. 4. & seqq.* novissimè *Actolin.Resol.forens. resol.1. ex n.75. & seqq. Bonaccin. Oper. moral. tom.2. disput.1.quæst.3.punct.8. §.3. n.2. & 3. Castropal. Oper. moral. par.1. tract.13. disput.4. punct.21. §.2. n.1.fol.260. Meroll.Disput.moral. tom.2.disput.6.cap.7.n.144.vers.oportet tamèn.fol.176.*

Quæ publica utilitas, vel necessitas ad istum effectum supervenire debet post contra-
55 ctum, vel si vigebat ante contractum, Principi tùnc esset ignota, ut docet *Cephal. consil.302.n.138. cum seq. Jas.cons.1.n.29.cum seq. vol.1. Osasch.dec.90.n.15.*

Sed pro certiori, & magis indubitabili est etiam admittendum, quod etiam tali casu teneatur Princeps ad restitutionem ratæ præ-
56 rii proportionabilis immunitati, seù privilegio per ipsum revocando, vel ad recompensationem æstimationis, & valoris Juris ablati, ut pro indubitato concludunt *Doctores*, & præcæteris *Castrens. in l. fin. n.1. Cod.Si contr.jus, vel util.publ.ubi etiam Jas.n.2.& seq. & in l.Barbarius n.38. & 44. ff. de Offic. Præt.* ubi ampliat etiam legem condendo *Roland. cons.69. n.46. cum seqq.vol.2. & cons.71.vol.3. Paris.cons.1. n.111. vol.1. Rovit. cons.79. n.53. vol.1.Castald. de Imperat.quæst.98. n.8. Guttier. in l.Nemo potest n. 73. ff. de Legat. primo*, ubi etiamsi causa sit justissima, cum aliis quos
57 sequuntur, & referunt *Mastrill.de Magistrat. lib.1.cap.27. n.38. & d. lib.3. cap.4. n.352. & plurib.seqq.Petr.de Potest. Princip.loco sup. cit. n.255.* latissimè *Cæsar.de afflict.d. cap.22. n.37. & pluribseqq. Actolin.d.resol.1.n.80.Bonaccin. Oper.moral.loco supracitato n.3. Sanchez.de Matrim.lib.8.disput.33. n.9. Salas de Legib. disput. 17.sect.14. n.70. & disput. 10. sect. 18. n. 126. Castropal. ubi supra eodem §. Et n. Meroll. pariter in d.cap.7.n.167. vers.nihilominus.Giunipar. de Jur. Permis.defens.disput.4.quæst.5.cap.1.n.1. & 2.fol.214. Tamburin.de Jure Abbatum to.1. disput.16.quæst.12.n.21.cum seq.* ubi reprobantur contrarium tenentes *Mans. consultat. 49. n.10. cum seqq.*

Hæc autèm rata pretii, seù compensatio, quia dignosci non potest, quæ, & quanta esse debeat, alio modo regulari non debet,
58 quàm mediante solutione ratæ, seù ratarum, in quibus futuris perpetuis temporibus Clericos pro eorum bonis taxari contigerit. Ex quibus &c.

Post compositam hanc observationem
59 prædicta disputatio sublata fuit, dum *Deo* inspirante pro majori decore Sanctæ Sedis Apo-

Apostolicæ, & virrutis inciramento *à Summo Pontifice Innocentio XII.* suppressa fuit venalitas Officiorum causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Generalis Auditoris, nec non ejusdem Cameræ Thesaurarii Generalis, duodecim Clericorum, & Præsidentis mediante ejus *Bulla edita Decimo Kal. Novembris* 1692. tenoris sequentis.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei momoriam.

A*D hoc unxit* Nos Deus *oleo lætitiæ præ consortibus nostris, ut justitiam, quæ est præparatio Sedis nostræ, incessantibus studiis diligamus, quod tunc laudabilitèr, ut par est, nullo nostrorum meritorum suffragio, sed ineffabili* Omniporentis Dei *bonitate, & providentia adimplemus, cum via regia incedentes, neque ad dexteram declinantes, neque ad sinistram aliqualitèr deviantes, jus suum unicuique tribuere, eosque, quos præsertim juri nedum in causis privatorum, sed Fisci nostri dicendo, necnon Sedis, & Cameræ Apostolicæ bonis, juribus, & redditibus administrandis, & tuendis respectivè in partem solicitudinis evocamus, personarum acceptione non facta, divitiarum sorte postbabita, ac meritorum, & virtutum collatione dumtaxàt librata, undequaque dignos, & præstantiores eligere satagimus.*

At dùm ad præcipua Romanæ Curiæ Prælatorum, nimirùm causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Generalis Auditoris, ac ejusdem Cameræ tùm Thesaurarii Generalis, tùm duodecim Clericorum Præsidentium, necnon alterius Præsidentis vacabilia, & interìm fructifera Officia, quæ rationabilibus olìm suadentibus causis, seù gravibus tunc urgentibus necessitatibus aliàs decuit recepto pretio concedi, & successivè durantibus, & plerunque adauctis iisdem necessitatibus, vèl causis, opus, seù opportunum visum fuit, similibus concessionibus instaurari, mentis nostræ oculos sedula meditatione convertimus, exindè viros alioquin dignos, solvendo tamen prætio hujusmodi impares, aliquando prætermitti necesse esse, non sine gravi animi nostri mœrore perpendimus.

Hinc ut sola virtutum præstantia in hujusmodi Officialium circumspecta, & justa electione præponderet, atque contrà præfatam Romanam Curiam obloquendi; & oblatrandi invidis, & infensis ejus detractoribus calumniosa hujusmodi tollatur occasio, quantùm Nobis *ex Alto conceditur providere volentes, justum Officiorum prædictorum, & cujuslibet illorum pretium, quin etiàm quidquid pro expeditione in eorumdem Officiorum acquisitione fuerat expensum, ascendens in totum ad summam decies centenorum, & viginti millium septingentorum sexdecim scutorum monetæ Romanæ, unicuique ex præfatis Officialibus pro sui Officii valore, & expensis prædictis, in primis & ante omnia, prout in nostro die undecima currentis mensis Octobri. desuper confecto, & manu nostra subscripto Chirographo, cujus tenorem haberi volumus pro expresso, uberiùs continetur, restitui mandavimus.*

In cujus exequutionem, cum prætii, & expensarum hujusmodi integra, & effectiva restitutio, iisdem Officialibus in id consentientibus, subsequuta fuerit, Officiorum prædictorum venalitati in posterùm occurrere volentes: Motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, memoratorum Officiorum venalitatem tenore præsentium penitùs, & omninò tollimus, supprimimus, extinguimus, removemus, & abolemus: Volentes, & mandantes, ut hujusmodi Officia antehàc in perpetuum, seù ad vitam concedi solita, in posterùm ad Nostrum, & Romani Pontificis pro tempore existentis, & dictæ Sedis Apostolicæ beneplacitum, viris vitæ, & morum integritate præstantibus, literarum scientia præditis, rerumque humanarum experientia insignibus, ad majorem Dei *gloriam, Romanæ Curiæ, & Prælaturæ decorem, necnon virtutis incitamentum, & præmium gratis, & nullo recepto pretio concedantur.*

Volumus tamèn, & decernimus, omnia, & singula emolumenta tàm ordinaria, quàm extraordinaria, jura, bona, fructus, redditus, & proventus certos, & incertos dicta Sede tàm plena, quàm vacante undecunquè provenientes etiam ex annatis, quindenniis, minutis, servitiis, mulctis, pœnis, compositionibus, sigillis, expeditionibus, ac literis patentalibus, necnon jocalia, & regalias solvi solitas à quibusvis personis, & Communitatibus, & præsertim à Camera Apostolica, illiusque Appaltatoribus, Thesaurariis, Censuariis, aut Feudatariis in quocunque anni tempore, & signantèr in Vigilia, ac Festo Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, *ac in* Nativitate Sanctissimi Domini Nostri Jesu Christi, *& denique obventiones, & responsiones quascunque quocunque nomine nuncupatas, quæ priùs in compensationem pretii persoluti memoratis Officialibus respectivè debebantur, & solvebantur, penitùs, & omninò cessare debere, illaque omnia, & singula pro indemnitate ejusdem Cameræ Apostolicæ urgentibus necessitatibus pressæ, & nuper etiam pretii, & expensarum restitutione præfatis Officialibus, ut præfertur, facta magis gravatæ, motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine paribus restituimus, reunimus, incorporamus, & applicamus.*

Decernentes easdem præsentes literas, etiam ex eo, quod præfati causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Generalis Auditor, ac ejusdem Cameræ Thesaurarius Generalis, duodecim Clerici Præsidentes, ac alter Præsidens, & alii quicunque in præmissis quomodolibet jus, vel interesse habentes, seù habere prætendentes, eisdem præmissis non consenserint, aut vocati, seù auditi non fuerint, tametsi suorum indultorum, vel privilegiorum vigore consentire, vocari, seù audiri semel, vel pluriès quoquomodo debuissent, aut ex alia quacunque quantumvis juridica, & privilegia-

Digitized by Google

legiata causa, de ullo subreptionis, vel obreptionis, seù nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel interesse habentium consensus, alioque quocunque etiam quantumvis magno formali, & substantiali defectu notari, impugnari, redargui, retractari, in jus, vel controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seù adversùs illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudue quodcunque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari nullateuùs posse, sed semper, & perpetuò validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, integros effectus sortiri, & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quandocunque, & quomodocunque spectabit, inviolabilitèr observari; sicque & non alitèr per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos quavis auctoritate, præheminentia, aut potestate fungentes, & functuros, etiam præfatæ Cameræ Clericos Præsidentes, causarum Palatii Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate judicari, & definiri debere; Irritum quoque & inane, si secus super his à quoquam scientèr, vel ignorantèr contigerit attentari.

Non obstantibus, quatenùs opus sit, de jure quæsito non tollendo, aliisque Nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis, & fel. rec. Symmaci, Pauli Papæ Secundi, Pauli Papæ Quarti, & aliorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum de rebus Ecclesiæ non alienandis, & alienatis recuperandis, ac recol. mem. Pii Papæ IV. similiter Prædecessoris Nostri de gratiis qualecunque interesse dictæ Cameræ concernentibus intrà certum inibi expressum tempus exhibendis, & registrandis, itaut easdem præsentes literas ibidem exhiberi, & registrari nunquam necessè sit, aliisque quibusvis Constitutionibus, & ordinationibus, ac Tribunalium, Officiorum, & Officialium præfatorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, consuetudinibus, & decretis etiàm Cameralibus, & Consistorialibus, necnon quibuscunque eorumdem Officiorum erectionibus, & concessionibus etiam præsentium Possessorum tametsi aliàs factis ad vitam, seù in perpetuum, ac etiam ex causa onerosa, seù correspectiva, vel per viam contractus, seù vim contractus habente; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis Tribunalibus, Officiis, seù Officialibus præfatis sub quibuscunque tenoribus, & formis cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & efficacissimis, & insolitis clausulis, & decretis in genere, vel in specie, etiam motu, & potestatis plenitudine similibus, aut aliàs quomodolibet per Nos, & Romanos Pontifices Prædecessores Nostros in contrarium eorumdem præmissorum concessis, ac etiam pluriès confirmatis, innovatis, & approbatis: Quibus omnibus, & singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seù quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitùs omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & insererentur, jisdem præsentibus pro plenè, & sufficientèr expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum harum serie specialitèr, & expressè motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Nulli ergo omninò hominum liceat paginam hanc nostram suppressionis, extinctionis, remotionis, abolitionis, voluntatis, mandati, decretorum, restitutionis, reunionis, incorporationis, applicationis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo Decimo Kal. Novembris Pontificatus Nostri Anno Secundo.

B. Card. Prodatarius. I. F. Card. Albanus.

Visa de Curia I. Sacripantes.

D. Ciampinus.

Loco ✠ plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.

ADDIT. AD RVBR. XXXIII. LIB. V.

SVMMARIVM.

1 Repartitio expensarum pro refectione pontium facienda est pro rata commoditatis, & bonorum.
2 Via publica quænam dicatur.
3 Via privata dicitur, quæ à privato initium habet, & definit in privatum.
4 Omnes tenentur ad reparationem Viarum, & Pontium non obstante quacumque exemtione, & quare.
5 Princes contribvere tenetur pro reparatione viarum.
6 Via vicinalis quæ dicatur.
7 Viæ vicinales privatæ sunt particularium in ibi prædia possidentium.

Num. 4. Repartitio expensarum pro Refectione pontium, & viarũ facienda est pro rata com-
1 moditatis, & bonorum, * ut me hic allegato firmavit Rot. in Placentina Pontis & Rivi 31. Jan. 1610. Coram Rpd. Alsaldo §. Non sit.
Num. 14. Via dicitur publica, quæ est in solo
2 publico, & incipit à platea publica, * & ducit ad alias Vias, & stratas publicas Civitatis, ac inservit usui publico ut etiam firmat Calderon. resolut. 60. n. 13.

Num. 17.

Num. 17. Via, quæ incipir à publico, & desinit in publico dicitur publica; nisi ille, qui venit contra præsumptionem Juris concludencludenter probet contrarium quod scilicet via ab initio constituta fuerit in solo privato ut firmavir *Rot. in Urbevetana viæ super bono Jure 4. Martii 1712. Coram Rpd. Scotto §. Moti.*

Num. 13. Via privata illa dicitur, quæ à priva-
3 to initium habet, & * in privatum desinit *l. 2. §. Viarum quædam ff. ne quid in loco publico.*

Num. 24. Omnes tenentur ad reparationem via-
4 rum non obstante quacumque Immunitate * *Castellin. hic me allegato firmat ad Bannimenta Romandiolæ observ. 15. n. 6. cum seqq.* ubi late de materia viarum, & de Contributione, & modo contribuendi.

Nam reparatio pontium, & viarum inter opera pietatis recensetur, & respicit publicam utilitatem, unde nil mirum si nulla exemptio, & immunitas suffragatur à Contributione liberaudo, ut plene firmat *Cobell. ad Bullam Boni Regim. Cap. 28. n. 78. cum seqq.*

Num. 30. Princeps habens domos in Civitate, vel prædia in Villis, ac etiam in bonis Fisca-
5 libus tenetur contribuere * pro Reparatione viarum publicarum *Castellin. hic me allegato ad Bannimenta Romandiolæ observat. 15. n. 7. & 8.*

Num. 39. Via vicinalis privata censetur, quæ
6 non desinit * in locum publicum, sed in prædia privata, ut firmavit *Rot.* hic me citato *in Castellaneten. prætensi Juris Emphiiteutiei super Arboribus Olivarum 22. Junii 1712. Coram R. P. D. Falconerio §. Et sanè.*

Num. 41. Viæ Vicinales privatæ sunt particula-
7 rium inibi prædia possidentium * *l. Prætor ait §. Si quis in fine. Vers. Via privatæ ff. ne quid in loco publico Surd. decis. 42. n. 17. cum seq. & Rot. in dicta Castellaneten. §. Ratio.*

De Flumine Hamonis reparando.

R V B R I C A XXXIV.

ITem Volumus, & firmamus, quod Flumen (A) Hamonis muniatur, & reparetur per homines scholarum infrà stratam existentium ab Ecclesia Madrariæ, usque ad locum Gazzi ab utraque parte Fluminis, ubicunque, & quandocunque opportunum fuerit, & necessarium, & teneatur Dominus Potestas facere assignari cuilibet scholæ, ratam, & partem sibi tangentem pro tali reparatione, & munitione, & hoc ne Flumen prædictum exeat alveum suum, (B) & extra fluat, idemque observetur in aliis Fluminibus fluentibus, & transeuntibus per Comitatum, aut Districtum Faventiæ, & quandocunque fuerit opportunum, seù necessarium Domini Antiani pro tempore Præsidentes teneantur officialem unum super prædictis deligere.

S U M M A R I U M.

1 FLumen dicitur à fluendo.
Flumen est decursus aquæ sub certo alveo intrà suas ripas, n. 1.
2 Flumina alia sunt publica, alia privata.
3 Flumen publicum dicitur, quod est perenne, idest, quod semper fluit.
4 Flumina publica alia sunt navigabilia, alia non.
5 Flumen privatum dicitur, quod non semper fluit, sed solum in hyeme aquas pluviales recipit, & vocatur torrens.
6 Flumen privatum dicitur, quod est proprium, alicujus privati, vèl quià nascitur in proprio Feudo, vèl per propria prædia ducitur opere manufacto, vèl constar de concessione Principis.
7 Flumen privatum dicitur quàmvis inserviat publicæ aquarum evacuationi, quandò probatur illud esse privatum.
8 Flumen privatum est in dominio privatorum, & in commercio, prout aliæ res privatæ.
9 Flumen privatum reparari, & expurgari debet à Domino illius,
Dominus fluminis privati, potest de eo disponere, prout de aliis rebus propriis n. 9.
Expensæ conservationis rei, spectant ad Dominum. n. 9.
10 Pro reparatione fluminis publici omnes concurrere debent. Limita n. 11.
12 Alveus consideratur velut venter fluminis.
Alveus appellatur lectus fluminis, n. 12.
13 Alveus sequitur causam, & naturam fluminis.
14 Alveus derelictus fluminis publici efficitur privatus.
15 Dominium alvei fluminis derelicti acquiritur Dominis prædiorum adjacentium, tàm quòad dominium, quàm quòad possessionem, facta inter eos divisione pro modo latitudinis prædiorum.
16 Idemque procedit, si partem Alvei dimiserit.
17 Alveus novus, quem flumen postmodùm ad pristinum, & naturalem rediens, vel aliò cursum dirigens dereliquit, an spectet ad antiquos Dominos, an potiùs ad vicinos possessores remissivè.
18 Alluvio est incrementum latens.
19 Alluvio acquiritur Dominis prædiorum adiacentium faciendo divisionem prò modo latitudinis eorumdum prædiorum.
21 Et ipsis Dominis prædiorum acquiritur tàm dominium, quàm possessio alluvionis.
Alluvio fit tàm per accretionem, quàm per decretionem, n. 20.
22 Divisionis Alvei à flumine derelicti, & Alluvio-

luvionis inter habentes prædia coheren-
tia modus remiſſivè.

OBSERVATIO.

A Flumen à fluendo dictum, eſt decurſus
aquæ ſub certò Alveo intrà ſuas ripas,
1 ut tradunt *Cepol.de Servit. Ruſtic.præd. cap.*31.
*n.*2. *Franciſcus Stypman de Jure nautic. & ma-
ritim.cap.*5.*num.*3. *ac n.*5.*Antunez Portugal de
Donat.Reg.tom.*2.*par.* 3. *cap.*4.*n.*2.

Dividitur in publicum, & privatum juxtà
*text. in l.*1.*§.Fluminum cum ſeq. ff.de Fluminib.*
2 *Bart. in tract. de Fluminib. ſeù Tyb.alluv.§.Flu-
men.nu.*1. *cum duobus ſeqq. Rip. in l. Quominus
n.*1.*ff. de Fluminib.*

Publicum, quod eſt perenne, id eſt quod
ſemper fluit, ut tradunt *Bart. & Rip. ubi ſu-*
3 *pra Rot. coram Coccin.deciſ.*1885. *num.*8. eſt de
Regalibus Principis juxtà *tex. in cap. unic.
Quæ ſint Regalia in tit. de Feudis Stypman. loc.
cit.n.*57.*cum ſeq.Guidopap. deciſ.*577.

Fluminum publicorum autèm duæ ſunt
ſpecies, nempè quædam ſunt navigabilia,
4 quædam non, juxtà *tex. in d. l.*1. *§. non autem,
Rip. ubi ſuprà ſub eodem n.* 1.

Privatum verò poteſt eſſe duobus modis,
nempè vel quià perpetuò non fluat, ſed ſo-
lùm in hyeme aquas pluviales recipiat, &
5 propriè vocatur torrens *dict.l.*1.*§.Torrens.Rip.
& Bart. loc. cit. ſub eodem numer.* 1. *Altograd.
conſ.*4.*num.*141. *vol.*2. *Pech.de Aqueduct.cap.*2.
*n.*19.*cum ſeq.D.Pacichell. de Diſtant.cap.*8.*n.*13.
*cum duobus ſeqq. D. Senator Antonius Gobbius
conſultat. deciſ.*103. *num.* 11. *Rot. coram Ninot.
deciſ.*58.*n.*19.

Vèl quià eſt proprium alicujus privati,
quod contingit, quandò naſcitur in proprio
6 feudo, ut ſtagnum, vèl lacus, vèl per propria
prædia ducitur opere manufacto, ut declarat
*Rip.loc.cit. ſub d.n.*1. Aut conſtat de conceſſio-
ne Principis tanquàm de re privata, ut reſ-
pondet *D. Gobb.d. conſultat.*103.*num.*13. *verſ.
junctis præſertìm cum ſeq.*

Nec qualitas privati fluminis tollitur ex
eo, quod inſerviat publicæ aquarum evacua-
7 tioni, quia non indè ſequitur, quod ſit juris
publici reſpectu proprietatis, & dominii,
ſed ſolùm quòad ſimplicem paſſivam ſervi-
tutem tantùm, ut reſpondit *D. Gobb. loc. cit.
n.*11.*verſ. eò etiàm nullatenùs,cum ſeq. D. Paci-
chell. ubi ſuprà nu.*15. *& Rot.coràm Ninot. cit.
deciſ.*58.*n.*21.

Cumquè flumen privatum ſit in dominio
privatorum, & commercio prout cæteræ res
8 privatæ *d.l.*1. *§. nihil*, ibi: *Nihil enim differt à
cæteris locis privatis flumen privatum, ibique
Angel. in §. hoc interdictum ff. de Fluminib.
Stypman. loc.cit.n.*9.*cum ſeq. Antunez Portugal
ubi ſupra n.* 5. *juncto n.*48. *& D. Senator Gobb.
d. conſult.*103. *nu.* 18. ubi alios Concordantes
cumulat. Proindè ſicut Dominus poteſt diſ-
ponere de flumine privato, prout de aliis re-
bus propriis, ut tradit *Antunez d. num.* 48.
9 ità ad eum ſpectat illius cura, reparatio, &
expurgatio, prout tenetur facere expenſas
pro conſervatione aliarum rerum propria-
rum, cum expenſæ pro conſervatione rei ſpe-
ctent ad Dominum.

Ad differentiam fluminis publici, ad cujus
reparationem omnes concurrere tenentur ut
10 firmatum fuit ſuprà in *Obſerv.ad Rub.*XXXVIII.
*lib.*IV. *n.*10. *cum ſeq.* niſi aliquid ſpeciale ſta-
11 tutum fuerit, prout de fluminibus Belgii, &
Holſatię jura ſpecialia ſancita fuiſſe circa eo-
rum aggeres teſtatur *Stypman. d. cap.*5.*n.*413.
& à noſtro Statuto quoque determinatum
fuit, quinam concurrere debeant.

B Alveus conſideratur velut venter fluminis,
12 & ſicut ſtomachus continet vinum, ità al-
veus ſupra ſe continet aquam, ideòque alveus
appellatur lectus fluminis, quia flumen ibi
cubat, ut tradit *Bart. in d. tract. Tyberiad.tit.
de Alveo in princ.* quem ſequitur *Cepol.de Ser-
vitut. Ruſtic.præd.cap.*34.*num.*1. *Ariaſ. de Meſa
Var.reſol.lib.*2. *cap.*42.*n.*11. *Antunez Portugal
de Donat.Reg.vol.*2.*par.*3.*cap.*4.*ſub n.*36.

Hinc reſultat, quod cauſam, & naturam
fluminis ſequitur; & judicatur de Alveo,
13 prout de flumine, undè ſi flumen eſt de re-
galibus, & publicum, ità & ejus Alveus *l.* 1.
*§. ſimili modo ff. de Fluminib. cum aliis mox al-
legatis.* Verùm ſi flumen ſolitum Alveum in
14 totum dimittat, tunc Alveus derelictus de-
ſinit eſſe publicus, & efficitur privatus, ut
proſequitur *Antunez loc. cit.n.*58.

Et illius dominium acquiritur Dominis
prædiorum adjacentium, facta intèr eos di-
15 viſione pro modo latitudinis eorundem præ-
diorum adjacentium juxtà *text. in §. quod ſi
naturale Inſtit.de Rer.diviſ. & l.Adeò* 7. *§.quod
ſi toto ff. de Acquir.rer. domin. Cepol. d.cap.*34.
*n.*3.*Arias de Meſa Var. reſol.lib.*2. *cap.*42. *n.*1.
*& cap.*44. *per tot. Antunez. Portugal. allegat.
cap.*4.*n.*38.*Vin.deciſ.*498.*num.*1.*Anell.deciſ.*21.
n. 1.*ibique Thor.in Addit.paritèr n.*1. & reſpon-
dit *Rot. in recent.deciſ.*202.*n.*6.*cum ſeq.par.*15.
Quinimò ipſe Dominus abſque alia appre-
henſione efficitur ſtatim ipſo jure poſſeſſor ve-
rus alvei *Poſt. de Manutent.obſerv.*73.*num.*85.
Ea ratione quia quemadmodùm qui propè
flumen prædia poſſident, plurima ſuſtinent
incommoda provenientia ex aquarum inun-
dationibus agrorum convulſionibus, & ripa-
rum munitionibus, meritò Alveus derelictus
ratione vicinitatis acquiritur illis, qui in-
commoda ſentiunt, cùm nihil magìs naturali
rationi conveniat, quàm ut eum ſequantur
commoda, quem ſequuntur incommoda, ut
comprobat *Antunez Portugal.loc.cit. num.*38.
*verſ.Quod ſumma, cum ſeq.& num.*40. Concor-
16 dantibus relatis firmat idem procedere, ſi
partem alvei dimittit.

Major difficultas verſatur circà deciſio-
nem, An Alveus novus, quem flumen poſt-
modùm ad priſtinum, & naturalem rediens,
17 vèl aliò curſum dirigens dereliquit, ſpectet
ad antiquos Dominos, an potiùs ad vicinos

Digitized by Google

poſſeſſores quæratur, quem articulum latè
examinat *Ariaſ.de Meſa Var.reſol.lib.2.cap.45.*
cum ſeqq.Scayn.deciſ.10.n.2.Vin.deciſ.498.n.15.
cum ſeqq.lib.3.
Prædicta regula ſervanda eſt in alluvione,
18 quæ eſt incrementum latens *l. prima §. primo*
ff. de Aqua quotid. l. Adeò 7. §. preterea ff. de
Acquiren.rer.domin. Nàm in iſto quoque caſu
diviſio facienda eſt pro modo latitudinis præ-
19 diorum adjacentium juxtà *text. in d.l. Adeò,*
eod. §. preterea ibique Gloſſ. in verbo adiicit. &
tradunt *Bart. in d. ejus Tyberiad. par. 2. de In-*
ſula, verbo pro modo latitudinis, & in par. 3.
verbo Alveus, Mazzol. conſ.118. à n.8. Cyriac.
controv.376. nu.1,cum ſeq. Stypman. cit. cap.5.
n.476.cum ſeqq.Arias de Meſa Var.reſol.cap.42.
n.1.cum ſeqq. reſpondit *Rot. in cit.dec.202.n.7.*
cum ſeq. ubi notat quod alluvio fit tàm per
accretionem, quàm per decretionem, hoc
20 eſt ſivè flumen ponat, & adiiciat, ſivè pau-
latìm retrocedat. Et Dominus prædii adja-
centis acquirit abſque ullo miniſterio homi-
21 nis, nedùm dominium, verùm etiam poſſe-
ſionem, cùm dicatur pars, & acceſſorium
prædii cohærentis, & ideò ſine nova appre-
henſione poſſideatur ab illo, ut aliis relatis
firmat *Cyriac.d.controv.376.n.7.ubi num.8.cum*
ſeq. tradit ſecùs dicendum eſſe, ſi interceder-
ret Alveus, quià tunc opus eſſet apprehenſio-
ne *Poſt. de Manut.obſerv.73.n.86.& Rot.coram*
Coccin.deciſ.1816.n.5.
Circà modum autèm dividendi Alveum à
flumine derelictum, & alluvionem intèr ha-
22 bentes prædia coherentia vide *Bart. in Tybe-*
riade, Carolum Caract.tract.primo de Alluvion.
Scayn.deciſ.117. n.21. cum ſeq. & Rot. in dicta
deciſ.202. n.15.cum ſeq.

De Viis publicis,

RUBRICA XXXV.

STatuimus & ordinamus, quod omnes Viæ publicæ, quæ reperientur quoquo modo occupatæ ſine legitima licentia, & auctoritate reducantur ad priſtinum ſtatum per eos, qui eas ità occupatas tenent, infrà ſpatium unius menſis poſtquam eis fuerit injunctum per Dominos Antianos, ſeù per Officiales dicti Communis eorum mandato ſub pœna librarum decem bonon. committenda, & cum effectu exigenda, ſi infrà prædictum tempus præmiſſa non obſervaverint. De cætero autèm nulli hominum liceat occupare Vias publicas ſine auctoritate, & expreſſo aſſenſu in ſcriptis obtento Conſilii generalis, aut Dominorum Antianorum pro tempore Præſidentium una cum adjunctis, & accedente aſſenſu majoris partis vicinorum, & non alitèr, & hoc ſub pœna librarum vigintiquinque bonon. Vicinales verò Viæ in Comitatu occupari non poſſint, niſi accedente omnium convicinorum intereſſe habentium, & Dominorum Antianorum pro tempore præſidentium conſenſu, & non alitèr, & ſit præciſum.

SUMMARIUM.

1 Via publica Regale jus eſt. Decl.n.2.
3 Uſus viæ publicæ ad quemlibet de populo ſpectat.
4 Uſus viæ publicæ, nec à Principe abſque juſta cauſa prohiberi poteſt. Vide ibi.
5 Ædificare nemo poteſt ſuper via publica abſque licentia Principis, vèl Magiſtratus ad id facultatem habentis.
6 Alterare, vel anguſtiare nemo poteſt viam publicam, aliàs ad quid teneatur n.13.
7 Claudere nemo poteſt viam publicam, aliàs ad quid teneatur n.13.Ampl.n.8.
9 Interdictum *nè quid in loco publico* competit contrà claudentem viam publicam.
10 Mutare nemo poteſt viam publicam, alias ad quid teneatur n. 13.
Occupare nemò poteſt viam publicum alias ad quid teneatur n.10.& 13. Limita ut ibi.
11 Scala, nec primus gradus ſcalarum poteſt poni in via publica etiam non habente exitum.
12 Solum publicum debet eſſe liberum uſque ad Cœlum.
14 Publica loca tueri omnium, & ſingulorum intereſt.
15 Interdictum *nè quid in via publica, vel alio loco publico fiat* cuilibet de populo competit, & in prima parte eſt prohibitorium, in ſecunda verò reſtitutorium.
16 Judex auctoritate propria demolire valet quicquid factum fuit in via, quod publicum lædat.
17 Interdictum *nè quid in via publica, vel loco publico fiat* ut locum habeat, quæ concurrere debeant, remiſſivè.
18 Facultas ædificandi ſuprà ſolum, & viam publicam ex Statuto, vèl Conſuetudine, vèl ex licentia Principis, aut Magiſtratus intelligenda eſt ſine damno vicini.
19 Licentia aliquid faciendi in publico ità debet concedi, ut ſine injuria cujuſque fiat.
20 Princeps concedere poteſt, ut quis in via publica, vèl loco publico ædificare poſſit in præjudicium tertii.

OBSERVATIO.

VIa publica eſt jus Regale *cap. unic. Quæ*
ſint regalia, ubi communiter Scribentes,
1 *Maſtrill.de Magiſtrat.lib.3.cap.10.n.266.Beſold.*
The-

Digitized by Google

Thesaur. pract. litt. L. sub n. 19. Rosental. de Feud.
cap. 5. conclus. 20. n. 1., & 4. Antunez Portugal.
de Donat. Reg. lib. 3. cap. 3. n. 1. ubi cumulat con-
cordantes Tondut. QQ. & resolut. civil. par. 2.
cap. 133. n. 11. Hodiern. ad Surd. decis. 42. ubi n. 2.
cùm Montan. de Regalib. vers. via publica tenet
id esse intelligendum quò ad protectionem.

Quod limitatur in viis publicis intrà Civi-
tatem, nàm istæ sunt Civitatis, & Universi-
tatis, earumque cura ad Magistratum perti-
2 net §. Universitatis ibique Gloss. in verbo simi-
lia, & Piccard. n. 1. Instit. de Rer. divis. ut tenet
Bert. cons. 15. n. 5. juncto n. 21. Cancer. Var. resol.
par. 2. cap. 2. n. 99. vers. neque via Besold. in Po-
litic. lib. 12. §. 1. n. 4. vers. via etiam publica, in
fine, Capiblanch. de Baron. pragm. 8. par. 2. n. 44.
cum seq. plenè comprobando respondit Joseph
de Rosa consultat. 1. n. 3. cum seqq.

Et quamvìs usus viæ publicæ ad quemlibet
3 de populo spectet Molin. disput. 707. num. 1. &
seq. quem refert, & sequitur Mastrill. ubi suprà
n. 271. Franc. Marc. decis. 594. n. 7.

Itàut nec etiam à Principe illius usus tran-
seuntibus absque justa causa prohiberi valeat,
ut tenent Afflict. in dicto cap. unic. verbo via
4 publica num. 1. Quæ sint regalia, Peregr. de Jure
Fisci lib. 1. tit. 1. num. 22. Sixtin. de Regal. lib. 2.
cap. 2. n. 28. cum duobus seqq. Antunez Portugal.
loc. cit. nu. 12. ubi num. seq. subdit causas justas,
nempè si debitum vectigal. solvere recusent;
Vèl serventur Arcana Principatus, vèl si prop-
ter multitudinem timeatur illius invasio, vèl
si hostes sint.

Attamen nemo potest absque licentia Prin-
cipis, vèl respectivè Magistratus expressam
ad id facultatem habentis super ea ædificare
5 ad text. in l. Servitutes §. Publico ff. de Servit. l.
Prohibere 3. §. Planè, vers. sed si à Principe ff.
Quod vi, aut clam. Afflict. in dicto cap. unic. verbo
via publica num. 2. Quæ sint regalia, prosequitur
Mastrill. d. cap. 10. n. 270. & consonant Capitula
Grasciæ impress. infrà in Appendic. pag. 91. n. 115.
cum seqq.

Eamque alterare, vèl angustiare Tondut. loc.
cit. n. 12. Cyriac. controv. 677. nu. 28. Censal. decis.
6 Lucens. 69. n. 7. cum seq.

Nequè eam claudere l. Prætor ait. 2. §. Ait
Prætor, ff. Nè quid in loco public. Gloss. in l. prima
7 ff. de Locat. & itin. public. Mastrill. dicto cap. 10.
n. 273. Antunez Portugal. loc. cit. n. 46. ubi cum
Tondut. subdit procedere, etiamsi clausura ne-
8 mini noceat, adeò ut si claudatur de consen-
su omnium vicinorum, adhuc alius de alia
contrata agere potest nè claudatur, & con-
tradictio illius prævalet omnibus aliis con-
sentientibus Franc. Marc. dec. 336. n. 15. par. 1.
Surd. decis. 42. n. 7. ubi cum Afflict. notat quod
contra claudentem agi potest interdicto, Nè
9 quid in loco publico.

Aut mutare Arias de Mesa Var. resolut. lib. 2.
cap. 49. num. 14. Cyriac. loc. cit. Franc. Marc. d.
10 dec. 336. n. 15. juncta dec. 596. ad finem par. 1.

Vèl occupare d. l. Prætor ait, in princip. An-
tonell. de Loc. legal. lib. 2. quæst. 1. n. 7. Surd. dec. 42.
sub n. 7. Rot. in recent. decis. 82. n. 15. par. 18. quod
etiam disponitur in dd. Capitulis Grasciæ §. 115.
cum duobus seqq. ubi limitatur quòad Fabros
murarios, & similes, quibus permissum est
tenere in via res ad ejus exercitium necessa-
rias.

Minùs scala, nec primus gradus scalarum
possit poni in via publica etiam non habente
11 exitum Gratian. ubi suprà nu. 26. Antunez loc.
cit. n. 47. Antonell. d. quæst. 1. num. 8. Surd. dicta
decis. 42. nu. 7. in fine cum seq. Ea ratione quià
solum publicum esse debet liberum usque ad
12 Cœlum Specul. de Caus. possess. & propriet.
§. Nunc dicendum n. 34. ibique Jo: Andr. §. Pri-
vata n. 16. Antunez loc. cit. n. 48.

Alitèr verò faciens, vèl tenetur ad resti-
13 tuendam viam veterem destructam, & præ-
standum interesse Houdrd. cons. 100. n. 58. vol. 2.
Cyriac. contr. 667. nu. 31. Vèl subire onus præ-
bendi viam per suum agrum Alberic. Florian.
& Fulgos. in l. Si locus, §. Final. ff. Quemad. servit.
amitt. quos refert, & sequitur Cyriac. loc. cit.

Et cùm omnium, & singulorum intersit
14 publica loca tueri d. l. Prætor ait §. 1. Proindè
cuilibet de populo competit interdictum nè
quid in via publica, vèl alio loco publico fiat
quod in prima parte est prohibitorium in se-
cunda vero restitutorium, ut in eadem l. Præ-
tor ait 2. §. Hoc interdictum, Cepol. de Servit.
rustic. cap. 3. nu. 66. & notat Antunez Portugal.
n. 48. vers. & notabis cum seqq. ubi advertit,
quod Judex propria auctoritate demolire va-
16 let quicquid factum fuit in via, quod publi-
cum lædat. Quæ autèm concurrere debeant,
ut locum habeat Interdictum nè quid in loco
17 publico, vèl via publica fiat vide penès Vin.
decis. 488. n. 18. lib. 3.

Et si ex Statuto, vèl consuetudine, vèl ex
licentia Principis, aut Magistratus competat
facultas ædificandi suprà solum, & viam pu-
18 blicam, ea intelligenda est sine damno vici-
ni, juxtà dispositionem text. in l. Prætor ait
§. Si quis à Principe ff. Ne quid in loc. public.
Cepoll. de servit. Urb. præd. cap. 41. de stillicid.
seù tecto sub nu. 2. Capyc. latr. dicta consultat. 64.
num. 23. plenissimè Reverendissimus Roccha Di-
sputat. Juris select. volum. 2. cap. 174. num. 1. cum
seqq. Antunez Portugal. de Donat. Reg. tom. 2.
par. 3. cap. 3. n. 34. versic. Et nota cum seq.

Imò particularitèr animadvertendum est,
quod quotiès aliquid in publico fieri permit-
19 titur, ita oportet permitti, ut sine injuria
cujusque fiat, ut admonet Ulp. in dicta l. Præ-
tor ait 2. §. Si quis, versic. Nam quotiès.

Cæterùm si Princeps expressè concesserit,
ut quis in via, vèl loco publico possit ædifica-
20 re in præjudicium tertii substinebitur rescrip-
tum, ut firmatur in dicta l. Prætor ait §. Si
quis à Principe, in fine, & aliis relatis tenet
Antunez Portugal. loc. cit. n. 37.

Digitized by Google

ADDIT. AD RVBR. XXXV. LIB. V.

SVMMARIVM.

1 Viæ publicæ Urbicæ, seù non consulares non sunt de regalibus sed spectant ad Civitatem.

2 Cura viarum publicarum spectat ad Magistrum viarum.

3 Ædificare nemo potest super via publica absque licentia Principis, vel Magistratus.

4 Imò nec alterare, angustiare, mutare occupare etiam in minima parte.

5 Actio competit cuilibet de populo tuendi publica loca.

6 Judex demolire potest propria auctoritate quicquid factum est in via publica.

Num. 2. Viæ publicæ non militares, seù Consulares, sed Urbicæ non sunt de regalibus, sed
1 spectant,* ad Civitatem in qua sunt sitæ ut tradit etiam *Costant. in observat. ad Stat. Urbic annot. 22. art. 1. n. 48., & num. seqq.* examinat an absque licentia Principis possint per Civitatem alienari.

Et earum cura spectat ad Magistratum, cu-
2 jus loco successerunt * Magistri viarum, ut me hic allegato tradit *Calderon. resolut. 60. n. 2. cum seq. & n. 9.*

Num. 5. Nemo potest super via publica absque
3 licentia Principis, vel Magistratus ædificare* *Calderon. loc. cit. n. 16. R. P. D. Becbettus in ejus responso impress. penes eumdem Calderon. loc. cit. n. 41.* Loquentes de nostro *Statuto*.

Num. 6. Nec alterare, vel angustiare *Calderon.*
4 *ubi supra n. 18.* *

Num. 10. Aut mutare, vel occupare *Calderon. loc. cit. n. 17.*

Num. 11., & 12. Nec etiam in minima parte occupare *Calderon. ubi supra n. 19. R. P. D. Becbett. loc. cit. n. 43.*

Num. 14. Cuilibet de populo competit actio
5 tuendi publica loca, * quia etiam privatorum usibus deserviunt *Calderon. d. resolut. 60. n. 12.*

Num. 16. Judex propria auctoritate demolire va-
6 let quicquid factum fuit in via, * quod publicum lædat ut etiam firmat *Calderon. d. resolut. 60. n. 7.*

De danda via non habenti.

RVBRICA XXXVI.

Ordinamus, quod cuilibet non habenti viam per quam commodè iri possit ad prædium, seù ad alia bona sua, quilibet Jusdicens in Civitate Faventiæ compellere possit, & debeat convicinos suos, seu alterum eorum, per quorum, vel cujus possessiones commodius iri possit ad prædicta bona, seu prædia, ad petitionem ipsius justo pretio, vel permutatione dare ipsam viam secundùm quod æstimatum fuerit per duos bonos viros à partibus eligendos unum videlicèt pro qualibet parte, & in casu discordiæ, æstimatores Communis intelligantur electi loco tertii, & summariè de plano, & sine strepitu, & figura judicii, & omni juris solemnitate omissa, prædicta fiant, & exequantur.

SVMMARIVM.

1 Viæ publicæ mutationi, & interitui subjectæ sunt.

2 Via publica amissa, & destructa impetu fluminis, vel alia causa, vicinus de fundo proprio contiguo viam præstare tenetur.

3 Et si recuset potest per Judicem compelli.

4 Soluto tamen pretio per Fiscum, seu Universitatem.

5 Viam, seù iter volens per fundum vicini ex quo alitèr non potest se conferre ad ejus prædium, tenetur solvere pretium servitutis.

Vicinus itineris servitutem tradere tenetur vicino, qui aliundè non potest se conferre ad ejus prædium, soluto tamen pretio servitutis n. 5.

OBSERVATIO.

Mutationi, & interitui viæ publicæ quo-
que obnoxiæ sunt, ut experientia te-
1 statur, undè eveniente casu, quod fluminis impetu, ruina, chasmate, aut alio casu amissa sit, vicinus de fundo proprio contiguo
2 viam præstare tenetur, juxta *text. in l. Si locus 14. ibi: tum via publica, vel fluminis impetu, vel ruina amissa sit, vicinus proximus viam præstare debet ff. Quemad. servit. amitt.* & firmant *adducti suprà in Observat. ad Rubr. 21. n. 1. hoc eodem libr. Antonell. de Loco legal. lib. 2. par. 1. n. 11.*

Et si recuset potest per Magistratum compelli, ut tradit *Gail. observat. 56. n. 1. cum seq.*
3 *lib. 2.* & utramque conclusionem firmat *Fritschius tract. var. par. 1. cap. 15. de Amissione viæ num. 3.*

Soluto tamèn pretio à Fisco, seù Universitate, ut respondit *gloss. in dicta l. Si locus, ver-*
4 *bo præstare*, & firmatum fuit suprà in *Observ. ad dictam Rubr. 21. sub n. 3.* & rejecta contraria opinione tenet hanc uti receptiorem *Antunez de Donat. reg. volum. 2. par. 3. cap. 3. nu. 52. vers. Verùm contraria.*

Si autem quis velit iter seu viam, per fundum vicini ex quo alitèr non potest se con-
5 ferre ad ejus prædium, tunc sicuti vicinus tenetur tradere servitutem itineris ratione publicæ utilitatis, ne fundus incultus remaneat,

aut

Digitized by Google

aut alias inutilis reddatur, ut advertit *Boer. decis. 331. sub n. 10.* ita ipse tenetur ad solutionem pretii hujusmodi servitutis, ut firmatum fuit suprà *in dicta Observat. ad Rubr. 21. n. 5.*

De Aquarolis eligendis, & deputandis.

RUBRICA XXXVII.

Sancimus quoque, & statuimus, quod singulo anno de mense Decembris, vel aliàs quandocumque fuerit expediens in generali consilio eligantur, & deputentur ad scrutinium fabarum albarum, & nigrarum, duo experti viri, qui præesse debeant manutentioni stratarum, pontium, & viarum publicarum, ne ab aquis inundentur, & qui incumbere, & vigilare debeant, ne aquæ in Comitatu, & districtu Faventiæ nocumentum inferant, neve fluminum aquæ alveum solitum exeant, aut aliter detrimentum, aut damnum faciant in dicto Comitatu, & districtu, seu cursum viarum publicarum impediant, & ubicumque opportunum fuerit tractuos necessarios fieri procurent, ne aquæ terras, nemora, vineasve, aut bona aliqua invadant, aut eis damnum inferant, & in prædictis omni solertia, & diligentia se exercere teneantur, & ubicumque fuerit necessarium teneantur refici, & reparari facere vias publicas, & possint pro prædictorum executione Scholarii incolas, dummodò proximiores, adhibere, & eis præcipere, etiam sub pœna, dummodò pœna per eos imponenda non excedat solidos viginti bononorum, quando fuerint jussi ductores bovum, si verò operarii solidos decem bononorum pro singula vice, & pro quolibet jubendo, cujus pœna dimidia dictis Officialibus applicetur, quam tamen pœnam exigere non valeant sine scientia, & jussu Dominorum Antianorum pro tempore præsidentium expresso, & quorum officium annale esse decernimus, nisi aliter per dictum generale Consilium decerni contigerit.

SUMMARIUM.

1 Viarum publicarum apud Romanos semper magna cura fuit.
Curatores viarum publicarum sub variis nominibus vid. Censorum, Viocurium, Ædilium, Curulium, & Curatorum viarum designati fuerunt à Romanis, ad hoc, ut earum instructioni, refectioni, & reparationi, ac purgationi præessent n. 1.
2 Ædilium officium est incumbere instructioni, & refectioni, ac reparationi viarum publicarum.
3 Deputatio Curatorum viarum, seu Magistrorum Viarum, seu Ædilium est omninò necessaria, & quarè.
4 Grasserii Faventiæ eliguntur quolibet anno in die festo *Sancti Toomæ*, & habent auctoritatem circà instructionem reparationem, & purgationem viarum.
5 Præses viarum quolibet anno in Urbe sorte extrahitur ex Collegio Clericorum Cameræ Apostolicæ. Vide n. 16.
6 Magistri Viarum deputantur à Pontifice quolibet anno n. 5.
Jurisdictio, & auctoritas Magistrorum Viarum Urbis remissivè n. 6.
7 Cardinalis Camerarius concedit situs, & loca publica in Urbe. Decl. n. 9.
Magistri Viarum concedunt una cum Eminentissimo Camerario situs, & loca publica num. 7.
8 Magistri Viarum licentiam concedunt pro directione sili situs publici à Cardinali Camerario concessi.
9 Pretium retractum ex concessione situs, & loci publici deponendum est in Sacro Monte Pietatis, vel alibi, & erogandum in opus publicum.
10 Pontifex concedit situs, & loca publica in Urbe mediante chirographo, cujus executionem committit, vel Cardinali Camerario, vel Præsidi, & Magistris viarum.
11 Magistris viarum competit facultas concedendi situs publicos acquisitos, vel ex causa directionis viarum, vel demolitionis domorum.
12 Facultas in certis casibus concessa censetur in aliis denegata.
13 Magistri Viarum Urbis tradunt licentias retinendi currus, carectas, barotias, aliaque similia instrumenta, & pro illis exigunt emolumenta.
Procurator Fiscalis Tribunalis Magistratus Viarum Urbis participat ex emolumentis, quæ percipiuntur ex licentiis pro retentione curruum, carectarum, barotiarum, aliorumque similium instrumentorum n. 13.
Notarius Tribunalis Magistratus Viarum Urbis participat ex emolumentis, quæ percipiuntur ex licentiis pro retentione curruum, carectarum, barotiarum, aliorumque instrumentorum similium.
14 Carectini, & carectulæ inservientes pro mero, simplici, vero, & absoluto usu proprio Domini non subjacent solutioni emolumenti alioquin debiti Magistris Viarum.
15 Magistratus Viarum Urbis origo, ejusque jurisdictio quænam olim esset.
16 Officium Assessoris Magistrorum Viarum Urbis suppressum fuit.
17 Cardinali Camerario concessa fuit jurisdictio pri-

privativè quò ad alios in cauſis Juris Congrui, ſeù retractus, illique annexis, & dependentibus.

18 Preſes Viarum cognoſcit cauſas Juris Congrui,& retractus in gradu appellationis.

19 Præſidis Viarum jnriſdictio, & facultates n.20. cum ſeqq.

20 Magiſtratus Viarum juriſdictio, & facultates, & n.21.22.

21 Cardinalis Camerarii juriſdictio in platea Agonis præſervata fuit dumtaxat durante vita *Eminentiſſimi Cardinalis Alterii*.

Juriſdictio in platea Agonis diſmembrata fuit à Cardinali Camerario, & unita Tribunali, & Magiſtratui Viarum n.21.

23 Ad ſolutionem Taxarum, & impoſitionum pro viis, & Pontibus omnes nemine excepto tenentur.

24 Appellatio ſuſpenſiva in cauſis Taxarum viarum non admittitur, ſed ſolùm in devolutivo.

25 Præſcriptio à ſolutione Taxarum Viarum, quandò intret.

26 Electio Præſidis Viarum non fit ad annum, ſed ad beneplacitum Summi Pontificis.

27 Appaltus expurgationis Urbis,nec non unius julii pro qualibet apoteca, & curruum, & rhedarum, ac ciſiorum vulgo *Caleſſi* a quo fit faciendus.

28 Taxa emolumentorum Tribunalis Magiſtratus Viarum, ejuſque Miniſtrorum tenenda eſt affixa.

29 Exactorum Taxatum Viarum officium, & obligationes.

30 Emolumenta omnia, etiam ex pretio ſituum publicorum in beneficium Tribunalis, ſeù Magiſtratus Viarum, ſeù implementum ejus onerum, & præſertim in expurgationem Viarum convertantur.

31 Emolumentum ſcutorum quatuor centum aſſignatum fuit cuilibet Magiſtro Viarum.

32 Magiſtri Viarum revidere, & recognoſcere debent ſaltèm ſemel in anno propriis ſumptibus vias Conſulares diſtrictus Urbis.

Præſidis Viarum juriſdictio ſuper viis tam Conſularibus, quàm non Conſularibus, & tam in diſtrictu, quàm extrà n. 32. & 33.

OBSERVATIO.

Apud Romanos tanta habita fuit cura, & ratio viarum publicarum, ut ſub variis nominibus, juxtà diverſitatem temporum deſignati fuerint, qui earum inſtructioni, refe-
1 ctioni, & reparationi, ac purgationi præeſſent, ad hoc, ut ſubditi commodè, & tutò commeare poſſent, nempè Cenſores, Viocuri, Aediles,Curules, Curatores viarum, de quibus *Tit.Liv. lib.41. cap.27. Dion. lib.54. Hiſtor. Dionyſ.Halicarn.ſ.lib.11. Roman.antiquit.Amaya in l. per Bithyniam n.6.C.de Immunit. nemin. conced.lib.10.Petr.Gregor. Syntagm. Jur.univ. lib.3.cap.13. num.4. Briſſon. Oper. variar.lib.4. cap.12.de Viarum Curatoribus, Fritſchius tract. var.par.1.cap.14.de reparatione viæ,Maſtrill.de Magiſtrat.lib.3. cap.10.n.277. cum ſeqq. Kloch. de Contribut.cap.9.n.29.Knipſtbil, de Jurib. & privil.Civit.Imperial.lib.5.cap.26. n.25. Beſold. Theſaur.pract.litt.L.ſub n.19.*

Hodiè pariter ad Officium Aedilium hoc
2 ſpectat *Caput.de Regim.Reipubl.cap.7. §.16.n.5. cum ſeq. Pegas adlib.1. ordinat. Regn.Portugal. tom.6.tic.68.§.18.n.1.cum ſeq.Fragoſ.de Regim. Reipubl.par.1.lib.7.diſputat. 21.n.9.*

Deputatio hujuſmodi Officialium pro conſtructione, & reparatione, reſtauratione, & purgatione viarum omninò eſt neceſſaria,
3 cum id reſpiciat Majeſtatem Principis, & Reipublicæ, ac ſalubritati aeris conferat, ut advertit *Caput. de Regim. Reipubl. dicto cap. 7. §.29. in fine*, ubi ſubdit, licèt ſæpè ſit refugium prædæ, & *Romagner.ad Conciol.in Addit. ad Statut.Eugub. lib.5.rubr.24.nu.4.* & dictum fuit ſuprà in *Obſervat. ad Rubr.61.num.4. cum ſeq.lib.4.*

Prout, juxtà diſpoſitionem præſentis *Rubricæ* deputantur quotannis à Conſilio Generali in die *Feſto S.Thomæ* Aediles, Graſſerii
4 nuncupati, de quorum auctoritate, & juriſdictione, vide *Obſervat. ad Rubr. 10. lib.1.* & præcipuè circa noſtram materiam *Capitula ſuper officio Graſciæ nu.108. cum pluribus ſeqq. impreſſ.infrà in Appendice pag.90.*

In Urbe quoque in principio cujuslibet anni per ſortes extractione eligitur Præſes Viarum ex Collegio Rever. Cameræ Apoſtolicæ
5 Clericorum, nec non à Summo Pontifice deputantur duo Aediles, ſeù Magiſtri Viarum ex numero Nobilium Virorum, de quorum
6 auctoritate, & juriſdictione cum ſcripſerit *Brugiott.in Epitom.Viar.cap.3.& Cardin.de Luca in Relat.Romanæ Curiæ diſcurſ.38.* inutile eſt eorum dicta repetere, notando ſolùm, quod Eminentiſſimus Cardinalis Camerarius concedit ſitus, & loca publica in Urbe vigore facultatum ſibi conceſſarum à *Gregorio XV.* in ejus motu proprio emanato de anno 1621. favore *Eminentiſſimi Cardinalis Ludovici Ludoviſii* ejus Nepotis ſuper juriſdictione Camerariatus, ibi: *Conceſſiones ſituum, & locorum publicorum in Urbe fiant per literas patentes dicti Ludovici Cardinalis, & pro tempore exiſtentis Camerarii*, quæ conceſſio, ſeù licentia ſubſcribitur etiàm à Magiſtris Viarum, & ſi ab eis non ſubſcribatur, forsàn data opera alicujus Miniſtri Tribunalis ad effectum conſequendi duplex emolumentum, poſteà ipſi Magiſtri Viarum concedunt ſeparatam licentiam pro directione ſiti ſitus per Eminentiſſimum Ca-
8 merarium conceſſi, ac in ea deputant Architectum pro illius exequtione. Moderatè tamèn Eminentiſſimus Camerarius utitur hujuſmodi auctoritate, quandò nempè agitur de
9 modico ſitu, & loco publico concedendo, cujus pretium deponi debet in Sacro Monte Pietatis, vel alibi ad effectum illud erogandi In opus publicum; nam alioquin remittit inſtau-

ſtantiam Summo Pontifici reſcribendo à ter*
go memorialis *Adeat Sanctiſſimum*, qui con-
cedere ſolet ſitum mediante particulari Chri-
11 rographo, cujus executionem committit,
vèl *Eminentiſſimo Camerario*, vèl *Præſidi*, &
Magiſtris Viarum.

Vigore motus proprii *Pauli III.* regiſtrati
penès *Bard. de Jure prothomiſ. & Statuti Ur-
bis lib.3. cap. 49. verſic. Si quis loca* competit
etiam facultas *MagiſtrisViarum* concedendi ſi-
12 tus publicos acquiſitos,vel ex cauſa directio-
nis viarum, vel demolitionis domorum, quæ
facultas cum fuerit ad prædictos duos caſus
reſtricta videtur in aliis denegata *Poſth.de Ma-
nutent. obſervat.47.num.4. in fine*, & *Rota poſt
eum deciſ.386.num.6.*

Ab eiſdem *Magiſtris Viarum* ratione mini-
ſterii, & laborum, quos impendunt in publi-
cam utilitatem exiguntur nonnulla emolu-
menta: Verùm quià à quibuſdam controver-
tebatur ſolutio emolumenti ſolui ſoliti pro
13 licentiis retinendi currus, carectas, baro-
tias, aliaque ſimilia inſtrumenta, & ſuper
hujuſmodi articulo acritèr diſceptatum fue-
rat in Tribunali Cameræ, ad tollendas om-
nes controverſias mediante ſingulari ſolita
vigilantia, & diligentia *D. Antonii Vellii* mi-
hi arctiſſima amicitia conjuncti, & nunquàm
14 ſatis laudati (cui ſucceſſit D.Advocatus Zap-
pi, & huic D.Annibal Bertonus Faventinus,
paritèr diligentiſſimus, & rectus) obtentum
fuit ſub die 30.Martii 1690. à Summo Pontifi-
ce *Alexandro VIII.*,ad regendos populos juſti-
tia, & charitate nemini ſecundo,Chirographũ
confirmatoriu facultatis exigendi prædi-
ctum emolumentum, cujus rata ſpectat etiam
tam ad Procuratorem Fiſcalem, quàm ad
Notarium tenoris ſequentis,

„ Reverendiſſimo Cardinal Carmelengo, Eſ-
„ ſendoci ſtato eſpoſto per parte del Marcheſe
„ Martio Ginnetti, e Lelio Falconieri al pre-
„ ſente Maeſtri delle Strade della Noſtra Città
„ di Roma, e ſuo Diſtretto, che li Maeſtri di
„ Strade pro tempore ſono ſtati ſempre ſoliti di
„ concedere, e diſtribuire publicamente le li-
„ cenze che ſi dicono del legno à quelle perſo-
„ ne di qualſivoglia ſtato, grado, e condizio-
„ ne che hanno havuti, & eſercitati Carri, Car-
„ rette, Barozze, e ſimili Inſtrumenti, e per
„ loro emolumenti onorarii, di eſigere per cia-
„ ſcuno, e ciaſcuna di eſſi, & eſſe reſpettiva-
„ mente giulii dodici in ciaſcun anno, de'quali
„ un giulio per ciaſcuno, e ciaſcuna di eſſi, &
„ eſſe ne ſpetti al Procuratore Fiſcale del Tri-
„ bunale delle Strade, & un altro giulio al Ca-
„ po Notaro dell'Offizio del medemo Tribuna-
„ le, e contro quelli che non haveſſero preſa
„ tal licenza, e pagati detti emolumenti di
„ procedere Manu Regia tanto per il pagamen-
„ to de'medemi emolumenti, quanto anche
„ per le pene contenute ne'bandi in diverſi
„ tempi publicati; mà che eſſendogli poi da al-
„ cuni che hanno Carri Barozze, e ſimili In-
„ ſtrumenti ſtata controverſa la facoltà di dare
„ dette licenze, e di eſigere detti emolumenti
„ ne habbino eſſi Maeſtri di Strade riportato a
„ loro favore da Monſignor Litta hora Preſi-
„ dente delle Strade il mandato de manutenen-
„ do, & la ſentenza, che à detti Maeſtri di
„ Strade pro tempore compete il Jus, e facoltà
„ di concedere dette licenze, e di eſſigere detti
„ emolumenti, e che detto mandato de manu-
„ tenendo ſia ſtato poi anche conſermato dalla
„ piena Camera, nel di cui Tribunale ſia ſtata
„ poi introdotta anche un'altra nova lite ſimile
„ ad Inſtanza di quelli che hanno, & eſſercita-
„ no Carrette pretendendo anche queſti di non
„ prender più dette licenze, e pagare li ſudetti
„ emolumenti, e che tanto nell'una quanto nel-
„ l'altra cauſa, e lite la Camera habbia decre-
„ tato nel giudizio poſſeſſorio, che li Maeſtri
„ di Strade pro tempore diano la ſigurtà de re-
„ ſtituendo in caſum ſuccumbentiæ, e che re-
„ ſtino tuttavia dette liti pendenti in petitorio
„ nella medema Camera, & havendoci ſuppli-
„ cato di opportuno rimedio. Noi perciò be-
„ ne, & à pieno informati del ſolito prattica-
„ to per il paſſato, e delle ragioni di ambe le
„ Parti tanto In poſſeſſorio, quanto anche in
„ petitorio, & in riguardo delle continue fati-
„ che, che li Maeſtri di Strade, & altri Offiziali
„ ſudetti fanno per il ſervizio publico, e per al-
„ tri giuſti motivi, e cagioni, che ci muovono
„ l'animo,di Noſtro Moto proprio, certa ſcien-
„ za, e con pienezza della noſtra aſſoluta po-
„ teſtà, havendo quì per eſpreſſi a ſufficienza
„ tanto li tenori del ſudetto decreto, ò man-
„ dato de manutenendo, e della ſudetta ſenten-
„ za di Monſignor Litta, & anco della conſer-
„ ma di detto mandato de manutenendo ema-
„ nata dalla piena Camera, e quello, e quella
„ reſpettivamente conſermando, & approvan-
„ do come ſe di parola in parola foſſero quì in-
„ ſeriti, quanto anche li ſudetti decreti, e ri-
„ ſoluzioni di dar ſigurtà in caſum ſuccumben-
„ tiæ, lo ſtato delle ſudette cauſe, e liti, e ra-
„ gioni, e motivi d'ambe le Parti,l'importanza
„ delle medeſime liti e cauſe la qualità, e no-
„ mi de'Litiganti, e tuttociò, che foſſe neceſ-
„ ſario d'eſprimerſi primieramente avochiamo
„ a Noi le ſudette liti, e cauſe con tutti li loro
„ anneſſi, e conneſſi incidenti, & emergenti
„ dalla detta noſtra Camera, e ſuo Tribunale,
„ e quelle con tutti li ſuoi atti, e proceſſi, ri-
„ ſolutioni, e decreti ſudetti di dar ſigurtà de
„ reſtituendo in caſum ſuccumbentiæ, così avo-
„ cate nello ſtato, e termine, che hora ſi tro-
„ vano le irritiamo, & annulliamo con tutti,
„ e ſingoli atti ſopradetti, dichiarandoli di neſ-
„ ſuno effetto, e valore & in tutto, e per tutto
„ le ſopprimemo, & eſtinguemo, e reducemo
„ in ſtato come ſe mai foſſero ſtate introdotte
„ aſſolvendo, e liberando pienamente eſſi Mae-
„ ſtri di Strade dalla preteſa reſtituzione di ta-
„ li emolumenti percetti per il paſſato, e ſuc-
„ ceſſivamente vogliamo, e commandiamo che
„ tanto per il paſſato, quanto per l'avvenire li
„ Maeſtri di Strade, che ſono ſtati per il paſſa-
„ to,

,, to, e che ſono di preſente per il tempo, che
,, non hanno potuto eſigere detti emolumenti
,, per cauſa di dette liti, e che ſaranno in futu-
,, ro in perpetuo poſſino, e debbano liberamen-
,, te Manu Regia, & more Camerali privativè
,, quoàd omnes alios, nel modo, e forma, che
,, li è pratticato per il paſſato avanti l'intro-
,, duzzione di dette liti, e cauſe, dare e diſtri-
,, buire dette licenze, & eſigere li ſudetti emo-
,, lumenti non ſolo per li ſudetti Carri, Bar-
,, rozze, e Carrette, & altri Iſtrumenti ſimili,
,, mà anche per li Carrettini, Carretrole, &
,, altri ſimili Inſtrumenti introdotti doppo in
,, forma più piccola come ſurrogati in luogo di
,, detti Carri, Carrette, e Barrozze, da tutte,
,, e ſingole perſone di qualſivoglia ſtato, gra-
,, do, e condizione anche priviligiate, e privi-
,, legiatiſſime proporzionatamente, eccettuan-
,, do però quelle, e quelle Carrettini, e Car-
14 tetuole che ſervono, e ſerviranno per mero,
,, ſemplice, vero, & aſsoluto uſo proprio, dan-
,, dogliene noi la facoltà e licenza ampliſſima
,, anche per via di nova conceſſione e di nuovo
,, chiaro eſpreſso, & amplo privilegio, quale
,, vogliamo ſerva in ogni futuro tempo per ve-
,, ro, giuſto, e legitimo titolo tanto per que-
,, ſte, quanto anche per l'altre licenze di qual-
,, ſivoglia ſorte ſolite concederſi dalli Maeſtri di
,, Strade, e per legitima perſeazione delli ſoli-
,, ti emolumenti di tutte dette altre licenze an-
,, cora, al quale effetto vogliamo, e dichiariamo
,, che anche quelle ſiano compreſe in queſto
,, nuovo privilegio, e nuova conceſſione in ca-
,, ſo che ne ſia biſogno, acciò la facoltà, & au-
,, torità di poter concedere tutte le ſudette, &
,, altre licenze ſolite a concederſi, e di eſigere
,, li ſudetti ſoliti emolumenti non gli ſi poſsa da
,, alcuno in avvenire più controvertere, & im-
,, pugnare ſotto qualſivoglia cauſa, e preteſto,
,, e li medemi emolumenti vogliamo poſſino
,, appropriarſeli ſecondo il ſolito per loro uſo
,, proprio, eccettuati però li ſudetti giulii, che
,, per ciaſcun Carro, Barroaza, Carretta, Car-
,, rettino, Carrertola, & altri Inſtrumenti ſi-
,, mili come ſopra, e per tutte le altre licenze
,, ſolite concederſi da eſſi Maeſtri di Strade vo-
,, gliamo ſi paghino alli ſuddetti Procuratore
,, Fiſcale, e Notaro del Tribunale delle Strade
,, oltre all'altri emolumenti ſoliti che gli ſpet-
,, tano; e la ſudetta eſigenza di detti emo-
,, lumenti poſsano, e debbano farla oltre
,, all' altre Taſſe, e pagamenti ordinarii, e
,, ſtraordinarii, che li ſudetti Inſtrumenti
,, devono contribuire, e pagare per la Taſſa
,, dell'accomodamento delle ſtrade, e per la
,, Taſſa, che ſi dice della ſerratura applicata per
,, beneficio publico allo ſpurgo, e polizia della
,, medema noſtra Città di Roma, & oltre ad
,, altre nove Taſſe, e pagamenti che ſopravve-
,, niſſero in avvenire, e ſopra tutte, e ſingole
,, coſe ſudette, e per la loro libera, e ſpedita
,, eſecuzione diamo, e concediamo a Voi am-
,, pla, e libera facoltà, e giuriſdizione priva-
,, tivè quoàd omnes alios di prendere, e fare

,, tutte quelle proviſioni, e riſoluzioni per il
,, plenario effetto in perpetuo di queſta noſtra
,, nova conceſſione, e privilegio, con far pu-
,, blicare Baudi, & Editti, e procedere ad ogni
,, atto giudiziale, & eſtragiudiziale, che ſti-
,, materete neceſsarii, & opportuni, e che a Voi
,, pareranno, e piaceranno prohibendo noi ſi
,, in ſoſpenſivo, come in devolutivo ogni appel-
,, lazione, e ricorſo, e così eſegnirete, eſſendo
,, queſta la mente, e volontà noſtra eſpreſsa;
,, Volendo, e decretando che il preſente noſtro
,, Chirographo, e quanto in eſso ſi contiene
,, habbia il ſuo effetto, vigore, & eſecuzione
,, con la ſola noſtra ſottoſcrizione, ammeſso, e
,, regiſtraro che ſarà in Camera, in conformità
,, della Bolla di Pio IV. de Regiſtrandis, e che
,, contro il medeſimo Chirographo, e tutto ciò
,, che in eſso ſi contiene non ſi poſsa mai oppor-
,, re di ſobtezzione, & obrezzione ne altro vi-
,, zio, e nullità, togliendo Noi da adeſso per
,, all'hora ogni ſacoltà, autorità, e giuriſdi-
,, zione ad ogni, e qualunque Giudice Ordina-
,, rio, Commiſsario, e Delegato, alla Came-
,, ra, e Rota, & ad ogn'altro Giudice, e Tri-
,, bunale, anche Cardinali Legati a Latere di
,, poter giudicare, decidere, interpetrare, glo-
,, ſare, decretare, riſolvere in contrario, irri-
,, tando, & annullando Noi da adeſso perallo-
,, ra tutto ciò che ſi faceſse giudicaſse, inter-
,, perraſse, gloſaſse, e decretaſse, e riſolveſse,
,, altrimente, benchè non ſiano ſtati citati ne
,, chiamati, ne ſentiti li ſudetti litiganti, &
,, altri qualſiſiano in qualſivoglia modo intereſ-
,, ſati, e non oſtanti le Bolle di Simaco, Pao-
,, lo II. e III. Paolo IV., e qualſiſiano altre Bolle
,, Conſtituzioni, & Ordinazioni Apoſtoliche,
,, Leggi Civili, e Canoniche, uſi, ſtili, conſue-
,, tudini, li Statuti, e Riforme di Roma in
,, quella parte foſsero contrarii a queſto noſtro
,, Chirographo, & altri qualſiſiano Statuti, e
,, Riforme, e Leggi municipali, e Regole della
,, noſtra Cãcellaria de Jure queſito non tollendo
,, e qualſiſia altra coſa, che faceſsero in contra-
,, rio, alle quali tutte, e ſingole havendo li lo-
,, ro tenori qui per eſpreſſi a ſufficienza come
,, ſe di parola in parola foſsero inſeriti per que-
,, ſta volta, & a queſto effetto eſpreſsamente
,, deroghiamo non ſolo in queſto, ma in ogn'
,, altro miglior modo. Dato dal Noſtro Palaz-
,, zo Apoſtolico di Monte Cavallo queſto di 30.
,, Marzo 1690. *Alexander Papa VIII.*

Poſt hæc ſcripta emanavit *Conſtitutio Sanctiſſimi Domini Noſtri Innocentii XII.* ſuper Confirmatione, Reformatione, & Conceſſione reſpectivè juriſdictionis, & facultatibus Tribunalis, & Magiſtratus Viarum tenoris ſequentis; electuſque fuit in Preſidem Viarum *Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Grimaldus Cameræ Apoſtolicæ Clericus*, in quo præter excelſam nobilitatem, ſumma vigi-
15 lantia, ſingularis integritas, & juſtitia refulgent, ac in hoc munere, ſicut in omnibus aliis ab eo exercitis, ad utilitatem publicam, viſus eſt priùs egiſſe, quàm agere.

IN-

INNOCENTIUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Sacerdotalis, & Regiæ Urbis Nostræ ad illud sublimatæ fastigium, ut per Beati Petri Sedem Caput Orbis effecta, latius præsideat religione Divina, quàm unquam imperaverit dominatione terrena, venustati, decori, & commodis etiam temporalibus eò Nos convenit ampliori cura prospicere, quò ipsam, ubi præcipuorum Apostolorum glorificatus est exitus, & quam in communem patriam Christianus populus nuiversus agnoscit, singulari dilectione gerimus in paternæ visceribus Charitatis: Dum verò in eadem Sede, meritis licèt imparibus, superna dispositione locati, Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum exemplo, ad Urbem præfatam considerationis nostræ oculos principaliter convertimus, ejus etiam districtus, aliorumque Nobis, & Romanæ Ecclesiæ etiam in temporalibus subjectorum locorum commodioribus viis, aliisque utilitatibus in Subditorum nostrorum, & quorumcumque Romipetarum beneficium respectivè consulere non prætermittimus.

Aliàs siquidem fel. recor. Martinus Papa V. Prædecessor Noster, cùm rei evidentia edoctus fuisset, quod præfata Urbs, ejusque districtus 15 ex defectu officii Magistrorum, quod antiquitus pro viarum, stratarum, platearum, & locorum tàm publicorum, quàm privatorum, necnon ædificiorum lapideorum, & ligneorum, parietum, tignorum, baccorum, tectorum, tabulatorum, manianorum, apothecarum, & pontium, portarum, transituum, necnon urbanorum, & rusticorum prædiorum, pratorum, hortorum, atque vinearum fiebant, restaurationum, servitutum, & libertatum administratione institutum, & ordinatum fuerat, in præmissis grandem patiebatur deformitatem; Necnon accepisset, nonnullos cives, & incolas res fœtidas, & corruptas in vias, stratas, plateas, & loca publica, & privata hujusmodi proiicere, sea alienare, & in usus proprios deducere, & propterea hujusmodi deformitatibus, excessibus, & incommodis possetenas occurrere cupiens, Officium Magistratus hujusmodi juxtà illius institutionem auctoritate Apostolica suscitavit, reintegravit, & restituit; Duos quoque Urbis, & districtus præfatorum Viarum Magistros ad suam beneplacitum deputavit, cum solitis ab antiquo jurisdictionibus, potestatibus, honoribus, privilegiis, libertatibus, & circa ea concernentibus, dependentibus, & annexis, etiam cum facultate faciendi Submagistros, necnon hujusmodi excessus reparandi, corrigendi, & emendandi absque cujusvis vocatione, seu citatione, sed juxtà datam illis à Domino prudentiam, etiam per demolitionem quorumcunque ædificiorum, necnon præmissorum occasione gravatos absque lite, sed summariè, simpliciter, de plano, & quibuscunque tunc expressis non obstantibus relevandi, restituendi, & reponendi, contradictores quoque, & rebelles privandi, banniendi, arrestandi, incarcerandi omniaque, & singula faciendi, & exercendi, quæ Magistri illorum Prædecessores facere, & exercere potuerunt seu etiam debuerunt, & alias prout in ejusdem Martini Prædecessoris secundò Kal. Aprilis Pontificatus sui anno octavo expeditis literis plenius continetur.

Successivè alii Romani Pontifices Prædecessores nostri, & præsertim similis recordationis Sixtus IV. Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quadrigentesimo octuagesimo Pridie Kal. Julii, Leo X. Anno ejusdem Incarnationis millesimo quingentesimo decimo septimo, quartò Nonas Novembris, & Pius IV. Anno Incarnationis præfatæ millesimo quingentesimo sexagesimo quinto Decimo Kal. Septembris per suas respectivè editas literas S.R.E. Camerario, & præfatis Viarum Magistris, plerasque conjunctim, aliquas verò separatim exercendas jurisdictiones, facultates, & functiones confirmarunt, ampliarunt, & respectivè concesserant. Quas, & alias hujusmodi literas cum decreto Cameræ Apostolicæ de Inquilinis in emptione domorum præferendis, tametsi recol. memoriæ Pius V. etiam Prædecessor noster per quasdam suas motus proprii Cedulas sub Datum quartò Idus Aprilis, & quintò Nonas Julii Pontificatus sui anno sexto, quo ad Jus congrui, & nova (non tamen Sacra, aut publica) construenda ædificia, ad terminos Juris communis redaxerit, nihilominus piæ mem. Gregorius Papa XIII. similiter Prædecessor noster per alias suas Anno Incarnationis præfatæ millesimo quingentesimo septuagesimo quartò Kalendis Octobris editas literas, prædictis memoratorum Sixti, Leonis, ac Pii IV. & Pii V. literas, quatenus ad aliquid eorum, quæ in iisdem suis literis continebantur, pertinebant, & de aliquo eorum statuebant, & disponebant, antiquatis, abrogatis, & penitus revocatis, & sublatis plurima innovavit, statuit, decrevit, & ordinavit circa ædificia, & ornatum dictæ Urbis, ac coactas, seu voluntarias venditiones, & Jus congrui, seu retractus earumdem venditionum occasione competens; seu institutum, tum in eadem Urbe, tum intra tria, & respectivè duodecim à præfata Urbe milliaria, cum multis facultatibus, & jurisdictionibus plerumque à præfatis Camerario, & Viarum Magistris conjunctim exercendis.

Aliæ quoque, & quidèm multiplices jurisdictiones, facultates, curæ, & functiones in quampluribus sivè prædictorum, sive aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum Chirographis, literis in forma Brevis, ac motus proprii cedulis, necnon in ejusdem Urbis à Sede Apostolica confirmatis Statutis eidem S.R.E. Camerario, Præsidi, & Magistris Viarum præfatis aliquando aliquibus mixtim, & aliquando omnibus insimul concessæ, seu demandatæ fuerunt, exercitium tamen judicialis, & contentiosæ jurisdictionis in iis, quæ dictis Viarum Magistris injuncta fuerant, penès eorum Assessorem ab eadem Apostolica Sede deputatum existere consuevit.

Hinc Nos abusibus, qui desuper irrepserant, occurrere, justitiæ administrationi in præmissis plenius consulere, ac præfatæ Urbis ornatui, necnon ejusdem, illiusque districtus, & Ditionis Ecclesiasticæ respectivè viarum, locorum & aliorum quorumcunque in præfatis literis, & ordinationibus quoquo modo contentorum instructioni, conservationi, reparationi, restaurationi, & expurgationi, quantùm Nobis ex Alto conceditur, uberius respectivè providere cupientes; Ac propterea omnium præfatarum & aliarum, si quæ sint, literarum tam sub plumbo, quàm in forma Brevis, motus proprii cedularum, chirographorum, ordinationum, & Statutorum quorumcunque circà præmissa existentium tenores, ac si de verbo ad verbum inserti essent, pro plenè, & sufficienter expressis habentes, de dilectorum filiorum nonnullorum Romanæ Curiæ Prælatorum, & Virorum pietate, doctrina, prudentia, & rerum usu præstantium specialiter ad id à Nobis deputatorum, qui rem maturè examinarunt, consilio, ac etiam Motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, memoratas literas, cedulas, chirographa, ordinationes, & statuta in iis, quæ præsentibus, & omnibus, et singulis hìc contentis quoquo modo non adversantur, earumdem tenore præsentium approbamus, confirmamus, & innovamus, illisque perpetuum, & inviolabilis firmatis robur adiicimus, & ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, penitùs & omninò observari volumus, & mandamus.

Decernentes, omnes, & singulas hujusmodi literas, sanctiones, statuta, & ordinationes, tam speciales Tribunalis, seù Magistratus, quàm generales, & in parte de eodem Tribunali, seu Magistratu tractantes, necnon omnes, & singulas jurisdictiones, facultates, curas, functiones, & administrationes hujusmodi quoquo modo concessas, non aliter, quàm ad formam harum præsentium observari, exequi, & intelligi posse, & debere, perinde ac si ab initio institutæ, & respectivè concessæ, attributæ, directæ, & demandatæ fuissent personis, modis, ac formis in præsenti nostra in perpetuum valitura Constitutione contentis, quam, supplendo omnem, & quamcunque aliaquin necessariam, seu opportunam expressionem, ac sublatis omnibus, & quibuscunque contrariis, diversis, seu differentibus, omninò, & inviolabiliter servari, adimpleri, & exequi volumus, & mandamus.

Reformationem verò Tribunalis, seu Magistratus hujusmodi à jurisdictionis norma, & distinctione incipientes, prævia pretii, ut impensæ expeditionis restitutione jam facta ei, qui Magistrorum Viarum Assessoris Officium hactenus obtinuit, officium hujusmodi penitùs, & omni-
16 *no supprimimus, abolemus, & abrogamus.*

Jurisdictionem in omnibus, & singulis causis Juris congrui, seu retractus, cum omnibus, &
17 *singulis ab eo dependentibus, annexis, & connexis, in quibus ante hac memorati Camerarius ac Magistrorum Viarum Assessor insimul procedebant, in posterum ad eumdem Camerarium privativè quòad alios spectare; Hujusmodi autem*
18 *causas in gradu appellationis iisdemmet modis, & formis, quibus hactenus observatum, fuit, ad Præsidem Viarum devolvendas esse, & ab illo ad Tribunal Cameræ supradictæ appellandum esse decernimus.*

In reliquis omnibus causis, & negociis, eorumque annexis, connexis, & dependentibus,
19 *omnem, & quamcunque necessariam, & opportunam jurisdictionem pro tempore existenti Viarum Præsidi, & privativè quòad alias, concedimus, & ad eumdem, à quo ad Cameram præfatam pariter appelletur, spectare volumus, & mandamus.*

Magistris tamen Viarum tam in Urbe, quàm in ejus districtu præfatis occasione, seu in actu
20 *vias ejusdem districtus invisendi, facultatem coercendi contravenientes constitutionibus, bannimentis statutis, & ordinationibus Tribunalis, Magistratus, necnon ipsorum Magistrorum, vel alterius eorum præceptis, seu jussibus, usque ad eorumdem contravenientium carcerationem, ac etiam excarcerationem, in forma tamen extrajudiciali, prout etiam procedendi in simili forma contra hujusmodi contravenientes ad pignorationem pro mulctis, & pœnis pecuniariis in præfatis bannimentis contentis, ac eorumdem pignorum restitutionem, (reservatis semper prædicto, Viarum Præsidi ulteriori cognitione, & recursu,) præservamus, & quatenus opus sit, etiam concedimus.*

Iisdem quoque Viarum Magistris curam, superintendentiam, & administrationem instruendi, restaurandi, manutenendi, mundandi, & expurgandi vias, plateas, & loca Urbis, necnon confirmandi, eligendi, & amovendi Architectos, submagistros, operarios, & artifices prædicto Magistratui Viarum inservientes, salvo semper jure Præsidis easdem ex justa causa removendi, prout etiam facultatem licentias hactenus ab iisdem dari solitas, & in posterum pro indemnitate Magistratus, & Officialium juxtà modum præscribendum registrandas, & sigillo Præsidis præfati gratis muniendas, concedendi, salvo ad memoratum Præsidem, auditis Magistris præfatis, ab hujusmodi licentiarum denegatione, seu indebita concessione recursu, similiter præservamus, & quatenus opus sit, concedimus.

Eidem Præsidi Procuratorem Fiscalem, Ratiocinatorem, & Exactores quarumcumque taxarum, vel exactionum tam in Urbe, quàm in ejus districtu supradictis, necnon Mandatarium, & Viarum Commissarium, cum Magistrorum præfatorum consilio, & Baroncellum ad ejus libitum deputandi, & amovendi facultatem concedimus; reservata tamen Venerabili Fratri nostro Palutio Episcopo Prænestino ejusdem S. R. E. Cardinali de Alteriis nuncupato dictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario prædictos Procuratorem Fiscalem, Ratiocinatorem, & Mandatarium, donec vixerit, deputandi, & amovendi.

Ad hæc omnes, & singulas jurisdictiones, facultates, curas, & emolumenta quæcunque pro tempore existentibus ejusdem S. R. E. Camerariis

in

21 *in platea Agonis competentes, & competentia,*
ſeù ab illis exerceri, & percipi hactenus conſue-
tas, & conſueta, ex nunc prout ex tunc, ſequu-
to obitu memorati Palutii Epiſcopi Cardinalis,
& Camerarii, cui pariter, donec vixerit, nul-
lum jus hujuſmodi adimere volumus, & decla-
ramus, ab eodem Camerariatus Officio penitùs &
omnino diſmembramus, & ſeparamus, illaſque
& illa Tribunali, & Magiſtratui Viarum ſub
cura, regimine, & juriſdictione ſolius pro tem-
pore exiſtentis Præſidis Viarum ad limites, &
formam præſentium, abſque ulla prorſus inter
dictam Agonis, & alias plateas Urbis differen-
tia, ſeu diſtinctione reſtituimus, ſeu unimus, an-
nectimus, & incorporamus, & reſtitutas, ſeu
unitas, & annexas, & incorporatas eſſe volu-
mus, & mandamus.

Ex nunc autem omnes, & ſingulas juriſdictio-
nes, facultates, curas, & adminiſtrationes hu-
juſmodi cuicunque perſonæ etiam præfatæ S.R.E.
Cardinali, etiam ejuſdem S.Romanæ Eccleſiæ Vi-
cecancellario, Collegiis, Capitulis, Locis piis,
22 *Baſilicis, & Eccleſiis etiam Patriarchalibus,*
& quibuſcunque quavis dignitate, vel præemi-
nentia tam Seculari, quàm Eccleſiaſtica fungen-
tibus, etiam ſpeciali, & individua mentione di-
gnis, ſuper plateis, viis, & locis Urbis præfa-
tæ quoquo modo conceſſas, vel competentes, nec-
non emolumenta, de quorum percipiendorum va-
lido, & ſubſiſtenti jure, quod reſpectu aliorum,
quàm Eccleſiarum, & Locorum piorum, ex ti-
tulo verè, & proportionatè oneroſo, & corre-
ſpectivo eſſe debeat, legitimè non conſtiterit,
ſupprimimus abolemus, & abrogamus, ac ab
iiſdem, ſeu eorum officiis, vel muneribus ſepa-
ramus, & diſmembramus, illaſque, & illa mo-
do, & forma præmiſſis ex nunc Tribunali Via-
rum ſub cura, regimine, & juriſdictione pro
tempore exiſtentis Præſidis Viarum hujuſmodi
reſtituimus, ſeu unimus, annectimus, incorpo-
ramus, & quatenus opus ſit, de novo concedi-
mus.

Præterea inhærentes alias factis, chirogra-
phis, & ordinationibus Tribunalis, & Magi-
ſtratus hujuſmodi, quæcunque privilegia, &
23 *exemptiones, & quaſvis literas patentes ibidem*
revocatas, & præſentibus adverſantes nullate-
nus ſuffragari declaramus, illaque, & illas ite-
rum revocamus, caſſamus, & annullamus; Vo-
lentes, & mandantes, omnes, & ſingulos, ne-
mine prorſus excepto, in iiſdem Chirographis
ſpecificatos, ſeu comprehenſos etiam Palatii no-
ſtri Apoſtolici, & cujuſcunque Judicis, & Tri-
bunalis, tametſi ſpeciali, & individua nota di-
gnorum, necnon dictæ S.R.E. Cardinalium, Baſi-
licarum, Ordinum, Congregationum, & Socie-
tatum etiam Jeſu miniſtros, & Officiales quo-
ſcunque, & quibuſuis literis patentibus munitos
ac Neophitos, & milites etiam auxiliatores Ar-
cis S.Angeli, & Alabardarios nuncupatos Gu-
bernatoris Urbis quoſcunque, & quotcunque
etiam in minori, & modico, ſeù minimo nume-
ro, ad ſolutionem, & contributionem quarum-
cunque taxarum, & impoſitionum, aquè ac alios
non privilegiatos, teneri, & obligatos eſſe, nec-
non juriſdictioni Tribunalis, & Magiſtratus hu-
juſmodi, ac omnibus, & ſingulis illius conſtitu-
tionibus, & ordinationibus quibuſcunque pari-
ter eſſe, & remanere ſubiectos. Prout etiam præ-
fata chirographa, & ordinationes innovantes,
& ampliantes, à decretis, mandatis, & ſenten-
tiis ſuper ſolutiane quarumcunque taxarum, ſeu
contributianum à Tribunali, ſeu Magiſtratu præ-
fatis impoſitarum, & imponendarum, & reſpe-
ctivè ſuper affictuum, ſeu appaltuum ab Affictua-
riis, ſeù Appaltatoribus debitorum, ſeu deben-
dorum ſolutione, necnon ſuper rationibus per
adminiſtratores, ſeu œconomos reddendis, ac ſu-
per reſtitutione, vel ſolutione eorum, quæ per
eoſdem adminiſtratores, ſeu œconomos exacta fue-
rint, nullam admittendam eſſe appellationem,
ſeu recurſum in ſuſpenſivo, ſed in devolutiva
24 *tantùm, itaut quæcunque appellationes, & re-*
curſus, ſeu citationes, inhibitiones, ſuperſeſſo-
riæ, & decreta in vim appellatianum, ſeu recur-
ſuum hujuſmodi faciendæ, ſeu facienda, abſque
ullo attentatorum, pœnarum, ſeu nullitatum in-
curſu, poſſint impunè ſperni.

Solutiones quarumcunque taxarum, pro qui-
25 *bus judicialiter mediante conteſtatione litis, vel*
ſaltem tentata aliqua executione mandatorum,
actum non fuerit, triennia ex nunc quòad præ-
teritas, & à die impoſitionis quoad futuras ta-
xas computando, præſcribantur.

Cæterum Præſes Viarum hujuſmodi non amplius
ad annum in Camera prædicta, ut moris erat,
ſorte extrahatur, ſed à Nobis, ſeù Romano Pon-
26 *tifice pro tempore exiſtente, ad noſtrum, &*
ejuſdem pro tempore exiſtentis Romani Pontificis,
& dictæ Sedis beneplacitum, in poſterum depu-
tetur. Ex Magiſtris verò Viarum non amplius
uterque inſimul, ſed alteruter tantùm, ut unus
ſemper pendentibus Magiſtratus negotiis inſtru-
ctus remaneat, dimittatur.

Appaltus expurgationis Urbis, necnon naius
julii, qui ſingulis trimeſtribus pro qualibet apa-
theca ſolvitur, itidemque curruum, ſeu rheda-
27 *rum, ac ciſiorum vulgò caleſſi locari ſolitorum,*
à præfata Palutio Epiſcopo Cardinale, & Came-
rario pariter donec vixerit, inſimul cum Præſide,
& Magiſtris Viarum hujuſmodi. Alii verò ap-
paltus, affictus, & contractus, ac poſt obitum
memorati Palutii Epiſcopi Cardinalis etiam di-
cti appaltus expurgationis Urbis, & præfati ju-
lii, necnon curruum, ſeù rhedarum, & ciſiorum
prænominatorum in Congragatiane ſingulis hebdo-
madis pro negotiis dicti Tribunalis, ſeù Magi-
ſtratus facienda cui iidem Præſes, Magiſtri Via-
rum, & alii Miniſtri de more interſint, apertis
ſemper in ſupradictis congreſſibus cedulis abla-
tionum, & facta deliberatione meliorem condi-
tionem facienti reſpectivè concludantur, & ſti-
pulentur.

Renovetur, ſeù fiat, facta imprimatur, &
impreſſa in locis à Præſide præfato præſcribendis
28 *exponatur, & retineatur diſtincta, & modera-*
ta Taxa omnium, & ſingulorum emolumento-
rum tam Tribunalis, ſeu Magiſtratus, quam

singulorum ejus ministrorum, seu officialium,
nihilque prorsus præter, vel contra eamdem,
sub pœnis arbitrio memorati Præsidis infligendis,
percipiatur, vel exigatur.

Teneantur singuli exactores sub pœna falsi di-
stinctè, & diligenter annotare omnes, & singu-
las taxas, & quoscunque earumdem debitores,
29 prout etiam omnes, & singulas etiam minimas
exactiones, ac personas, à quibus exegerint, in-
trà quindecim dies post quamlibet, licèt mini-
mam exactionem, computandos, istaque omnia
diligenter, fideliter, & distinctè describere in
libris in Officio Notarii Tribunalis retinendis, &
cuicunque quomodolibet interesse habenti prom-
ptè exhibendis.

Omnia, & singula emolumenta Tribunalis, seù
Magistratus etiam ex taxa curruum, & eisiorum
30 præfatorum locari solitorum, necnon ex pretio
situum publicorum in beneficium Tribunalis seu
Magistratus, vel implementum ejus onerum, &
præsertim in expurgationem viarum convertan-
tur.

Magistris Viarum nulla prorsus etiam minima,
ac etiam spontè oblata, tum in pecunia, tùm in
qualibet specie, & tam ordinaria, quàm extraor-
31 dinaria, certa, & incerta emolumenta ratione
eorum muneris, seu quarumcunque licentiarum,
accessuum, & functionum post hac amplius exige-
re, seu percipere quoquomodo valeant, sed solo
annuo stipendio scut. quadringentorum monetæ
Romanæ pro quolibet earum, ex emolumentis
Magistratus extrahendo, quod illis constituimus,
& assignamus, omnino debeant esse contenti.

Viæ consulares districtus Urbis propriis sumpti-
bus, & expensis personaliter revideantur, &
recognoscantur saltem semel in anno pro qualibet
32 via per dictos Magistras Viarum, quo verò ad
Præsidem præfatum ejus arbitrio, & ultrà hu-
jusmodi accessus, in quibus necessitatibus, repa-
rationibus, & commoditatibus hujusmodi via-
rum debeant iidem respectivè consulere, & pro-
videre, semper invigilent, ac certiorari satagant
de omnibus earumdem viarum necessitatibus, &
incommodis etiam per literas circulares Guber-
natoribus, & Communitatibus, seu Universita-
tibus Civitatum, Terrarum seu Locorum, in quo-
rum territoriis viæ præfatæ consistunt, ut respon-
siones, & aliæ informationes desuper habita,
in Congregatione præfata, ad effectum opportu-
nè desuper providendi, referantur, & exami-
nentur.

Præsidis Viarum superintendentia, & facul-
tates vias consulares ditionis Ecclesiasticæ extrà
præfatum districtum existentes comprehendant,
33 & ejusdem ditionis Gubernatores subjecti sint
ordinationibus memorati Præsidis, qui de viarum
præfatæ ditionis instructione, & refectione, re-
stauratione, & manutentione, non tamen in ju-
dicialibus, debeat esse solicitus: In districtu ve-
rò omnem suam jurisdictionem in viis tam consu-
laribus, quàm non consularibus respectivè va-
leat exercere.

Decernentes, easdem præsentes literas, & in eis
contenta quæcunque, etiam ex eo, quod omnes,
& singuli supradicti, ac alii quicunque in præ-
missis quomodolibet jus, vel interesse habentes,
seu habere prætendentes, cujusvis status, gradus,
ordinis, præeminentiæ, vel dignitatis, seu alias
specifica, & individua mentione, & expressio-
ne digni existant, iisdem præsentibus non consen-
serint, nec vocati, seu auditi fuerint, tametsi
suorum indultorum, vel privilegiorum vigore
consentire, seu vocari, & audiri semel, vel plu-
ries quoquo modo debuissent, aut ex alia quan-
tumvis juridica, & privilegiata causa, colore,
prætextu, & capite etiam in corpore juris clau-
so ullo unquam tempore de subreptionis, vel obre-
ptionis, seù nullitatis vitio, aut intentionis no-
stræ, vel interesse habentium consensus, alioque
quolibet etiam quantumvis magno, & formali,
ac substantiali defectu notari, impugnari, in-
fringi, in controversiam revocari, ad terminos
juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris,
restitutionis in integrum, aliudve quodcunque
juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel
impetrari nullatenus posse, sed semper, & per-
petuò validas, firmas, & efficaces existere, &
fore, suosque plenarios, & integros effectus sor-
tiri, & obtinere debere, & ab omnibus ad quos
spectat, & pro tempore quandocunque, & quo-
modocunque spectabit, inviolabiliter observari;
sicque, & non aliter per quoscunque Judices or-
dinarios, & delegatos quavis auctoritate, præe-
minentia, aut potestate fungentes, & functuros,
etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores,
& dictæ S.R.E. Cardinales etiam de latere Lega-
tos sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter
judicandi, & intepretandi facultate, judicari,
& definiri debere: Irritum quoque, & inane,
si secus super his à quoquam quavis auctoritate
scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus omnibus, & singulis præmis-
sis, & quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ
Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo,
necnon præfati Pii IV. Prædecessoris, de gratiis
qualecunque interesse Cameræ Apostolicæ concer-
nentibus, in dicta Camera intrà certum inibi
præscriptum tempus præsentandis, & registran-
dis, necnon aliis quibuscunque Apostolicis, ac
etiam in Generalibus Conciliis editis, & eden-
dis Constitutionibus, Ordinationibus, ac Urbis,
& Curiæ Romanæ, & Cameræ Apostolicæ, ejus-
demque Curiæ Tribunalium, quarumcunque Ec-
clesiarum etiam Patriarchalium S. Joannis in
Laterano, Principis Apostolorum, & S. Mariæ
Majoris, Monasteriorum, Hospitalium, Loco-
rum piorum, necnon Ordinum, Congregationum,
& Societatum, etiam Jesu, & quibusvis aliis,
etiam juramento, vel alia quavis firmitate ro-
boratis, statutis, usibus, stylis, consuetudinibus,
& decretis, etiam novis reformationibus qui-
buscunque, legibus, & canonibus, privilegiis
quoque, indultis, & literis Apostolicis sub qui-
buscunque verborum tenoribus, & formis, &
cum quibusvis etiam derogatoriarum derogato-
riis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & in-
solitis clausulis, & decretis in genere, vel in
specie etiam motu, scientia, & potestatis pleni-

tudi-

itudine similibus, vel ad quorumnis instantiam, ac etiam consistorialiter, aut aliàs quomodolibet per Nos, & Romanos Pontifices Prædecessores nostros in contrarium eorumdem præmissorum concessis, ac etiam pluries confirmatis, innovatis, & approbatis, quibus omnibus, & singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitùs omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & insererentur, iisdem præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum harum serie specialiter, & expressè motu, scientia, deliberatione & potestatis plenitudine paribus specialiter, & expressè derogamus, & derogatum esse volumus, & mandamus, necnon omnibus illis, quæ iidem Prædecessores nostri in præmissis quibuscunque eorum literis, & chirographis voluerunt non obstare cæterisque contrariis quibuscunque.

Volumus autem, quod postquam præsentes valuis Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, & in Acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex nostris Cursoribus affixæ, & publicatæ fuerint, omnes, & singulos tam in Urbe, quàm in Districtu, & Ditione præfatis existentes, perindè obligent, & arctent, acsi unicuique eorum personaliter, & nominatim intimatæ fuissent; Quodque earum transumptis etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extrà adhibeatur, quæ iisdemmet præsentibus si exhibitæ, vel ostensæ fuissent, adhiberetur.

Nulli ergo omnino hominum liceat, paginam hanc nostrarum approbationis, confirmationis, innovationis, voluntatum, mandatorum, decretorum, suppressionum, abolitionum, abrogationum, præservationum, concessionum, declarationum, dismembrationum, separationum, restitutionum, unionum, annexionum, incorporationum, revocationis, cassationis, annullationis, constitutionis, assignationis, derogationis, aliorumque præmissorum infringere, seu ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentessimo nonagesimo secundo, Quartò Kal. Decembris Pontificatus nostri anno secundò.

B. Card. Prodatarius. I. F. Card. Albanus.

ADDIT. AD RUBR. XXXVII. LIB. V.

SUMMARIUM.

1 MUnitio, seù reparatio Viarum publicarum respicit Principis, & Reip. Majestatem.

2 Appellatio à Sententiis seù decretis Cardinalis Cameratii, seù ejus Auditoris, & Magistratus Viarum committebatur per Tribunal Cameræ Præsidi Viarum.

*Num.*3. Viarum publicarum munitio, sivè reparatio principaliter respicit Principis, &

1 Reip. Majestatem * ex his enim Urbes ornatum, Aer salubritatem, Populi Commeatum perpetuò consequuntur ut etiàm docet *Castellin. ad Bannimenta Romandiolæ observat. 15. num. 1.*

*Num.*18. Appellatio à Sententiis, seù decretis latis à Cardinale Camerario, seù ejus Audi-

2 tore * & Magistris Viarum, seù eorum Assessore conjunctìm committebatur per Tribunal Cameræ Præsidi Viarum ut testatur *Ridolphin. prax. par. 1. Cap. 13. n. 242.*

De arboribus nocumentum inferentibus incedendis.

RUBRICA XXXVIII.

ITem declaramus, volumus, & ordinamus, quod quicumque habet, seu habebit in Comitatu, aut districtu Faventiæ terras aliquas aratorias, seu vineatas habentes arbores aliquas juxtà convicini sui bona, quæ afferant umbram, & nocumentum bonis ipsius convicini teneatur quandocunque ad id requisitus fuerit, seu à Judice monitus, aut jussus hujusmodi arbores evellere, & incidere, ne vicino damnum inferatur, & hoc quando tales arbores sint in confinio bonorum convicini, vel ab eis distent minori spatio pedum decem perticæ fossato intermedio non existente, eo autem existente spatio pedum quinque perticæ, & si quis silvam habuerit in dictis districtu, & Comitatu juxtà, & propè aliquam vineam teneatur, & debeat eam incidere, & penitùs evellere, & eam sic tenere per spatium dictorum decem pedum perticæ versus vineam hujusmodi, & alias arbores, etiam penitùs evellere in confinio existentes, nullo temporis cursu, nullaque præscriptione obstante, & qui requisitus à convicino id facere distulerit, aut in hoc Judicis mandato non obtemperaverit, & spatio quindecim dierum continuorum sic cessaverit, librarum decem

Digitized by Google

cem bonon. pœnæ subjaceat pro qualibet vice sic cessaverit, & inobediens fuerit, & nihilominùs ad prædicta juris remediis omninò compellatur. In rivis verò, & tracturis, & cantricis non liceat plantare in aliqua ripa eorumdem à cursu aquæ usque, & per totam ripam pendentem, & aliter plantare possint ad requisitionem vicini, seu de mandato Dominorum Antianorum, vel alterius officialis Communis Faventiæ removeri, eas convertendo in usus, & utilitatem Communis Faventiæ pro reficiendis pontibus, & aliis necessariis ipsius Communitatis, & in prædictis, & quolibet prædictorum procedi debeat per Dominum Potestatem, seu alium Judicem ad id competentem summariè, simpliciter, sine strepitu, & figura judicii, solaque facti veritate inspecta, & sit præcisum.

S V M M A R I V M.

1 DIstantia, seù interstitium in plantatione arborum, quænàm requiratur de Jure communi.

2 Distantia in plantatione arborum non servata ad formam præscriptam à *Statuto Faventiæ*, instante vicino arbores penitùs sunt evellendæ.

3 *Statutum Florentinum lib. 2. dè vigis incidendis* disponit, quod arbores non producentes fructus comestibiles ad hominum usum, existentes propè agrum vicini per octo brachia incidi debeant. Vide num.4.

5 Rami arboris si super vicini fundo adeò pendeant, ut illi noceant, tùnc Dominus arboris ad altitudinem quindecim pedum à terra requisitus à vicino damnificato tenetur circumcidere, & num.7.

Amplia procedere non obstante allegatione præscriptionis, num.11.

Et si requisitus recuset, poterit vicinus damnificatus propria auctoritate id facere, num. 9.

Cautius tamen erit. si eo casu Judex adeatur actione negatoria intentata, num.10.

6 Umbra est aer Sole carens propter aliquod Corpus densum objectum valdè fructibus officiens.

8 *Statutum Melchiniæ* disponit, quod Dominus arboris ramos, qui ex ea in vicini fundum propendent, detruncare teneatur.

11 Arbor in eodem statu semper non permanet.

O B S E R V A T I O.

AN interstitium quinque, vel potiùs duorum pedum in plantatione arbo-
1 rum de Jure communi requiratur super intelligentia *Text. in l. final. ff. Fin. regund.* inter *DD.* maxima est controversia, sed quia articulus de more plenissimè examinatus fuit à *R. P. D. meo Severolo* in ejus doctissimo responso *impresso penès D. Pacichell. de Distant. post disc. in ordine la 34. à n.13. usque in finem,* ubi scribens adversus eandem *decisionem* emanatam *coram Cardinale Cerro* firmat, esse reducendum ad duos pedes, vèl quià *Text. in dicta l. final.* corruptè in aliquibus Codicibus loquatur de quinque pedibus, vèl quatenùs etiàm esset intelligendus de quinque pedibus, prout literalitèr legitur, adhùc ex communi usu, & contraria consuetudine generali abrogatus sit, & reducta distantia ad duos pedes; Quæ disputatio sublata fuit ex dispositione nostri *Statuti* præscribentis in præsenti
2 *Rubrica* certam distantiam, qua non servata
instante vicino arbores penitùs sunt radicitus
evellendæ juxtà *Gloss. in l. prima verbo redigere vers. sed oppono C. de Interdict. ibique Salycet. num.3. circà med. in quarta oppositionè Ansald. cons.54. per tot.* qui loquitur in terminis *Statuti Florentini lib. 4. de vigis incidendis* disponentis, quod arbores non producentes,
3 fructus comestibiles ad hominum usum existentes propè agrum vicini per octo brachia
incidi debeant *Calvin. de Æquit. lib.2. cap.12. num. primo cum seqq. Ruginel. de Arbor. cap.7. Pacichell. de Distant. cap.11. n.10. & R. P. D. Severol. ubi suprà n.14. vers. subsistent, Card. de Luca in supplement. de Servit. discurs.111. num.3.* qui respondit non intrare dictam dispositionem *Statuti Florentini* in casu sibi proposito, quamvis ageretur de Ulmis, & Populis vul-
4 gò nuncupatis *pioppi* de per se fructus comestibiles non producentibus, dùm inserviunt pro vitibus altis sustentandis tanquàm famuli, seù socii inseparabiles earum *Viv. decis.242. n.2. Rot. in cit. dec.34. n.4. repetita inter impressas ejusdem Cardinalis Cerri dec. 913. pariter num.5.*

Si autèm sufficiens distantia intercedat, sed tamen rami arboris suprà vicini fundum
5 adeò pendeant, ut illi noceant ratione eorum umbræ, quæ nil aliud est, quàm aer sole carens proptèr aliquod Corpus densum ob-
6 jectum valdè fructibus officiens, juxtà descriptionem quam tradit *Ansald. loc. cit. num.1.*, & notat *Pacichell. ubi suprà n. 16. Ursell. conclus.136. n.34. Magon. dec. Florentin.6. n.2.* qui loquitur de *dicto Statuto Florentino*, tùnc Dominus à vicino damnificato requisitus tenetur hujusmodi ramos ad altitudinem quinde-
7 cim pedum à terra circumcidere, ut sequendo dispositionem *Leg.12. Tab.* ibi: *Nè umbra arboris vicino prædio noceat quindecim pedes altius ramos arboris circumcidito* sancitum fuit in *Leg. prima ff. de Arbor. cædend. Aldovin. cons.12. n.11. Pacichell. loc. cit. n.25. cum seqq. Borell. Summ. decis. tom. primo tit.46. nu.136. Conciol. ad Statut. Eugub. lib.6. rubr.27. num.1., Christinæus ad Leg. Municipal. Melchinianen. tit.14. art.42. n.2.* ubi loquitur *de Statuto Mel-*
8 *chiniæ* disponente, quod Dominus arboris ramos, qui ex ea in vicini fundum propendent, detruncare teneatur, aut propendentium fructuum semissem vicino concedere.

Et si Dominus arboris requisitus contumax fuerit in præcidendo ramos nocivos,
9 poterit vicinus Dominus fundi propria auctoritate id facere, ut declarat *Bart. in dicta*

l.1.

l. 1. in prin. ff. de Arbor. cæden. tradit *Alex. in l. 1. §. Nunciatio, n. 8. ff. de Oper. nov. nunciat. Borell. loc. cit. n. 136. cum seq. Paelchell. loc. cit. n. 18. Sperell. dec. 57. n. 19.* Cautiùs tamèn procedetur, si Judex adeatur actione negatoria
10 intentata *Neuizan. cons. 58.* quem sequitur *Scapp. de Jure non script. lib. 3. cap. 101. Romaguer. in addit. ad Conciol. ad Statut. Eugub. d. rubr. 27. n. 6. & Brilla ad Consuetud. Neapolit. tit. 19. cap. unic. n. 10. cum seqq.*

Nèc Dominus arboris quamvìs aonosæ & longissimo tempore toleratæ poterit allegare præscriptionem ad impediendam incisio-
11 nem, quià cùm arbor in eodem statu sempèr non permaneat, sed juxtà naturalem motum continuò crescant rami illius & sic non concurrat continua possessio, proindè sicutì quotidiè gravant eorum umbta, ità etiàm quotidiè vicious potest conqueri, ut rejecta contraria optimè tenent *Ruginel. de Arbor. d. cap. 27. Paelchell. cit. cap. 11. n. 13. Magon. allegat. dec. 6. n. 3. vers. ec quamvis*, & respondit *Rot. in cit. dec. 913. n. 17. coram Cerro*, ubi reprobatur *Giovagn. cons. 10. vol. 2.* qui contratium responderat.

ADDIT. AD RUBR. XXXVIII. Lib. V.

SUMMARIUM.

1 Distantia quænam sit servanda in plantatione arborum.

Num. 1. De distantia servanda in plantatione arborum Vid. *Palma decis. Lucens. 82. Rot. in Rec. dec. 129. par. 17.*

De Vindemiis.

RUBRICA XXXIX.

Quoniam ubi non est ordo, sæpissimè solet esse confusio, eapropter Statuimus, & ordinamus deinceps nulli personæ Civitatis Faventiæ ejus Comitatus, & Districtus, nec etiam Forensibus habentibus Vineas (A) iu territorio Faventino licere vindemiare (B) aliquam vineam, & vites in agris existentes, antequam per Consilium generale Civitatis Faventiæ fuerit statutus ordo vindemiarum, pœna cuilibet contrafacienti librarum decem bononen. cujus pœnæ quarta pars accusatori applicetur. Qui ordo fieri debeat in Consilio generali dictæ Civitatis in festo Sancti Bartholomæi, seu anteà, vel post, prout deliberatum per magnificos Dominos Antianos, unà cum adjunctis, salvo quod si fuerint vineæ rubolæ, quod tunc liceat, cuicunque cas liberè, & impunè vindemiare quandocunque post festum Assumptionis Beatæ Virginis. Nulli autem personæ liceat uvas portare, vel asportari facere à sua vinea, vel aliena, nisi quando vindemiaret, vel vindemiaverit, sine licentia Magnificorum Dominorum Antianotum, seu illorum Prioris pro tempore præsidentium. De qua licentia apparere debeat per appodissam unius ex Cancellariis Communis Faventiæ, qui pro dicta appodissa accipere non valeat nisi denarios quatuor, & non ultrà directè, vel indirectè sub pæna librarum quinque bononen. tàm dictis contrafacientibus, quàm dictis Cancellariis. Nulli tamen vindemiatori liceat asportare uvas de aliena, etiam cum appodissa, nisi deferret pro Domino vineæ, & nisi repertus fuerit cum Domino vineæ, vel cum aliquo de ejus familia in vinea, vel in itinere. Si quis autem alienam vineam vindemiaverit puniatur pœna librarum vigintiquinque bononenorum applicandorum pro duobus tertiis Communi Faventiæ, pro alia tertia parte inventori, seu accusatori, (C) nisi fuerit Officialis publicus, & nihilominùs satisfacere teneatur, & cogi debeat de facto ad satisfactionem damni damnum passo secundùm æstimationem fieri faciendam per Æstimatores Communis Faventiæ, seu Officiales damnorum datorum. Si verò quis fuerit inventus portare uvas sine prædicta appodissa contrà formam præsentis Statuti puniatur pœna solidorum quinque bononenorum pro quolibet grappo, quod si maximam uvarum quantitatem ex aliena vinea attulerit, & non solverit dictam pœnam infrà decem dies, fustigetur per Civitatem. Possit tamen quilibet ex vinea propria, vel aliena de voluntate Domini portare tres grappos uvarum impunè, & præsumatur de propria vinea, nisi contrarium probetur. Insuper ordinamus, quod omni anno in principio mensis Augusti Antiani tunc Præsidentes regimini Civitatis Faventiæ, teneantur eligere, & deputare quatuor homines idoneos, & sufficientes super custodia (D) vinearum, uvarum, & fructuum quorumcunque possessionum Civitatis, & Districtus Faventiæ. Qui Officiales virtute præsentis Statuti potestatem, & baliam omnimodam intelligantur habere in prædictis omnibus, & singulis expedientibus pro custodia vinearum, uvarum, fructuum, & lignorum quorumcumque, & quarumcumque possessionum tàm in inquirendo, quàm in investigando, reperiendo, referendo, denunciando, & accusando, & de-

describi faciendo eorum accusationes, & relationes, quorum officium incipiat, & incipere debeat immediatè facta eorum electione prima die, qua inceperint ire ad exercendum dictum eorum officium, teneanturque omni die ire extra Civitatem, & Districtum præsertim in locis ubi sunt vineta ad investigandum, & perquirendum pro dantibus damnum, & quos repererint damnum dare, vel in aliquo delinquere, teneantur, & debeant eadem die inventionis vel saltem sequenti reportare, seu denunciare Notariis deputatis ad discum regis sub pœna solidorum xxv. bononen. pro qualibet vice, & nihilominus reportare teneantur, & eorum relationibus scriptis per dictos Notarios credatur, si fuerint duo simul, vel plures in inventione, vel secum habuerint unum ex Saltuariis, & aliter non. Notarii autem deputati ad banchum regis teneantur incontinenti relationes, & denuncias Officialium, & Saltuariorum describere in eorum libro, & curare quod pœnæ exigantur cum effectu pro portione tangente Communi Faventiæ, & quod etiam exigatur emendatio damni, & solvatur damnum passo, & dicti Notarii solidos duos bononen. tantum accipere possint, & valeant pro qualibet libra accusationum, & exactionum, quas fecerint, & dicti quatuor Officiales ut supra electi habere debeant pro eorum salario libras quatuor bononen. pro quolibet eorum singulo mense à Communi Faventiæ, si verò non possint inveniri per dictos Dominos Antianos aliqui volentes exercere tale officium, vel qui non viderentur idonei sibi ad hujusmodi Officium, vel si reperirentur, sed vellent majus salarium, tunc liceat dictis Dominis Antianis providere prout eis melius videbitur expedire, & constituere, ac deputare super dicta custodia vinearum, & fructuum, dummodò ipsi Custodes non sint pauciores quatuor. Et nihilominùs quilibet ipsorum intelligatur habere auctoritatem, & potestatem investigandi quoscunque repererint damnum dare, dummodò in inventione sint duo ad minus, vel si unus fuerit habeat unum testem de visu, & tunc eis, & eorum accusatoribus, & relationibus credatur, & adhibeatur plena fides, & recipiantur, & describantur per Notarios regis ut suprà, & habeant dicti tales accusantes dimidiam inventionum suarum. Decernentes insupèr, & statuentes, quod omnes habentes canes extrà Civitatem debeant in Kalendis Augusti illis apponere unum uncinum ad collum canis, (E) ità quod uncinus tangat terram, cum canis progreditur, illumque habere, & portare continuè debeat usque quò vindemiæ fuerint completæ, sub pœna solidorum quinque pro quolibet, & qualibet vice, qua canis repertus fuerit absque uncino.

SUMMARIUM.

1 INventor plantationis vinearum quinam fuerit remissivè.
Noë fuit primus, qui plantavit vineam, n.1.
2 *Licurgus* vites extirpari mandavit.
Domitianus prohibuit in Italia plantationem vitium, & mandavit succidi Vineta, relicta ad summum dimidia parte, & quarè num.2. & 3.
3 Plantatio vitium quarè prohibita fuerit.
Privilegium de non pignorando, & in executionem capiendo bona, & instrumenta ad agriculturam spectantia, non habet locum circà ea, quæ ad culturam vinearum destinata sunt.
5 *Probus* permisit Gallis, Hispanis, & Britannis vites habere.
6 Usus Vinearum pervenit ad Romanos post alias Nationes.
Romani agriculturæ frumenti, segetum, & bladarum incumbebant, non vinearum, num.6.
7 Vineæ in Agro Romano, & Urbis districtu excessivè auctæ fuerunt in damnum agriculturæ, & quarè.
8 Vineæ Agri Romani multotiès incertos, quandoquè nullos fructus faciunt, & aliquandò expensa superat fructus.
Introductio vini forensis in Urbe est prohibenda, & potiùs gravandum vinum Agri Romani, n.8.
9 Ad reintegrandam agriculturam in agro Romano, quæ requirantur.
10 Vites putari debent quolibet anno, & quarè.
Putatio vitium initium habuit ab Asino, n.10.
11 Vitis vivere potest usque ad sexaginta annos.
12 Remedia varia percepta fuerunt ab animalibus.
13 Culturæ vinearum remissivè.
14 Infortunia geli, nebulæ, grandinis, &c. devastant vineas, & earum fructus.
Vermes, & bruchus devastant vites, & earum pampina, & quarè n.14.
15 Preces, quæ *DEO* effundendæ sunt pro liberandis vineis à vermibus, & à bruchis.
16 Exorcizantur vermes, & bruchus devastantes vineas juxtà formulam, de qua ibi.
17 Frumentum excellit cætera pro vita humana.
18 Fructus vineæ consistit in vino.
19 Vinum est dignissimus liquor.
Vinum habet cum corde sympathiam, n.19.
20 Vitis cum Sole habet maximam sympathiā.
21 Vini virtutes, & prærogativæ.
22 Species vinorum remissivè.
23 Vindemia fieri potest à quolibet quandocunquè sibi placuerit, nisi aliter à Statuto, vel consuetudine caveatur.
24 Prohiberi debet, nè vindemiæ fiant, nisi certo statuto tempore, & quarè.
25 Statutum prohibens nè vindemiæ fiant, nisi certo tempore valet.
26 Vindemians antè tempus à Statuto præfixum

xum tenetur ad pœnam inflictam, & ad refectionem damni, & intereſſe vicinis.

27 Meſſes, & Vindemiæ dilationem non recipiunt.

Appellatio ſuſpendere non poteſt Meſſem, & Vindemiam, n.27.

28 Delatores qui ſint.

29 Delatoris Officium eſt odioſum.

Delatores puniti fuerunt graviter ſub optimis Principibus, n.29.

30 Delatorum turba magna fuit, eſt, & erit.

31 Delatoribus fides quænam præſtanda ſit, & quid per Principem, & Magiſtratum agendum.

32 *Nero* Delatoribus omnibus fidem adhibens interdùm crudelitèr Delatos vita, & bonis privavit.

Cæſar conjurationem in ſe ipſum Delatoribus credere noluit, n.32.

33 Accuſator calumnioſus puniendus eſt pœna talionis, hoc eſt eadem pœna, qua puniretur acuſatus, ſi delictum probaretur. *Vid.* num.43.

34 Delictum, & infamiam incurrit, qui per calumniam alteri imputare conatur.

35 Talionis pœna ſignificat parem vindictam.

36 Talionis pœna ſignificat ſimilitudinem ſupplicii.

Talionis pœna conſtituta fuit à *S. Damaſo Papa*, num.37.

37 Talionis pœna introducta fuit ad temeritatem Accuſatorum refrænandam.

38 Talionis pœna conformis eſt nedùm Juri naturali, ſed etiam Divino, & æquitati, n.40.

39 *Aman* laqueo ſuſpenſus fuit, quoniàm innocentem *Mardocheum* ſuſpendi calumnioſè curaverat.

41 Accuſator calumnioſus deliberatè, & appenſatè accuſationem proponit ad differentiam aliorum criminum, quæ multotiès ſine intentione, & animi deliberatione committuntur.

Accuſatio, denunciatio, & inquiſitio, quomodò inter ſe differant remiſſivè, n. 42.

Accuſator inſcribere ſe olim debebat ideſt ſe obligare ad eandem pœnam, ſi non probaverat, quam Reus accuſatus debuiſſet pati, ſi probaſſet, n.42.

42 Talionis pœna contra Delatores ab Aula receſſit, & quarè.

43 Accuſator calumnioſè aliquem accuſans pæna extraordinaria punitur arbitrio Judicis.

Et quandoque ob gravitatem delicti, etiam pœna mortis punitur.

45 Delatoribus aſſignatur à Fiſco certa quota, ſeù portio pœnæ, & bonorum incamerandorum ad effectum eos alliciendi.

46 Delatoribus portio, ſeù quota pœnæ, ſeù bonorum Fiſco applicandorum non debetur, niſi de manu Fiſci, & ſic poſtquàm pœna jam fuerit actualitèr Fiſco ſoluta, vèl bona incamerata, & incorporata.

Officiales capere debent de manu Fiſci portionem, ſeù quotam eis debitam pro pœnis, & incameratione bonorum, n.46. & 47. Limita n.48.

49 Incameratio facta dicitur, quandò pecunia fuit exacta, & n.51.

50 Bona Fiſco applicata dicuntur mediante eorum incorporatione, & n.52.

Incorporatio eſt rerum, & bonorum nomine Fiſci occupatio, & in corpus bonorum illius redactio, n.50.

52 Incameratio, ſeù incorporatio bonorum Fiſco, non dicitur facta per ſolam ſententiam declaratoriam, ſed requiritur realis aſſecutio poſſeſſionis. Ampl. n.53.

53 Incameratio, ſeù incorporatio bonorum Fiſco, ut dicatur facta, requiritur actualis apprehenſio, etiamſi Fiſco bona ipſo jure applicata ſint.

54 Vel quod inter bona Principis fuerint deſcripta.

55 Vel quod illa Princeps nomine proprio donaverit, aut alienaverit.

56 Decima, ſeù portio debita Judici, ſeù Officiali, an debeatur condemnanti, an potiùs ſucceſſori, de quo tempore facta fuit incameratio, ſeù incorporatio.

57 Salarium Cuſtodibus vinearum non poteſt ſolvi ex pecunia publica, ſed ſolvendum à Dominis vinearum, & quarè.

58 Contrarium ſervatur in Statu Eccleſiaſtico, & quarè.

59 Pœnæ contrà damnum dantes ſpectant ad Communitates Status Eccleſiaſtici.

60 Cuſtodibus vinearum quænam fides præſtanda ſit.

61 Canes in Friſia tenere debent collo ſuſpenſum baculum.

OBSERVATIO.

A INventor plantationis vinearum, quinam fuerit valdè controverſum eſt, ut videre
1 eſt penès *Rendel. de Vinearum cultura cap.2. & Philippum Jacobum Sachs de Vite, & vino cap.3. lib.* 1. Quodque fuerit *Noe* primus qui plantaverit vineam allegata *Geneſ. in cap.* 9. tradit *Mandoſ. in Prax. Commiſſion. pag.* 14. *in verbo Vinea*: Benè quidèm conveniunt Authores *Licurgum Regem Toraciæ* legem tuliſſe extirpandarum vitium, & poſtmodùm *Domitia-*
2 *num* prohibuiſſe in Italia plantationem earum & mandaſſe ſuccidi vineta, relicta ad ſummum dimidia parte, ut tradunt *Sueton. in Vita Domitian*, *Euſebius in Cronicis*, *Philoſtratus in Apollonii Tianæi vita*, & *Ludovic. Cæl. lib. antiq. lect.*11. *cap.*11. *Covar. Pract. qq. lib. unic. cap.*37. *ſub num.*4. *verſ. Sic denique*, ubi de ſimili Regio Ædicto pro Regno Granatenſi *Rendel. dicto cap.*2. *verſic. tam grata quidem*, & *Solorzan. de Jure Indiar. tom.*2. *lib.*1. *cap.*7. *n.*50. *cum ſeqq.* juncto *num.*59. & noviſſimè doctiſſimus *Lagunez de Fructib. par.*1. *cap.*7. *n.*104. *cum ſeq.* Hujuſmodi autem Conſtitutionis ea fuit ratio, quia ex nimio vinearum Studio arva negligebantur, & è converſo ad hoc, ut ex ube-

3 uberlori , & faciliori paſtu animalium major
copia carnium tiſet,& ex cultura agrorum re-
ſultaret abundantia frumenti , quæ pro victu
humano magis neceſſaria ſunt , quàm vinum ,
quod judicarum fuit potiùs ad voluptatem ,
quàm ad Reipublicæ ſuſtentationem , & con-
ſervationem pertinere , ut animadvertunt
*Covar.loc.cit. Laguuez. ubi ſuprà n.105. & So-
lorzan.dicto cap.7.n.61.cum ſeqq.* ubi ideò cum
Parlador. & Collantes ſubdit , quod privile-
4 gium de non pignorandis , & in executionem
capiendis bobus , & Inſtrumentis ad Agricul-
turam ſpectantibus , non babet locum circa
ea,quæ ad culturam vinearum deſtinata ſunt.

Probus verò *Imperator* poſteà permiſit Gal-
lis , Hiſpanis , & Britanuis vites habere , ut
5 tradunt *Eutropius in Vita ipſius Probi,Sabellic.
Æneid. 7. cum aliis ſuprà allegatis* , & tandem
uſus vinearum pervenir etiam ad Romanos ,
6 qui priùs agriculturæ frumenti , ſegetum , &
bladarum tantummodò incumbebant , ut te-
ſtatur *Plin.Hiſtor. uotural. lib.4. c.4.* quem re-
fert. *Rendel.dicto cap.2. verſic. Vinearum* : Ho-
diernis verò temporibus contrarium practi-
catur , dùm numerus Vinearum in agro Ro-
7 mano, & Urbis diſtrictu exceſſivè auctus fuit
in grave damnum agriculturæ frumenti, &
blandarum , quod quidèm ex variis cauſis
evenit, & præcipuè tam ob abundantiam pe-
cuniarum Exterorum , quæ difficiliores red-
dunt occaſiones inveſtimenti Civibus Roma-
nis , quàm ob diminutos favores, prærogati-
vas ,& privilegia ergà Agricultores, quorum
multi dereliquerunt Agriculturam , alii de-
coxerunt , & alii Vinearores evaſerunt , ut
pauperiores citiùs efficiantur , cum ex Vineis
agri Romani multoties non tantùm incerti ,
8 & nulli fructus percipiantur , ſed quod pejus
eſt , expenſa illos ſuperet , undè Vineas ha-
bentes imitari videntur illos , qui laborant ,
ut in præcipitium vadant , & hinc emanavit
vulgare dicterium *chi hà Vigna hà tigna* , ut
animadvertit *Addeu.ad Rot. in recent.deciſ.81.
n.109. par.8.* quem refert , & ſequitur *Rot.co-
ram Cerro deciſ.598. n.3.* ubi etiam teſtatur de
propria experienria,& in *recent.deciſ.203.n.5.
par.17.*& niſi prohibeatur introductio vini fo-
renſis , quæ prohiberi deberet , poriùs in ali-
quo gravando vinum Agri Romani , & Ca-
ſtrorum , ac Civitarum adjacentium , quate-
nùs tamèn aliundè ſuppleri non poſſit oneri-
bus , quibus ſunt deſtinati proventus Doha-
narum, ſemper ibit de malo in pejus, & Sub-
diti eo magis depauperabuntur cum extra-
ctione pecuniæ ab Urbe per exteros .

Ad reintegrandam igitur agriculturam re-
9 quiritur diligens ſtudium, & abundantia gra-
tiarum , & privilegiorum ergà Agricultores ,
& quidèm ſollicitè,ne ſerò Medicina paretur.

Pro conſervatione verò vinearum præci-
puè requiritur quolibet anno virium putatio,
quæ originem traxit ab Aſino , qui cum eſu
pampinos abraſiſſet docuir primum Incolis
Civitatis Naupliæ vulgò nuncupatæ *Napoli
di Romania* putationem ſarmentorum utilem
fore,alioquin vitis tanquàm humidiſſima plu-
ra gignens ſupervacanea ſarmenta brevi rem-
pore periiſſet,ut refert *Sachs dicto Trac. de Vite,
& vino lib.1. cap.3.n.8. verſ. Putationem* , qui
in *cap.6. n.1*, notat , quod uſque ad ſexaginta
annos vivere poteſt , & in ſenectute ferax
11 conſervari ; Nec eſt mirandum de tali origi-
ne , cum non deſint varia remedia , quæ caſu
ab animalibus percepimus, juxta exempla re-
12 cenſita à *Kireher.de Arte magnetic.lib.3.par.1.
præluſ.1. de occultis naturæ operationibus , ea-
rumque cauſis pag. mihi 531. & à Paracelſ.The-
ſaur.Secr.cap.71.72.76.88.89.95.103.110.*

Cætera verò de cultura vinearum videri
poterunt apud *Pliu. Hiſtor. natural. Garzon.
13 Piazza univerſale , Columell. de Re ruſtic. Cre-
ſcent.de Agricultur. Rendel. de Vinea, & Sachs
de Vite cum aliis allegatis ab ipſo , Sachs cap. 5.
verſ.laborioſi* ,

Multòties poſt facta laboreria , & expenſas
præter infortunia geli , nebulæ grandinis &c.
ſæpè vites , & pampina devaſtantur à vermi-
14 bus , & bruchis , prout præſagitur in *Deute-
ron.cap.28.* ibi : *Vineam plantabis , effodies , &
vinum non bibes , nec colliges ex ea quidpiam ,
quia vaſtabitur vermibus*, & cum id continge-
re ſoleat ob crimina Chriſtifidelium , idcò ad
iram *Dei Omnipotentis* placandam , effunden-
dæ ſunt preces cum ſequenti Oratione *Preces
15 noſtras quæſumus Domine clementer exaudi, ut
qui juſtè pro peccatis noſtris affligimur, & hanc
vermium perſecutionem patimur , pro tui nomi-
nis gloria ab ea miſericorditer liberemur ,ut pro-
cul à tua clementia expulſi nullis noceant,& has
Vineas in quiete dimittant , quatenùs ex eis ſur-
gentia, & orta tuæ Majeſtati deſerviant, & no-
ſtræ neceſſitati ſubveniant per Chriſtum Domi-
num noſtrum &c.*

Fit etiàm Exorciſmus , ut infrà , effuſis
priùs precibus à Sacerdote pro toto populo :
16 *Exorcizo vos peſtiferos vermes per Deum Pa-
trem Omnipotentem per Jeſum Chriſtum filium
ejus , & Spiritum Sanctum , ut confeſtim ab his
vineis recedatis , & ad ea loca tranſeatis , in
quibus nemini nocere poſſitis pro parte Omnipo-
tentis Dei,totius Curiæ Cæleſtis,& Eccleſiæ San-
ctæ. Vos maledicens , quocunque jeritis ſitis ma-
ledicti, deficientes de die in diem in vos ipſos, &
decreſcentes , nec de vobis reliquiæ inveniantur
niſi neceſſariæ ad ſalutem , & uſum humanum ,
quod præſtare dignetur , qui venturus eſt judica-
re vivos , & mortuos , & ſæculum per ignem* ,
juxtà formulas penès *Rendel.de Vinea, & vin-
dem cap.4.*

Quatenùs poſt varia pericula, & continuas
expenſas tandèm recolligatur fructus ani-
madvertendum eſt , quod quamvis frumen-
tum ob ſuam bonitatem , & neceſſitatem pro
vita humana cætera excellat , ut dixit *gloſſ.
17 final. in l. Frugem ff. de Verb. ſignific.* Nihilo-
minùs vinum in quo conſiſtit fructus vineæ ,
18 ut dixit *Rot. in recent. deciſ.408. n.77. par.16.*
cenſendum eſt digniſſimus liquor , cum ha-
19 beat

Digitized by Google

19 beat cum corde indicibilem sympathiam, & mediante ejus calore cor laxetur & titilletur, ac ex tali motu resultet lætitia *Vallesf. Phil. sacr. cap. 27. & Sachs de Vino cap. 4. versic. fit autèm* & priùs in *tractat. de Vite cap. 5. versic. absque radiorum solarium*, ubi advertit, quod maximè est viris cum Sole sympathia, subdens,
20 quod cor utpotè solare rectè confortatur solaribus, & tristitia, utpotè Saturnina rectè propulsatur solaribus Saturno antipathicis;
21 Ulterius somno fessum animum restaurat, mentem acuit, consilia suggerit, Militum animos roborat, mentis candorem revelat, ut cumulatis concordantibus firmat *Sach. d. ca. 4. per tot.* quotiès tamèn moderatè utatur.

Augentur etiàm ejus prærogativæ, ponderando, quod illud omninò necessarium est pro Sacrificio Missæ, quo mediante convertitur in sanguinem *Christi*, ut advertit *Afflict. ad Constitut. Neapolit. lib. 1. rubr. 42. n. 15.* quem refert *Solorzan. in cit. cap. 7. num. 69.* Qui verò plura alia desiderat circà virtutes, tam vini puri, & simplicis, Medii, ac Vinacciæ adeat *Sachs dicto tract. de Vino*, ubi etiam refert, & examinat omnes species vinorum, prout illa
22 Regni Neapolis enumerat *Rendel. de Vino sect. 1. impress. post ejus tractat. de Vinea, & vindem.*, & de omnibus speciebus vinorum jocosè cecinit *D. Franciscus Redus in ejus opusculo inscripto Bacco in Toscana Ditirambo*.

Cuilibet arbitrarium est, vindemiam fa-
B cere tempore sibi beneviso, nisi Statuto, aut consuetudine aliter caveatur, ut tradit *Frit-*
23 *schius in ejus Miscellan. conclus. pract. tit. de Messe cap. 2. sub n. 4.* Consultiùs tamèn est, quod
24 statuatur, ne fiant vindemiæ nisi certo tempore, nam exindè duplex utilitas publica resultat, & primò obviatur, ne vinum fiat acerbum *Avendan. de Exequen. mandat. par. 1. cap. 19. num. 18. vers. quintò infertur Oter. de Officialib. par. 2. cap. 7. sub n. 6. & Mylerius in ejus Metrologia cap. 20. tit. de Jure statuend. circà torcula &c. §. 10. num. 2.* Secundò ne vicini aliis damnum inferant vindemiando antè præfinitum tempus, ut relato *Pappon. Arrest. lib. 6. tit. 1. arrest. 12.* tradit *Myler loc. cit.* Valet enim tale Statutum, ne vindemiæ fiant nisi certo
25 tempore, ut ex *Cepoll. de Servit.* tradit *Cobell. ad Bull. boni Regim. cap. 21. n. 43. & Fulu. Benign. in Annot. ad Statut. Agricultur. Urbis cap. 82. litt. A.*

Qui autèm ante præfinitum tempus vindemiaverit tenetur pœna à Statuto inflicta, &
26 ad refectionem damni, & interesse vicinis *Myler. loc. cit. §. 12. n. 1.* & quod Statutaria pœna plectatur tradit *Fritschius allegat. cap. 2. n. 4.*

Cæterùm cum messes, & vindemiæ dilationem non recipiant, propterea appellatio, ut tempus earum suspendatur non operatur effe-
27 ctum suspensivum, cum resultet periculum in dilatione, ut firmat *Salgad. de Regia protect. par. 3. cap. 1. n. 69.*

Delatores sunt, qui occultè spe præmii, &
C lucri, seù ob aliam causam spontè denunciant
28 crimina, vel bona vacantia, ac alia ad Fiscum pertinentia, ut docet *Amaya in Rubr. Cod. de Delator. n. 1. juncto n. 12. & n. 21.*

Et quamvis eorum ministerium fuerit, & sit odiosum, adeòut sub optimis Principibus
29 graviter variis pœnis fuerint coerciti, ut plenè, & eruditè prosequitur *Amaya ubi suprà n. 3. cum seq.*

Attamèn sicuti fuit, & est, ità in futurum
30 semper erit magna turba eorum.

Anteqnàm verò Princeps, & Magistratus fidem illis præstent moderatè, & graviter
31 cuncta investigare debent, investigata deliberare, & deliberata exequi, recto judicio omnia temperando, non ut *Nero*, qui fidem omnibus Delatoribus adhibens delatos inter-
32 dùm bonis, & vita crudeliter privabat, & è contra *Cæsar* noluit credere in se ipsum aliquos conjurasse, imò nec illorum nomina scripta legere voluit, ut notat *Ramirez ad leges Regias §. 9. n. 9.*

Sed si probetur, quod accusator calumniosè aliquem accusaverit eadem pœna punien-
33 dus erit, qua puniretur accusatus, si delictum probaretur, juxta rationem traditam per *Honorium, & Theodosium in l. final. C. de Accusat. in l. final. C. de Calumniat. & per Constantinum in l. Si quis ad se 7. C. Ad leg. Jul. de Vi public.* quia non debet esse impunita licentia mentiendi, cum calumniantes poscat ad vindictam similitudo supplicii, nam æquum est, ut quis infamiam, & delictum incurrat, quod
34 per calumniam alteri imputare conatur, cum quisque juris quod in alium statuetit ratio expostulet, ut eo jure utatur, juxtà *text. in l. 1. & toto tit. ff. Quod quisque Juris*, ut latè comprobat *Amaya loc. cit. n. 12. in fine, & n. 14. cum seq.* & sic infligenda est pœna talionis, quæ
35 significat parem vindictam secundum dispositionem *Legum 12. tabularum*, ut cum *Fest. lib. 18. Pegna in Commentar. ad director. Eymer. par. 3. comm. 4. in princ. & Gell. lib. 20. cap. 1. Noct. Attic.* docet *Scacc. de Judic. lib. 1. cap. 51. n. 12.* vel significat similitudinem supplicii, ut
36 cum *Isid. lib. 5. cap. 25.* tradit *Caballin. super Constitut. Marchiæ lib. 4. cap. 1. in gloss. inscriptione* quem refert *Scacc. ubi sup.*

Quæ pena talionis constituta fuit à *S. Damaso Papa*, ut restatur *Sancta Mater Ecclesia in secunda lectione*, quæ recitatur in ejus festo, ibi: *Panam talionis constituit iis, qui alterum falsi criminis accusassent* ac introducta fuit ad
37 Accusatorum temeritatem refrænandam propter delicti gravitatem, ut tradit *Farinac. quæst. 16. nu. 2.* Et est conformis, nedùm Iuri
38 naturali, sed etiàm Divino, nam in *Exod. cap. 21., Deuteronom. cap. 19. Levit. cap. 24. Matthæi cap. 5.* legitur: *Non misereberis ejus, sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente exiges*, & in *Libro Ester. cap. 8. Aman* traditur laqueo suspensum fuisse, quoniàm
39 innocentem *Mardocheum* suspendi calumniosè curaverat, ut prosequitur *Farinac. loc. cit. sub eodem numer. 2. Menoch. de Arbitr. judic. lib. 2.*

lib.2. centur. 4. cas.322. numer.9. cum seqq.

Ac convenit etiam æquitati, cum accusatum sua calumnia in vitæ discrimine ponat,
40 ut advertit *Clar.Prax.crim.quæst.81.n.1. & 2.* quem sequitur *Menoch.d. cas.322. n.13.* & ipse Accusator semper deliberatè, & pensatè calumniosam accusationem proponit, ad diffe-
41 rentiam aliorum criminum, quæ multòties sine intentione, atque deliberatione committuntur, sed ob aliquam causam, & animi inconsideratam affectionem, prout Homicida ira accensus occidit, Fur ob aliquam necessitatem surripit, Blasphemus linguæ lubrico maledicit, ut notat *Menoch. loc.cit.n.15.cum seq.*

Verùm cum experientia docuerit, quod propter gravitatem pœnæ prædictæ, cui mediante inscriptione accusationis, & promi-
42 ssione de prosequenda accusatione, in qua si defecissent, se subiiciebant, cum inscribere idem sit, ac se obligare ad eandem pœnam, si Accusator non probaverit, quam Reus accusatus debuisset pati, si probasset, ut distinguendo inter denunciationem, inquisitionem, & accusationem tradit *Fagnan. in cap.qualiter, & quando il secondo num.82. de Accusat.* multi ab accusando se continebant, nolentes se hujusmodi pœnæ submittere, proindè ne delicta remaneant impunita ab Aula recessit, & de generali consuetudine pœna extraordinaria
43 arbitrio Judicis puniuntur, ut latè firmant *Farinac. dicta quæst. 16. n.3. cum seqq.* qui licet alleget *Bullam B.Pii V.* renovantem antiquam pœnam talionis, & dicat eam esse attendendam, tamèn sub *n.7.* citrà mortem naturalem pœnam arbitrariam esse concludit, ac testatur sempèr, ita servari vidisse *Scacc.cit.cap.51. sub n.13.cum seq.ac n.16.Menoch.loc.allegat.n.2. in fine cum seq. & Guazzin. ad Defens. Reorum defens. 3. cap. 13. n.2. ubi n.2.* concordantibus relatis firmat, propter gravitatem delicti
44 quandòque etiam pœna mortis puniri, & *Ybanez de Feria ad Covar. Variar. resolut. lib.2. cap.9. num.11.*

Ad alliciendos autem Delatores, à Fisco eis assignatur certa quota, seù portio pœnæ, seù
45 bonorum incamerandorum, non ut interesse debitum, sed pro præmio constituitur, ut firmat *Leo decis. Granaten. 27. n. 14.* Ea tamèn non debetur, nisi postquam pœna fuerit actualiter Fisco soluta, vèl bona incamerata,
46 & incorporata, ita ut de manu Fisci portionem suam recipere debeat, juxtà dispositionem *Bullæ Sixti V. la 93.§.10.cum seq. in Bullar. nov.volum.2.* cofirmatæ per *Clementem VIII. in ejus Bulla la 5.eodem Bullar.vol.3.& Bullæ Pauli V. la 88. in eodem Bullario volum.4.* & taliter in Statu Ecclesiastico servatur *Spad. cons. 165. nu.3. volum.1. & Cardin. de Luca in Annot. seù Supplemen. ad tract. de Regal. discurs. 124. in princ.* Idque procedit etiam de Jure communi, secundum quod universa condemnatio
47 per Fiscum exigitur, & posteà ab ejus manu recipitur per Officiales *Alberic. de Rosate in l. Senatus censuit §. Senatus Adriani n.4.ff. de Jure Fisci, Peregrin. de Jure Fisci lib.2. tit.1. sub num.16. versic. practica, Cancer.Variar. resolut. cap.11.n.43. par.2.Caball.Resolut.crim. cas.202. n.2. Cresp.observat.80. n.2. & Antunez Portugal.par.3. cap.43.n.94. volum.2.* Quod limita-
48 tur, quando Delator possidet, cum tunc detracta ejus portione, residuum Fisco resignet, ut distinguendo docet *Peregrin loco mox allegat.*

Et ut incameratio dicatur facta requiritur, quod pecunia fuerit per Fiscum exacta,
49 ut relato *Bald. in l. Nec damnosa n. 1. in fine C. de Precib. Imperator. offeren.* tradit *Farinac. in Fragment. par. 1. litt. B. sub n.116.* & bona Fisco applicata dicuntur mediante eorum in-
50 corporatione, quæ nihil aliud est, quam ipsarum rerum, & bonorum nomine Fisci occupatio, & in corpus bonorum illius redactio ad *text. in l. Si quando 3. ibique Cuiac. versic. addendum est C. de Bonis vacan.lib.10.* ut docet *Massin. de Confiscat. quæst.41. n.6.* & latè comprobat *Antunez Portugal. ubi supra,* ubi *num. seq.* refert solemnitates, quæ olìm servabantur in hujusmodi incorporatione, & nùnc in desuetudinem abjerunt, & respectu pecuniæ
51 incorporare idem est, quod exigere, ut exemplificat *Bald.in l. Nec damnosa n. 1. in fine ibique Jason. n. t. C. de Precib. Imperat. offer.* & respondit *Farinac. cons. 148. n.22. volum.2.*

Non suffragante ad hunc effectum sententia declaratoria, cum ulterius requiratur realis
52 assecutio possessionis, ut respondit *Farinac. cons.138.n.18.& 22. vol.2. & in Fragment.loc. cit. Massin. ubi supra n.10. & Rot. in Faventina Confiscationis bonorum Capitanei Joannis Baptistæ Severoli coram Ludovis. decis.114. n.2.*

Etiàm si bona Fisco ipso jure applicentur, nam adhuc pro inducenda incorporatione requiritur actualis apprehensio possessionis,
53 ut cum *Gabr. Quemada quæst. hæretic. 15.* advertit *Farinac. in Fragment. ubi suprà dicto n.116. circà princ. Massin. dicta quæst.41. n.12. Giurb. ad Consuetud.Messanen.cap.5.gloss.6.n.12. cum seq. & Antunez Portugal.loc.cit.n.97. cum seq.* Vèl quod inter bona Principis fuerint de-
54 scripta per *text. in l. Si quandò ibique gloss. in verbo rationales Bart.n.2. & Bald n.1.C. de Bonis vacant.lib.10.* respondit *Vermigliol.cons.91. nu.3. & Farinac. sub dicto n.116. & cons. 148. n. 8.* Vèl illa Princeps nomine proprio dona-
55 verit, aut alienaverit, cum ex isto actu supponatur præcedens incorporatio, ut dixit *Rot. coram Seraphin. decis.998.n.2.*

Hinc sæpè dubitari contingit super consecutione decimæ, seù portionis debitæ, Offi-
ciali Principis super bonis confiscatis, an sci-
56 licet debeatur Officiali condemnanti, an potiùs ejus successori, de quo tempore facta fuit incameratio, seù incorporatio, & favore primi Officialis videtur resolvendum, cum debeatur ratione laborum, quos impendit in fabricatione processus, in discussione causæ, & in illius expeditione, ut respondit *Soccin. cons.51. lib.1. Giurb. cons.75. n.30. Massin. dicta quæst.41.*

Digitized by Google

quæſt.41. n.50. Novar. pragm 1. de bonis prodi-tor. collectan. 1. n.11. Maſtrill.dec.12.n.11.cum ſeqq.Rot. diverſ. dec.777. n.2.par.1.

Contrariam tamèn opinionem latiſſimè comprobando tenet *Larrea allegat. 37. à n.8. uſque ad finem, & in ſpecie nu.14.* loquitur de Delatore.

Sed pro recta reſolutione diſtinguendum eſt, tunc deberi primo Officiali, quandò exercebat Officium, ſeù juriſdictionem titulo oneroſo, ſecùs ſi titulo lucrativo, ut per *text. in l. Suſceptores C. de Suſcept. lib.* 10. diſtinguendo reſpondit *Farinac.conſ.148.n.2. juncto n.20.vol.2.Spad.conſ.165.n.1.vol.1.*

Indiſtinctè tamen ex univerſali conſuetudine Status Eccleſiaſtici, juxta *Conſtitutiones Sixti V. Clementis VIII., & Pauli V.* non competit participatio Fiſcalibus, & aliis Officialibus, niſi poſtquàm actu exegerint, & actualitèr in burſam Fiſcalem redegerint ex *Spad.& Cardin. de Luca ſuprà allegat. n.46.* Quod limitandum eſt in caſu, quo poſt declaratam confiſcationem conceſſa fuit per Principem Reo, qui pœnam paſſus eſt, vèl alteri, qui eam ſolvere tenetur, dilatio ad ſolvendum, nam tunc favore primi Officialis habetur pecunia pro incamerata, dum per Officialem non ſtetit, quin pœna exigeretur, ut reſpondit *Farinac. conſ.107.vol.2.* quem ſequitur *Cardin. de Luca in Supplement. dicto diſcurſ. 124. verſ. quarè.*

Quamvis Salarium præſtandum Cuſtodi-
D bus vinearum non poſſit ſolvi ex pecunia pu-
57 blica, eo quià commodum cuſtodiæ reſultat
primò, & principalitèr favore particularium perſonarum, & ad utilitatem Dominorum vinearum, ad quos cura, ſuorum bonorum pertinet, ſecundariò verò redundet in utilitatem publicam ratione majoris abundantiæ vini ſecundum opinionem *Avendan. de Exequen.mandat.par.2. cap.10.num.23. cum duobus ſeqq.* quem ſequitur *Gabr.Berart.de Viſit.temp. cap.23.n.93. & 94. in exempl.23.* Attamèn ta-
58 lis opinio non ſervatur in Ditione Eccleſiaſtica, in qua eorum ſalarium ſolvitur ab Univerſitatibus, & quia iſti Cuſtodes, & Denunciatores proſunt ęquè principalitèr tam Civibus, quàm Univerſitatibus, cum Cives ex hujuſmodi denunciationibus damnum danrium recipiant emendationem damni paſſi, Univerſitates verò emolumenta pœnarum, in quas incidunt damnificantes, juxta diſpoſitionem *Capitulorum ſuper damnis datis cap.7. impreſſ. infrà in Appendice pag.* 121. cum ad
59 eas ſpectent ex conceſſione facta à Camera Apoſtolica titulo oneroſo vigore Motus proprii *Clementis VIII.* ut eo reprobato, reſpondit *Cobell. ad Bullam boni Regim. cap.42. n.31. verſ.pro affirmativa cum ſeq.*

Quæ autèm fides præſtanda ſit hujuſmodi
60 Cuſtodibus dictum fuit ſuprà *in Obſerv. ad Rubr.2. hoc eod.lib.n.10.cum ſeq.*

In Friſia quoquè particulari lege cautum
E eſt, quod ne Ruri canes feris inſidientur, baculos collo ſuſpendere debet eorum Domi-
61 nus, aliàs à Principis Miniſtris internecioni traduntur, ut teſtatur *Feltman de incluſ.anim. cap.22. ſect.1.n.2.*

ADDIT. AD RVBR. XXXIX. LIB. V.

SVMMARIVM.

1 ANimalia irrationabilia non poſſunt exorciſmis adjurari, vèl anathematizari, & quare.

2 Et Sacerdos utens exorciſmis debet deponi, & ſi bono zelo utatur monitus debet à Divinis ſuſpendi.

3 Vinum novum mentis alienationem inducere ſolet.

4 Vinum novum non dicitur ſi incipiat bibi die 1. Nov.

5 Tutor dando familiæ vinum vetus Kalendis Novembris cum poſſit dare vinum novum tenetur actione Tutelæ.

6 Obligatio ad pęnam Talionis ex legis diſpoſitione ſubintelligitur, quamvis expreſſe non fiat à calumnioſo Accuſatore.

Pæna Talionis non poteſt imponi in Tribunali S. Inquiſitionis, & quare n.7.

In Tribunali S. Inquiſitionis proceditur vèl per Inquiſitionem ex officio, vèl per Denunciationem n.7.

Denuncians falſa punitur in Tribunali S.Inquiſitionis uti falſus Teſtis n.7.

Denunciator in Tribunali S.Inquiſitionis habetur uti Teſtis n.7.

7 Inſcriptio ſub pæna Talionis facienda ab Accuſatore ab Aula Receſſit.

8 Denuncians calumnioſè in materia Simonię pæna talionis tenetur.

9 Bona Fiſco incorporata ut dicantur non ſufficit ſententia declaratoria, ſed requiritur actualis aprehenſio.

Incorporatio Fiſco bonorum probatur pluribus modis, de quibus ibi remiſſivè n.9.

10 Probatur incorporatio, dum Fiſcus bona relaxavit.

11 Mulcta debetur Judici Anteceſſori, qui terminavit Officium quo tempore ſit decreta, ſed non incamerata.

12 Domini particulares vinearum non poſſunt collectari pro Salario Cuſtodum. Limitanum.13

Num.16. Illicitum eſt animalia irrationabilia
1 exorciſmis adjurare, vel anathematizare * nàm adjurare aliquam Creaturam irrationabilem nocentem ad aliquem actum tamquam procedentem ab ipſa eſt ſuperſtitioſum, & ſine peccato mortali ſcienter fieri non poteſt, ut cum *Navar.conſ.57.n.10.,& ſeqq., & Graff. dec.par.1.lib.4.cap.6.n.12.* docet *Monacell. formular.For.Eccleſ.tit.2. formul.8.n.17.tom.3.fol. mihi 149.*

Undè

Digitized by Google

Undè utens ſcienter exorciſmis iſto Caſu
Sacerdos debet deponi ab omni ordine,& Of-
b ficio,* ſed ſi bono Zelo utatur,& monitus non
deſiſtat debet à Divinis ſuſpendi ut docet *Mo-
nacell.ubi ſupra n.19.& 20.*

*Num.*31. Id tamèn non procedit in vino novo
3 quod citiùs mentis alienationem inducere ſo-
let* ut notat *Conſal.in l.unic.C.Si quis Imperatori
maledix.* §. 5. *n.*17.

Advertendo, quod abſolutè non dicitur vi-
num novum,ſi incipiatur bibi prima die No-
4 vembris a quo tempore deſerenda eſt pota-
tio vini veteris *ad Text. in l. Jubemus C. de e-
rog. militar. Annon.lib.*12. & proſequitur aliis
relatis *Conſal.loc. cit.* Quod intelligendum prò
gubernio Æconomico, nempè ubi quod Tu-
tor dando familiæ vinum vetus Kalendis No-
5 vembris cum poſſit * dare novum teneatur
actione Tutelæ ut cum *Bart. Joanne à Platea*,
& Ripa tradit *Conſal. loc. cit.* Verùm id non
poteſt practicari in omnibus Regionibus.

*Num.*33. Obligatio ad pænam Talionis etiamsì
6 expreſsè non fiat à Calumnioſo Accuſatore *
ex legis diſpoſitione ſubintelligitur *Clar.qu.*12.
*n.*18. *verſ. De Jure. Paſſarin. in prax. forman.
proceſs.quæſt.*7.*art.*5.*n.*20.

*Num.*42. Inſcriptio ſub pæna Talionis facienda
ab Accuſatore ab Aula receſſit *Gonzalez. Tel-
7 lez in Cap. * Super his 16. ſub n.7. verſ. Et licèt
de Accuſat.Guazzin.ad deffenſ. deffenſ.* 3. *cap.* 3.
n. 13. *verſ. Sed circa,Zuff. de legitimat. proceſs.
quæſt.*27.*n.*8.*Reynald.obſerv.crim.par.*3.*cap.*34.
§. 8. *n.*3.

Notandum pænam Talionis non eſſe pra-
cticabilem in Tribunali S. Inquiſitionis, cum
in eo non procedatur per viam accuſationis,
previa alicujus comparitione uti Actoris, aſ-
ſumendo in ſe onus probandi ea, quæ contrà
prætenſum Reum expoſuit, ſed ſolummodò
procedatur, vèl ex officio per viam Inquiſitio-
nis non ad alicujus inſtantiam ad aliquem lo-
cum ſuæ juriſdictioni ſubjectum purgandùm,
aut reformandum, aut ad commiſſi Criminis,
cujus eſt fama, inveſtigandum Auctorem,exa-
minando teſtes veriſimilitèr informatos, præ-
via comparitione Procuratoris Fiſcalis.

Vèl per viam denunciationis factæ ab iis
qui moniti à Confeſſario, ſeù ab Ædicto San-
cti Officii ad evitandam excommunicationem
impoſitam ſatisfaciendo eorum obligationi
denunciant, & cum ex generali conſuetudine
recipiantur eorum denunciationes, ſut depo-
ſitiones Teſtium non poſſunt puniri pæna Ta-
lionis, ſed tamquam Calumniatores, & falſi
Teſtes, ſi falſitatem depoſuerint, illos con-
demnando preter graves pænas Corporales
etiam ad refectionem damni expenſarum, &
intereſſe, ut plenè aliis omiſſis docet *Pigna-
tell. in ejus noviſſimis Conſultationibus tom.* 2.
*conſult.*187.

*Num.*43. *S.Pius V. in ejus Conſtitutione la* 5. §.14.
*in Bullar. nov.vol.*2. loquens in materia Simo-
8 niæ diſponit * per hæc verba ibi *Monens omnes,
& ſingulos ut ſolum Dei timorem præ oculis ha-
bentes, & non alia animi prava affectione moti
culpabiles tantum deferant, innocentes non ve-
xent, quod ſi aliquis ex Calumnia aliquos denun-
ciaſſe comperti fuerint, eos ad pænam Talionis
teneri volumus, & mandamus.*

*Num.*52. *&* 53. Ad hoc ut bona dicantur Fiſco
9 incorporata non ſufficit ſententia declarato-
ria,* ſed requiritur actualis aprehenſio poſſeſ-
ſionis, ut concordantibus relatis firmat *Bal-
duc.in ejus obſervat.ad Ramon.conſ.*5.*n.*11.*cum
ſeqq.vol.*1. *me ſequitur Silveſter Bonfin. ad Ban-
nimenta Generalia cap.*34. *n.*47. ubi alios con-
cordantes, & *n. ſeqq.* adducit alios ſex mo-
dos, ex quibus incorporatio deducitur.

*Num.*55. Probatur incorporatio ex eo quod Fi-
10 ſcus bona relaxavit,nàm relaxatio ſupponit *
præcedentem incorporationem *Bonfin. ubi ſu-
pra,n.*53. qui tamen ſubdit hanc conjecturam
eſſe equivocam, & de per ſe non probare in-
corporationem, & concordantes adducit.

*Num.*56. Si Judex terminavit officium ſuum à
tempore, quo mulcta ſit decreta, ſed non in-
11 camerata, eamque Succeſſor in Officio *
exigat, debetur ejus Anteceſſori juxtà theo-
ricam Angeli in *l. Poſſeſſor* §. *Redacta ff. de
Petit.hæredit.* quàm ſequitur *D. Advoc. Piton.
diſcept. Ecrleſiaſt.*51. *n.*5. *Sabell. ſumma diverſ.
verbo Pæna n.*10. *verſ. Quod dicta portio.*

*Num.*58. Quod non poſſint taxari, ſeù Collecta-
ri particulares Domini vinearum pro Salario
12 Cuſtodum reſolvit *Sacra Congregatio Boni Re-
giminis in Forolivien. præcenſæ Cuſtodiæ die* 9.
Junii 1703. *reſcribendo ſubſcriptos in folio te-
neri ad ſolutionem taxæ pro tempore quo ſe obli-
garunt, & ab inde citra nèc ſubſcriptos, nec
alios teneri ad ſolutionem Taxæ, & acquieſcant.
Et Sacra Congregatio Immunitatis in eadem Fo-
rolivien. reſcripſit ſub die* 2.*Octobris* 1703. *Ec-
cleſiaſticos non teneri,& ſervetur decretum Epi-
ſcopi*, qui decreverat mercedem ſolvendam
eſſe Cuſtodibus ab illis Eccleſiaſticis,qui con-
13 ſenſum dederant * taxæ & ſub *die* 19. *Augu-
ſti* 1704. reſcriptum fuit *In deciſis, & am-
plius.*

LI-

LIBER SEXTUS

Statutorum Civitatis Faventiæ.

De Æstimis, & eorum Officialibus.

RUBRICA PRIMA.

STatuimus, & ordinamus, ad laudem Omnipotentis Dei,& Almæ Virginis Mariæ,quod omnes, & singuli habitantes in Civitate, & Comitatu Faven. teneantur describi facere caput æstimi (A) in Parochia, seu Schola, in qua habitant per Notarios ad id deputatos, & ibi scribi, & anotari omninò curare, & facere omnia bona immobilia quam tenenr, & possident in Comitatu Faven. quovis modo, jure, vel titulo, ponendo, & poni faciendo hujusmodi bonorum confines, & situm, & ibi onera quæcunque subire. Et teneantur Capellani Parochialium Ecclesiarum, & Capitularii Scholarum dictæ Civitatis, Comitatus, & Districtus, denunciare omnes, & singulos prædicta non observantes Officialibus æstimorum hujusmodi sub pœna lib. 3. bon. pro quolibet, & qualibet vice, qua contrafactum fuerit. Et quandocumque fuerit sancitum, & deliberatum in generali Consilio dictæ Civitatis, mensurari debeant per agrimensores eligendos, & per alios Officiales ad id in dicto Consilio destinandos, omnia & singula bona immobilia Comitatus, & Districtus Faventiæ, cum quibus etiam accedere debeant duo Notarii eligendi ad dictam mensurationem faciendam, & etiam in dicta mensuratione vocari, & adesse debeant capitularii, & quatuor idonei, & experti viri illius Scholæ in qua talis mensuratio fieri continget, cum quibus possint diligenter indagari de pretio bonorum mensurandorum, & de eorum finibus, & fundis, & qui Officiales etiam possint capitulariis, & omnibus quibuscunque, etiam sub pœna præcipere, & pœnas hujusmodi exigere, & pro veritate habenda juramentum eis deferre quandocumque opportunum eis esse videbitur,& ità quamlibet petiam terræ apretiare debeant, & teneantur talem valorem per Notarios prædictos describi facere, in qua tamen mensuratione, & apretiatione non debeat haberi ratio aliqua fossatorum terrarum, & bonorum prædictorum, & quæ mensurari, seu eis pretium imponi, aut eorum descriptio fieri minimè volumus, domus autem, areæ, & viridaria, quas & quæ quis habeat, & teneat pro suo usu, aut e.us colonorum minime mensurari, aut apretiari debeant, nisi tale viridarium perticas quinque terræ excedat, & quilibet etiam Forensis habitans, & possidens immobilia describi debeat in libro æstimorum, nec possit aliquis cujusvis generis etiam Forensis habitans in Civitate, seu Comitatu Faventiæ æstimari in minori quantitate solidorum 20. & quandocunque dictis Officialibus videbitur opportunum, teneantur quilibet Capellani, & Scholarum Capitularii denunciare omnes habitantes in eorum Capellis, & Scholis, qui non habeant eorum æstimum descriptum, etiam sub pœna imponenda eis per dictos Officiales, seu alios Jusdicentes in Civitate Faventiæ. Et quandocunque contigerit aliquos in communione aliqua commorantes ad divisionem bonorum communium devenire, vel seorsùm habitare, teneantur infrà mensem à die eorum divisionis, seu à die, quo seorsum habitare cæperint sibi describi facere caput æstimi separatim cum omnibus bonis sibi obventis in dicta divisione, vel separatim quæsitis sub pœna librarum 5. bonon. Et nihilominus omnino ad hæc compellantur juris remediis opportunis, nam quemlibet habitantem in Civitate, Comitatu, aut Districtu Faventiæ caput Æstimi habere sancimus, nisi in casibus, & personis ex forma Statutorum nostrorum exceptis. Molendina quoque quæ quis habet, & possidet in Civitate Faventiæ, aut extrà omnino æstimentur, & describi debeant ad æstimum illius, qui ea possidet, nulla contradictione obstante. Nec aliquis Civis, aut Districtualis Faven. vel etiam Forensis habens æstimum in Communi Faven. audeat, vel præsumat facere ad ejus æstimum adscribi, seu adscripta tenere bona alterius, seu ab alio possessa, sub pœna lib.5. bon. & si descripta sint ea delere ex suo æstimo omninò, & ad æstimum ea tenentis, & possidentis describi facere omnino compellantur, & teneantur sub eademmet pœna, nisi alia bona essent alienata in alium quomodolibet exemptum de jure, vel ex forma Statutorum Faventiæ, quo casu talis alienans ea sic conscripta ad ejus æstimum tenere debeat, & pro eis onera quandocunque subire tali alienatione non obstante.

SUM-

Digitized by Google

SUMMARIUM.

1 DEſcriptio facultatum Subditorum appellatur Æſtimum, ſeù Cataſtrum.

2 Æſtimum, & Cataſtrum ſunt nomina ſinonyma cum unum accipiatur pro alio.

3 Fieri debet Cataſtrum præſentibus, vel legitimè citatis poſſeſſoribus, niſi fraude abſint.

4 Conſuetudo Regionis ſervanda eſt in confectione Cataſtri.

5 Confectio Cataſtri in Statu Eccleſiaſtico ordinata fuit ab *Innocentio XI.*

Aſſignatio Bonorum medio juramento injungitur Subditis ad effectum confectionis Cataſtri n.5.

6 Fit Cataſtrum pro habenda notitia poſſeſſorum bonorum, & divitiarum Civium ratione onerum dividendorum pro rata.

7 Conficitur Cataſtrum ad effectum imponendi Collectam.

8 Mercatores deſcribi non debent in Cataſtro pro eorum pecuniis, creditis, & mercibus, & effectibus, & quare n.9.

9 Facultates Mercatorum, ut plurimum conſiſtunt in opinione hominum.

10 Secreta domus, & patrimonii non ſunt pandenda, & maximè Mercatorum.

11 Conficitur per æs, & libram Cataſtrum ad effectum imponendi collectam juxtà vires patrimonii.

12 Cataſtra Faventiæ confecta fuerunt variis temporibus, ut ibi.

13 Conficitur Cataſtrum ad varios effectus, de quibus ibi.

14 Deſcriptus in Cataſtro, immunitatis exceptione non poteſt effugere ſolutionem Collectæ, quotiès ſciens deſcriptionem intrà decendium non appellavit. Decl.n.15.

16 Gravatus in Cataſtro ſolùm infrà annum poteſt conqueri, aliàs non auditur. Vide n.17.

17 Diſpoſitio *text. in l. Qui gravatos C.de Cenſib. lib.*11. non eſt amplius in uſu.

18 Cataſtrum legitimè confectum fidem facit pro Communitate, ſeù Fiſco in materia Taxarum, ſeù Collectarum.

19 Cataſtrum legitimè confectum tanquàm promiſſio, & quaſi contractus habetur in materia Taxarum, & Collectarum.

20 Deſcribi patiens in Cataſtro eo ipſo ſe obligat ad ſolutionem deſcriptæ quantitatis.

21 Et contrahitur obligatio tàm perſonalis, quàm realis, quæ fundum ſequitur.

22 Bona deſcripta in Cataſtro remanent obligata Communitati, ſeù Fiſco pro oneribus.

23 Deſcripto in Cataſtro neganti ſe dediſſe notulam, ſeù partitam, vel conſenſum deſcriptioni non creditur, niſi probetur de tempore accataſtrationis bona per alium fuiſſe poſſeſſa.

24 Pretia rerum tractu temporis variare ſolent.

25 Cataſtrum renovandum, & novum conficiendum elapſo certo tempore.

26 Collectas inæqualitèr diſtribui iniquiſſimum eſt.

Gravari unum pro alio in ſolutione onerum, & Collectarum iniquiſſimum eſt n.26.

27 Cataſtrum reviderì, & reformari debet ſingulo quinquennio.

28 Cataſtrum reducendum eſt ad æqualitatem totiès, quotiès opus fuerit.

29 Reductio, reformatio, & renovatio Cataſtri peti poteſt ab unoquoque de populo. Amplia num.30.

Diriores non opprimere pauperes Reip. intereſt num.30.

31 Agrimenſorum origo eſt antiquiſſima, & quodnam eſſet eorum officium.

32 Agrimenſores eligebantur quandoque à Contrahentibus, quandòque à Judice, & quandòque publicè conſtituti erant.

Agrimenſores reputabantur ad inſtar Judicum num.32.

33 Agrimenſores eliguntur ad menſurandos, & limitandos agros, ac ad diſcernendum, an ex prædio aliqua pars fuerit uſurpata.

34 Menſuratio facienda eſt per Agrimenſores deputatos, vel à Lege, ſeù Statuto, vel à Judice, vel à Partibus, ut valida ſit.

35 Electus ad menſurandum, & æſtimandum prædium habet etiàm facultatem illud terminandi.

36 Agrimenſor jurare debet partibus præſentibus de benè, & elegantèr exercendo officio, & menſurando. Limita, ut ibi.

37 Citatio partium pro diebus, & horis certis requiritur ad legitimam menſuram faciendam per Agrimenſorea.

Alioquin menſuratio non præjudicat nu.37.

38 Merces Agrimenſoribus debetur.

39 Merces Agrimenſori à quonam ſolvenda ſit, ut dignoſcatur, diſtinguendi ſunt varii caſus, de quibus ibi.

40 Agrimenſorum delicta, & pœnæ, remiſſivè.

OBSERVATIO.

A DEſcriptio facultatum Subditorum apud *Juris Conſultos* appellatur Æſtimum, 1 ſeù Cataſtrum, ut docet *Gloſſ. in l.*1. *verbo deſcriptiones C. de Apoc. public. & lib.* 10. *David Mevius ad Jur Lubecenſe par.*2.*tit.*3.*art.*3.*nu.*8. *cum duobus ſeqq. tom.*1. *& Cobell. ad Bull. bon. Regim. cap.*25.*n.*23. quæ nomina ſunt ſynonima, 2 cum Cataſtrum accipiatur pro Æſtimo, & è contra ut tradunt *Menoch. conſ.*1144. *n.*3. *Clar. lin. controu.*223.*nu.*5.*verſ. undè cum ſeq. Kloch. de Contribut. cap.*17.*nu.*29.*et nu.*125. notat, Æſtimum ità dictum eſſe, quia æſtimationem patrimonii cujuſque continere debet.

Ut autèm validum ſit, faciendum eſt præ-3 ſentibus, vel legitimè citatis poſſeſſoribus niſi fraude abſentes ſint, ut per *Text. in l. Peræquatores. C. de Cenſib.* docet *Kloch. d. cap.*17.*n.*27. *ac Mevius loc. cit. n.*11. Et ſi vigeat particularis conſuetudo Regionis circà modum illius con-4 fectionis ſervanda eſt, ut proſequitur *Kloch. ubi ſupra n.* 28. & advertit *Card. de Luca de Regal. diſcurſ.*101.*num.*7.

In

In Statu Eeclesiastico mandante *sa.me.Inno-*
centio XI. pet otganum *Sacræ Congregationis*
Boni Regiminis pro confectione Catastri Com-
5 munitatibus, ordinata fuit possessoribus bo-
norum stabilium assiguatio medio juramento,
ubi deficiebat Catastrum, ad evitandas in-
tolerabiles expensas, alioquin necessarias pro
mensuratione, & æstimatione eorumdem bo-
norum, quod est conforme dispositioni Juris
communis ad *Text. in l. Formalam §. 1. cum*
seqq.ff.de Censib. tradit *Oter.de Officialib. par.2.*
cap.20.num.48.Mevius ubi supra num.11.& 20.
Fit enim Catastrum pro habenda notitia
possessorum bonorum, & divitiarum Civium
6 ratione onerum divideudorum, ut exigan-
tur & supportentur pro rata quælibet tangen-
te *Kloch.de Contribut.cap.2n.n.368.* & dixit *Rot.*
Rec. decis.402. n.6.par.18.tom.1. cum ut pluri-
7 mum conficiatur ad effectum imponendi Col-
lectam latè *Menoch.cons.1144.n.5.vers.est enim*
cum pluribus seqq. quæ est sequela Catastri, ut
tradit *Kloch.de Contribation.cap.16.n°84.*
Non tamèn Mercatores, & Negotiatores
pro eorum pecuniis, effectibus, & mercibus
8 describendi suut in Catastro, nàm talitèr im-
pediretur publicum commercium, & d are-
tur causa decoctinni plurium Mercatorum,
quià cum eorum facultates, & creditum, ut
plurimum consistant in opinione hominum, si
9 ex hujusmodi publicà descriptione constaret
de tenuitate eorum crediti, & facultatum,
utique statim Creditores urgerent, & sic in
fugam Mercatores debitores ponerent in evi-
dens præjudicium publici commercii, & Reip.
secundùm communiorem sententiam, quam
ob hanc, & alias plures rationes sequendo
responderunt *Alciat. cons.48. num. 6. vers. dico*
autem cum seqq. lib.5. Flamin. de Rubeis cons.1.
Cravet.cons.497.Mandel.Alb.consil.38. cum seq.
latissimè *Andreol.controv.266. per tot.* ubi re-
probantur contrarium tenentes, & confe-
runt tradita per *Mevium ubi suprà in princ.*
cit. num.3. cum duob. seqq. Ultrà quod iuri, &
æquitati non est consentaneum secreta do-
10 mus, & patrimonii pandere ad *Tex. in l. 2.*
C. de Alienat.papill.præstan.et l.2.vers.quidem.
tàm durum.C. Quando, et quibus quarta pars.
*lib.1n.*advertunt *Ciriac.contr.77.n.11.et Kloch.*
de Contribat.cap.20.num.357.cum seq. maximè
Mercatorum ut ponderavit *Rota coram Coc-*
cin.decis.1901.in fine.
Et hinc licet ab eodem *Innocentio XI.* tùnc
paritèr demandata etiàm fuisset descriptio
fundacorum, & bonorum, ac facultatum
Mercatorum; Attamèn ab hujusmodi ordine
posteà recessum fuit ob grave damnum, quod
commercio publico resultaret.
Regularitèr autèm Catastrum conficitur
per æs, & libram ad effectum imponendi
Collectam juxtà vires patrimonii, ut per
11 *Tex. in leg. ultima Cod. Sine causa, vel reliq.*
&c.l.Indiction.3.Cod.de Annon. et tribut.lib.10.
l.Per Bithyniam C. de Immunitat.nemin.conced.
*lib.10.*firmant *Lancellott.Gallia cons.6.n.6.Me-*
*noch.dicto cons.1144.n.6.*ubi concordantes *Ci-*
riac. controv.156. num.18.Kloch. de Contribut.
cap.17.n.48.et cap.20.n.356.
Prout confectum fuit illud nostri Territo-
rii de anno 1477. necnon de anno 1519. de
12 quo ultimo testatur *Bero cons.77. n.13. vol.3.*
Post impositionem etiam subsidii triennalis
factam de anno 1543. resolutum fuit à Con-
silio generali esse deveniendum ad novam
perticationem, seù mensurationem Territo-
rii, & in executionem resolutionis incepta,
& pro majori parte completa fuit de an-
no 1547. sed absque effectu; Renovatum etiam
fuit de anno 1575. novum æstimum cum Cam-
plonis, aliisque libris optimè dispositis, qui
conservantur in Archivio, excepto Camplo-
no, seù Libro quarterii Portæ Montanariæ,
ac alio libro Ecclesiasticorum, cum de an-
no 1602. in infortunio incendii passi in Of-
ficio Æstimi in cinerem conversi fuerint; un-
dè de anno 1604. ad novum Æstimum, quod
integrum conservatur deventum est. Iterùm
vigore Edicti publicati de anno 1656. de
mandato *sa. mem. Aldxandri VII.* deventum
fuit ad mensurationem, & æstimationem bo-
norum stabilium totius Territorii, quibus
terminatis deventum fuit de anno 1666. ad
earum publicationem; Sed quià ob varios
recursus habitos rejecta fuit prædicta æsti-
matio, firma remanente hujusmodi ultima
mensuratione, ideò supèr hac mensuratione
compositi fuerunt novi libri habità ratione
ad æstimationem factam de anno 1604. quod
fuit approbatum à *Sacra Congregatione boni*
Regiminis, & ità ad præsens servatur.
Quià verò ad varios effectus confici potest
Catastrum, nempè vel ad effectum imponen-
13 di collectam supèr Capitibus Subditorum,
vel supèr proprietate bonorum, vel supèr fru-
ctibus eorum, vel supèr mercimoniis &c.
ideò juxtà finem, & effectum facienda est in
eo descriptio, ut firmat *Menoch.d. cons.1144.*
nu.5.vers. enim.cum seq. Card. de Luca de Regal.
disc.101.num.8.
Notaudum est, quod descriptus in Cata-
stro, immunitatis exceptione non poterit ef-
14 fugere solutionem collectæ, quotiès sciens
descriptionem factam intrà decem dies non
appellavit, cum tùnc renunciasse ejus privi-
legio censeatur juxtà doctrinam *Angel.in l.1.*
§.Si quis Tutor n.2.ff. Quando appell.sit, quam
sequuti sunt *Alex.cons.101.n.10.vol.1.Menoch.*
cons.702.nu.9.Kloch.de Contribat.cap.13.nu.51.
cum seq. ubi dicit hoc esse menti tenendum,
quià pauci sciunt practicare, & *cap.18. n.27.*
juncto *cap.20. n.407. cum seq.Cobell. ad Ballam*
boni Regim. cap. 35.n.217. Quod intellige pro-
cedere quando versatur in actu momentaneo,
15 nempè in solutione collectæ pro unica vice
tantùm debita, secùs si contineat effectum
successivum, nàm isto casu non censetur re-
nunciatum exemptioni juxtà originalem di-
stinctionem *Bartol.in l.final.in fine ff.de Constit.*
Princip.Gyl.observat.60.nu.11. et Fontanell. de

Pnct. nuptial. tlauſ.4. gloſſ. 10. par.1. num.131. tum ſeq.
Sicuti etiàm dicitur, quòd gravatus in æſti-
mo ſolùm infrà annum poſſit conqueri, nàm
eo elapſo amplius audiri non debet juxtà
16 *Text. in l. Qui gravatos.Cod. de Cenſib. lib. 11.*
cum aliis, quos refert, & ſequitur *Menoch.*
*conſ.1144.n.78.cum ſeqq.*Verùm ultrà quòd di-
17 ſpoſitio *d. Text. in l. Qui gravatos* non eſt am-
plius in uſu, teſtatur *Randenſ.Var.reſolut.c.73.*
n.16.Clapcr.conſ.36. quæſt.2.n.18. quos refert,
& ſequitur *Andreol.controv.266.n.14.* limita-
tur in variis caſibus, de quibus *Andreol. ubi*
suprà n.15.tum ſeqq.et Toeſaur.deciſ.239. n.11.
*cum ſeq.*quas limitationes examinat in ſuo ca-
ſu *Menoch.conſ.1144.n.80.cum ſeqq.*
Notandum etiam, quod legitimè confecto
Cataſtro, tùnc fidem facit pro Communita-
18 te, ſeù Fiſco in materia Taxarum, ſeù Colle-
ctarum, ut aliis omiſſis firmat *Ciarlin. con-*
troverſ.223. n.7. cum ſeq.lib.3. Itaùt tanquàm
19 promiſſio,& quaſi contractus habeatur *Kloch.*
de Contribut.cap.17.n.37.et 40.juncto n.83.
Imò ſit expreſſa conventio, cum ita ſe in
æſtimo deſcribi patientes, eo ipſo ſe obligent
20 ad ſolutionem deſcriptæ quantitatis *Bald. in*
l. Si negotium ff. de Negot. geſt. & proſequitur
Kloc.dicto tap.17.n.38. & contrahatur obliga-
tio tàm perſonalis, quàm realis, quæ fun-
21 dum ſequitur in quemcunque tranſeat, ut
firmat *Kloch. de Contribut. cap. 13. num. 50. et*
cap.17.n.40.et ſub num.83: D.Gobb.conſult.144.
*n.47.*Adeoùt eo ipſo, quod bona ſunt deſcri-
pta in Cataſtro remaneant obligata Commu-
22 nitati, ſeù Fiſco pro oneribus ad *Tex. in l.1.*
in fine.Cod. Si proptèr public. penſit. tradit *Bald.*
in leg.Exemplo n.2.Cod.de Probat.Ciarlin.d.con-
tr.223.n.7.cum ſeqq.
Nec credatur deſcripto neganti ſe dediſſe
notulam, ſeù partitam, vel conſenſiſſe de-
23 ſcriptioni, cum ſempèr præſumatur pro
Cataſtro, niſi probetur, quod de tempore
accataſtrationis bona per alium eſſent poſ-
ſeſſa, ut proſequitur *Ciarlin. dicta contr. 223.*
num.23.cum ſeq.
Advertendum tamèn, quod cum tractu
temporis bonorum pretia variare ſoleant, &
24 hinc reſultet inæqualitas, & læſio, proindè
elapſo certo tempore reformandum, & reno-
vandum eſt Cataſtrum, novumquè conficien-
25 dum ad effectum reducendi onera ad juſtitiam,
& æqualitatem, ut unuſquiſquè ſubeat onera
ſecundum vires Patrimonii,cum iniquiſſimum
26 ſit collectas inæqualitèr diſtribui, & alium
pro alio gravari ad *Text.in l.Omne Territor.4.*
Cod. de Cenſib. & Cenſitor. lib. 11. ibique Jo: de
Platea reſpondit *Bald.conſ.387. volum.3. Natt.*
conſ.433.num.4. vol.2. et in conſ.265.Ciriac.con-
trov.156.n.5.cum ſeq.Kloch.de Contribut.cap.17.
n.121.cum ſeqq.et Knichen.in Encyclopedia c.10.
*n.108.cum ſeq.*Et quod revideri, & reformari
27 debeat ſingulo quinquennio, proùt ſervatur
in Statu Mediolani firmant *Lancellott. Gallia*
conſ.27.num.75.Menoch. dicto conſil.1144.n.88.
verſ.cæterum cum duobus ſeqq.Knichen. ubi ſu-
prà num.108. cum ſeq.Kloch. de Contribut.citat.
cap.17.n.122.Cardin.de Luca de Regalib.diſt.101.
n.8.et 9.
Ac etiam totiès, quotiès opus fuerit illud
28 ad æqualitatem reducere ad *Text. in l.Omne*
Territorium C. de Cenſib. et cenſit. lib.11. tradit
Kloch.de Contribut.cap.17.n.127.
Quod peti poteſt ab uno quoque de popu-
lo, cum agatur de publico intereſſe *Feſtaſ. de*
29 *Collect.par.1.cap.1.n.21.* quem ſequitur *Ciriac.*
controv.156. n.9. cum duobus ſeqq. ubi ampliat
procedere, non obſtante quovis lapſu tempo-
ris, ac etiam tranſactione, & *Kloch. allegat.*
cap. 17. numer.109. cum ſeq. ubi ſubdit quod
intereſt Reipublicæ ne ditiores opprimant
pauperes, & ut æqualitas intèr omnes ſer-
vetur.
Agrimenſorum origo eſt antiquiſſima,cum
B tàm apud Ægyptios, quàm Romanos eſſent
31 in uſu prò decidendis, & terminandis va-
riis controverſiis limitum, & aliorum, de
quibus latè *Giballin. de Univ.rer. human. nego-*
tiat.lib.4.cap.4.artic.4.conſectar.5.n.1. cum ſeq.
ubi etiàm *n. 6.* adducit plura de iis ſtatuiſſe
Jus Gallicum. Eligebantur quandòque à con-
32 trahentibus, quandòquè à Judice, & quan-
dòquè publicè conſtituti erant, ut docet *Gi-*
ballin.dict.conſectar. 5.in princip. Et ii non tan-
quam viles Operarii, ſed ad inſtar Judicum
reputabantur, itaùt id, quod in gratiam re-
cepti beneficii rependebatur, non merces,
ſed honorarium dicebatur juxtà *Tex. in leg.1.*
ff.Si menſ.falſ.mod. & advertit *Gibalin. loc. cit.*
num.4.
Modernis temporibus eliguntur ad menſu-
33 randos, & limitandos agros, ac ad diſcer-
nendum,an ex prædio aliqua pars fuerit uſur-
pata,ut docet *Hermoſill.ad Lopez gloſſ.2.leg.24.*
tit.5.par.5.n.35. pag.544 ſecundùm impreſſ. Lu-
gdunen. Eorum officium eſt publicum, & ad
plura ſummè utile, & neceſſarium, ut tradit
Oter.de Official.par.2. cap.21.n.1. quod videtur
procedere in Agrimenſoribus à publico ele-
ctis.
Ut autèm valida ſit menſuratio, facienda
eſt per Agrimenſores deputatos, vel à Lege,
34 ſeù Statuto, vel à Judice, vel à partibus,
alioquìn nullum habet effectum, cum non
ſpectet, niſi ad eos, qui officium habent, &
auctoritatem,reſpondit *Cephal.conſ.36.num.2.*
vol.1.& Gratian.diſcept.512.num.8. & quotiès
quis eſt electus ad menſurandum, & æſtiman-
35 dum prædium, habet etiàm facultatem illud
terminandi, cum abſquè terminatione non
poſſit, nec menſurari, nec æſtimari, ut di-
xit *Rot. in rec.deciſ.158.n.1.cum ſeqq.*juncta *de-*
ciſ.254.par.8.& coràm Carill.dec.220. n.3.verſ.
& quatenus cum ſeq.
Requiritur etiam, quod Agrimenſor par-
tibus præſentibus juret de benè, & elegantèr
36 exercendo officio, & menſurando, ut con-
cordantibus relatis tradit *Oter de Official.dicto*
*cap.21.n.7. cum ſeq.*qui tamèn *num.9.* limitat,
quo-

quotiès ille de partium conſenſu fuit electus;
maximè quandò de tempore, quo ad officium
Agrimenſotis electus fuit, juravit; nam tunc
in ſingulis relationibus jurare non tenetur;
tamèn ſubdit *ibidem* verius exiſtimare, quod
in omni caſu Agrimenſores jurare teneantur,
non tamèn in præſentia partis; & videnda
ſunt, quæ dicta fuerunt ſupra in *Obſervat. ad*
Rubr.50.n.12.cum ſeq.lib.3. de Æſtimatoribus,
quæ æque benè congruunt Agrimenſoribus.

Requiritur quoque ad legitimam menſurã
faciendam citatio partium pro diebus, &
7 horis certis, in quibus ſi non comparuerint,
vel altera earum non comparuerit, poterit
nihilominùs Agrimenſor menſuram facere,
ut relato *Abb. in cap. quia judicante num. 6.*
de Præſumpt. docet *Otrr d. cap. 21. numer. 11.*
omiſſa autèm citatione, menſuratio non
præjudicat non citato *Ciriac.controv.320. nu-*
mer.15.in fine.

Sequuta menſuratione, deberi Agrimen-
ſori mercedem, ſicut aliis operam propriam
8 præſtantibus nulli dubium eſt, ſed difficul-
tas eſt, cuinam incumbat onus eam ſolvendi;
pro cujus articuli reſolutione crederem di
ſtinguendos eſſe nonnullos caſus, nempe ſi
9 contingat, quod de conſenſu partium facta
ſit menſuratio, tanquam in inſtrumento ven-
ditionis conventa, & reſervata, tùnc uter-
que tam emptor, quam venditor concurrere
debet, ut aliis relatis firmant *Gratian. di-*
ſcept.549.n.31.& Bonden.collect.19.n.73.

Idemque procedit ſi menſura facienda ſit
ad effectum diviſionis bonorum communium,
nam eo quoque caſu communitèr contri-
buendum eſt pro expenſa, licet ad inſtantiam
unius ſolummodò petitus fuerit Agrimenſor,
cum utrique interſit, menſurationem fieri
ad tradita per *Hieronym. de Monte de Finib.*
cap.26.n.11. quem refert, & ſequitur *Munoz*
Eſcobar. de Ratioc. cap. 49. n.9. etiamſi altera
pars contradixerit, ut firmat *Oter.dict.cap.21.*
n.11.& Boer.deciſ.51.numer.finali.

Prout etiam communitèr concurrere de-
bent, quotiès non controvertitur quidèm
quantitas jugerum terræ ad unumquemque
ſpectans; ſed uterque prætendit alterum oc-
cupaſſe majorem quantitatem juxta caſum
Gloſſ.in l.Si irruptione §.ad officium in verbo mit-
tere, & in verbo locis.ff.Fin. regund. quam ſe-
quitur *ibidem Albrrir.*

Si verò unus eorum prætendat, alterum
majorem quantitatem, quam ſibi debeatur
poſſidere; tunc crederem, diſtinguendum
eſſe intèr occupationem, ſeù uſurpationem
de facto factam, & poſſeſſionem adeptam me-
diante titulo præcedenti emptionis, dationis
inſolutum &c. Etenim primo caſu, quia alte-
ri per alterum non debet inferri iniqua con-
ditio, & culpa occupantis deventum fuit ad
menſurationem, proindè expenſis illius etiam
ſuccumbere debet, ut potè, quia dedit illi
cauſam ad tradita per *Munoz d. cap. 42. ſub*
n.6.cum ſeq. ſecundo verò caſu, cum bona fide,
& juſto titulo poſſideat, non videtur poſſe
cogi ad ſolutionem, nec ad contributionem
ſolutionis mercedis Agrimenſoris, ſed ad il-
lam tenetur agens ad reſciſſionem venditio-
nis dationis in ſolutum &c. cum læſio, ſeu
exceſſus in menſura ſit fundamentum ejus in-
tentionis, nam expenſæ, quæ ab Actore fiunt
pro juſtificanda ſua intentione non ſunt refi-
ciendæ, ut firmat *Gratian. diſcept.725.nu.26.*
cum ſeq. quod tamèn declara quotieſcunque
Reus ſtatim facta menſuratione, & ſic proba-
ta intentione Actoris, ejuſque bono jure à
lite ceſſavit; ſecùs autèm ſi adhùc perſevera-
vit in lite, eo quià iſto caſu conſtat de malo
ejus animo litigandi, & præſumitur, quod
ſi etiam priùs vidiſſet jura adverſarii, nihilo-
minùs eodem modo iniquè litigaſſet, ex quo
illis viſis non deſiſtit, ut elegantèr docet *Dec.*
in l.Qui in alterius n.8.verſ. ſed ſi Reus, & n.9.
verſ.ſecùs videtur ff.de Regul.Jur.Nat.conſ.232.
n.4. & reſpondit *Rota coram Celſo deciſ.74. n.7.*

De delictis vero, & pœnis Agrimenſorum
40 vide *D. meum Raynald. in ejus Obſervat. crim.*
tom.2.cap.18.§.29.n.82.cum ſeqq.

ADDIT. AD RUBR. I. LIB. VI.

SUMMARIUM.

1 Cataſtrum, ſeù æſtimum ut ſit validum quæ requirantur.

2 Identitas bonorum probatur ex libro Cataſtri, ſeù æſtimi.

3 Poſſeſſio bonorum probatur ex libro Cataſtri.

4 Mercatores quandoque abutuntur opinione hominum, & privilegiis ſibi conceſſis, & modernis temporibus committunt enormia num.12.

5 Partita qua quis conſtituitur debitor in libris Mercatorum, ſi non fuit reportata in libris annorum ſequentium non debetur, & num.20.

6 Inſtante Parte pro electio ne Periti, Judex mandat dari liſtam Confidentium, & Diffidentium.

7 Libris Mercatorum continentibus deletiones & defectus viſibiles non eſt danda fides.

8 Libri Mercatorum, ſi omnes inter ſe non ſunt concordes, non probant contra tertium.

Ampl. etiamſi in una tantùm partita non concordent. ibid.

9 Liber falſus vel alteratus in uno præſumitur falſus, & alteratus in omnibus.

Ampl. procedere etiam in libris Mercatorum ibid.

Itèm Ampl. etiamſi alteratio conſiſtat in minimo num.10.

11 Verba *ſcuta tot monetæ* in partita accepti important veram, & realem numerationem pecuniæ.

12 Mercatores non poſſunt proprio marte aliquid addere in uno vel altero ex ſuis libris, quod cum reliquis non concordet.

Dictum *quod ſcripſi ſcripſi* impiiſſimi Authoris eſt, ſed ab honeſtis Viris in praxi ſervandum. ibid.

Mercatorum candor, & bona fides, ex qualiber etiam levi alteratione, & ſuſpicione vacillant, & læduntur. ibid.

13 Mercatores poſſunt aliquid mutare in eorum libris de conſenſu ejus qui ibi deſcriptus eſt Debitor, ſecùs ſine tali conſenſu.

14 Bilem, & Riſum eodem tempore quædam movent.

15 In diſcrepantia partitarum illa attenditur quæ concordat cum privata ſcriptura Debitoris.

16 Libri privati non probant contra tertium.

Lim. concurrentibus adminiculis num. 16. & 17. ubi plures adminiculi recenſentur.

18 Ampliatur hæc limitatio, ut probent etiam contrà libros publicos viſibiltèr alteratos.

19 Statutum Merciariorum Urbis diſponit comburi libros, ſi contingat eos falſos judicari.

Duæ præſumptiones ſufficiunt ad tollendam fidem tantùm alicui ſcripturæ, ſecus ad condemnandum. ibid.

20 Conjectura ſolutionis eſt facilitas ſolvendi in Debitore.

Itèm poſteriores ſolutiones, & aliæ de quibus ibi.

21 Libri alterati, etiamſi ſint illegales probant contra ſcribentem.

Et poſſunt in eis ſcindi partitæ, alias approbando; àlias reiiciendo ibid.

22 Mercatores quorum libris fides præſtanda eſt, quinam propriè dicantur remiſſivè.

23 Privilegium ab Urbano VIII. conceſſum Mercatoribus fundacalibus Urbis quas conditiones requirat.

Non ſuffragatur aliis Mercatoribus ibid.

24 Privilegium conceſſum Mercatoribus Merciariis reſtringitur ad res inſervientes pro Indumentis tantum.

25 Dictio *dumtaxat* eſt taxativa, & ita reſtrictiva ut excludat omnes alios caſus.

26 Neganti dediſſe notulam, ſeu Conſenſum deſcriptioni bonorum in Cataſtro non creditur.

Num. 3. Caraſtrum ut ſit validum, quæ requirantur vide etiam *Caſtellin. in ejus obſervat. ad Ban-*
1 *nimenta Romandiolæ* * *obſervat. 7. n. 9. verſ. Cæterum cum ſeqq.*

Num. 6. Identitas bonorum probatur ex Cataſtro, ſeu æſtimo, ut in ſpecie noſtri æſtimi*
2 Reſpondit *Rot. coram Cerro deciſ. 782. n. 6.*
Nec non poſſeſſio bonorum probatur ex libro
3 Cataſtri, ſeu æſtimi, * ut relato *Bero conſ. 77. n. 8.* in puncto Reſpondit *Rot. in Faventina Bonorum prima Junii 1672. coram bo. me. Taya §. Poſſeſſio.*

Num. 8. *& ſeqq.* Mercatores opinione hominum,
4 qua paſſim divites reputantur cum non ſint, & privilegiis in favorem publici Commercii ſibi conceſſis, quandoque gravitèr abutuntur, ut de fide præſtanda eorum libris ſepè laudatus D. Advocatus Urſaya expertus eſt in Cauſa propria, cujus occaſione ſequentem Diſcurſum edidit.

DISCVRSVS
D. ADVOCATI DOMINICI URSAYÆ
IN CAUSA
Romana Pecuniaria.

ARGUMENTUM.

Libri Mercatorum, quorum Partitæ, vel inter ſe non concordant; Vel convincuntur alteratæ, & immutatæ, nihil probant. Enumerantur quinque conjecturæ præſumptæ ſolutionis. Privilegia, Mercatoribus fundacalibus ab Urbano VIII. conceſſa, & ab Alexandro VII. Mercatoribus Merciariis communicata, loquuntur, & procedunt reſpectu rerum, ad uſum Indumentorum dumtaxat inſervientium, non autem comprehendunt merces, ad alios uſus deſtinatas.

OCcaſione impreſſionis ſuorum Librorum Advocatus Urſaya emit ſemper cartam pro eiſdem neceſſariam (inter Impreſſores denominatam *Mezzanella*) à Bartolo, & Cipriano Mercatoribus, moram facientibus propè Eccleſiam Sancti Euſtachii, quibus, juxtà ejus ſolitum, ſemper, & ubique practicatum, & præciſè à tempore, quo moram facit in Urbe, punctualiter ſolvit pretium, vel in contanti, vel Mediante Ordine, directo uni ex Depoſitariis Locorum Montium, à quibus commendabili punctualitate ſoluta fuit eiſdem Mercatoribus ſumma, in Ordinibus contenta, quæ reſpe-

respectu omnium præd. Librorum, spatio multorum annorum ab eo impressorum, tam in folio, quàm in quarto, excedit quantitatem sc.500.ejsdem Mercaroribus Bartolo, & Cipriano semper punctualiter solutorum.

Credebat proinde, ob d. punctualitatem in eis solvendo adeo insignem pecuniarum summam pro d.carta, non esse subiectum alicui molestiæ, prout de facto nullam aliam in præteritum expertus fuit ab aliis Mercatoribus, & Artificibus, cum quibus contraxit, & quibus simili punctualitate semper persolvit pretium rerum, ab ipsis emptarum.

Cæterùm eventus, præter omnem expectationem, in præsenti casu contrarium demostravit, eò quia circa initium mensis Augusti 1722. accessit ad ejus domum unus ex Juvenibus dd.Mercatorum Bartoli,& Cipriani, petendo ab eodem assertum residuum anni 1715. in summa sc.2. 65.pro Rismis 29. cartæ Mezzanellæ, ut prætenditur eid. consignatæ die 3. Dec. ejusdem anni 1715. juxtà Notulam, in ejus manibus relictam, originaliter postea in Actis productam.

Non sine admiratione auditâ d. contrariâ prætensione, respondit statim idem Advocatus, id de facili posse esse æquivocum respectu alterius forsan debitoris, ad quem effectum p. loco misit ad Apothecam dd. Mercatorum Josephum Angelinum ejus famulum, qui ab eisdem semper emerat cartam, illos rogando, ut reminiscerentur quod neque unicum folium cartæ ab eis unquam petierat, minusque ullo unquam tempore habuerat sub fide pretii, postea numerandi, seu *in credenza*, & quia id non fuit sufficiens ad tollendum idem æquivocum, reducendo ad praxim ea, quæ leguntur *Matt.*21. 37. accessit ipsemet ad eandem Apothecam, iterum & tertiò eosdem rogando,ut in eorum memoriam reducerent, quod nunquam aliquid vel minimum ab eisdem petierat, vel habuerat, cujus pretium incontinenti ab eo solutum non fuerat, vel frequentissimè mediante numerata pecunia, vel rarò mediis Ordinibus, ut supra, quæ omnia eis repetere fecit à Notario Causæ, præsente illorum Procuratore,neque ausi fuerunt, vel in ejus faciem, vel cum d. Notario Causæ id affirmare, asserentes tantummodo, quod dum tale residuum reperiebatur adnotatum in eorum Libris, ac si participarent de natura Evangeliorum, de facili eis debitum erat, circa quod dixerunt velle meliùs recordari.

Effectus hujus temporis, ad excitandam eorum reminiscentiam assumpti, fuit judicialis Citatio, non sine magna incivilitatis nota, paulo post executa, ad dicendum contra Jura, cum subsequuta productione Computi, longè diversi à primo.

Fuerunt deinde nomine dd.Mercatorũ continuati alii judiciales actus pro deputatione Periti ad effectum recognoscendi partitas, quibus nihil fuit oppositum, tam circa personam Gabrielis Bianchini, Periti ab iis nominati eorumque Amici & vicini, quàm circa recognitionem partitarum, qui proinde Peritus, Parti adversæ acceptissimus, transcribendo simpliciter aliquas partitas, modo à Mercatoribus insinuato, & eisdem benè viso, proprio marte constituit debitorem, non in sc.2.47.exadverso petitis,& contentis in primo Computo,sed in sc.1.65. juxtà ejus Peritiam.

Quia verò Libri, ex quibus eædem partitæ fuerant desumptæ, non concordabant, neque inter se, neque cum Computis, exadverso replicatis vicibus, ut supra, ex proprio capite compositis, atquè exhibitis, quod probè notum erat per ocularem inspectionem, eo tempore, quo accessi ad Apothecam Mercatorum, rogavi eundem Peritum, ut vellet mecũ accedere ad confrontandam suam Peritiam cum Libris,cujus instantia fuit ab eodem Perito admissa, idque pro eadem confrontatione semper ante oculos de facili, & sine incommodo habenda, & absque ulla necessitate accedendi ad Apothecam Mercatorum ad iterum recognoscendum dd.Libros; Fuerunt proinde illorum partitæ Partibus præsentibus ad literam transcriptæ, dictante, & approbante dicto Perito, seque in fine subscribente.

Verum tamen est quod idem Peritus eodem tempore recusavit in hac parte annuere duplici instantiæ, cum omni legali fundamento, ei factæ.

Prima scilicet, ut referret, quòd d. prætensum residuum debiti sc. 2. 47. non fuerat reportatum in sequentibus Libris *mastri* annorum 1717. 1718. 1719. 1720. & currentis anni 1721.usque ad totum Mensem Februarii; Quodque per saltum, ut Musici dicunt *di quinta*, reportatum deinde fuerat in Libro *mastro*, incæpto die prima Martii ejusdem anni 1721. Quam instantiam non sine magnis precibus admisit respectu primæ partis, hoc est non reportationis in Libris dd. quinque annorum immediatè sequentium ut videre est in *Sum.* Quæ circumstantia magnifit à Doctori-

5 bus ad probandum non esse debitam illam partitam, quæ non fuit reportata in Libris sequentis anni, ex punctualitèr animadversis per *Rott.select.Interp.c.39. n.29.& seq.* Noluit autem admittere, licèt pluries exoratus, eandem instantiam, circa ejus secundam partem, hoc est circa reportationem post dd. quinque annos in Libro *mastro*, incæpto die prima Martii 1721. in quo oculis corporeis recognita fuit, & ad omne mandatum Judicis recognosci potest, dum in illo reportatum fuit idem assertum residuum, omissum in quinque antecedentibus annis, immediatè subsequentibus d.primam descriptionem.

Secunda instantia, eidem Perito facta, consistebat in eo, quod referret etiam circa visibiles deletiones, alterationes, & mutationes figurarum abacalium, quæ oculis corporeis apparent in dictis Libris, quam nullatenus admittere voluit, sub illo frivolo prætextu,

textu, quod ipse erat Peritus Mercator, non autem Peritus Scriptor, acsi Periti Mercatores ignorent figuras abacales, neque propriis oculis cognoscere possint illos defectus, illasque alterationes, quæ ipsismet Lippis, & Tonsoribus notæ sunt.

Fuit proinde diè 10. Sept. institum coram Judice pro deputatione Periti Scriptoris ad effectum referendi circa dd. visibiles cassaturas, & alterationes Partitarum, in omnibus Libris Adversariorum oculariter apparentes;
6 Licèt autem solitum decretum in his terminis esset illud, dandam esse Listam Confidentium, & Diffidentium, cum intimatione, juxtà praxim, ipsismet Notariorum Novitiis notoriam, propter quam pro hac Parte nemo comparvit in audientia; Ad instantiam nihilominus, & ad preces Procuratoris Adversariorum sequens extensum fuit decretum in d. Citatione. *Ex tunc Illustriss. D. attenta præsumpta solutione ex facti circumstantiis, Partes hinciudè absolvit etiam ab expensis*. Quod cùm nullatenus concordet cum nostris precibus, legalitèr in d. Citatione contentis, videtur omninò ferenda Sententia absolutoria non ex colore præsumptæ solutionis, sed ex eo, quia Libri Adversariorum nullam mereantur fidem, nullumque creditum ex illis resultet.

Vitia enim, visibiles defectus, & palpabiles cassationes, & deletiones figurarum
7 abacalium in Libris, de quibus agitur, evidentes sunt, & ex omni parte innegabiles, & propterea nulla fides eisdem Libris danda est, ex vulgatis, de quibus *Illustriss. Zaul. ad Statut. Favent. tom. primo rubr. 4. lib. 2. n. 16. et Rot. dec. 282. n. 6. part. 16. rec.*

Est enim primo loco æquè visibilis, ac palpabilis alteratio partitæ Libri, appellati *Giornale*, sub die 3. Jan. 1716. fol. 4. ubi figura, denotans numerum quintum, mutata fuit in præjudicium hujus Partis in zerum; Ad quod recognoscendum, manibusque palpandum, sat est oculos in fronte habere; Eademque partita in Libris, appellatis *Straccia Foglio* C. fol. 5. & in alio denominato *Libro Mastro* C. fol. 4. uniformiter describitur pro figura abacali 5. quæ omnia ictu oculi apparent ex attestatione Periti, de qua in Sum.

Igitur non concordantia Librorum *Straccia Foglio, Giornale, e Libro Mastro* in hac parte est innegabilis, & consequenter nulla fides eisdem Libris, inter se ad unguem non concordantibus, præstanda est, eo quia ad hoc,
8 ut Mercatorum Libri nullatenus probent contra tertium, sat est quod in una tantùm parte inter se non concordent seu alterati sint, benè *Ansal. de Merc. disc. gen. n. 140. Card. de Luc. de Cred. disc. 78. n. 15.* & firmatur per *Rot. dec. 384. n. 4. part. 8. dec. 359. n. 4. et 11. part. 16. et dec. 350. n. 7. et 12. et dec. 405. n. 20. par. 19. rec.* & alibi passim,

In quibus terminis applicatur ulteriùs notum illud Juris axioma, quod Liber, falsus in uno, talis præsumitur in omnibus, de quo in nostris punctualibus terminis Libri Mercatorum *Cravett. de Antiquit. tempor. part. 1. n. 15. Genu. de Script. privat. lib. 4. quest. 2. n. 58. fol. 237. & Scacc. de Judic. lib. 2. cap. 11. n. 253. & n. 325.* Et generaliter notant adducti *in Instit. Crimin. lib. 2. cap. 6. nu. 16.* ubi inter alios Authores sequitur *Rota Avenion. dec. prim. n. 2.* quæ ad id comprobandum adducit verba illa Virgilii *Crimine ab uno Disce omnes*.

10 Quæ omnia vera sunt, etiamsi alteratio partitæ, vel alicujus figuræ abacalis, consistat in minimo, juxta nobilem animadvertionem *P. le Tellier ne la Defens. de nouvaux. Chrestiens par. 1. in Admon. ad Lector. fol. 48.* cujus verba; ex gratia recognoscenda, referuntur *in Instit. Crim. lib. 3. tit. 6. n. 16.* & congruam adducit rationem *Cravett. cons. 6. n. 27.* his verbis... *Deus permittit talem varietatem, ut per illam veritas prodeat in lucem, quia veritati omnia consonant, nec aliud est veritas, nisi ipsa rerum constantia, & firmitudo.*

11 Secunda alteratio, non minus palpabilis, est illa insignis diversitas inter Librum *Mastro* anni 1715. signato lit. B. fol. 278. ibi *Aver. di contro detto Ursaya A dì 3. Decemb. 1715. scudi venti due, e bajocchi dicidotto Moneta*, quæ veram, realem, & innegabilem numerationem monetæ important, ex adductis *per Rocc. select. Interpr. cap. 93. n. 7.* & firmatis *per Rot. dec. 84. nu. 67. coram Ansald. & d. 80. nu. 1. & seqq. par. 8. rec.* Et inter Librum *Giornale* ejusd. anni 1715. *fol. 839. lit. B.* ibi. *Dal sudetto Ursaya scudi venti due, e bajocchi diciaotto moneta*, cioè *sc. 20. 48. in un ordine de fruti de Luoghi de Monti, da riscuotersi dal de Romanis*, e *sc. 1. 70. moneta per Risme due Carta mezzanella del Frasso, resone*.

Ex quibus palpatur manibus, quod in Libro *Mastro* adnotatur solutio in contanti pro sc. 22. 18. ibi *sc. 22. 18. Moneta*, absque ullo alio addito, In *Giornali* vero, non sine maxima confusione, & correctione Libri *Mastri*, adnotatur solutio in contanti pro sc. 20. 48. & pro pretio duarum Rismarum Cartæ adnotatur solutio in sc. 1. 70.

Non enim est in arbitrio Mercatorum in uno ex tribus Libri *Straccia Foglio, Giornale, e Libro Mastro*, ab eis retentis, addere aliquid, quod non concordet cum uno, vel altero ex
12 prædictis Libris, ut in terminis egregiè observat *Bald. cons. 348. n. 5. lib. 1.* advertens proinde, attenta tali diversitate, nullam fidem præstandam esse dd. Libris, & *Baldum* sequitur *Scacc. de Judic. lib. 2. cap. 11. n. 289.* ibi: *Scripturæ Mercatorum debent esse firmæ, & stabiles &c. licèt modernis temporibus Mercatores committant enormia*, & concordant adducti in *d. 535. n. 65. par. 14. rec.* & egregie *Gen. de Scriptur. privat. lib. 4. tit. de Libr. Mercat. n. 86. & seqq.* ibi -- *De eis dicitur quod scripsi, scripsi*, quod notavit etiam *Bald. d. cons. 348. nu. 13.* ibi: *juxta illud vulgare dictum, Quod scripsi scripsi*; Licet enim idem dictum impiissimum habuerit Authorem, ab omnibus tamen-

men honestis hominibus ad praxim reducendum semper est, ut notat *Card. de Albic. de Inconst. in Judic. in præfat. nu.*18. Præcipuè inter Mercatores, quorum candor, & bona fides ex qualibet etiam levi alteratione, & suspicione vacillant, & læduntur, ut experientiâ notum est, & observat *Rot. dec.*120. *n.*6. *coram Peuting. & d.*229. *n.*11. *p.*6. *rec.*

Nec adducatur exemplum, in quo forsan id practicatum fuit; Communis enim distinctio, uno ore à Doctoribus in hac parte recepta, & à Tribunalibus canonizzata, hæc est: Aut ille, qui descriptus est in Libris Merca-
13 torum, dat suum consensum, ut partita, uno modo descripta, mutetur in alium modum, & id fieri potest: Aut idem descriptus in Libris Mercatorum ignorat talem mutationem, & tunc nullo modo permissum est Mercatoribus alterare, & mutare partitas inter domesticos parietes ad eorum libitum, & proprium commodum, ut videre est apud *Farinac. consf.*18. *nu.*4. *Menoch. consf.*296. *n.*12. *Adden. ad Ludovis. dec.*366. *lit.E. Ansald. de Commerc. & Mercat. disc.*51. *nu.*5. *& Rot. dec.*465. *nu.*9. *coram Dunoz. jun. & d.*65. *nu.*11. *coram Burat.* ubi ad id intra evidentiæ fines ponendum allegat Mercatorum stylum, quem appellat notorium *& d.*424. *nu.*18. *par.*19. *rec.* ubi quod id facere sine consensu interesse habentis maximum delictum involuit. In nostro autem casu talis immutatio non solùm facta fuit, inscio prætenso Debitore, & in ejus præjudicium, ex supra animadversis, sed ad illam cognoscendum unicè necessaria fuit nota solertia collitigantis, fortitèr, & suaviter summaque civilitate & æquali modestia obligantis Peritum ad confrontandas partitas Librorum Adversariorum in ejus præsentia.

Tertia alteratio, seu ocularis fallitas consistit in duobus Computis, ex eisdem Libris ab Adversariis transcriptis, cum evidenti tamen mutatione unius figuræ abacalis in aliam.

In primo enim in manibus prætensi Debitoris relicto, adnotatur summa sc.24.65. pro Rismis 50. Cartæ mezzanellæ, in eoque adnotatur residuum debiti in sc.2.47.

In secundo verò, dato in sum. pro pretio dd. Rismarum 29. Cartæ mezzanellæ adnotatur summa sc.25.65. cum visibili, & innegabili alteratione figuræ abacalis 4. in 5. respectu figurarum, denotantium scuta, Et cum residuo crediti in sc.2.67. Quæ omnia, non solum inter se sunt incompatibilia, ut Considerranti patet, sed alteratio, seu mutatio figu-
14 ræ abacalis 4. in 5. est adeo literalis, adeoque palpabilis, ut eodem tempore bilem, & risum moveat, juxta phrasim *Card. de Luc. in Addit. ad disc.*64. *de Jurisd. sub n.*52.

Quarta alteratio, seu falsitas consistit in eo, quod in secundo Computo, ex adverso exhibito, adnotatur solutio obulorum octoginta, uti solutorum in diminutionem asserti residui quæ summa, nullatenus adnotata fuit in primo Computo, ante Librorum recognitionem transmisso, pro exigenda integraliter summa, in illo contenta, ut videre est in illius originali, in Actis producto, & in illius copia data in Sum.

Si enim, juxta sensum Adversariorum, eisdem fuerant soluta obuli octoginta, nescimus videre, quare illi adnotati non fuerint in Computo, ab eisdem Adversariis ut supra tradito, pro habenda illius integrali solutione.

Diximus, *juxta sensum Adversariorum*, quia pura veritas in hac parte illa est, quod iidem Adversarii die 3. Dec. 1715. non Rismas 29. Cartæ mezzanellæ, sed solas Rismas 24. ejusdem Cartæ vendiderunt pro pretio dd. sc.20. 48. quod pretium Cartæ ad rationem obolo-
15 rum. 85. pro qualibet Risma, ad unguem concordat cum summa, contenta in Ordine, directo D. de Romanis, ut Calculanti manifestum est, eandemque consonantiam summæ magnificit *Rot. dec.*185. *num.*2. *coram Priol.* Quam veritatem ad hominem mirabilitèr comprobant duo Libri, memoriæ causa retenti, ab annis 40. & ultra incæpti, proprioque charactere dietim conscripti, & fidelibus oculis originalitèr subiecti, in quorum primo hæc habentur. *A di* 2. *Decembre* 1715. *per Risme* 24. *di Carta sc.*20. 40. In secundo verò sub d. die hæc pariter leguntur *A Sig. Bartoli l'Ordine*, hoc est di sc.20. 40. directo D. de Romanis.

Cum enim in Banco ejusdem pro bimestri Novembris, & Decembris 1715. pro quo idem Ordo factus fuit, adessent in ejus creditum sc.25. 13. ut manifestum est ex Librorum recognitione, eadem facilitate potuisset, imò debuisset fieri Ordo pro tota prætensa summa sc.24. 65. quatenus revera debita fuisset, ut de se patet.

Quamvis autem ultro admittamus, Libros
16 privatos, regulariter non probare contra Tertium; Regula hæc inter alias limitationes, quas patitur, admittit illam, ut concurentibus adminiculis plenè probent, ut videre est apud citatos, & sequutos à *R. t.dec.*347. *nu.*1. *part.*19. *rec.* & alibi quotid è; Et in præcisis terminis Libri, memoriæ causa conscripti, & retenti, benè *Rot. d.*87. *num.*7. *coram Cerr.* ibi -- *Juncta adnotatione particulari in Libro domestico memoriarum ipsius Ludovici, qui Liber privatus, & memorialis plurimum probat in qualibet materia &c.*

Loco autem dd. adminiculorum, præter legalitatem Scribentis, & ultra tenuitatem
17 summæ, Nec non attenta verificatione omnium aliarum partitarum; Descriptione illius, de qua est quæstio, tempore non suspecto, & quando neque per somnium nota erat Adversariorum prætensio, & similes, quas arbitrio Judicis relinquimus, & de quibus egregiè *Rot. decis.*510. *num.*4. *&* 5. *coram Emer. junior*, & meliùs coram *Benincas.d.*362. *n.*5. cum aliis, citatis *a Calderon. resol.*10. *n.*23. *& à Bertacchin. Vot. d.*38. per totum, *& Rot.* de-

deciſ.243. num.4. part.14. rec.

Primo loco repetimus dd. quatuor falſitates, ſeu alterationes partitarum, de quibus ſupra, in quarum ponderatione ſupplicamus duo præ oculis habere, & ſolitâ attentione obſervare.

Primum, quòd non ſumus in terminis Libri privati, qui adducatur contra partitam
18 publicorum Librorum, non abolitorum, neque in aliqua parte vitiatorum, ſeu cancellatorum, ſed ſermo eſt de Libris, in partibus eſſentialibus viſibiliter alteratis, correctis, & cancellatis, in quibus terminis eò faciliùs Libri privati admittuntur, & probant, ex adductis per *Gen. de Scriptur. privat. lib.4.tit. de Libris Mercator. num.109.* & firmatis per *Rot. dec.36. n.8. par.15. rec.*

Secunda verò, quod ex hac parte non inſiſtitur pro canonizzatione falſitatis Librorum contrariorum ad criminales effectus, à quibus penitus abhorret genium & profeſſio juxta ſolemnem declarationem in *Epiſt. ad Lectorem Inſt. crim.* Minuſque pro exequutione Statuta-
19 tiæ diſpoſitionis Mercatorum Merciariorum *cap.21. fol.18.* ibi: *E ſe occorreſſe, che li Libri di alcuno dell'Univerſità foſſero in ſoſpezione tale, che foſſero giudicati falſi, allora poſſino li Conſoli, ſenz'altra dichiarazione, fare abbruggiare detti Libri nella Piazza di Campidoglio, facendo per un Banditore a ſuon di Tromba far nota la cauſa di tal'atto, & abbruggiamento.* Sed præ-
19 dictæ reflexiones & obſervationes adducuntur ad unicum finem, & præciſum effectum, ut Libris Adverſariorum, non ſit danda fides, in quibus circumſtantiis uno ore concordant DD. quod duę ſolum conjecturæ ſufficiunt, juxta originalem doctrinam *Criminaliſtarum Principis Farinacii conſ. crimin.108. num.114. & 115.t.2.* ubi, quod quando contra aliquam Scripturam adducuntur duæ præſumptiones falſitatis, illæ non ſufficiunt ad condemnandum criminaliter, verum tamen eſſe, quod illę ſuperabundant ad illi adimendam omnem fidem, & concordant *Noguerol. alleg.26.n.139.* ubi quòd duo gradus falſitatis conſiderantur in Scripturis, unus eas declarando falſas, alter verò nullam eis adhibendo fidem *Caſtald. conſul.137. n.2. & 3. Rocc. diſp.46. nu.17.* ubi quod hæc concluſio non habet contradictorem, *& Rot. dec.187. nu.6. & dec.280. nu.14. cor. Celſ. & dec.452. n.4. p.3. & d.155. nu.5. p.13. & dec.206.n.3. & 5. par.15. & dec.328. n.1.par.19. & in Romana, ſeu Collen. Hæredit.14. Junii 1680. §. Maximè, & 20. Jan.1681. §. Et denique cor Vicecomite.*

Qubus loco aliorum adminiculorum addi poſſunt quinque aliæ conjecturæ.

Prima nimirum reſpectu pretenſi Debito-
20 tis, conſiſtens in maxima facilitate ſolvendi eandem tenuem ſummam, exadverſo prætenſam, mediante eodem Ordine, directo D. de Romanis, ex animadverſis ſupra, quam conſiderat *Rot. dec.26. n.23. cor Anſald.*

Secunda innititur replicatis ſolutionibus maximarum ſummarum, per ſubſequentes ſex annos deinde factarum, abſque ulla mentione, vel petitione d. prætenſi reſidui, de qua *Rot. dec.26. n.6. cor. eod. Anſald.*

Tertia emicat ex receptione dd. ſummarum, ab Adverſariis ſumma pace facta, & abſque ulla præſervatione dicti pretenſi reſidui, admiſſa à *Rot. dec.125. n.4. cor. Priol.*

Quarta deſumitur ex tarditate in petendo dictum reſiduum, hoc eſt poſt ſeptem annos, de qua habemus *Text. In leg. Siquis forte §.1. ff. de Pœnis*, cum concordantibus, citatis *in Tom.1. Diſcep. Eccleſ. par.2. diſcept.21. n.32.*

Quinta demum, aliis omiſſis gratiâ brevitatis, reſultat ex non reportatione aſſerti reſidui in Libris *Maſtri* quinque ſequentium annorum, quam in facto probat Peritus, in jure verò illam magniſaciunt Authores, quos refert, & ſequitur *Rocca ſelect. Interp. cap.39.n.49.* ubi, quòd Mercatores diligentiſſimi, quales eſſe Adverſarios patet ex præſenti injuſtiſſima vexatione, non omittunt reportationes illarum Partitarum, quæ verè eis debitæ ſunt, *& Rot. d.1112. n.7. cor. Emer. jun.*

Cæterum non opus habemus præſumptionibus, & conjecturis ad oſtendendum inſubſiſtentiam dictæ contrariæ prætenſionis, dum illa ita ad hominem inſubſiſtens demonſtratur ex ſola, & ſimplici tranſcriptione Partitarum, deſcriptarum in Computis, & Libris Adverſariorum.

Ex Libro *Straccia foglio* B. cart.1073. hæc habentur; *L' Avvocato Urſaya deve ſc.24.65.* In qua ſumma reſtringitur integrum prætenſum creditum Adverſariorum.

Ex Libro *Maſtro* B. ſol.278. hęc leguntur *Avere il dicontro Urſaya Adi 3. Decembre 1715. ſcut.22. 18. Moneta.*

Ex *Giornale* B. fol.239. *Dal ſudetto Urſaya ſcut.1. 70. moneta per Riſme due Carta Mezzanella del Fraſſo, reſone.*

Ex Libro *Straccia foglio* C. fol.5. *Adi.3. Gennaro 1716.* bajocch.85. *moneta per l'appreſſo robba reſone; Riſma una di carta Mezzanella di Ronciglione 3.* Circa quod concordat *il Giornale C. fol.4.*

Quę partitæ in totum coſtituunt ſummam ſcut.24. 73. ut calculanti paret; A quibus detractis dictis ſc.24. 65. ab Adverſariis prætenſis, ex ſola, & ſimplici lectura Librorum eorundem Adverſariorum remanet manifeſtum, non verificari aliquod debitum, ſed liquidum Creditum in obulis octo.

Non omittentes in hac parte obſervare noſtrorum temporum magnam calamitatem, ſeu *quanti referat, in quæ tempora quiſquis incidat*, juxta verba *Conſtit, 62. §.1. 5. m. Urbani VIII.* dum eò redacti ſumus, ut abſque ullo reſpectu ad miſerabilem quantitatem paucorum obolorum, & abſque ulla Perſonarum exceptuatione, pleno ore divulgentur per Urbem, & in publicis audientiis, tanquam debitores proclamentur illi, qui punctualitate commendabili, non ſolùm anticiparè ſolverunt

pre

pretia rerum, ab ipſis emptarum, ſed ulteriùs ſolverunt ſummam majorem.

Et quod ferè videtur intolerabile, quibuſcunque non obſtantibus, vocentur in judicium, implentur Broliardi, Regeſta Citationum, & alii publici Libri Notariorum nominibus probatorum Curialium, idquè in præjudicium eorum exiſtimationis in perpetuas æternitates, multiplicando innumeras Citationes ad ſolvendas ſummas aereas, ad videndum deputari Peritos, ad illos informandum, ad videndum mandari illos referri, & ſimiles, ſub fundamento Librorum cancellatorum, alteratorum, & neque etiam interſe concordantium, & ſubiectorum pœnæ ſtatutariæ, combuſtionis in Capitolio, juxta ea quæ obſervavimus ſupra §. 31.

Quæ ſi practicantur in viridi, ſeu cum Curialibus, qui notoriè ſciunt ſe defendere, ſuaque jura probè deducere, quid dicendum erit in arido, ſuſpicandumque ſit de aliis non Profeſſoribus? *tacitus Lector judicet*, ut in ſimili notavit *D. Hieronymus*, ſequutus *in tom. 3. diſcep. Ecclеſ. par. 1. diſcep. 1. §. 7. num. 13.* Iſti autem ſunt illi termini, in quibus ad impedienda ſimilia inconvenientia *b. m. de Aquino, olim A. C. Auditor, aſſerebat, neceſſariam eſſe in Urbe deputationem particularis Judicis*.

Obiter itidem obſervando aliud maximum inconveniens, cum quo in his terminis procedunt, tam Mercatores, quàm Periti.

Mercatores, tranſcribendo Computa ab eorum Libris diverſimodè ab illis partitis, quæ oculis corporeis in illis leguntur, ut practicatum fuit in præſenti, & patet ex Sum.

Periti verò, deputati ad recognoſcendum partitas eorundem Librorum, loco foliatim volvendi, & revolvendi omnes paginas eorundem Librorum, quod videtur ſimpliciter neceſſarium ad inveniendam illam veritatem, quæ in controverſiam adducitur, nihil aliud faciunt, quàm videre Indices, eis apertos à Mercatoribus, & ex illis recognoſcere nomina debitorum, in corpore Libri deſcriptorum.

Itaut ſi ex malitia, vel incuria, ea, quæ in *Scartafoglio* adnotantur, non reportentur in Indice *del Giornale, e de Libri Maſtri*, qui caſus, neque eſt metaphyſicus, neque eventualis illa potentia, quam Philoſophi vocant poſſibilitatis, ad differentiam alterius, quæ dicitur potentia futuritionis, ſerena fronte ab eiſdem Peritis canonizzetur tanquam debitor ille, qui talis non eſt, juxta præſentis caſus circumſtantias, dum in primo Computo, exhibito ab Adverſariis, prætenditur debitor pro reſiduo in ſc. 2. 47. In ſecundo, in Actis producto, prætenditur debitor in ſumma ſc. 2. 67. Peritus autem, recognitis dictis Libris, à quibus eadem Computa deſumpta fuerunt, illum canonizzavit debitorem in ſolis ſc. 1. 65. ibi — *Reſta debitore in ſc. 1. 65. moneta*; Et tamen omnes iſtæ partitæ deſumptæ fuerunt ex eiſdem numero Libris, & ex ipſiſſimis verbis Partitarum, in illis deſcriptarum, Qui igitur poteſt capere capiat, quomodo hæc vera eſſe poſſint, & qua conſcientiâ ad praxim reducantur. Hoc unum ſcio, quod etiam juxta Piloſophiæ principia; *Idem, manens idem, ſemper facit idem*; In noſtro autem caſu iidem Libri, manentes ſemper iidem, prima vice fecerunt ſc. 2. 47. Secunda vice fecerunt ſc. 2. 67. Tertia autem vice fecerunt ſc. 1. 65. cùm tamèn ſemper facere deberent *Zero via Zero*. Repeto. Qui poteſt capere capiat?

Adverſus quæ non relevat reflexio, quòd
21 prædictæ circumſtantiæ diverſitatis, delectionis, & alterationis Partitarum, quæ oculis corporeis conſpiciuntur in dictis Libris, allegari non poſſint ab eo, qui eoſdem Libros impugnat, & redarguit de illegalitate, alteratione, & falſitate.

Reſponſio enim in promptu eſt, quod ſcilicet in odium alterantis, & diverſificantis Partitas alicujus Libri, communiter receptum eſt inter Doctores, quod iſti omnem faciant fidem contra Scribentem, & alterantem, etiamſi illegales ſint; Quodque Partitæ ſcindi poſſint, & aliquæ approbari contra Scribentes, aliæ verò reprobari, & non admitti, juxta animadverſa *per Cravet. de Antiq. temp. par. 1. pag. mihi 200. in parviſ. nu. 26. Scacc. de Judic. lib. 2. cap. 2. à n. 298. uſque ad n. 322. Anſald. de Commerc. & mercat. diſ. gener. n. 142. & Card. de Luc. de Cred. diſ. 78. n. 17.* & firmata *per Rot d. 359. nn. 8. par. 9. & dec. 80. n. 1. & ſeqq. par. 18. & deciſ. 413. n. 7. & 8. par. 19. rec.*

Quæ dicta ſint ad ſolius materiæ ornatum, & præſcindendo ab illa quæſtione, de qua
22 *Rot. dec. 149. coram Emer. jun.* An ea, quæ Doctores aſſerunt de fide præſtanda Mercatorum Libris applicentur omnibus illis, qui ſe Mercatores denominant, & à Vulgo tales appellantur; Licèt in illis non verificentur illa ſeptem requiſita, quæ latè explicant *Stacc. de Jud. lib. 2. cap. 11. à nu. 267. uſque ad n. 240. & Gen. de Scrip. priv. tit. de Lib. mercat. à nu. 47. uſque ad n. 111. & Anſald. de Commerc. & mercat. diſc. gener. n. 115. & ſequenti*, ubi ad rem diſtinguit Libros Campſorum, & inſignium Mercatorum à Libris inferiorum Mercatorum, quos comparat Artificibus; Circa quam quæſtionem non expedit hic immorari, atenta tenuitate ſummæ ſc. 1. 65. de qua eſt quæſtio, cujus reſpectu in noſtro caſu punctualiter verificantur ea, quæ his verbis notat *Rot. d. 225. in princ. par. 15. rec. Lite major eſt quæſtio, & de modico non modicè dubitatur*.

Neque in hac parte confundendi ſunt ter-
23 mini, cum quibus generaliter loquuntur Doctores, ſupra citati, de fide danda, vel deneganda Mercatorum Libris, legaliter tentis, ex ſpeciali privilegio *à ſan. mem. Urbano VIII. in ejus conſtit. 194. in Bull. 9. tom. 5.* conceſſo Libris Mercatorum fundacalium Urbis, circa fidem eis dandam infra ſummam ſc. 50. dumtaxat. Tum quia in dicta pariter *Conſtit. §. 1.* id conceditur in ſolo caſu, in quo iidem Libri mer-

mercantiliter, Mercatorum more, & ordine ſcripti, & confecti ſint, & teneantur, juxta illius præciſa verba; Imo cum illo alio addito, *quod iidem Libri rationabili ſuſpicione non laborent*, quæ conditiones ex ſupra animadverſis in præſenti caſu nullatenus verificantur, & ea, quæ de tali rationabili ſuſpicione ibidem ſtatuuntur, noſtris terminis mirabiliter accomodantur, & proinde d. Urbana Conſtitutio noſtrum caſum nullatenus comprehendit.

Tum etiam quia poſt annum 1660. quando Adverſarii ſeparati fuerunt ab Univerſitate Mercatorum fundacalium, de quibus loquitur Urbana Conſtitutio, & qui propria habent Statuta, non ampliùs illorum nomine veniunt, ſed dicuntur de Univerſitate Mercatorum Merciariorum, & ſimilium, de quibus loquitur *Piaz. delle Oper. pie di Rom. trat. 8. cap. 32.* Ad differentiam dd. Mercatorum Fundacalium,
24 de quibus tractat *in d. lib. 8. cap. 3.* Licèt autem dd. pariter Mercatores Merciarii habeant particularia Statuta, in Urbe reimpreſſa anno 1696. & approbata à s.m. Alexandri VII. ſub die 6. Maii 1661. mediante Conſtitutione in fine eorundem Statutorum impreſſa; Privilegia tamen, ibidem contenta, reſtricta ſunt ad res, inſervientes pro ſolis Indumentis, ibi: *Pro ſuarum pretio mercium, ſeu rerum fundacalium, quæ ad indumentorum uſum dumtaxat inſerviunt.* Et propterea illa non comprehendunt res, longè diverſas ab Indumentis, qualis
25 eſt carta, de qua diſputamus, attenta taxativa illa dictione *dumtaxat*, ex adductis per *Barboſ. dict. 97. nu. 1. cum ſeqq.* ubi, quod eadem dictio ita eſt taxativa, & reſtrictiva, ut excludat omnes alios caſus, *& Rot. dec. 26. n. 55. & dec. 131. n. 18. coram Cerr. & dec. 228. nu. 2. coram Dunoz. jun.*

AGnoſcentes Adverſarii prædictorum ſoliditatem, euixis precibus, mediante eorum Procuratòre, ſe comendarunt pro exequutione decreti, de quo ſupra §. 11. Dominus autem primus Collateralis, ab eiſdem in Judicem interpellatus, in publica Informatione, coram pluribus probatis Curialibus habita, illorum factus fuit Advocatus, & ex hoc motivo Cauſa ulteriorem progreſſum non habuit, & ad exequutionem Statutorum, de quibus *ſupra §. 31.* deventũ non fuit. Expediret autem aliquando illa ad praxim reduci, quia revera (Salva pace Bonorum) noſtris etiam temporibus verificantur ea, quæ retulit *Scacc. de Judic. lib. 2. cap. 11. num. 289.* Cujus verba tranſcripta fuerunt ſupra *n. 19.*

Num. 23. Neganti dediſſe notulam, ſeù conſen-
26 ſum deſcriptioni bonorum * factæ in Cataſtro non creditur, ut hìc, me allegato, firmat *Caſtellin. ad Banuimenta Romandiolæ obſervat. 7. ſub num. 13.*

De Officialibus, & Notariis ſingulo anno ad æſtima eligendis, & de eorum Officio, & Salario.

R V B R I C A II.

SAncimus etiam, & firmamus, quod ſingulo annò de menſe Decembris, vel alio tempore, prout opportunum fuerit, eligantur per Magnificos Dominos Antianos Civitatis prædictæ pro tempore Præſidentes, duo ſuperſtites, & calculatores æſtimorum, & duo boni experti, & legales Tabelliones ætatis annorum ſaltem triginta ſupèr cura dictorum æſtimorum, quorum officium annale eſſe decernimus, quod poſſint, & valeant bona quæcumque ad æſtimum deſcripta apretiare, ſi opus erit, & cum eadem æſtimatione de æſtimo unius cancellare, & ad æſtimum alterius, ad quem ſpectent juſtis titulis, & de cauſis, ponere, & ſcribere, quæ tamen poſitio, & ſcriptura fiat, & fieri debeat per dictos Notarios tantum, cum conſilio, & mandato dictorum ſuperſtitum, ſeù alterius eorum: Et quotieſcumque contigerit fieri caput æſtimi teneantur, & debeant dicti Notarij illud ſcribere, & ponere in illa Cappella, ſeù Schola, in qua ille talis habitat, & motam trahit, & ſeù ubi ex forma Statutorum Faventiæ ſcribi debet, deſcribendo ejus nomen, pronomen, & cognomen, & annum, menſem, & diem, quibus tale caput æſtimi fiet, & fieri contigerit. Non poſſit tamen æſtimum alicujus cancellari de una Cappella, vel Schola, & poni in alia ſine aſſenſu Dominorum ſuperſtitum, & niſi exprimatur legitima cauſa, & annus, menſis, & dies, quibus predicta fiant. Et ſi contigerit aliquem velle æſtimum ejus in aliqua Schola Comitatus Faventiæ deſcriptum exindè cancellari, & in aliquam ex Parochiis, Cappellis nuncupatis Civitatis Faventiæ deſcribi, etiàmſi in Cappella habitaret, niſi continuè in ipſa Civitate habitaverit per annos decem, & ultrà continuos cum tota familia ſua, bouum, & omni rurali exercitio penitùs dimiſſo, & niſi accedente expreſſo aſſenſu generalis Conſilii legitimè obtento, fieri non poſſit, & ſi ſecùs fieri contigerit, teneantur Notarii, & ſuperſtites æſtimorum poſtquàm eis innotuerit dictum æſtimum de Capella delere, illudque reſcribere in Schola, in qua talis plùs exercitii, & perſonarum converſationis, & reſidentiæ haberet pœna libr. 10. bon. incurrenda per talem ſic deſcribentem pro qualibet vice, qua fuerit contrafactum. Si autem contigerit aliquam petiam terræ cancellari

lari

lari de æstimo unius, & poni ad æstimum alterius, id fiat de mandato unius saltem ex dictis superstibus, & in ipsa cancellatione apponere debeant dicti Notarii, seù alter eorum, qui id fecerit, annum, mensem, & diem, & causam dictæ cancellationis, & ad cujus æstimum eam descripsit, & posuit, & de cujus mandato, describendo etiam ipsius Notarii describentis nomen, & cognomen in qualibet scriptura facienda de, & super additione, mutatione, cancellarione, aut positione alicujus æstimi, aut ejus partis, seù alicujus particularis petiæ terræ. Ponendo etiam in fine descriptionis ipsius petiæ terræ, quam descripsit ad æstimum alicujus, ex cujus æstimo eam extraxit: Nec Notarii hujusmodi possint, aut valeant de æstimis aliquod cancellare, mutare, vel detrahere, nisi de licentia dictorum superstitum. Nec ipsi superstites possint aliquid delere propria manu, sed solum permanus dictorum Notariorum electorum, seù alterius eorum, & si in prædictis, seu aliquo prædictorum contrafactum extiterit talis contrafaciens pœnæ libr. 5. bon. subiaceat pro quolibet eorum, & qualibet vice, qua fuerit contrafactum omnino exigenda, & nihilominùs errorem à se commissum emendare teneatur, cuius pœnæ dimidia accusatori detur. Quorum Officialium merces sit, & eam esse decernimus denariorum sex pro qualibet petia terræ ad æstimum descripta, & non ultrà, & totidem pro ejus cancellatura. Pro delendo verò in totum caput æstimi in casibus, in quibus cancellari possit, solvi debeant solum soldi 6. bon. & solidi tres bon. à quocunque, cui de nouo æstimum, & ejus caput describetur. Et qui ejus æstimum mutat de una Parochia, seù Cappella, & ad aliam, vel de una Schola in aliam, solvere debeat, & teneatur denarios tres pro singula petia terræ describenda, & pro capite dicti estimi solid. 11. bon. & non ultrà, quæ salaria æqualitèr dividantur inter dictos Superstites, & Notarios, eorum tamen officium diligentèr exercentes.

SUMMARIUM.

1 Censitores personarum, & bonorum descriptionem olim faciebant juxta juratam assignationem factam.

2 Peræquatorum officium, quodnam olim esset vide ibi.

3 Inspectorum officium quodnam olim esset. Vide ibi.

OBSERVATIO.

Indictis tributis, pro eorum exactione facienda, ne quid in fraudem legis, & integrè, ac æqualiter ab omnibus solverentur, antiquitùs nominari solebant quidam Officiales *Censitores* nuncupati, qui personarum, & bonorum descriptionem faciebant
1 juxta juratam assignationem bonorum tàm mobilium, quàm stabilium, semoventium, Filiorum, Uxoris, Servorum &c. quàm unusquisque de mandato eorundem Censirorum facere tenebatur *l. 2. §. post deinde ff. de Orig. Jur. l. Omne Territorium Cod. de Censib. & Censit. lib. 11. Aul. Gell. lib. 4. cap. 30. Oter. de Offic. par. 2. cap. 20. n. 34. vers. tertio constituo cum seqq.*

Erant etiam alii Officiales *Peræquatores* ap-
2 pellati eidem ministerio inservientes, qui de mandato Censitorum homines, & Territoria peræquabant, bona æstimando, taxando, & emendando, ut relevarentur prædia, & bona, quibus onus tribuei graviùs impositum erat, & ut gravarentur ea, quę leviùs erant æstimata, ad hoc ut ęqualitèr fieret census, seù tributi impositio, ut notat *Gloss. & alii in d. Rubr. Cod. de Censib. & Censitor. Roland. cons. 66. num. 54. cum seqq. volum. 1.* ubi etiam admonet, Peræquatores deputandos esse viros timoratæ vitæ, & conscientiæ, & prosequitur *Oter. ubi supra num. 37. cum seqq.*, & docet *Klocb de Contribut. cap. 17. num. 12. cum seqq.*

Tandem ad eundem effectum mittebantur à *Censitoribus* alii Officiales *Inspectores* nuncu-
3 pati, ad inspicienda Provincialium prædia, an si rectè, & justè essent adæquata, æstimata, & taxata à *Peræquatoribus l. Peræquatores Cod. de Censib. & Censit. lib. 11. leg. Sancimus 6. Cod. de Advoc. divers. Judic. leg. Qui gravatos Cod. eod.* & docet *Oter. loc. cit. nu. 39.*

De estimis Infantium, & Impuberum.

RUBRICA III.

Si contigerit Infantes, aut Impuberes, aliquos post mortem eorum patris, aut alterius eorum ascendentis superesse cum æstimo librarum 15. infrà, & non ultra, qui etiam non habitent in eadem domo, & familia cum eorum Tutore, aut attinente aliquo, tunc caput æstimi hujusmodi infantium, Impuberum, seu dictorum eorum patris, & ascendentis defuncti, poni, & scribi possit, ac debeat ad æstimum talis Tutoris, seu coniuncti, & attinentis prædicti, cancellando, delendo dictorum Infantium, & Impuberum, seu dicti eorum patris, & ascendentis caput æstimi. Quod tamen æstimi caput (eis Puberibus factis) ad eorum æstimum rescribi, & poni debeat. Et ad hæc cogi possint juris remediis tàm ipsi facti Puberes, quàm etiam illi ad quorum æstimum, dum sic Infantes, & Impuberes erant, dictum eorum caput adscriptum fuit. Et prædicta etiam vendicent locum, & observentur in æstimis furiosorum, & dementium.

SUMMARIUM.

1 Poſſeſſore bonorum mutato deſcribendus eſſet novus poſſeſſor in Cataſtro ad evitandam confuſionem.

2 Sed id non ſervatur.

3 Bona perventa à Seculari ad Eccleſiam cum deſtinatione ad Cultum Divinum, & Officium Spirituale ſunt immunia ab omnibus gabellis, & oneribus præexiſtentibus.

4 Eccleſiaſtici, & Eccleſia, ad quam bona à Sæcularibus pervenerunt, tenentur ad onera priùs impoſita, quando copulativè concurrunt ea, de quibus ibi.

5 Eccleſiaſtici, & Eccleſia non tenentur ad onera Cameralia, etiam comprehenſiva Eccleſiaſticorum, quando libertatem non ſolvendi præſcripſerunt.

6 Eccleſia, & Eccleſiaſtici non tenentur ad onera, & impoſitiones pro bonis acquiſitis à ſæcularibus, quamvis ea deſcripta ſint in Cataſtro de conſenſu eorumdem Eccleſiaſticorum abſque aſſenſu Summi Pontificis.

7 Epiſcopus, ſeù alius Judex Eccleſiaſticus poteſt, & debet compellere laicos ad delendum ab Æſtimo, ſeù Cataſtro bona per Eccleſiaſticos, & Eccleſias à Sęcularibus acquiſita.

OBSERVATIO.

Ut confuſio evitetur, mutata perſona poſſeſſoris bonorum in Cataſtro deſcri-
1 ptorum deſcribendus eſſet in eo novus Dominus, & poſſeſſor: Verum, ut plurimum ex incuria poſſeſſorum id negligitur, nec ab
2 Officiali coguntur; undè eo magis confuſio augetur contrà diſpoſitionem hujus Statuti.

Advertendum tamen eſt, quod non omnis novus acquirens deſcribendus eſt, ad hoc ut deindè ab eo exigi valeant Gabellæ, & onera; Etenim ſi bona à perſona ſęculari ad Eccle-
3 ſiam perveniant cum deſtinatione ad cultum divinum, & officium ſpirituale, ut ſitus Eccleſiarum, & Cœmeterium pro Sepulturis, Hortus juxta Eccleſiam, tunc ſunt immunia ab omnibus tributis, Gabellis, & oneribus præexiſtentibus; ut cumulatis concordantibus firmavit *Rota in famigerata Albcn. Gabellæ, ſeù onerum 28. Junii 1630. coram Merlino inter ejus impreſſ. deciſion. 901. n. 40.*

Et ſolum Eccleſiaſtici, & Eccleſia, ad quam à perſona ſeculari bona pervenerunt, tenentur ad onera prius impoſita, quoties copula-
4 tive ſequentia concurrunt, nempe quod onera ſint vera, realia, ipſis fundis infixa, impoſita ſuper bonis propter bona, non autem perſonis propter bona, quod ſint perpetua, certa, & invariabilia, non autem ex aliquibus cauſis urgentibus, & illis ceſſantibus removenda juxta magiſtralem *deciſionē Rotę in Brunduſina Gabellę 13. Februarii 1609. coram Penia, & in d. dec. 902. num. 55. cum ſequent.* quas paſſim ſequitur *Sacra Congregatio Immunitatis Eccleſ.* ut in *reſolutione relata per Pignatell. conſult. 54. num. 43. vol. 2.* ibi: *Sacra Congregatio &c. alias cenſuit bona per Eccleſiaſticos poſſeſſa gaudere exemptionibus, à quibuſvis impoſitionibus, & oneribus, quæ non ſunt copulative certa, realia, & invariabilia juxta deciſionem in Brunduſina Gabellæ coram bo. mem. Pęnia, & concordantes, nec non ab impoſitionibus Cameralibus, etiam comprehenſivis Eccle-*
5 *ſiaſticorum, quando Eccleſiaſtici libertatem eas non ſolvendi præſcripſerunt juxta Decretum anno 1600. tempore Sac. Memor. Clementis VIII. editum. Datum hac die 21. Aprilis 1640. & n. 27.* refert præcæteris *reſolutionem in Faventina 1. Julii 1647.*, idemque tenet *del Bene in addit. ad tract. de Immunit. Eccleſ. verbo Clericus verſ. bona per Eccleſiaſticos poſſeſſa &c. Panimol. dec. 100. n. 14.* & quod Eccleſiaſtici attenta quaſi poſſeſſione immemorabili eximantur à Gabella macinæ, reſpondit eadem *Sacra Congregatio in Conſentina 12. Februarii 1646.* ut refert *Pignatell. conſultat. 121. in fine volum. 3.*

Et quamvis bona ſint deſcripta in Caſtro,
6 nihilominus non tenentur Eccleſia, & Eccleſiaſtici ad onera impoſita ante acquiſitionem bonorum, niſi interveniat aſſenſus Summi Pontificis, etiam ſi deſcriptio in Cataſtro facta fuiſſet de conſenſu Eccleſiaſticorum, cum non poſſint ſubmittere juriſdictioni Laicorum, & præjudicare immunitati ſibi competenti, ut firmat *Pignatell. d. conſultat. 54. n. 46.* & reſpondit *Rot. coram Merlin. cit. d. 902. n. 68. cum pluribus ſequent.*

Hinc Iudex Eccleſiaſticus compellere po-
7 teſt, ac debet laicos ad delendum ab Æſtimo, ſeù Cataſtro Communitatis bona per Eccleſiaſticos acquiſita, ut reſpondit *Pignatell. conſult. 55. vol. 2.*

De Mendicantibus, & Miſerabilibus perſonis non æſtimandis.

RUBRICA IV.

Sancimus quoque, & decernimus miſerabiles perſonas, & maxime mulieres viduas non habentes in domo filios, aut deſcendentes maſculos majores ætatis annorum decem, & octo, qui, & quæ immobilia bona non habeant ultra domum propriæ habitationis, non teneri, nec compelli poſſint ad ſolutionem collectarum aliquarum, quæ imponerentur pro æſtimo, & fumante. Nec etiam ad aliquas collectas Cappellarum, aut Scholarum, nec

nec ad onera realia, vel perſonalia cogi poſſint, aut compelli modo aliquo, ſub pœna libr. 3. bon. pro quolibet contrafaciente, & incurrenda quotieſcunque, & quandocunque extiterit contrafactum, & ſi æſtimati forent, poſſint per Notarios deputatos deleri habita plena fide de prædictis.

SUMMARIUM.

1 Deus ſummopere dilexit pauperes, & miſerabiles Mendicantes.
2 Omnes Mendicantes non ſunt digni eleemoſyna.
Mendicitas alia eſt licita, alia illicita, n. 2.
Mendicitas licita appellatur, quando pauperes neceſſitate cogente, utpotè quia omnino invalidi, & ad laborem minime idonei mendicant, ut ab aliis alantur nu. 2.
3 Mendicitas illicita dicitur, quando ex cupiditate habendi divitias, vel victum otiosè aliqui mendicant, licet habeant aliunde unde vivant, vel ex proprio labore poſſint ſibi victum parare.
Mendicitas valida, quæ dicatur, n. 3.
Mendicantes validi, quinam dicantur n. 3.
4 Mendicitas illicita, quare prohibita ſit.
5 Pœnæ contra Mendicantes validos quænam ſint, & n. 7. & n. 9. Vide n. 11.
6 Validi Mendicantes minus delinquunt, qui ſimpliciter mendicant nihil aliud fingentes, quam qui mendicant ſimulando infirmitatem, & ſimilia.
8 Mendicantibus validis, & otioſis ſunt deterio res Cingari, nec aliud ſunt, quam manipulus furum, & ſentina peſſimorum hominum.
9 Mendicans validus, & non vagabundus quis eſſe poteſt, & quis talis dicatur.
10 Mendicantes validi, vel propter humilitatem, vel quia ratione eorum nobilitatis erubeſcentes palam eleemoſynam petere, clam, & occulte mendicant.
S. Alexius omnibus ſuis pro *Chriſto* dimiſſis, gaudebat ſe etiam ab ejus ſervis eleemoſynam accipere, quod practicatum etiam fuit *à S. Arſenio*, & aliis n. 10.
11 Mendicantibus validis nobilibus, quomodo ſuccurratur Faventiæ.
Societatis *S. Gregorii* vulgò nuncupatæ *de poveri vergognoſi* in Civitate Faventiæ erectio inſtitutum, & adminiſtratio, nu. 11.
12 Miſerabiles perſonæ ſunt in duplici differentia, nempe divites, & pauperes.
Viduæ, pupilli, & ſimiles quamvis divites, dicuntur miſerabiles perſonæ, & gaudent electione fori, n. 12.
13 Viduæ, pupilli, & ſimiles tenentur ad ſolutionem Collectarum, & onerum.
14 Miſerabiles perſonæ bonis, & facultatibus carentes, non tenentur ad contributionem collectarum ratione bonorũ impoſitarum.
15 Religioſi, qui nec in communi, nec in particulari poſſident non tenentur ad ſolutionem gabellæ.
Patres Ordinis *S. Franciſci* Minoris Obſervantiæ non tenentur ad ſolutionem gabellarum in pecunia debitarum, num. 15. 19. & 20. Ampl. nu. 14. & 31.
16 Regulares Mendicantes ex privilegio poſſident bona, & pecunias in communi.
Patres Dominicani, Franciſcani, Auguſtiniani, Carmelitani, Jeſuitæ, & ſimiles poſſident bona, & pecunias in communi, n. 16.
Patres *S. Franciſci* Minoris Obſervantiæ ſunt ità mendicantes, ut nec in particulari, nec in communi poſſidere valeant bona, & pecunias, ſed ex eleemoſinis ſibi datis, vel oſtiatim quæſitis victum, & alimenta comparantes, & tanquam altiſſimam paupertatem profitentes nil aliud habent; quam mendicitatem, & nn. 18. & 51.
18 Ordo, & Regula *S. Franciſci* Minoris Obſervantiæ, eſt ſtrictior quocunque alio, ac magis ſtricta illa Apoſtolorum.
20 Pauperes non tenentur ad ſolutionem gabellæ.
21 Patres *S. Franciſci* Minoris Obſervantiæ, ſunt exempti à ſolutione gabellarum, pro rebus uſui proprio inſervientibus, & illas exigentes incurrunt pœnam excommunicationis.
22 Eleemoſynæ cauſa rebus traditis non debetur gabella.
23 Gabella quatreni carnis, & Scannaturæ in in Urbe, à quibus ſit ſolvenda.
Patres Ordinis *S. Franciſci* Minoris Obſervantiæ nõ tenentur ſolvere gabellã quatreni carnis, & Scannaturæ, n. 15. 19. 20. & 23.
24 Patres Ordinis *S. Franciſci* Minoris Obſervantiæ, & Capucini, non tenentur ad ſolutionem gabellæ, quamvis in illius impoſitione comprehenſi ſint Mendicantes *di qualſivoglia ſorte*, & nu. 26. & 50.
Dicto, *Qualſivoglia*, reſtringenda eſt ſecundum ſubiectam materiam, num. 24.
25 Inveſtitura feudalis facta pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, non comprehendit extraneos, nec fœminas.
26 Patres *S. Franciſci* Minoris obſervantiæ, non tenentur ad ſolutionem gabellæ vini, fœni, & paleæ.
27 Sententia in judicatum tranſacta, facit de albo nigrum, & pro veritate habetur.
28 Pro rebus traditis Patribus *S. Franciſci* Minoris Obſervantiæ, pro elemoſyna non debetur gabella.
29 Reſolutiones *Sac. Congregationis* confirmatæ à *Summo Pontifice*, ſunt deciſivæ, & habent vim legis univerſalis.
30 Et obligant tàm in foro fori, quàm in foro Poli.
32 Solutio uſurarum non præjudicat ſolventi, quin poſſit eas repetere, vel in ſortem imputare.
33 Renunciatum non cenſetur privilegio per actum contrarium coactè factum.
34 Solutione gabellarum facta per aliquos Religio-

ligiosos, non præjudicatur Religioni alioquin exemptæ.
Et sufficit, quod respectu aliquorum Conventuum sit in usu, num.36.
35 Privilegio exemptionis non continenti effectum momentaneum, sed successivum per solutionem aliquandò factam non fuit illatum præjudicium in futurum.
37 *Card. de Luca de Regal. disc.*57. impugnatur.
38 Opinio reprobata non est attendenda.
Doctor contrà magis communem respondens non est attendendus, num.38.
39 Clausula, *Sicque per quoscunque Judices* os claudit, ut nihil contrà privilegium possit opponi.
40 Petitorium absorbet possessorium, quandò clarè constat de bono jure.
41 Decretum irritans appositum, tanquàm habens annexam inhibitionem reddit nullum, & attentatum quicquid contrà tenorem dispositionis, cui est adiectum, gestum fuit etiam parte non opponente.
42 Paritæ libri gabellæ scriptæ à Conductore, non probant illius solutionem.
43 Solutiones gabellæ, quæ non percutiunt tempus proximum illius impositioni, non deserviunt pro observantia interpretativa.
44 Papa potest plusquàm Regula Religionis.
Papa vendere potest possessiones Ecclesiæ ob suam necessitatem, num.44.
45 Papa in spiritualibus est omnia, & super omnia.
46 Patres *S. Francisci* Minoris Observantiæ, & Capuccini habent solum nudum usum de his, quæ titulo eleemosynæ eisdem largiuntur omnimodo illorum dominio in Sedem Apostolicam translato.
47 Patres *S. Francisci* Minoris observantiæ, & Capuccini, possunt solvere gabellam dimittendo penes Gabellarium ratam rei gabellabilis correspondentē quantitati gabellæ.
48 Voluntas reponitur sub rationabili parte animæ.
Voluntas Principis præsumitur conformis rationi, num.48.
Princeps voluisse censetur id solum, quod ipsa ratio dictat, & est æquum, nu.48.& 49.
49 Princeps sub verbis generalibus non censetur comprehendere quod est iniquum.
52 Quod specialitèr denominatur, videtur esse divisum à genere, nec ideò venit sub nomine generali.
Speciale fortius est, quàm generale, n.52.
53 Specialitas derogat generalitati.
Specialitèr derogatum plùs operatur, quàm quod in genere prædicatur, nu.53.
54 Verba generalia cum clausula derogatoria, si de aliis oporteret facere mentionem, non tollunt provisionem specialissimam in contrarium.
Verba universalia restringuntur ad ea, de quibus est universalitèr cogitatum, n.54.
55 Verba generalia non comprehendunt casum impossibilem de jure.
56 De alimentis non est solvenda gabella.
57 Patres *S. Francisci* Minoris Observantiæ, ultrà exemptionem Juris communis à solutione gabellæ, habent alias duas, nempè unam Juris naturalis, ut nihil possidentes, & alteram Juris Divini.

OBSERVATIO.

Omnipotens *Deus* summoperè diligit pauperes, & miserabiles mendicantes, ut
1 comprobatur ex variis locis *Sacræ Scripturæ*, & præcipuè ex *Deutoronom. cap.*15. *Ecclesiast. cap.*7. *Matth.cap.*19.*&* 25. ubi *Dominus noster Beatos* appellat, & Regni sui possessores, qui opes suas in egenum contulerint, hospitesque collegerint, ac alibi passim, ità ut dixerit, *Quod uni ex minimis meis fecistis mihi fecistis*.

Non omnes tamen Mendicantes digni sunt
2 eleemosyna, sed distinguenda est mendicitas licita ab illicita, ut docet *Ricc. decis. Cur. Archiep.*284.*numer.*1. *part.*2. Animadvertendo, quod licita mendicitas appellatur ea, quandò pauperes necessitate cogente, utpotè quia debiles, aut omninò invalidi, ac ad laborem ratione vitii corporis, aut senectutis minimè idonei mendicant, ut ab aliis alantur, de qua mendicitate loqui *Sacram Scripturam* tenent *Gutierez.Prax. crim.quæst.*148. *num.*3. *Ricc.loc. cit. num.*2. *&* 6. *Antunez.Portugal. de Donat. Reg. volum.*2. *par.*3. *cap.*41. *num.*13.*&* *Peguer. decis.*4. *nu.*4. Et in his divitum liberalitatem esse exercendam commendatur in *Sacra pagina Deuteron. d. cap.*15. ibi: *Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ, id circò ego præcipio tibi, ut aperias manum fratri tuo egeno, & pauperi, qui tecum versatur in terra*, & dicit *Dominus* per *Isaiam Prophetam cap.*58. ibi: *Frange esurienti panem, & egenos, vagosque induc in domum tuam, cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne despexeris*, & *Dominus noster Jesus Christus Matth. cit.cap.*25. ut prosequitur *Antunez. ubi suprà*, *& Ricc. loc. cit. n.*1. *cum seq.*

Illicita verò dicitur, quandò ex cupiditate habendi divitias, vel victum otiosè mendi-
3 cant, licet habeant aliundè, undè vivant, vel ex proprio labore possint sibi victum parare, & mendicitas valida appellatur, cum se fingant debiles, & morbosi, & se gerant quasi non habentes, nec facultates, nec artem, ut sine labore vivant iuxtà *tex. in l. unic. ibique gloss. in verbo inertibus Cod. de Mendicant. valid. lib.*11. & docent *Gutierez. loc. cit. num.*4. *Antunez. Portugal. d. cap.*41. *n.*14. *& Peguer. ubi suprà n.*5.

Hinc illicita hæc mendicitas duplici ratione
4 prohiberi solet, & debet, nempè primò, ne prætextu eleemosynæ otiosorum hominum foveatur inertia; altera verò ne panis à validis Mendicantibus verè debilibus, & infirmis auferatur, ut notant *Peguer. cit. decis.*4. *num.*5. *vers. quam etiam*, *& Ricc. d. decis.*284. *n.*7. *cum seq.* Undè Magistratus officio incumbit sedulo inquirere, quinàm verè sint pauperes, & ad eleemosynæ collectionem digni, & qui-

Digitized by Google

quinam indigni,ut admonet *Knipschild.de Jurib.& Privil.Civit.Imperial. lib.5.cap.24.n.9.*

Contrà autem istos Mendicantes validos *Imperatores Valentinianus, & Theodosius* pœ-
5 nam irrogarunt, ut in *d. l. unic. Cod. de Mendicant. valid.*, & quod tradendi sint ministerio operum publicorum, in quibus valeant insimùl laborare, & ali ad *tex. in Auth. de Quæstore vers. si vero hujus terræ* docet *Knipschild de Jurib. & Privil.Civit. Imperial. lib.5. cap.25. num.20. Kochen. de Jure viciniæ par.2. cap.1. n.17.*,ubi quod cogendi sunt ad purgationem viarum, ideo valdè æquum,& justum est quod a Magistratu publicetur lex, per quam cogantur ad opus publicum, vel privatum, & si operari nolint ex Ditione exulent & si revertantur fustigentur, & contumaces ad triremes, vel alio, mittantur, ut scribit *Kloch de Ærar. lib.2.capit.102. nu.20. cum seq.* quem sequitur *Knipschild. loc. mox. cit.Peguer. d. decis.4. sub n.5. cum seq.* & *Plato de Legib. dialog.11. relat. à Fragos. de Regim. Reipub. par.1. lib.7. disp.21. sub nu.7.* contra istos Medicantes validos censuit, ut nullus in Civitate Mendicus esset,& quicunque eleemosynam petere tentaverit, victumque inexplebilibus precibus colligere cęperit,à rerum venalium Curatoribus è Foro eiiciatur, ab ędilibus Magistratibus ex Opidis expellatur, ex tota denique Regionę exterminetur.

Variis etiam pœnis per principes afficiuntur, de quibus *Gabell.resolut. crimin.178.n.5. cum seqq.* ubi quod simulantes se infirmos, fingentesque se pallidos fucatis coloribus tenentur pœna falsi *Guticrez quæst.148. sub n.4.* cum aliis adductis per *Autunez Portugal. ubi supra n.14. cum duobus seqq.* ubi refert pœnas impositas in *dicta l. unic. Berlich. conclus.44. nu.31. par.4.* ubi cum *Damoud. Pratic. crim. cap.110. n.55. cum seqq.* tradit, quod Mendicantes validi,qui veris pauperibus à faucibus debitas eleemosynas eripiunt, etiam pœnam furti incurrunt, *Peguer. dicta decis.4. n.5. & Ricc. loc. cit. n.4.*, qui ulterius testatur accepisse à mendicantibus, ipsos debilitare filios, ut mendicent,quod cum valde Rempublicam lędat, ei competit actio contra debilitantes pueros,ut debilitati mendicent,adversus quos latè, & acritèr scripsit *Senec. in ejus Controv. lib.10. controv.4. per tot. de Angelis de delict. par.2. cap.34.*

Notandum circa otiosos, validos Mendi-
6 cantes, quod minus delinquunt, qui simpliciter mendicant nihil aliud fingentes, quam qui mendicant simulando infirmitatem, defectus naturæ, & calamitates, & similia, & sic homines decipiendo, ac ad hunc effectum literis, & sigillis alienis falsis abutendo, nam isti pœna fustigationis, & rele-
7 gationis perpetuæ plectendi sunt, cum falsitatis imaginem habeat hoc crimen, & furto sic simillimum *Carpzou.Practic.criminal.par.2. quæst.93. n.72. cum seqq.* ubi firmat id procedere, etiamsi literis, & sigillis non abutantur, & sequitur *Knipschild. dicto cap.25. n.24.* ubi *n.25.* subdit, quod hujusmodi hominibus
8 otiosis, & validis mendicantibus similes, imo etiam deteriores sunt Cingari ex quo nil aliud sint quam manipulus furum, & sentina pessimorum hominum, & *Coler. dec.179. num.3. par.1.* & me hic citato, latè *Ursaya Instit.crimin.lib.2.tit.8. à n.165.*

Notandum quoque contingere posse quem esse validum Mendicantem, sed non vaga-
9 bundum, utpotè quia sit integri, & sani corporis, ac in arte sua laboret, tamen sine necessitate ostiatim mendicet; ille etiam dicitur illicitus mendicans, quia verè esurientibus panem aufert, sed tamen non tam acritèr puniri solet, ut cum *Sancto Thoma 2. 2. quæst.187. art.5.* tradit *Peguer. dicta decis.4. n.10. vers. potest tamen*, ubi testatur, quod quidam condemnati fuerunt, ut ducerentur vestiti palam, & publice per loca solita, ac bannirentur in perpetuum à Provincia.

Notandum pariter reperiri aliquos Mendicantes validos non subiectos prædictis pœ-
10 nis, vel quia causa humilitatis laudabiliter mendicant, proùt practicatum fuit à *S. Alexio*, qui omnibus suis propter *Christum* dimissis gaudebat se etiam ab ejus servis eleemosynam accipere, idemque practicatum fuit à *Sancto Arsenio*, ac ab aliis *Sanctis Viris*, ut prosequitur *Peguer. dicta dec.4. n.4.vers.aliam quoque*; Ac cernimus practicari à multis etiam nobilibus viris, qui eleemosynam quærunt pro pauperibus tam Laicis, quam Religiosis, ac pro aliis operibus piis, qui actus reputatur heroicus, non damnabilis, ut respondit *Bordon. Oper. moral. vol. pr. cap.49. n.4. versic.respondeo*; Vel quia ratione eorum nobilitatis erubescentes palam eleemosynam petere, juxta illius *Matth. cap.8. fodere non valeo, & mendicare erubesco* clàm,& occultè mendicant, ut advertit *Menoch. de Arbitrar. judic.cas.432. n.24.centur.6.et Addit ad Peguer.sit.dec.4.in fin.*

Istis mendicantibus validis nobilibus Faventinis succurritur per Societatem *Sancti*
11 *Gregorii* vulgo nuncupatam *de poverivergognosi* ad hunc effectum erectam de anno 1517. à *fel. rec. R. P. D. Jacobo Pasio* Concivi, & vigilantissimo Episcopo Faventino, deindè variis piis dispositionibus, & præsertim illa *bo. mem. D. Cęsaris Nonii* super qua disceptatum fuit in *Rota ut in recent. decis.104. 190. & 231. par.7.* notabilitèr auctam facultatibus, quæ singulari vigilantia administrantur, & earum fructus laudabili prudentia, & charitate distribuuntur à duodecim ex Nobilioribus, & Sapientioribus Civitatis, quotum unus est Canonicus Cathedralis, alter Parochus, cæteri vero Laici.

Propiùs accedendo ad materiam præsentis *Rubricæ* advertendum est, miserabiles personas esse in duplici differentia, nempe divi-
12 tes, & pauperes, miserabiles enim primæ speciei sunt Viduæ, Pupili, continuo morbo laborantes, & similes recensiti per *Rebuff. de Sent.*

Digitized by Google

Seut. provis. art. 3. *gloss. ult. num.* 2. *cum seqq. Marchesan. de Commiss. par.* 2. §. 2. *de Commissione avocat. causar. nu.* 17. *cum seqq. Scacc. de Appell. quest.* 7. *num.* 138. *Novar. de Elect. for. sect.* 2. *& sect.* 3. *quæst.* 30. *Thesaur. decis.* 177. *num.* 1. qui & si divites, adhùc tamen vel ratione ætatis, vel ratione morbi digni sunt miseratione, prout ad effectum electionis, & variationis fori loquuntur *mox allegati*, sed non exindè remanent exempti à solutione
13 collectarum, & onerum impositorum super eorum bonis, ratione quorum dumtaxat, debentur.

Miserabiles verò secundæ speciei tanquam bonis, & facultatibus carentes non tenentur ad contributionem collectarum ratione bo-
14 norum impositarum *ad Tex. in l. Cura* 4. §. *Inopes, ff. de Muner. & honor. Paseth. cons.* 27. *n.* 14. *Roman. cons.* 369. *n.* 32. & aliis relatis firmat *Kloch. de Contribut. cap.* 13. *sect.* 2. *n.* 58. ubi subdit, quod in Æstimo scripti deleri debent.

Pari modo cogi nequeunt ad solutionem
15 gabellæ in pecunia debitæ Religiosi, qui nec in communi, nec in particulari possident, prout sunt Fratres Ordinis Sancti Francisci Minoris Observantiæ per ea, quæ ut infra scripsi *in Romana exemptionis Gabellæ quatreni Carnis, & scannaturæ in supremo Tribunali Cameræ*, proponente *bo: me: Domino de Aste de anno* 1689. in qua sub *die* 28. *Martii* rescriptum fuit *Dilata, & audiatur Commissarius Cameræ, & sub die* 1. *Julii Non liquet*, ex quo doctissimus, & vigilantissimus, ac adhuc tribus Summis Pontificibus valde carus *R. P. D. Nuptius* Commissarius Cameræ se obtulit probare solutiones factas etiam de tempore proximo impositioni gabellæ. & sic observantiam interpretativam, quæ an fuerit probata, & qualis fuerit exitus causæ ignoro, cum promotus fuerim ad Episcopatum Verulanum ex summa munificentia Sanctiss. D. *Alexandri VIII.*, circa, cujus excelsas virtutes, & merita dùm in Sacrum Purpuratorum Collegium adscriptus erat, aliqua innui in Epistola Dedicatoria impressa apud *Coccinum decis. vol.* 2. quæ postea comprobata fuerunt mediante ejus promotione ad Summum Pontificatum, & gloriosè tunc gestis.

Romana Exemptionis Gabellæ quatreni Carnis, & Scannaturæ.

ORta controversia inter DD. Dohanerios, & Patres Ordinis *S. Francisci* Minoris observantiæ super solutione quatreni Carnis, & Scannaturæ, disputatur dubium *An constet de exemptione Gabellæ quatreni Carnis, & Scannaturæ ad favorem Patrum S. Francisci Minoris Observantiæ*, quod ad favorem PP. nostrorum Principalium speratur resolvendum. Etenim cum non versemur in casu
16 Regularium Mendicantium ex privilegio, quales sunt Patres Dominicani, Franciscani, Augustiniani, Carmelitani, Jesuitæ, & similes, quibus ab eorum Regula non est interdicta possessio bonorum, & pecuniarum in communi, ut docent *Lezzan. Oper. moral. tom.* 2. *cap.* 1. *sub num.* 1. *Bordon. pariter Oper. moral. tom.* 2. *resolut.* 29. *n.* 26. Sed in casu PP. Minorum de Observantia, qui sunt ità Mendican-
17 tes ex regula, vel Constitutionibus ejus Ordinis, ut nec in particulari, nec in communi possidere valeant bona, & pecunias, sed ex eleemosynis sibi datis, vel ostiatim quæsitis victum, & alimenta comparantes, & tamquam altissimam paupertatem profitentes, nil aliud habent pro dote, quam mendicitatem, ut dispositum fuit à *S. Francisco* in ejus Regula de anno 1212. ab *Innocentio III.* approbata *cap.* 4. ibi *Præcipio firmitèr Fratribus, ut nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant per se, vel interpositam Personam, tamen pro necessitatibus Infirmorum, & aliis Fratribus induendis per Amicos Spirituales Ministri tantum, & Custodes sollicitam curam gerant secundum loca, & tempora, & frigidas regiones sicuti necessitati viderint expedire, & semper salvo, ut (sicut dictum est) denarios, vel pecuniam non reci-
18 piant*, : & in puncto decisum fuit per *Gregor. X. in cap. unico* §. *confirmatos*, & §. *sanè de Religios. domib. in* 6. *testatur Nicolaus III. in cap. exiit qui seminat. de Verb. signficat. Clemens V. in Clement. exivi. ubi Ancaran. num.* 1. notat hunc Ordinem esse strictionem quocunque alio *de Verb. significat*. *Sac. Concil. Trident. sess.* 25. *cap.* 4. *de Reformat.*, & tradunt *gloss. in capit. unico verb. Mendicantes de Excess. Prælat. in* 6. *gloss. in cap. quorumdam in verb. Mendicantium de Elect. in* 6. *Fagnan. in cap. in præsentia num.* 40. *&* 87. *cum seqq. de Probat. Bartol. in tract. Minor. lib.* 1. *distinct.* 1. *cap.* 1. *in princip. & n.* 6. ubi advertit eorum Regulam esse magis strictam, quàm fuit illa Apostolorum, *ac distinct.* 4. *cap.* 1. *sub n.* 18. *& nu.* 21. *Joannes Baptista Confect. in Collect. privil. Ordin. mendic. tit. de Mendicant. Ordin. cap.* 3. *&* 5. *Mart. de Success. legal. par.* 3. *quæst.* 13. *artic.* 1. *num.* 9. ubi ex d. *Clem. exivi* §. *Proindè*, & §. *cupientes vers. quia igitur*, advertit, quod *S. Franciscus in sua Regula* expressit modum paupertatis dicens *Fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum nec aliquam rem, sed tanquàm Peregrini, & advenæ in hoc seculo in paupertate, & humilitate Domino famulantes vadant pro eleemoyna confidentes & Rot. coràm Mantic. decis.* 225. *n.* 6.

Accessit etiàm pro majori corroboratione, & rigorosa observantia prędictę Regulæ mandantis profiteri altissimam paupertatem con-
19 firmatio Nicolai III. Clementis V. & successivè aliorum Pontificum ac tandem sub die 20. Novembris 1679. Regnantis Summi Pontificis mediante ejus Constitutione clausula *Sublata, & Decreto irritanti*, aliisque prægnantissimis clausulis detogatoriis munita *impressa in Orbe Seraphico tom.* 4. *pag.* 224. Proindè cum absque violatione Regulæ reddatur impossibilis solutio controversæ Gabellæ in pecunia, non in quota debitæ, nostri Principa-

cipales ratione eorum altissimæ paupertatis
non tenentur ad illius solutionem juxtà *text.*
in l. Cura §.inops ff. de Muner.& honor.l.Ad su-
beundum Cod. de Decurion. lib. 10. prout de
20 Pauperibus in genere firmat *Sanchez Consil.*
moral. lib.2. cap.4. dub.15. Petr.Gerar.de Petra
Sancta singular. 73. per tot., & singular. 100.
n.14.Tepat.de Tribut.& collect.tit.585.colum.2.
in princip.§.pauperes,tit. de Jur. immunitat. &
tit. 587. col.2. sub. §.7. versic. paupertas,Velasc.
de Privileg. pauper. par.1. quæstion.37. num.11.
Leoncill.eodem tractat.privileg.171.n.3. Balma-
sed.de Collect. quæst.50. n.9. & in terminis Or-
dinis Patrum Mendicantium firmant *Barbat.*
in cap.officii de Testament. Petr. de Ubald.de Col-
lect. nu.38. Mart. de Jurisdiction. par.4. cent.1.
cas.9.n.5.Lezzan.Oper. moral.tom.1. cap.3.n.14.
& in puncto Patrum Sancti Francisci Minoris
Observantiæ sancitum fuit à Paulo III. in ejus
21 Brevi, in quo eximuntur à solutione Gabel-
larum pro rebus usui proprio inservientibus,
ac inhibetur exactio sub pœna excommunica-
tionis latæ sententiæ, & latiùs à *Paulo IV. in*
ejus Bulla in ordine la 4.in Bullar.veteri clausu-
la *Sublata, & Decreto irritanti* munitis & do-
cent *Thomas. de Collect. §. si quispiam n.1. præ-*
sertim in fine,vers. si verò non habeant,inter tra-
ctat. magn. tom. 12. fol. 131. & Bertachin. de
Gabell.par.7. principal.n.2. & 23. vers.ulteriùs
eod.vol.12.fol.63.

Eo magis, cum præter qualitatem altissi-
mæ paupertatis præscriptam in prædicta Re-
gula, concurrat etiam titulus Eleemosynæ,
22 quo animalia nostris Principalibus tradun-
tur, nam pro traditis ex causa eleemosynæ
tamquàm Omnipotenti Deo factæ non debe-
tur Gabella, ne in eleemosynæ diminutionem
Gabella à Deo exigatur, ut ex doctrina *Bald.*
in l.Illud 16. n.1. in fin.versic. faciunt etiàm ista
ad Statut. Gabell. Cod. de Sacros. Eccles. tenent
Cyriac. controvers.94. n.28. junct.n.34. cum seq.
Parlador.Rer.quotid.lib.1.cap.3.§.1.n.15.& 17.
& Guttier. de Gabell. quæst.74.n.7. cum seqq.&
relatis resolutionibus *Sac. Congregationis Im-*
munitatis respondit *Pignatell. consultat. tom.1.*
consultat.479. & consultat.121.n.31. tom.4.

Nec obstat, quod in *Bulla Beati Pii V.* ere-
ctionis controversæ Gabellæ mandetur, quod
23 ad illius solutionem teneatur *idem Summus*
Pontifex ejusque Successores, ac S.R.E. Cardina-
les, omnesque, & singulæ aliæ tàm Ecclesiasticæ,
quam Seculares, etiam exemptæ cujuscunque di-
gnitatis, gradus, status, ordinis, honoris, &
conditionis existentes, ac quavis privilegio mu-
nitæ dictæ Urbis,& Romanæ Curiæ personæ &c.
Etenìm cum prædicta verba congruè adaptari
possint comprehensioni quorumvis Religio-
sorum Mendicantium ex privilegio, qui in
communi possident, incongruum est, quod
trahantur etiam ad comprehensionem nostro-
rum Principalium altissimam paupertatem
profitentium, ne eorum Regulæ derogatum
censeatur, undè capienda est ea interpretatio,
quæ potiùs illius robori, & firmitati famula-
tur, quàm destructioni, ut egregiè animad-
vertit *Rot. coram Penia dec.1214.n.8. secundùm*
impress.Lugdun.

Præsertim quia præsumendum non est, Re-
gnantem Summum Pontificem, qui tam
enixè invigilat Observantiæ Regularium, &
antecedentèr de anno nempè 1679. mediante
ejus Constitutione strictè injunxerat nostris
Principalibus professionem altissimæ pauper-
tatis, prohibendo possessionem bonorum, &
pecuniarum, voluerit postmodùm in Instru-
mento Appaltus-Dohanarum stipulato die 28.
Octobris 1684.eos ad solutionem controver-
sæ Gabellæ adstringere, revocando, & abro-
gando legem à D. Francisco in ejus Regula
præscriptam, cujus Observantia ab ipso cum
tanta sollicitudine, & studio desideratur, ad
tradita per *Rotam in recent.dec.342.n.6. par.4.*
& dec.148.n.14.par.19.

Et sine difficultate cum illis Constitutioni-
bus Apostolicis confirmantibus dictam regu-
lam, & aliis eximentibus nostros Principales
à solutione Gabellarum non fuerit deroga-
tum, prævia illarum speciali mentione, prout
requiritur, attenta clausula *Sublata & Decre-*
to irritanti, quibus sunt munitæ, ut respondit
Rot.in recent. decis.54. num.3. par.12. Maximè
cum exemptio eis concessa fuerit ratione al-
tissimæ paupertatis, ut de simili exemptione
respondit *Ruin. cons. 226. per tot. & præsertìm*
n.5. cum seqq. lib.1.

Quinimò si in impositione Gabellæ essent
comprehensi Mendicantes *di qualsivoglia sorte*,
24 adhuc non comprehenderentur nostri Princi-
pales, sed illa dictio *qualsivoglia* restringen-
da esset secundum subjectam materiam *Rebuff.*
de Concord. tit. de Form. mandat. Apostolic. in
versic.quibuscumque, & Cavalcan.de Usufruct.
mulier. relict. cap.9. n.106. ne Regulæ, quam
profitentur derogetur, ut in simili de investi-
tura feudali non comprehendente neque ex-
25 traneos, neque fœminas, quamvis facta pro
hæredibus, & successoribus quibuscumque,
eò quià capienda sit ea interpretatio, per
quam dictio illa *quibuscumque* referatur ad
habiles, ne natura feudi violetur, aliis omis-
sis latissimè probat *Rot. coram Coccin. decision.*
2283. *n.48. cum duobus seqq.* & in puncto Ga-
26 bellæ vini, fœni, & paleæ, ad cujus solutio-
nem tenentur Mendicantes *di qualsivoglia sor-*
te resolutum fuit favore nostrorum Principa-
lium ratione eorum altissimæ paupertatis in
causa *Romana Gabellæ vini, fœni, & paleæ* in
Tribunali Illustrissimi Thesaurarii de anno 1667.
ut ex sententia, & discusso articulo in gradu
appellationis ab hoc *Supremo Tribunali* reso-
lutum fuit pro justitia dictæ sententiæ, & re
judicata sub *diebus 21. Junii 1677. prima Ju-*
lii 1678. & 23. Junii 1684. proponente *Emi-*
nentissimo Domino meo Cardinali de Cavaleriis
tunc Cameræ Apostolicæ Clerico, qui proin-
dè mandavit illam exequi, ac expensas taxa-
vit, super quo articulo emanavit *Votum bo:*
me: celeberrimi I. C. R. P. D. Petri Francisci de

Digitized by Google

Rubeis Fisci, *& Cameræ Apostolicæ Advocati infrà registrandum*, & sic cum agatur de sen-
tentia, quæ in judicatum transivit, facit de
27 albo nigrum, & pro veritate habetur *l. Inge-
nuum ff. de Stat. homin. l. Res judicata ff. de Regul.
jur. Surd. consf. 61. n. 2. cum duobus seqq. Thomat.
decis. 297. n. 7. cum seqq. par. 2. Rot. in recentior.
dec. 425. n. 19. par. 5. tom. 2.* quam probari vidi-
mus ab Illmis Thesaurariis pro tempore, qui
pluriès demandarunt pro frumento macinan-
do, aliisque rebus traditis nostræ Religioni pro
28 eleemosyna non solvi Gabellam, ut ex literis,
quæ dantur, ac etiam resolutum fuit à *Sacra
Congregatione boni Regiminis, & sublevaminum
de anno 1659.* prævia relatione facta *Summo
Pontifici Alexandro VII.* necnon à *Sacra Con-
gregatione Immunitatis de anno 1658. in causa
Valentinn*, cujus resolutio confirmata fuit ab
eodem *Alexandro VII.*, quæ resolutiones sunt
29 decisivæ, & habent vim legis universalis, ut
firmant *Fagnan. in cap. quoniam n. 9. de Constit.
Gonzalez Tellez in Comment. ad Decretal. in
princ. sub n. 57. Honded. consf. 76. n. 26. vol. 2. Ri-
dolphin. in Prax. par. 1. cap. 17. n. 84. cum seqq.*
ubi ulterius subdit obligare tàm in foro fo-
30 ri, quàm in foro poli *Possent. Singul. cent. 4.
singul. 334. num. 4. Dian. Resolut. moral. par. 11.
tract. 2. resolut. 42. & Ciarlin. controv. cap. 227.
n. 12. lib. 3.*

Paritèr etiàm non relevant assertæ solutio-
nes, ut præfertur, factæ, & *Chirographum
31 sanct. mem. Clementis X.* qui pro certa quanti-
tate animalium occasione Capituli Generalis
exemptionem specialem à prædicta Gabella
nostris PP. concessit. Nam dictum Chirogra-
phum potiùs retorquetur, quia si nostris Prin-
cipalibus pro ea vice tantùm concessa fuisset
exemptio à solutione Gabellæ, ad quam alio-
quin tenerentur, utique Dohanerii relevari
debuissent à Camera, & consequenter deman-
data fuisset bonificatio totidem summæ Do-
hanerio, sed cum in Chirographu Pontifex
addiderit illam clausulam *come sarà di ragione*
per necesse resultat, ipsum noluisse ullo modo
do præjudicare exemptioni quatenus compe-
teret nostris Principalibus, sed cuique intacta
jura servare voluisse, prout de Jure, juxtà na-
turam dictæ clausulæ *Rot. in recent. decis. 276.
n. 18. par. 11.*

Prætereà sicuti non remaneret abolita Re-
gula altissimam paupertatem præscribens, si à
Summo Pontifice absque speciali derogatione
illius, & Constitutionum Apostolicarum eam
confirmantium demandata esset retentio pe-
cuniarum, & solutio Gabellæ attenta clausula
Sublata, & Decreto irritanti, aliisque præ-
gnantissimis clausulis in eisdem Constitutio-
nibus confirmatoriis appositis, ut præter su-
prà allegatos tradit *Felin. in cap. cum accessis-
sent. nu. 30. versic. quartò limita de Constitut. &
Menoch. de Præsumpt. lib. 6. præsumpt. 41. n. 10.*
Ità eòminùs habenda est ratio prædicti Chi-
rographi nostros principales pro ea vice tan-
tum eximentis à solutione Gabellæ. Potissimè
quià censetur petita hujusmodi exemptio po-
tiùs ad evitandas notorias vexationes de fa-
cto, & manu Regia Dohaneriorum occasione
Capituli Generalis ipsis odiosi ob majorem
quantitatem consumptionis Carnis tunc ne-
cessariæ, quam ad effectum renunciandi exem-
ptioni ipsis de jure, & ex Privilegio compe-
tenti, & fatendi debitum, ut in simili de so-
32 lutione usurarum, quæ cum à lege præsuma-
tur coactè facta, ne solvens vexaretur pro re-
stitutione sortis principalis, non præjudicat
solventi, quin possit eas repetere, vel in sor-
tem imputare, ut respondit *Rot. in recent.
decis. 69. n. 17. par. 9. tom. 1. ubi plures concordan-
33 tes allegantur*, & quod non censeatur renun-
ciatum Privilegio per actum contrarium coa-
ctè factum concordantibus relatis firmat *Me-
noch. dict. præsumpt. 41. nu. 14. cum seq. & Gal-
lerat. de Renunc. lib. 5. cap. 6. n. 25.*

Ultrà quod cùm præter rigorem Regulæ
prohibentis retentionem pecuniarum etiam
34 in communi concurrat ulteriùs dictum Privi-
legium *Pauli III. & Pauli IV.* eximens totum
Ordinem à solutione Gabellarum, per incau-
tos Ministros, & Superiores nullatenùs po-
tuit illi quomodolibet præjudicari ad *text. in
cap. si diligenti, & cap. contingit de Senten. ex-
communicat. Abb. consil. 33. num. 3. lib. 2.* tradit
*Dian. par. 4. tract. 1. resol. 101. Gallerat. de Re-
nunciat. centur. 1. renunc. 6. n. 7.* & in specie no-
tat *Sperell. decis. 37. per tot. Rot. in recent. dec. 39.
n. 68. & seqq. part. 6. decis. 348. n. 17. par. 9. tom. 2.
decis. 300. n. 5. par. 14. & coram Eminentiss. Cer-
ro decis. 163. n. 27.*

Addito quod, cum Privilegium exem-
ptionum non contineat effectum momenta-
35 neum, sed successivum, per solutionem ali-
quando factam non fuit illatum præjudicium
in futurum juxtà originalem distinctionem
Bart. in l. Final. in fin. ff. de Constitut. Princip.
quam sequuntur *Gail. observat. 60. num 11. &
Fontanell. de Pact. nuptial. claus. 4. gloss. 10. par. 1.
n. 131. cum seq.* Eò magis, quia tanquàm toti
Religioni concessum non censetur amissum,
& ei renunciatum per solutionem ab aliqui-
36 bus factam, nam sufficit, quod respectu ali-
quorum Conventuum sit in usu, ad hoc ut in
suo primævo vigore permaneat, ut in specie
respondit *Rot. coram Seraphin. decis. 951. nu. 1.
cum seqq.*

Deniquè non refragatur *Card. de Luca de
Regal. discurs. 56.* tunc pro Dohaneriis scri-
bens, tum quia loquitur sinè auctoritate *Rot.
in recent. decis. 74. n. 20. par. 16.* Tum quia con-
37 trà ejus ratiocinium decisum fuit, ut ipse-
met fatetur, undè tamquàm opinio reproba-
ta non est attendenda *Rot. in recent. decis. 464.
n. 9. par. 5. tom. 2.* prout de Doctore contra ma-
38 gis communem opinionem respondente dixit
Rot. in rec. decis. 72. n. 9. par. 17. & prævalere de-
bet dictum *votum bo: mem: R. P. D. de Rubeis de
anno 1667.* editum pro veritate.

Constito autem ex suprà firmatis inconti-
nenti de exemptione nostrorum Principalium

ex

Digitized by Google

ex dispositione *Regulæ Cancellariæ*, & *Constitutionum Apostolicarum* continentium clausulam
39 *Sicque per quoscumque Judices*, ultra clausulam *Sublata*, quæ eos claudunt, ut nihil contrà privilegium possit opponi prout respondit *Rot.coram Cocein.decis.2168.n.2.* quasi possessio exigendi, quatenùs probaretur, nec esset vitiosa adhuc Dominis Adversariis non
40 suffragaretur, cum isto casu petitorium absorbeat possessorium, ut firmat *Posth. de Manut.observat.42.n.146. cum seqq.* ac respondit *Rot.penes Tondut.de Pens. decis.47.n.19.ubi concordantes*. Multò magis concurrente vitio,
41 dum decretum irritans appositum tàm in dictis Apostolicis Confirmationibus Regulæ, quam in aliis eximentibus a solutione Gabellarum tamquam habens annexam inhibitionem, reddit nullum, & attentatum quidquid contrà tenorem dispositionis cui est adjectum gestum fuerit, etiam parte non opponente, ut firmat *Antunez de Donat. Reg. par. 2. lib. 1. cap.32.n.74. cum seqq. juncto n.76. vers.habet*, *Leo dec.95.n.18.& Rot.coràm Coccin.dec.1810. n.3. 5. & 7.*

Nec assertæ solutiones exadverso datæ suffragantur pro inducenda prætensa observantia interpretativa, tum quia non probantur ex partitis exhibitis, cum fuerint extractæ ex libris Conductoris Gabellæ, qui cum non fuerint scripti à persona à publico deputata
42 non probant solutionem, ut plenè firmant *Gait. de Credit. cap.2. tit.2. n. 66. cum seqq. & Roccha Disputat. select.cap.77.n.10. vol.1.* Tum etiam quia non percutiunt tempus proximum
43 impositioni Gabellæ, prout requiritur ad hoc, ut exindè resultet observantia interpretativa, ut omissis aliis respondit *Rot. coram Coccin. decis.466.nn.6. coram Ludovis.decis.325. n.1.* Sed tempus post decursum annorum centum, & ultrà, undè tales assertæ solutiones potiùs censendæ sunt extorsiones metu manus Regiæ factæ à pauperibus, & incautis Religiosis: Et tandèm quia non potuit per solutionem ignoranter factam ab aliquibus Religiosis præjudicari exemptioni competenti toti Religioni ex *Dian.Sperell.& Rot.suprà allegat.* Quare &c.

Romana solutionis Gabellæ.

Votum bonæ memoriæ

R.P.D. PETRI FRANCISCI DE RUBEIS

Factum Anno 1667. in Congregatione Camerali.

CUm verba Chirographi à Sanctissimo pro Indigentiis Sedis Apostolicæ signati super impositione novi Vectigalis bajocchorum quinque in singulos cados vini Castrorum, qui introducuntur in Urbem sint ejusmodi.

Da pagarsi da tutte, e singole Persone indifferentemente di qualsivoglia stato, grado, e conditione, Secolari, Ecclesiastiche, Regolari delle

dodici Congregationi, ò Mendicanti di qualsivoglia sorte, luoghi Pii, e qualsivoglia Privilegiati, & esenti anco compresi nel Corpo della Regione commune tanto per titolo gratioso, quanto per veramente oneroso, Camerali, Cardinali, e l'istesso nostro Palazzo.

Nec ullatenùs dubitandum sit de potestate Papæ, qui secundùm *Bald.in Auth. ingressi n.36. C. de Sacrosanct.Eccles.* plus potest, quam
44 Regula, ac ut idem inquit *in l. Multa nu. 2. C. de Bonis, quæ liberis*, ob suam necessitatem potest etiam vendere possessiones Ecclesiæ, qui propterea in *l. Barbarius nu.46. ff. de Offic. Prætoris*, ait, quod in spiritualibus est om-
45 nia, & per omnia, si certò constaret eum voluisse sub dicta generalitate verborum comprehendere etiam Fratres Minores Sancti Francisci de Observantia, & Cappuccinos, quamvis positos in altissima paupertate, &
46 habentes solummodò nudum usum de his, quæ titulo Eleemosynæ eisdem largiuntur omnimodò illorum Dominio in Sedem Apostolicam translato; quia nihilominus possent dictum Vectigal præstare, vel in ipsa specie, cujus usum obtinent, dimittendo penès Ga-
47 bellarios ratam vini correspondentem valori dictorum quinque bajocchorum pro quolibet cado, vel in quantitate si Gabellarii hanc exigere malint ex pecunia ad hoc quæsita per eleemosynam juxtà animadversionem *Card. Zabarell.in Clem.Exivi §. Porro in fine vers. etsi duo transeunt, de Verbor.significat.* loquentis de pedagio solvendo à Religiosis Ordinis Minorum in pecunia pro transitu fluminis, quem refert, & sequitur *Bertacchin. de Gabellis par. 7. n.23.tract.tom.12.fol.64.*

Ideò est solummodò indaganda hoc casu super illorum comprehensione voluntas Summi Pontificis, quam *Bald.in Rubr.C.de Vindict. liberorum*, dicit reponi sub rationali parte
48 animæ, ut illa semper in Principe præsumatur conformis rationi, ut id solum voluisse censeatur, quod ipsa ratio dictat, hincque idem *Bald.in l.Si quando n.4. C. d.Inoffic.testam.* dixerit, quod Princeps sub verbis generalibus non intelligitur velle concedere, quod esset
49 iniquum, & in *l. 1. ff. de Const. Princip.* postquam *num.4.* asservit, quod non licet de illius potestate disputare, ac *n. 9.* quod ejus voluntas quandoque est lex naturæ, subdiderit *n.13.* Principis esse placere, quod justum, & æquum est, nec alitèr præsumendum.

Quæ voluntas non videtur posse certò liquere ex sola generalitate verborum *Mendicanti d'ogni sorte*, utpotè verificabili in Mendi-
55 cantibus, qui ex permissione Regulæ, vel ex privilegio, aut de facto possident bona immobilia juxtà *Cons. Anchar.109. & Boer. cons.33.* & quidem in singulis quatuor Ordinibus, qui tales declarantur in *Cap. unico de Religios. Domibus in 6.* nempè Prædicatorum, Minorum Conventualium, Carmelitarum, & Eremitarum Sancti Augustini, cunctisque aliis, qui postmodum supervenerunt, ac in novissimis

Digitized by Google

ClericisRegularibus, quorum plurimę exiſtunt ſpecies, cum ferè omnes in Communi poſſideant bona immobilia, etſi nequeant proprium ſingulariter habere in particulari.

Sicque dicta univerſalis *ogni*, latinè *omnis* adiecta nomini *ſorte* ſignificanti ſpeciem, verificatur in quolibet Ordine, & qualibet Religione, & Congregatione Mendicantium poſſidente bona in communi, abſque eo quod includat FratresMinores de obſervantia, quos
51 etiam *Bald. in auth. ingreſſi n. 46. C. de Sacroſ. Eccleſ.* ait, eſſe prorſus incapaces in particulari, & in communi, & in hoc ab aliis diſerte, adeò ut ranquàm Mendicantes ſpeciei diverſæ à cæteris non veniant ſub generali nomine cæteris competente, nam quod ſpecialitèr denominatur, videtur eſſe diviſum à genere, nec ideò venit ſub nomine generali ex theorica *Bald. in l. Emptorem nu. 15. C. Locati*, qui etiam in *l. Si quis mihi §. juſtum n.3. ff. de Acquir. hæred.* ait, ſpeciale fortius eſſe, quam generale in *auth. habita, n.56. C. Ne filius pro patre*, quod ſpecialitas derogat generalitati, &
53 in *l.2. n.1. C. de Servo pignori dato*, quod ſpecialiter declaratum plus operatur, quam quod in genere prædicatur, ſicque ceſſat argumentum in contrarium ductum, tàm à verbo generali *Mendicanti*, quàm ab adjectivis *d'ogni ſorte*, cum ſatis, ſuperque ſit illud tanquam genus repræſentare in qualibet ſpecie ſimili, non diſſimili, & in qua militat eadem non diverſa ratio, adeò ut *Bald. in Addict. ad l. Præſumptionem n.1. C. de Præſcript. 30. annorum* ſcripſerit, quod verba generalia cum clau-
54 ſula derogatoria, ſi de aliis oporteret facere mentionem, non tollunt proviſionem ſpecialiſſimam in contrarium, qui patitèr in *l. Emptor §. Lucius, n.1. ff. de Pactis*, docuit, verba univerſalia reſtringi ad ea, de quibus eſt univerſalitèr cogitatum.

Nec videtur prætermittendum, quod verba generalia non comprehendunt caſum im-
55 poſſibilem d. jure, ut *Bald. notat in l.2. nu.2. ff. de Pact. dotal.*, qualis eſt ſolutio gabellæ de re non ſua, & quatenus habeatur nudus ejus uſus, obſtat quod de alimentis non eſt
56 ſolvenda babella ex animadverſis per *Bald. in l. Cum hi §. Eam tranſactionem num. 4. ff. de Tranſact.*

Omiſſo autèm dicto *Guttierez de Gabell. quæſt.74. n.7.* & infra, quod Fratres Minores
57 ultrà exemptionem juris communis ſublatam verbis dicti Chirographi, habeant quoque duas alias; Unam juris naturalis, ut nihil poſſidentes, & alteram juris divini.

Ex quibus &c.

ADDIT. AD RVBR. XIV. LIB. V.

OBSERVATIO.

1 Triplex eſt mendicitas ut ibi exprimitur.
2 Mendicitatis materiam tractans remiſſivè.
3 Mendicantes validi accipientes eleemoſinam debent puniri.
Dantes eleemoſinam Mendicantibus validis nullum actum meritorium faciunt, num.3.
4 Pęna triremium Mendicantibus validis eſt imponenda.
5 Mendicantes validi pauperem vitam affectantes ſunt ejiciendi à Charitate, & quare.
Societas Charitatis, hodiè Mortis nuncupata in Civitate Faventiæ quando erecta, & quæ opera Pietatis exerceat, num.5.
6 Patres *Ordinis Sancti Franciſci Minoris Obſervtiæ* ſunt exempti à ſolutione Gabellæ Carnis, vini, ſęni, & paleæ.
7 Declarationes *Sacrarum Congregationum* circa ea, quæ non dependent à facto particulari ſunt deciſivæ.

Num.2. Triplex eſt mendicitas, alia nempè ex
1 neceſſitate naturæ, ut in debilibus, & infirmis,* alia ex ſupererogatione juſtitiæ, vèl pro Chriſto imitando, alia ex vitioſitate Culpæ, vèl pro lucro cumulando, & iſta eſt vituperabilis in omnibus talitèr mendicantibus ut
2 plenè docet *Caldero deciſ.56. n. 9. tom. 2.* * in qua *deciſione* materiam latè examinat, ac erudite.

Num.3. Mendicantes validi non ſolum non ſunt
3 digni eleemoſina, nullumque meritorium actum faciunt dantes * illis, ſed etiam ſi accipiant, debent puniri ut docet *Raynald. obſerv. crim. cap.26. §.1. n.6. vol.3.*

Num.5. Pęna triremium mendicantibus validis
4 eſt imponenda,* ut docet *Raynald. obſervat. Crim. cap.26. §.1. n.15. cum ſeq. vol.3.*

Et de pæna imponenda Mendicantibus validis vide *Caldero deciſ.56. n.18. & ſeqq.*

Num.7. Mendicantes validi, & ſimiles, qui ut
5 otioſam vitam agant, pauperem vitam affectant,* ejiciendi ſunt à Civitate, quia panem adimunt veris pauperibus, ut cumulatis concordantibus docet *Gonzalez Tellez in Cap. Cum ex eo in fine de pęnitent. & remiſſ.*

Num.11. Adeſt etiàm alia Societas Charitatis, & hodie *mortis* nuncupata, cujus Confratres, qui ut plurimùm Nobiles ſunt, varia Charitatis opera exercent; nempè qualibet Hebdomadà viſitent Pauperes Civitatis, eiſquè dant eleemoſinam, modò in pecunia, modò in pane, & Pharmata ęgrotis ſubminiſtrant: Quotidiè Carceratis ſex panes pro quolibet, & Damnatis ad Opus, ſeu Triremes panem pro itinere diſtribuunt: Duo quotannis ſubſidia dotalia ſcutorum 25. pro qualibet totidem Puellis Pauperibus conſtituunt; Et ſumma vigilantia incumbunt adimplemento Miſſarum, & aliorum Onerum à Piis Benefactoribus in eorum Relictis impoſitorum.

Hujus Societatis originem deberi zelo P. Paſchaſii Broet inſigni Societatis Jeſu Miſſionarii, legitur in ejus vita, quam recentèr typis man-

Digitized by Google

mandavit fecundissimus ejusdem Societatis Scriptor P. Antonius Maria Bonuccius, ubi refert adhibitum fuisse d. P. Broet à Cardinali Carpensi ad occurrendum Pietatis, & Morum Jacturæ, quam Faventini passi fuerant ex perversa doctrina P. Bernardini Occhini, pessimi Apostatæ tàm à Sacro Capuccinorum Ordine, quàm ab Ecclesia Catholica, ut videre est apud dictum Auctorem in §. *Da Reggio poi*, ibi: *Anche avanti della convalescenza chiedendola il medesimo Cardinale di Carpi Ridolfo Pio, s' incaminò verso Faenza à gran ventura di quella Città, che ben haveva bisogno d'un tal soccorso per la corruttela de vizii, pessimi costumi, che vi facevano scempio, e per la total rovina, à cui s'era ridotto il Divin culto. Signoreggiava l' animo di quei poveri Cittadini l' intemperanza, e la sensualità à tal grado, che già apena si teneva in conto di peccato, e non si recavano punto à scrupolo ò à motivo di rossore l' essere publicamente, e di proposito allacciati, con occasioni di brutissimo comercio. Duravano tutta via inimicizie, e rancori inveterati da Secoli, passati come in heredità degl' Avali à Nepoti, come à Fidei-comissi di patrimonio inalienabile: d'onde nascevano in tutta la Provincia delli sanguinosi incontri, e duelli con repentine, e crudelissime morti, e tradimenti. L' imprecazioni, e bestemmie, e i giuramenti si sentivano dalla bocca di tutti anche de Fanciulli più teneri, che nello stesso tempo s' imparavano à parlare, avezzando ancora la lingua à giurare e maledire. Dietro à questa strage di costumi (come suol accadere) s'intruse una temeraria, e perversa dottrina; imperochè con queste si maligne dispositioni s'erano introdotti colà i Ministri Luterani spargendo dapertutto il veleno d'heresia con si fatto ardimento, che e nelle botteghe frà Plebei, e nè fondachi frà Mercadanti, e ne palazzi frà Nobili altre materie non si ventilavano, che i dogmi pestiferi di Lutero. E di questi era il più impegnato diseminatore un certo Bernardino Ochino, che havendo date come sfrenatissimo Apostata libello di ripudio al Sacro Ordine, à cui poteva gloriarsi d'esser stato un tempo per gratuito benefizio del Cielo benignamente ascritto, & essendosi con iscandalo peggiore ribellato dalla Cattolica Religione si valeva di quel suo gran talento d' eloquenza, e d' altri doni naturali à maggiore ruina della salute propria, e dell' Anime altrui. Vedeado dunque il Padre Paschasio la lamentevole disgrazia di quella infelicissima Città, e conoscendo insieme il genio arrogante ed altiero de Cittadini entrò con molta cautela, e à pnoco à puoco s'applicò à porger remedio à tanti mali. La prima cosa, ch' ei procurò fù di conciliarsi con umili, e piacevolissime parole la volontà, e buona grazia del Vicario del Vescovo, acciochè esso con la sua autorità favorisse i di lui pietosi intenti: e tosto cominciò à guadagnarsi ancora la benevolenza del popolo con opere di misericordia, e parimente d'implorare con continuo orazioni la Divina clemenza, acciò che si ricordasse, e compatisse quel disgraziato paese. Trovavansi in esso molti poveri, e gran numero d'infermi affatto abandonati; al soccorso de quali procurò il buon Padre, che s' instituisse una Congregazione che pure à laude di Dio, e refugio de bisognosi dura e fiorisce sotto il Titolo della Carità, facendo egli medesimo uffizio di Prefetto, e dandoli salutevoli leggi, ed instruzioni tutte accomodate al fine, che si pretendeva, di curare i corpi, e molto più l'Anime di quei poverelli & eziandio de stessi Congregati, i quali mossi più dall'esempii, che dalle parole di lui l'accompagnavano per tutta la Città solamente in cerca de poveri, e degl'infermi: e à questi il servo di Dio con rara divozione aministrava i Santi Sagramenti, provedendoli di remedii, e medicine, e di tutto l'alimento necessario nel tempo della malatia con tanta abondanza, e dominio che maggiore non si poteva pensare. Il che servì à tutti di grand'edificazione e ridondò in egual credito, e fama del Padre, cui oramai veneravano come santo, & amavano come insigne Benefatore. Quindi facendosi egli animo ad imprese più segnalate cominciò publicamente à dichiarare la Dottrina Cristiana senz' ombra d' ostentazione, ò d'apparato, alla quale come nuova, e disusata, vi intervenne ogni sorte di gente di qualunque stato, e età, e lo stesso, che publicamente nelle Chiese, andava di poi à spiegare privatamente nelle Scuole de Fanciulli, che eran più di quat[illegible]o cento con molta sodisfazione de Padri, e [illegible]aestri, à quali pure suggeriva instruzioni, che molto servivano all'insegnare con metodo, e profitto le lettere, e buoni costumi à quei fanciulli. Quindi per tali industrie adoperate soavemente dal nostro Pascasio finalmente si venne à toglier via quel mal abito ed abuso, che v' era di giurare, e maledire, e se qualche volta per inavertenza ricadevano, eglino stessi spontaneamente si presentavano al Padre, pregandolo imponesse loro peniteaze di quel mancamento. Diede anco principio à predicare à tutto il Popolo, ed insieme à confessare, prendendo da ciò occasione d' introdurre co' penitenti conferenze spirituali, di si gran frutto, che trovandosi prima le cose della Religione in quella Città assai dicadute, e quasi estinte come s'è detto, per le somme fatiche, e diligenze del Padre vennero à ristorarsi, e porsi in buon stato, si che splendeva nella gioventù la verecundia, l'onestà la divotione, e tutti si studiavano d'essercitarsi in qualunque altra virtù degna di chi professa l'Evangelio. Si fecero poi le Paci frà le famiglie principali, e fuvi occasione, in cui radunandosi più di cent' Huomini della nobiltà andorno come in Processione alla Chiesa, dove alla presenza del Signore, e di tutto il popolo si perdonarono l'un l'altro ad instanza del Padre l'ingiurie, e danni più gravi, che in si lungo decorso di crudelissima nemistà s' erano fatti dall' una, e l'altra parte, lodandoli frà tanto, e confermandoli in quel'atto il buon Servo di Dio con un breve, e grave ragionamento in cui ramentava loro quanto grata à Dio fosse quella scambievole reconciliazione di animi: da quanti mali inoltre per quel mezzo si liberavano, e quanti beni, e felicità se ne poteva-*

Digitized by Google

vano promettere, non solamente eterni nella vita avenire, mà anche temporali nella presente. Conchiusa questa total riforma di costumi frà Citadini, non gli fù punto difficile il rimuovere la falsa dettrina, e storte opinioni, che gl'Eretici havevano in tutti seminato, mettendo in fuga le tenebre de loro errori con la luce delle verità Cattoliche, & applicando teriaca di sani insegnamenti contro à veleni di perversi, e pestilenti dettami; accioche così svellendo in erba le zizanie non havessero tempo, e forza da crescere.

Videbimur forsàn ex istius narrationis insertione officere potiùs quàm famulari Patriæ voluisse, Pudenda illius detegendo; Sed à Veritate, sicùt à mente nostra procul est hæc interpretatio. In hoc autèm quod ex moderno Scriptore transcribimus tantùm, proùt habetur Concives à Lupo sub Ovina pelle incedente turpitèr deceptos, & lapsos fuisse, sic emicat maximè ad bonum prona eorundem inclinatio, qui ab Orthodoxis Prædicatoribus admoniti recesserunt à via mala, & tot tantisquè signis solidissimæ Pietatis demonstrarunt se veros Evangelicæ Doctrinæ Sectatores, quam constantèr hucusquè Deo dante professi sunt.

Num. 16. Patres Ordinis Sancti Francisci Mino-
6 ris Observantiæ sunt exempti à solutione gabellæ * Carnis, vini, fæni, paleæ ut ex monitoriis cum inhibitione expeditis In Tribunali Cameræ Apostolicæ registratis à *Procuratore Matteuccio in ejus Officiali Curiæ Regularis to.2. cap.2.*

Num. 29. Declarationes *Sacrarum Congregatio-*
7 *num* circa ea quæ non dependent * à facto particulari sunt decisivæ, & faciunt jus quoad omnes ut etiàm firmavit *Rot. in Melevitanâ Commendæ 13. Junii 1710. coram R.P.D. Aldrovando sub §. Etenim.*

De permutantibus cum Ecclesiis, seù Ecclesiasticis personis bona, in æstimis descripta.

RUBRICA V.

UT fraudibus obvietur, ordinamus quod quicunque habens aliqua bona quæ permutare voluerit cum Ecclesia, seù Ecclesiasticis personis non audiatur volens bona sua de estimo Communis delere, nisi prius curaverit ut bona quæ sibi in permutatione dantur ab Ecclesiasticis personis in æstimo Communis Faventiæ describantur, & quicunque contrafecerit in pœnam lib. 25. bonon. ipso jure incurrat, & Notarius qui cancellaverit dicta forma non servata, eadem pœna plectatur, & officio privatus perpetuo existat. Idem observari volumus si res recepta in permutatione ab Ecclesiasticis non ascenderet ad tantam æstimationem, quanta erat res data Ecclesiasticis, nisi suppleatur, ita quod æstimum Communis non minuatur.

SUMMARIUM.

1 STatutum laicale, seu lex Principis sæcularis prohibens immobilia vendi, alienari, & transferri in Ecclesias, & Ecclesiasticas personas, ad hoc ut in futurum subjaceant oneri collectarum, proùt anteà subjacebant, non valet, & quare num. 2. Vide num. 6. & 7.

2 Ecclesia, & Ecclesiasticæ personæ habent facultatem emendi bona à quocunque.

3 Statuentes prohibentes immobilia vendi, & alienari in Ecclesias, & Ecclesiasticas personas sunt ipso jure excommunicati.

4 Scriptores Statutorum prohibentium bona immobilia, vendi, & alienari in Ecclesiam, & Ecclesiasticas personas, Consiliarii, Potestates, Consules, & Rectores locorum, ac secundùm ea Statuta judicantes sunt ipso jure excommunicati.

5 Prohibita alienatione bonorum in Ecclesias, & Ecclesiasticas personas per Principes seculares, quo remedio usi fuerunt Summi Pontifices, & Sancti Patres,

OBSERVATIO.

STatutum laicale, seù lex Principis sæcularis prohibens bona immobilia, vendi, alienari, & transferri in Ecclesias,
1 & Ecclesiasticas personas ad hoc, ut in futurum subjaceant oneri collectarum, proùt anteà subjacebant, ex defectu potestatis, & tanquàm contra libertatem, & Immunitatem Ecclesiasticam non valet, ut sancitum fuit per *Bonifacium VIII. in cap. final. de Immunit. Eccles. in 6.* & tenent *Dec. in cap. Ecclesia S. Mariæ n.65. de Constit. Barbos. in d. cap. Ecclesia S. Mariæ n.29. & in tract. de Jure Eccles. univ. lib.2. cap.3. n. 216. cum seqq. ac in Vot. 26. n. 60. cum seqq. Mart. de Jurisdict. par.4. centur. prima cas.6. n.38. cum duobus sequent. Oliva de Foro Eccles. par.1. quæst.28. n. 18. cum seqq. Del Bene de Immunit. Eccl. cap.8. dub.11. sect.1. n.1. cum seqq. & sect.2. ac sect.13.* & pluribus cumulatis concorda nibus hanc uti veriorem opinionem amplectendo firmat *Antunez Portugal. De Donat. Reg. tom.2. par.3. cap.43. n.36. cum seqq. Sperell. dec. 123. n.69. vers. Quia.*

Nàm illis adimitur ea facultas, quam de Ju-

Jure habent emendi bona immobilia quæcun-
2 que *L. Illud*, & *l. final. C. de Sacrosanct. Eccles.*
ut advertit *Antunez Portugal. ubi suprà n. 37.*
& quod exindè eis prohibeatur id, quod nec
de Jure naturali, nec de utroque Jure Civili,
& Canonico est prohibitum, imò permissum
tradit *Del Bene allegat. sect. 1. n. 1. cum seq.*

Et talitèr Statuentes, & mandantes sunt
3 ipso jure excommunicati, ut decisum fuit in
cit. *cap. final. de Immunit. Eccles. in 6.* & tradit
*Del Bene d. sect. 1. n. 8. Mart. de Jurisdict. par. 2.
cap. 44. n. 1.* ubi extendit ad Scriptores statu-
4 torum, Consiliarios, Potestates, Consules,
atque Rectores locorum, ubi Statuta edita
sunt, necnon secundùm illa judicantes, ac re-
digentes judicata in publicam formam.

Quandò autem in retroactis sæculis evenit
casus hujusmodi prohibitionis factæ à Prin-
cipibus secularibus, *Sancti Patres*, & *Summi*
5 *Pontifices* conquesti sunt, unde Leges, & dis-
positiones contrariæ revocatæ fuerunt, prout
revocata fuit contraria dispositio facta à *Va-
lentiniano Imperatore* adversus quam scripsit
D. Hieronymus in epistola 2. ad Nepotianum ibi
*pudet dicere Sacerdotes idolorum, mimos, & au-
rigas, & Scorta hæreditates capere, & solis
Clericis, & Monachis hoc esse prohibitum*. Idem
decretum latiùs reprobavit *S. Ambrosius*, re-
lationi *Symachi* Urbis Præfecti respondens,
ut ex ejus *epistola ad Valentinianum Imperato-
rem impressa in ejus operibus tom. 3. lib. 5.
epist. 31. quæ incipit Cum autem Clarissimi*, idem-
que dispositum fuit præcæteris in *Concilio Con-
stantiensi*, ut in *Confirmatione Constitutionum
Federici II, & Caroli V.* quæ habentur *in fine
ejusdem Concilii*. Nec non in *Concilio generali
Lateranensi sub Leone X. sess. 10. in princ.* ut re-
fert *Mart. de Success. legal. par. 3. quæst. 13. art. 1.
n. 2. cum duobus seqq.*

Nec admittenda est limitatio adducta per
Antunez Portugal. d. cap. 43. num. 44. cum seqq.
nempè quod valeret si Statutum, vel lex lata
6 esset, ne immobilia transferantur in Ecclesias
ob publicam utilitatem, & conservationem
Reip. ex justa causa defensionis Regni, quod
alitèr sustineri nequiret, & si omnia bona
stabilia in Ecclesiam transirent, Secularium
substantia esset admodum tenuis, & non suf-
ficerent ad onera supportanda, deficerentque
tributa, sine quibus Resp. stare non posset.

Etenim cum non agatur de remedio adhi-
7 bendo imminenti, & momentaneo periculo
Reip. & Principatus, quod nullam etiàm mi-
nimam dilationem patiatur, sed de damno,
quod paulatim, & longo temporis cursu for-
sàn contingere potest Principatui, non potest
Princeps sæcularis condere legem Immunita-
ti Ecclesiasticæ præjudicialem absque Bene-
placito Sedis Apostolicæ. Cæterùm cognitio,
quod omnia bona stabilia transitura sint in
Ecclesias, & Ecclesiasticas personas reserva-
ta est præscientiæ *Omnipotentis Dei*, ac or-
natis speciali gratia spiritus Prophetici. Imò
contrarium comprobatur experientia tot sæ-
culorum, ex quibus *Ecclesia Dei* fundata est,
ut respondit *Del Bene de Immunit. Eccles. cap. 8.
dub. 11. sect. 9.* ubi alios *DD.* refert, & præ-
sertim eos, qui responderunt pro defensio-
ne Censurarum *Pauli V.* contrà Remp. Ve-
netam.

De non alienando Bona aliqua æstimata in æstimis Communis Faventiæ alicui jurisdictioni Faven. non supposito sine licentia Consilii generalis.

RUBRICA V.

NE æstimum Communis Faventiæ ita minuatur ut oneribus publicis in futurum succurrere non valeamus, statuimus, & ordinamus quod de cætero nullus cujuscunque conditionis existat etiàm Forensis audeat bona aliqua in æstimo Communis Faventiæ descripta quocunque titulo inter vivos alienare in aliquem jurisdictioni Communis Faventiæ non suppositum sine Consilii generalis ejusdem Civitatis assensu, seu expressa licentia præcedente ipsum contractum, aliàs contractus sit ipso jure nullus, & pœna librarum quinquaginta bonon. ac etiam simili pœna puniatur Notarius, qui de tali contractu fuerit rogatus absquè dicta licentia. Et Notarii æstimorum, seu aliquis eorum non possit delere dicta bona de æstimo alicujus alienantis nisi prius fuerint conscripta ad æstimum acquirentis, & suppositi jurisdictioni Communis Faventiæ, seù habentis dictam licentiam, & si secùs fieri contingat, alienans nihilominus collectas dictorum bonorum solvere compellatur, & dicta bona perpetuò remaneant obligata dicto Communi pro solutione quorumcumque onerum, & dictorum bonorum laboratores cogi possint ad collectarum, aliorumque onerum solutionem,

SUMMARIUM.

1 Statuto laicali prohibente alienationem bonorum in non Subditos non comprehenduntur Ecclesia, vel Ecclesiasticæ personæ.

2 Judex Ecclesiasticus cogere potest laicos, qui prohibuerunt alienationem bonorum in non subditos ad declarandum se in hujusmodi Statuto prohibitivo non compre-
hen-

hendere Ecclesias, nec Ecclesiasticas personas.

3 Seculares contrahentes cum Ecclesiasticis non tenentur ad solutionem gabellę eorum ratam tangentis dùm agitur de gabella pro contractibus imposita à Communitate, seù alia potestate laicali.

4 Cognitio an res extracta, & asportata spectet ad Ecclesiasticum pertinet ad Judicem Ecclesiasticum.

OBSERVATIO.

PRohibente Statuto laicali generalitèr alienationem bonorum in non Subdi-
1 tos non comprehenduntur Ecclesia, nec Ecclesiasticæ personæ, nàm præsumitur, Statuentes noluisse in generali dispositione comprehendere personas, de quibus, etiàmsi voluissent in specie disponere, non potuissent, ut firmant *Franc. in cap. ultimo vers. quid autem de Immunit. Eccles. Socc. jun. cons. 76.n.30. lib.3.* tenet *Del Bene de Immunit. Eccles. cap.8. dub.11. sect. 1. n. 10. & Antunez Portugal. de Donat. Reg. vol.2.par.3.cap.43.n.40.*

Et ad tollendam omnem ambiguitatem potest Judex Ecclesiasticus talitèr statuentes
2 cogere, ut declarent se in hujusmodi Statutis non comprehendere Ecclesias, & Ecclesiasticos, ut docet *Anchar.in cap. final. post med. de Immunit. Eccles.in 6.* firmat *Del Bene ubi supra nu. 15. cum aliis allegatis supra in Observat. ad Rubr.13.n.10. cum seqq.lib.1.*

In proposito notandum est, quod nec sæculares contrahentes cum Ecclesiasticis comprehenduntur, nàm si per Communitatem imposita fuerit gabella super contractibus non poterit exigi pro parte tangente sęcularem contrahentem cum Ecclesiastico, ex quo
3 per indirectum gravaretur Ecclesiasticus, & sic læderetur Immunitas Ecclesiastica, ut omissis *DD.* auctoritatibus superabundat sequens resolutio *Sacræ Congregationis Immunitatis* emanata in *Reatina* favore Fratrum Sancti Dominici, & Ecclesiasticorum sub *die 9. Aprilis 1647.* ibi: *Sacra Congregatio censuit Oratores, & alias personas Ecclesiasticas pro contractibus emptionum, & venditionum gaudere exemptione à gabella nuncupata de contratti, etiàm pro parte tangente venditores, seù emptores laicos, non obstantibus pactis, capitulis, & conventionibus per Communitatem cum Appaltatoribus factis*, cujus resolutionis meminit etiàm *Pignatell. consult.121.n.21. par.4.* Attenta prædicta resolutione, cum quidam laicus emisset in Civitate Verulis certam quantitatem frumenti à Cannonico Blasio Suffno, & Appaltator gabellæ Communitativæ contractuum mediante carceratione emptoris, Nobis occasione Visitationis Diœcesis absentibus, adstrinxisset ad depositum, sub die 5. Decembris 1691. declaravimus, ipsum gaudere exemptione à gabella nuncupata de contratti, etiam pro parte ipsum emptorem tangente, relaxavimus mandatum de testituendo summam depositatam, & aboleri omnia acta desuper in Curia Gubernatoris facta.

Notandum paritèr quod si prohibita à laica potestate extractione certarum rerum, sequatur extractio ab Ecclesiasticis, sivè ab eorum famulis laicis, & controvertatur an res
4 extractæ, & asportatæ spectent ad Ecclesiasticos, cognitio hujus articuli spectat ad Judicem Ecclesiasticum, ut censuit *Sacra Congregatio Immunitatis in Civitatis Plebis*, ut in resolutione registrata penès *Panimol. in annot.3.n3. cum seqq. ad ejus dec.17.*

ADDIT. AD RVBR. VI. LIBR. VI.

SVMMARIVM.

1 UNiversitatum, Collegiorum, & Communitatum nuncupatione non comprehenduntur Ecclesiasticæ, de quibus in Constitutione non fuerit facta specialis mentio.

Num.1. Sub generali nuncupatione Universitatum Collegiorum, & Communitatum nulla facta mentione Ecclesiasticorum in *Consti-*
1 *tutione Pontificia* * semper intelligi debent comprehensa tantùm Collegia, & Universitates laicæ, nec veniunt Ecclesiasticæ, nisi de illis fuerit facta specialis, & individualis dispositio, ut de Bulla Sixtina prohibente alienationes bonorum in Forenses etiàm respondit *Rot. in Forolivien. Commendæ 11. Januarii 1709. cor. Emo Scotto §. Potissimè cum seqq.*

De Collectis imponendis per Commune Faventię.

RVBRICA VII.

QVotiescunque contigerit aliqua de causa per Commune Faventiæ imponi aliquam collectam generalem, imponi non possit, nisi prius obtenta fuerit per Consilium generale dictæ Civitatis legitimè congregatum per majorem partem fabarum suffragantium, & alitèr posita nullius sit momenti, nec exigi possit, nec aliquis ad eam solvendam cogi valeat. Quæ collecta imponi debeat specificè videlicèt tantùm pro fumante, & tantum pro libra æstimi, proùt dicto Consilio generali videbitur, & omnes tàm habitantes in Civitate, quàm in Territorio cujuscumque gradus, seù conditionis existant habentes caput æstimi, fumantes habere intelligantur, & ipsam collectam sic ut suprà legi-

legitimè, positam Communi Faventiæ solvere teneantur. Ubi verò aliqua collecta foret imponenda per, & intèr homines Cappellarum Civitatis, seù Scholarum Comitatus, vel Districtus Faventiæ, talis collecta imponi debeat pro duabus partibus æstimo, & pro alia tertia parte fumantibus. Et fumans in ea Cappella, seù Schola esse intelligatur, ubi, seù in qua tùnc quis habitat, & ad ipsam collectam imponendam singuli de Cappella, seù Schola per Cappellanos, seù Capitularios saltèm ad domum requiri debeant ut in earum Ecclesiis congregentur, seù alio in loco ad id idoneo, & ipsa collecta imponi debeat per dictos sic ut suprà congregatos de consensu eorumdem, vel saltem majoris partis eorum, quandò congregati sint, & esse debeant ad minùs sex de dictis Cappellis, seù Scholis pro hujusmodi collecta imponenda. Statuentes item quod nullus Cappellanus, seù Capitularius exigere possit, & valeat aliquam collectam, ut suprà legitimè impositam per, & inter homines alicujus Cappellæ, seù Scholæ, nisi primò approbata fuerit collecta hujusmodi per Dominos Antianos Civitatis Faventiæ pro tempore præsidentes, ac etiàm subscripta manu unius ex scribis dictæ Communitatis, & ejus sigillo consueto signata, seù per alium Officialem specialiter per Commune Faventiæ ad id deputatum, & exigens (approbatione prædicta non facta) pro quolibet, & qualibet vice pœnam librarum quinque bonon. incurrat, & duplum ejus quod receperit ei, à quo prædictam collectam non approbatam exegerit, restituere compellatur, & eadem pœna plectatur Miles Domini Potestatis, seù alius quilibet executor Civitatis, seù Districtus Faventiæ, qui dictam collectam, ut suprà non approbatam exegerint, vel pro tali exactione gravaverint, & in eorum sindicatu de hoc sindicari debeant. Teneantur insupèr omnes, & singuli prædicti Cappellani, & Capitularii, imposita, & approbata ut suprà dicta collecta, singulos dictatum Scholarum, & Cappellarum interpellare saltèm semèl, ut collectam prædictam, seù aliud onus subire, ac solvere debeant antequàm ipsos gravare faciant per aliquem executorem, alias autèm gravari faciendo eos, non facta dicta interpellatione, puniantur pro qualibet vice, & quolibet gravato in solidis viginti bonon. & credatur juramento talis sic gravati, & non interpellati. Facta autèm hujusmodi interpellatione non solventes gravari possint realitèr, & personalitèr per dictos milites, & executores, ad quod ipsi milites, & executores teneantur sub pœna librarum quinque bonon. si requisiti à dictis Cappellanis, & Capitulariis, seù agentibus pro Communitate pro collectis impositis non gravaverint. Nullus insupèr Civis, Comitativus, seù Districtualis teneatur ad solutionem alicujus collectæ imponendæ per dictum Commune, seù per Cappellas, & Scholas ejusdem occasione aliquorum bonorum possessorum per prædictos extrà Territorium, & jurisdictionem dictæ Civitatis, nec prædicta teneantur facere describi in æstimo Communis Faventiæ, & si de facto aliqua bona ex prædictis ad dictum æstimum essent descripta vigore præsentis Statuti declaramus ea fore cancellanda, & pro non scriptis habeantur, ac censeantur.

SUMMARIUM.

1 Tributum dictum est à Contributione, vel à Tribus secundùm aliquos, & secundùm alios à tribus generibus gentium, ex quibus Romanus Populus compositus erat, n. 2. & 3.

4 Tributum originem traxit à Jure Divino.

5 Tributa, & vectigalia nata penè sunt cum ipsis Regibus.
Tributa, & vectigalia, tanquam nervi Reipublicæ, & Principatus judicantur, n. 5.
Principi onus defensionis, & gubernii Subditorum incumbit, n. 5.
Subditi tenentur subministrare Principi omnia necessaria ad dignitatem substinendam, num. 5.

6 Tributum ab *Augusto Imperatore* originem habuit.

7 *Augustus* Imperator ad effectum impositionis Tributi mandavit numerari, & describi Vassallos.

8 *S. Joseph*, una cum *Beatissima Virgine* gravida, ac partui proxima, & tempore hyemali à Civitate Nazareth se transtulit in Bethlem distantem spatio triginta leucarum, ubi describendus erat ex Edicto Augusti Imperatoris pro solutione tributi.

9 Et quia tunc temporis ob concursum multitudinis populi, diversoria erant occupata in Spelunca subtus Mænia Civitatis se recepit, ibique natus est *Salvator Mundi*.

10 *Deus* Tributum solvi Cæsari mandavit.
Deus Tributum solvit Cæsari, & n. 10.
Tributum cessavit, cessante Imperio Romano, n. 11.
Tributi loco suffecta est Collecta, n. 11.

12 Tributi nomen comprehendit omnes species vectigalium, gabellarum, & Collectarum.

13 Gabellarum, & Collectarum impositio, & exactio est sublimioris dominii, & eminentiæ symbolum.

14 Et ad ordinariam superioritatis jurisdictionem refertur.

15 Ac tanquam de Regalibus majoribus ad Principem non recognoscentem superiorem spectat.

16 Habens auctoritatem imponendi vectigalia non

non potest illud imponere mulieribus existentibus in Lupanari.

17 Gabellarum, Tributorum, & Collectarum emolumenta, & fructus qua de causa debeantur Principi.

18 Reges, & Principes respectu Subditorum, habentur tanquàm Patres familias erga filios.

Reges, & Principes iovigilare tenentur pro utilitate Subditorum, n.18.

19 Principes imponere non possunt gabellas, nisi prævia urgenti, & extrema necessitate.

20 Excutiendo prius proprium patrimonium, & suum ærarium expendendo.

21 Divitiæ, & thesauri Regum, & Principum non sunt Fiscus, sed Subditi divites, & quarè.

22 Subditi nimis oneribus gravati sublevati debent, aliàs strangulati remanent.

Universitates ob excessivam impositionem onerum ad talem impotentiam redguntur, ut Civitates, & loca depopulata remaneant, & vulnus insanabile efficiatur, n.22.

23 Parsimonia in Principe, & Subditis est necessaria.

Sumptus superfluos Princeps prohibere debet, n.23.

24 Divitiæ magnæ non tàm multa accipiendo, quàm non multos sumptus faciendo colliguntur.

25 Gabellæ imponuntur, vel super bonis, & rebus humano generi necessariis, vel super rebus minùs necessariis, & potiùs ad oblectamentum, & quæ sint, vide ibi.

26 Gabellæ imponendæ sunt potiùs super rebus non omnino necessariis usui humano, quàm necessariis.

27 Exemptio à solutione gabellarum alia provenit ex dispositione Juris, & Sacrorum Canonum, alia ex privilegio, alia ex consuetudine, & præscriptione.

28 Exemptio Ecclesiæ, & Ecclesiasticarum personarum à solutione onerum, & gabellarum an, & quando competat remissivè.

29 Colonis Ecclesiarum, & Ecclesiasticarum personarum an, & quando comperat exemptio à solutione onerum, gabellarum, & collectarum.

30 Exemptio ob numerum duodecim filiorum à solutione gabellarum, & onerum, an, & quando competat remissivè.

31 Exemptio ob numerum duodecim filiorum restringitur in Urbe quousque duodecim illi superstites in communi vivant, ac ad res, & bona pro usu proprio.

32 Pro usu proprio quando res, & bona inservire dicantur.

33 Exemptus à solutione gabellæ pro usu suo, censetur etiam exemptus pro usu ejus familiæ.

34 Bona assignata pro dote, & manso in fundatione Ecclesiæ, Beneficii, Abbatiæ, Monasterii, &c. sunt exempta à solutione gabellarum, Datiorum, & Tributorum. Limita n.35.

36 Dos, & Mansus Ecclesiæ assignatus io prima fundatione debet esse talis, ut sufficiat pro victu, & vestitu Sacerdotum, Clericorum, & aliorum Ministrorum ei inservientium.

OBSERVATIO.

Tributum à contributione dictum esse
putavit *Cajus in l. Ager 27. §. final. ff.*
1 *de Verb. signif. Petr. Barbos. in l. Comperit n.8. C.*
de Præscript. 30. vèl 40. Gutierez. de Gabell.
quæst. prima, nu.4. Autunez Portugal. de Donat.
reg. tom.2. par.3. cap.1. n.1. Alii dictum ajunt à
2 tribus generibus gentium, ex quibus Romanus Populus compositus erat, ut tradit *Alberic. in Dictionar. verbo Tributum*, quem refert
Otalor. de Nobilitat. par.1. cap.2. n.4. & Mart.
de Jurisdict. par.4. centur.1. cas.11. n.1. Alii à
tribus dictum, quià ea primum pecunia, quæ
3 populo imperata est tributim à singulis exigebatur, juxtà opinionem *Marc. Varr. lib. 4. de*
Ling. latin. quem sequitur *Autunez loc. cit.*
Amaya in Rub. de Annon. & trib. nu. 8. lib.10.
Boler. de Decoct. debit. fiscal. tit.5. quæst.11. sub
n.6. vers. sed meliùs, & Rodrig. de Privil. credit.
par.1. art.5. n.19.

A Jure Divino Tributum originem traxit
4 juxta illud *Apostoli ad Romanos cap.13.* ibi *reddite omnibus debita, cui tributum, tributum,*
cui vectigal, vectigal, Genes. cap. 47. ibi *quintam partem Regi dabitis, & Reg. lib.3. cap.4. &*
Matth. c.22. ibi *reddite, quæ sunt Cæsaris Cæsari, &*
quæ sunt Dei Deo, firmat *Larrea allegat. 59. n.4.*
cum seq. & Amostazz. de Caus. piis lib. 7. cap.8.
n. 4. Et cum Ipsis Regibus penè nata sunt ve-
5 ctigalia, & tributa, nam tanquam nervi Reip.
& Principatus judicantur, cum Principibus,
quibus incumbit onus defensionis, & gubernii congruè debeantur à Subditis necessaria
ad muneris sui dignitatem substinendam.
Amaya in l. Omnes 4. num. 1. C. de Annon. &
tribut. lib.10. Larrea allegat. 59. n. 1. Autunez
Portugal. de Donat. Reg. tom. 1. par. 2. cap.24.
n.80. & tom.2. par.3. cap.1. n.3.

Quod verò Tributum ab *Augusto Imperato-*
6 *re* originem habuerit tradit *Cassan. in Consuetud. Burgund. de Justit. & jurisdict. §.4. num.20.*
Marott. de Collect. cap.2. n.4. & ad effectum talis
impositionis mandavit numerari, & describi
7 Vasallos, ut docet *Gloss. in l. prima verbo descriptiones C. de Apoc. public. &c. lib.10.* & habetur in *Sacris paginis* in *Luc. cap.2.* ibi *factum*
est autem in diebus illis exiit Ædictum à Cæsare
Augusto, & notat *Cassan. ubi suprà, Archid. in*
can. magnum 11. quæst.1. & Mart. de Jurisdict.
par.4. centur. prima cas.11. n.4. vers. item Octavianus Augustus cum seq. & Oter. de Officialib.
par.2. cap.20. n.4. cum seq. Ac in executionem
hujusmodi Ædicti *S. Joseph* cum tunc in Na-
8 zaret degeret una cum *Beatissima Virgine Maria* jam gravida, & partui proxima, non obstante tempore hyemali, & distantia triginta,
vèl triginta duarum leucarum, se contulit
pro facienda tali descriptione in Bethlem,

cum

cum Joseph tanquam ortus de Domo David
deberet ibi describi, ac tributum solvere;
Verùm quia ob concursum multitudinis po-
puli ex causa talis descriptionis diversotia oc-
9 cupata erant, in spelunca subtus mænia Ci-
vitatis idem Patriarcha Joseph cum Virgine se
recepit, ibique natus est Salvator noster, ac
orta salus Mundi, ut in in Luc. cit. cap. 2. &
prosequitur Otcr. ubi suprà sub nu. 5. Et Deus
nedum solvi præcepit tributum Cæsari, sed
10 ipse quoquè solvit, ut in d. can. magnum ibi,
Si enim censum filius Dei solvit, ubi Gloss. in
verbo solvit notat soluisse non ex debito, sed
nè scandalizaret alios, & tradunt ibidem Ar-
chidiac. & Cassan. loc. cit.

Cessante Imperio Romano cessavit tribu-
tum, & ejus loco suffecta est collecta, ut tra-
11 dunt Castr. in l. Placet n. 4. vers. hodie, & n. 5. C.
de Sacrosanct. Eccles. Jo. de Amic. consil. 8. nu. 52.
juncto cons. 146. n. 5. quem refert, & sequitur,
Marott. de Collect. cap. 2. sub n. 4.

Nomen tamèn tributi est generale com-
prehendens omnes species vectigalium ga-
12 bellarum, & collectarum, ut tradunt Ama-
ya in Rubr. C. de Annon. & Tribut. n. 7. lib. 10.
Barbos. in cap. 2. n. 2. de Censib. Antunez Portu-
gal. de Donat. Reg. tom. 2. par. 3. cap. 1. num. 2. &
n. 30. quarum impositio, & exactio est subli-
13 mioris dominii, & eminentiæ symbolum, ut
notat Knichen. de Superioritatis, ejusve possess.
vel quasi actib. &c. cap. 3. n. 323. Ac ad ordi-
nariam superioritatis jurisdictionem refertur
14 Surd. cons. 275. n. 11. vers. & talem, Knichen. ubi
suprà n. 322. Cùm tanquam de regalibus majo-
ribus ad Principem non recognoscentem su-
periorem solùm competat, ut decisum fuit
15 ab Alexandro III. in cap. innovamus 10. de Cen-
sibus ibique communitèr Scribentes, Balmased.
de Collect. quæst. 5. n. 1. Fragos. de Regim. Reip. par.
prima lib. 3. disp. 8. §. 1. n. 1. Petra de Potest. Prin-
cip. cap. 5. n. 74. cum seq. ubi n. 79. cum Angel. in
Auth. de Leno. in fine princ. notat, quod habens
auctoritatem imponendi vectigalia non potest
16 illa imponere mulieribus existentibus in lu-
panari, quia illud lucrum nefandissimum est
Antunez Portugal. de Donat. Reg. tom. 1. par. 2.
cap. 24. n. 79. cum seq. Panimoll. in annot. prima
nu. 1. cum seq. ad dec. 13. & Amostazz. de Caus.
piis lib. 7. cap. 8. n. 3.

Et debentur Principi fructus, & emolu-
menta tributorum gabellarum, & collecta-
rum ex duplici causa nempè tam in signum
17 subjectionis, nàm ideò tributa præstantur,
quia exindè resultat probatio subjectionis, ut
cum Epistola S. Augustin. ad Romanos registra-
ta in cap. 2. de Censib. tradunt Amaya in l. Om-
nes num. 1. & 2. C. de Annon. & tribut. lib. 10.
Antunez Portugal. d. cap. 24. num. 80. & tom. 2.
par. 3. cap. 1. n. 3. quàm in stipendium, & remu-
nerationem regiminis, ac laboris, quem
Princeps substinet, & pro substinendis sum-
ptibus necessariis domui Regiæ pro submini-
strandis alimentis Militibus ad defensionem
status conductis, pro salario Magistratuum,

quibus mediantibus Rex & Princeps Subditis
justitiam ministrare tenetur, & pro aliis pu-
blicis operibus subeundis, cum his omnibus
correspectiva sit solutio vectigalium, & tri-
butorum, ut notat Pater Nicolaus Pallavici-
nus in ejus opere inscripto Difesa del Pontificato
Romano, e della Chiesa Catolica tom. 1. lib. 6.
cap. 14. n. 1. ibi le ricchezze, e i tesori del Prin-
cipato, che si traggono da i tributi de popoli, so-
no quel latte, che diè la natura, e assegnò à i Sou-
rani la Politica per alimento della propria gran-
dezza, & docent Amaya loc. cit. Antunez d.
cap. 24. n. 80. cum seq. & d. cap. 1. nu. 3. Larrea
allegat. 59. n. 1. cum seq. & n. 22. latè Bobadill.
in Politic. lib. 5. cap. 5. n. 2. cum seq. & P. Gregor.
de Rep. lib. 3. cap. 1. Cabed. par. 2. decis. 49. n. 1.

Animadvertendum est, quod cum Reges,
& Principes respectu Subditorum habeantur
18 tamquam Patres ergà filios, qui pro eis bo-
num consilium capere solent, eorumque uti-
litati tenentur invigilare, & tanquam Pastores
ad oves, quorum est tondere pecus, non de-
glubere, seu ad vivum radere Roland. cons. 91.
n. 42. lib. 2. Valenzuel. cons. 99. n. 49. vers. & ratio
est vol. 1. Simanc. de Rep. lib. 9. cap. 24. Fragos. de
Regim. Reip. par. 1. in introduct. probem §. 3. n. 28.
Solorzan. de Jure Indiar. tom. 1. lib. 2. cap. 23.
n. 144. & tom. 2. lib. 1. cap. 15. num. 57. Proindè
caute, & non nisi prævia urgenti, & extrema
necessitate devenire debent ad impositionem
19 gabellarum, collectarum, aliorumque one-
rum, ut latissimè aliis relatis firmant Larrea
allegat. 59. n. 7. cum seqq. & n. 25. cum seqq. An-
tunez. Portugal. allegat. cap. 24. n. 96. cum pluri-
bus seqq. Excutiendo priùs proprium patri-
monium, & suum ærarium expendendo, an-
20 tequàm ad tributorum impositionem deve-
niant, ut tenet Cyn. in l. Neminem C. de Sacrosan.
Eccles. Isern. in cap. unic. n. 14. ad finem, Quæ sint
Regalia, Larrea allegat. 59. n. 27. Antunez loc.
cit. n. 91. Cabed. dec. 49. n. 3. par. 2.

Ponderando, quod veræ divitiæ, & thesau-
21 ri Regum, & Principum non sunt Fiscus, sed
Subditi divites, & benè se habentes; illis
enìm facultatibus abundantibus, quandò opus
fuerit, Princeps omnes eorum opes promp-
tas, & cumulatas habebit ad text. in Auth. Ut
Judices sine quoquo suffrag. §. Cogitatio igitur
collat. 2. Bald. cons. 409. sub n. 5. lib. 5. egregiè, &
eruditè ratiocinatur Valenzuel. d. cons. 99.
n. 49. Decian. respons. 25. n. 63. vol. 1. Solorzan. d.
cap. 15. n. 58. ubi cum Scipione Amirato ad Ta-
citum subdit, quod pingue pecus Pastori pro-
dest Hieronym. Trachet. lib. 1. de Principe ca. 14.

Et si, aliqui subditi nimis gravati fuere,
itaut onus sufferre non valeant, sublevari de-
22 bent ad text. in l. Qui gravatos C. de Censib. &
Censitor. lib. 11. ut prosequitur Valenzuel. d.
cons. 99. n. 46. cum seq.

Optimum autèm, & maximum Vectigal,
& præcipuum thesaurum Princeps conflabit,
23 si in se, & suis Vassallis parsimoniam amave-
rit, sumptusque superfluos, quantùm fieri po-
test evitaverit, ac respectivè prohibuerit;

nàm divitiæ magnæ non tàm multa accipien-
24 do, quàm non multos sumptus faciendo
colliguntur, ut inquit Dion Cassius lib. 52. Senec.
de Tranquillit. vit. cap. 9. ibi Placebit autem hæc
nobis mensura, si priùs parsimonia placuerit, sinè
qua nec ullæ opes sufficiunt, nec ullæ non satis
patent; præsertìm cum in vicinio remedium sit,
& possit ipsa paupertas in divitias se advocata
frugalitate convertere: Assuescamus a nobis re-
movere pompam, & usu rerum ornamenta meti-
ri. Cibus famem domet, potio sitim, libido, qua
necesse est, fluat. Discamus membris nostris inni-
ti, cultum, victumque non ad nova exempla com-
ponere, sed ut majorum suadent mores, discamus
continentiam augere, luxuriam coercere, gulam
temperare, iracundiam lenire, paupertatem
æquis oculis aspicere, frugalitatem colere, etiam-
si non pudebit desideriis naturalibus parvo para-
ta remedia adhibere, spes effrænatas, & animum
in futura eminentem veluti sub vinculis habere,
id agere, nè divitias à nobis potiùs, quàm à for-
tuna petamus &c. Cicero lib. 4. de Rep. Bobadill.
Politic. lib. 5. cap. 5. n. 9. cum seq. Adam Cantzen.
lib. 8. Politic. cap. 9. & 13. Solorzan. d. cap. 15.
n. 56. & cap. seq. n. 74. cum seq.

Advertendum pariter duo esse genera re-
rum, ex quibus regularitèr exigitur gabella,
seù vectigal; quædam enim sunt necessariæ
25 humano generi, videlicèt frumentum, aqua,
oleum, caro, sal, vestimenta; Quædam verò
minùs necessariæ, & potiùs inservientia usibus
opulentiorum, prout Rheda, vestes sericæ,
monilia, vasa aurea, & argentea, nix, quibus
secundùm hodiernos depravatos mores addi
potest tabaccum, aquavita, Coccolata, aleæ
lusoriæ &c. Undè super his rebus minùs ne-
cessariis, & ad merum oblectamentum, & vo-
26 luptatem, ac luxum, & luxuriam introdu-
ctis, imponenda potiùs sunt vectigalia, quam
super rebus omninò necessariis, ut optimè
admonet Martinus Schookius de Seditionib seu
de Reip. discordiis domesticis lib. 3. cap. 2. circà
med. vers. cæterùm pag. 873.

Advertendum demum circà exemptionem
eorum, qui pretendunt non teneri ad solu-
tionem onerum, collectarum, & gabella-
rum, aliorumque onerum esse diversæ spe-
ciei, nempè alia proveniens ex dispositione
27 Juris, & sacrorum Canonum, alia ex pri-
vilegio, alia ex consuetudine, & præscri-
ptione, & funditus examinantur ab iis, qui
ex professo materiam tributorum, collecta-
rum, & gabellarum tractant, & præcipuè
circà exemptionem Ecclesiarum, & Eccesia-
28 sticarum personarum, aliis quamplurimis
omissis tractant Adden. ad Rot. in rec. dec. 39.
par. 4. tom. 2. & dec. 414. par. 9. tom. 2. Mart.
de Jurisd. p. 4. cent. 1. cas. 11. Panimoll. d. 100.
Rot. in famigerata Alben. Gabellæ 28. Jan. 1630.
coràm Merlino repetita in rec. dec. 339. part. 6.
coram Celso dec. 259. in rec. dec. 30. p. 4. tom. 2.
dec. 412. par. 9. dec. 101. par. 14. & de eorum
29 Colonis Fagnan. in cap. non minus de Immun.
Eccles. Lotter. de Re benef. lib. 1. quæst. 31. n. 51.
cum seq. Panimoll. Annot. 7. ad dec. 6. P. Gobb.
consultat. 2. ubi de Colonis Ecclesiasticorum
circà partem colonicam, & consult. 3. ubi de
Conductoribus bonorum Ecclesiasticorum,
Thesaur. dec. 116.

Et circa exemptionem ob numerum duo-
30 decim filiorum competentem per tex. in l.
Semper §. demonstratur ff. de Jure Immunit. &
in l. Si quis lu 2. C. de Decurion. lib. 10. mate-
riam examinant Roland. cons. 66. lib. 1. &
cons. 52. l. 2. Menoch. cons. 486. Natt. cons. 539.
lib. 3. Jo: Franc. à Ponte cons. 16. cum seq. Ho-
diern. ad Sard. dec. 223. Zacch. de Salar. q. 6.
nu. 1. cum seqq. Kloch. de Contrib. tit. de Foreas.
pauper. & numer liber. cap. 13. sect. 3. de iis,
qui numero liberorum sunt immunes, Danza de
Pugn. Doctor. tom. 2. tit. de Patre onust. &c.
Marott. discept. 21. Rub. de Valid. Legal. cap. 63.
nu. 70. cum seqq. Andreol. contrv. 283. Tondut.
QQ. & resolut. civil. cap. 26. Conciol. allegat. 58.
Panimol. in Annot. 1. n. 10. ad dec. 100. Ganaver.
decis. 41. & Thesaur. decis. 267. & novissimè
plures quotidianas quæstiones doctissimè
examinavit D. Advocatus Agera in ejus An-
not. ad decis. Moles §. 7. tit. de Immunit. par. 2.
ad quæstionem primam cum seq. Quæ exemptio,
31 seù immunitas in Vrbe restringitur quous-
què duodecim illi superstites in Communi
vivent, ac ad res, & bona pro usu proprio
ex dispositione Bullæ Pii IV. in ordine la 27. in
Bullar. nov. tom. 2. Quæ autem dicantur inser-
32 vire pro usu proprio diffinitum fuit in l. In
lege censoria 203. ff. de Verb. & rerum signific.
Non omittendo, quòd exemptus à solutio-
ne gabellæ pro usu suo censeatur etiam exem-
33 ptus pro usu ejus familiæ, Barbos. in l. Uni-
versi. n. 12. C. de Vectigal. & Commiss. & reje-
cta contraria opinione, ac sequendo hanc uti
magis æquam, veram, communem, & usu
quotidiano receptam tenet Ciarlin. contro-
vers. 146. nu. 8. juncta contrav. 187. nu. 24. cum
seq. & n. 26. cum seq. tradit de quibus familia-
ribus sit intelligendum.

Præcipuè verò bona, & patrimonia assi-
34 gnata pro dote, & Manso in primæva funda-
tione Ecclesiæ, Beneficii, Abbatiæ, Mona-
sterii &c. non subjacent gabellis, Datiis, &
Tributis, nec aliis quibuscumque oneribus
tam Communitatis, quàm Cameralibus, sed
ab omnibus universalitèr sunt exempta, &
immunia, & ita fuisse introductum ab initio
nascentis Ecclesiæ, & continuatum usque in
præsens probatur ex Sacrorum Conciliorum de-
cretis, & Summorum Pontificum Constitutioni-
bus, & in can. 63. Concil. Meldens. in Can. 50.
Concil Vvormaciens. cap. 40. in Concil. Guarma-
ciens. ut in Can. Sancitum caus. 23. quæst. 8. & in
cap. 1. de Censib. &c. in Capitular. Heraadi Ar-
chiepisc. Turonensis cap. 40. in Canonib. Jonacii
Lingoniensis in præfat. in Conc. Coloniens. anno
887. cap. 4. in Exceptis Egberti Archiepiscopi
Eboracensis c. 25. apud Reginon. lib. 1. cap. 24.
Burchard. lib. 3. cap. 52. & fusè ostendunt Ni-
col. de Maistrè de Bon. & possess. Eccles. lib. 3.
cap. 3.

cap.3. Carolus Dufresnè in Glossar. ad Scriptores med. & in fin. latinit. tom. 2. in verb. Mansus Ecclesiasticus pag.399. tradunt *Fagnan. in cap. non minus n.8. de Immunit. Eccles. Barbos. vot. decisiv.41.n.6. & in Summ. Apostolic. dec.345. n.6. ac de Jure Eccles. univ. lib.1. cap.39. §. 5. n. 8. Cobell. in Collectan. Bullar. concernen. interesse Communitatum Status Ecclesiastici fol. 170. cum seq. Pignatell. consultat. 15. num.23. tom. 3.* & ita sempèr judicatum fuit in omnibus Tribunalibus Urbis,& signantèr per *Sac. Congregationem Immunitatis Ecclesiast. Sac. Conc. Trident. & Boni Regiminis*, ut animadvertunt Scribentes in *d. cap. 1. de Censi.* & signantèr *Barbos. num.4. vers. sed hae communis cum seq. Pirbingh. sub n. 44. vers. porrò*, & ea ratione *Gonzal. Tellez in Commentar. ante finem, Del Bene in noviss. addit. ad ejus tractat. de Immunit. Eccles. in verbo Bona data pro erectione locorum piorum.*

In Statu tamèn Ecclesiastico sunt exempta, prætecquàm à tribus gabellis Cameralibus,
35 ut patet ex sequenti resolutione *Sac. Congregationis Boni Regiminis emanata sub die 1. Augusti 1682. in Causa Aquipendii*, ibi: *Essendo tenuti Giacomo, & Bernardino Alberici Canonici della Catedrale d'Orvieto di contribuire per li beni di prima erettione, e loro patrimonii sacri al pagamento delli trè pesi privilegiati solamente, cioè agl'Utensiglii della Soldatesca di leva per il passato fino al tempo della suppressione, mancanza della gabella della Carne, e della macina, così voi ordinarete, che segua, non permettendo, che per l'altre Collette ricevano molestia alcuna per detti Beni.*

Hodiè verò restringitur obligatio ad gabellam macinatus tantùm, dùm gabella nuncupata *degl' Utensigli della Soldatesca di leva* una cum tertia parte gabellæ Carnis, nempè unius quadrantis ex tribus, qui solvebantur pro qualibet libra extincta fuerit mediante Chirographo signato de mense Decembris 1686. *à sa: me: Innocentio XI.* & cæteræ partes extinctæ fuerint *à Successore Pontifice Alexandro VIII.*, mediante ejus Chirographo sub diæ 18. Novembris 1689. subscripto.

Notandum, quod dos, & Mansus Ecclesiæ, qui pro prima illius fundatione, & ere-
36 ctione assignatur, debet esse talis, ut sufficiat pro victu, & vestitu Sacerdotum, Clericorum, & aliorum Ministrorum ei inservientium, ut rejectis opinionibus veterum Canonistarum, qui forsàn non benè versati erant in Historia Ecclesiastica firmant *Carolus Dufresnè in d. Glossario in eadem voce Mansus Ecclesiasticus*, & *Gaspar Ziegler de Dote Eccles. cap. 7. n. 7. & seq. & n. 38. cum seqq. & cap.8.n.1. & 41. ac cap.9. n.49. Cujas lib.1. de Feud. tit. 1. & Granieto in d.cap.1.de Cens. n.2. vers. quare hac.*

ADDIT. AD RUBR. VII. LIB. VI.

SUMMARIUM.

1 Gabellæ. & Tributa exiguntur ratione onerum, quæ Princeps suffert.
2 Coloni Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum pro parte Colonica non possunt collectari à laicis.
3 Exemptus à solutione Gabellæ pro usu suo, censetur etiàm exemptus pro suæ familiæ usu.
4 Ex Manso non debentur census, nec decimæ.
5 Mansus debet esse liber ab omni Tributo declara ut ibi.
6 Non autèm à Canonè, si pro manso assignata fuerunt bona emphiteutica.
7 Dos Ecclesiæ vocatur mansus, quia manere debet in perpetuum pro dote.
8 Mansus constitui debet ex certo Corpore rei fructiferæ.
9 Mansi quantitas quanta esse debeat.
10 Mansi notabilia plura remissivè.
11 Collectæ, & onera Cameralia, & Communicativa quænam debeantur ab Ecclesiis, & Ecclesiasticis, locis piis, Episcopis, Cardinalibus, Equitibus Hierosolimitanis.
12 Patrimonia Clericorum à quibus oneribus sunt exempta.
Bona dotalia Ecclesiarum ad quæ onera teneantur, vèl non nu.12.
Monasteria Monialium ad quæ onera tenentur nu.12.
Loca pia ad quæ onera tenentur n.12.

Num.17. Gabellæ, & tributa exiguntur ratione onerum, quæ Princeps suffert ad instar
1 dotis, * quam mulier pro matrimonii oneribus assignat marito, ut cum *Peregr. de Jure Fisci lib.1. tit.1. in princ. & num.8. cum seqq. ac Mantic. de tacit. lib.11. tit.18. nu.2.* tradit *Card. de Luca de Regal. disc.44. n.2. cum seq.*
Num.29. Coloni Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum pro parte Colonica non possunt collectari à laicis, ut latissimè confutaris contra-
2 rium * sentientibus respondit *Gobb. consultat.2. per tot; & presertim à n.22. cum seqq.*
Num.33. Exemptus à Solutione Gabellæ pro usu suo censetur etiam exemptus pro usu suæ
3 familiæ * ut me hic allegato tradit *Pater Sebiara Theologia Bellica tom.2. lib.5.deffinit.4. num.28.*
Num.34. Ex manso non debentur census, nec
4 decimæ ut per *tex. in cap. 1.* de censib. Azor. par.2. lib.6. cap.1. quæst.2.* & aliis relatis firmat *Capon. discept.61. nu.9. vol.1.*

Et quod mansus debeat esse liber ab omni tributo, quod solvitur laicis in recognitio-
5 nem* jurisdictionis temporalis secus de oneribus certis, & rebus ipsis infixis, quia illa transeunt cum bonis, ut distinguendo docet *Ven-*

Digitized by Google

Ventrigl. prax rer. Eccles. tom.2. Annot.17.
§.1. nu.26., & 27. juncto nn.30. & respondit
Rot. coram Cerro decis.2. nu.22. cnm seqq.

Itaut si bona asiguata iu mansum fint em-
phiteutica, vèl Feudalia transeunt in Eccle-
6 siam * obnoxia Cauoni directo Domino, &
deuolutioni juxta Legem Investituræ, ut re-
lato *lotter. de re benefic. lib.1. quæst.31.nu.38.*
cnm seq. tradit *R.P.D. Fatinell. ad Bullam Ba-*
ronum observ.12. nu.7.

Num.36. Dos Ecclesiæ ideò vocatur mansus in
cap.1. de censib. quia manere debet in per-
petuum pro dote ut concordantibus relatis
tradit *Capon. discept.61. nu.7. vol.1.* & consti-
tui debet ex certo corpore rei stabilis fructi-
8 feræ * ut tradir *Ventrigl. prax. rer. Eccles.*
tom.2. Annot. 17. §.1. nu.25.

Mansus verò sumitur pro tanta quantita-
te terræ quanta possit laborari per annum* à
9 duobusBobus, & producere debet tot fructus
qui sufficiant ad servitium Ecclesiæ, & ad vi-
ctum deservientium illi; Alii dicunt mansum
esse tantam quautitatem terræ, ut ex ea pos-
sit vivere rusticus cum tota familia sua; Alii
dicunt mansum, id est prędium, ex quo per-
cipitur vinum, & panis ad Eucharistiam per-
ficiendam; Alii dicunt mansum esse dotem
Ecclesiæ, ut cum aliis tradit *Capon. d. di-*
scep.61. nu.8. & 9., ac nu.10., ubi ait, quod
accipi etiàm solet pro titulo, qui constitui-
tur in præbendis, aut possessionibus, quibus
dotata est Ecclesia, & refert concordantes
Pax Jordan. lucubrat. lib.5. tit.8. de ædificat.
Eccles. nu.20.

Multa notabilia circa mansum latè exa-
10 minantur à* *Reverendis. Petra in Comentar. ad*
Constit. Apostolic. tom.1. in Constit.2. Pascha-
lis II. sect.2. pàg.398. cum seqq.

Emanarunt sequentes resolutiones à *Sac.*
Congreg. Boni Regiminis nempè Perugia Ves-
covo 15. Novembre 1670..

Hà ordinato N. S., che si notifichi à V. S.,
che conforme altre volte è stato scritto in esecu-
zione di diverse Constituzioni di Sommi Ponte-
fici Predecessori di Sua Beatitudine, alle Collette,
che s'impongono da Cotesta Città per il pagamen-
11 *to della mancanza delle Gabelle della Macina, **
quatriai di Carne, e tassa dell'Utensilii della Sol-
datesca di leva devino concorrere tutti gl'Eccle-
siastici si Secolari, come Regolari, Capitoli, Mona-
sterii, & ogn'altra sorte di luoghi Pii, Vescovi,
Cardinali, Cavalieri di Malta, e qualsivoglia
altro Privilegiato, non solo per li Beni Patri-
moniali, & acquistati, mà ancora, indiferen-
temente per ogn' altra sorte de Beni Ecclesia-
stici antichi senza alcuna Eccezione, non sufra-
gandoli Privilegio alcuno, poiche tutti sono Com-
presi nella detta impositione in vigore de Chiro-
grafi d'Urbano VIII., Innocentio X., & Ales-
sandro VII. Intorno poi à Beni acquistati da su-
detti doppo l'impositione del sussidio Triennale, e
par i Beni Patrimoniali de Chierici non goden-
do altra esenzione, che de pesi Communitativi
V. S. astringerà li possessori di quelli à pagare le
Collette, che s'mpongono per pagamento de pesi
12 *Camerali * non restando esenti da queste altri*
Beni, che gl'antichi delle Chiese, e Legati Pii,
e dotali d'esse, e quelli, che sono assegnati a
Chierici nell' ordinazione à Titolo di Patrimo-
nio, qual' esenzione vuole sua Santità che cessi
sempre ch' haveranno acquistati Beneficii suffi-
cieati per il mantenimento, precedendovi la di
lei dichiarazione, che li Beni sudetti non siano
più loro Patrimoniali, e Consequentemente tor-
nino à soggettarsi alli pesi, che pagano gl'altri
Ecclesiastici.

Assisi 15. Luglio 1690.--Essendo tenuti Cote-
sti Ecclesiastici, Monasterii di Monache, & altri
luoghi Pii di Contribuire per i Beni di prima
erezzione al pagamento delli trè pesi privile-
giati, cioè all'Utensilii della Soldatesca di leva
mancanza della Gabella della Carne per il passa-
to sino al tempo della supressione di questi, e del-
la macina. Così V. S. ordinarà, che segua non
permettendo, che per l'altre Collette ricevano
molestia alcuna per detti Beni.

Fermo Vicario Apostolico 28. Settembre
1697. Non devono li Beni di prima erezzione,
e Patrimonii Sacri Ecclesiastici essere soggetti
presentemente, che al peso della mancanza della
Gabella della Carne, e per gl'utensilii della Sol-
datesca di leva, sino al giorno, che dell'una, e
dell'altra segnì la supressione; Ella non permet-
terà, che Monsignor Domenico Paracciani ven-
ga dalla Communità di Civita Nova molestato
per altre Collette sopra simili Beni del Benefizio,
che quivi gode sotto il Titolo di Santa Maria
delle Grazie.

De Collectis Forensium solvendis.

RUBRICA VIII.

Quia sæpè contingit Commune Faventiæ defraudari in collectis hominum forensium, Statuimus, & ordinamus, quod omnes, & singuli habentes prædia, seu possessiones in Comitatu, & Districtu Faventiæ teneantur solvere debitas collectas Communi Faventiæ; & ipsis forensibus non solventibus, eorum coloni, seù laboratores teneantur collectas debitas per dictos forenses solvere, & ad id gravari possint per agentes dicti Communis, Valeant tamen dicti coloni, seù laboratores, ipsis forensibus non solventibus collectas hujusmodi, vendere de fructibus ad ipsos forenses spectantibus dictorum bonorum talium forensium usque ad quantitatem collectæ per eos debitæ. Si autem nullus adsit colonus, seù laborator, qui prædia forensium colat, & in alieno habitet Territorio, tunc, & eo casu Ca-

Capitularius Scholæ, in qua sita sunt talia bona teneatur accipere de fructibus dictorum bonorum, & fructibus non existentibus, incidere teneatur, & debeat de arboribus ipsorum bonorum usque ad summam collectarum. Statuentes etiam, & ordinantes quod eædem collectæ, & onera in omnibus, & per omnia imponantur per Commune Faventiæ, seù ejus agentes forensibus habentibus prædia, seù possessiones in Comitatu, & Districtu Faventiæ, prout & sicut impositæ, seù imposita fuerint quomodocumque Civibus, seù Comitativis, & Districtualibus Civitatis Faventiæ habentibus possessiones, seù prædia in alieno Territorio per Commune, seù ejus Officiales loco ubi sita essent prædia hujusmodi, ad quas, seù ad quæ (ut suprà) gravari possint, & cogi coloni (non solventibus Dominis) & ipsis colonis non solventibus Capitularii ut supra. Teneantur insupèr Cappellani Cappellarum, & Capitularii Scholarum Civitatis Comitatus, & Districtus Faventiæ deputati super exactionibus collectarum manifestare Officialibus Communis Faventiæ bona non solventium collectas.

SUMMARIUM.

1 Forenses collectari non possunt, nec ratione personæ, nec ratione bonorum, n.2. & n. 5. Limita n. 6. 9. 10. & 11. & 12. Sublim.7.

2 Obligatio pro Collecta principalitèr dirigitur in personam.

Persona tanquam dignior bonis attenditur, n.1. & 3.

4 Collecta imponitur personę pro rebus.

6 Forenses collectantur, ubi possident bona de generali consuetudine vigente in tota Italia. Declara n.7.

8 Forenses collectari non possunt pro reparatione Ecclesiæ Parochialis,

Forensis collectari non potest pro refectione, & constructione Campanarum, quamvìs ibi bona possideat, n.8.

9 Forenses Collectas reales solvere tenentur.

12 Collecta Civitati Imolæ per forenses, quandò sit solvenda.

Civis originarius Civitatis Imolæ, qui alibi cum tota familia se ad habitandum contulerit, quando teneatur ad collectas per forenses solvendas, n.12.

13 Statutum privans successione, vel hæreditatate mulierem nubentem forensi extrà Patriam non habet locum, quandò Mulier collocata fuit in matrimonium per Patrem, fratres, vel alios.

14 Materia Collectarum, est odiosa.

Materia Collectarum stricte est interprætanda, n.14.

OBSERVATIO.

Forenses collectari non possunt ratione personæ, ut tradit *Bart. in l. Libertus*
1 *§.Sola ratio n.1.ff. ad Municipal.& in l. Rescripto §. final. n.4. vers. collecta ff. de Muner. & honor. Felin. in cap. Ecclesia S. Mariæ sub n.76. vers. & hinc de Constit. Alex. cons. 68. n.1. cum seq. vol.2. Natt. cons. 150. n.4. Panimoll. annot. prima ad decis. 100. n.1. cum seq. Sperell. decis. 35. n.17. Zacch. de Salar. quæst. 43. n.6. cum seq. & Episcopus Roccha Dispnt. select. cap.82. num.1. tom.2.* Nec ratione bonorum *Bart. in leg.1. n.34. C. de Mulier. in quo loco lib.10. Alex. cons. 68. n.2. lib.2. & cons. 52. in princ. volum.5. Natt. cons. 555. n.1. Nevizan. cons. 66. per tot. Mar. Antonin. Variar. resolut. 56. n.3. Zacch. ubi suprà n.7. vers. nec ra-*
2 *tione bonorum, secuta est Rota in Britinorien. Gabella 23. Aprilis 1717. §.* Sicuti ex hac ratione coram Reverendissimo Ansaldo, nam cum obligatio pro Collecta principalitèr dirigatur in personam, ea tanquam dignior bo-
3 nis attenditur *Bald. in l. unic. n.44. vers. dicimus etiam C. Eo quod cert. loc., Oldrad. cons. 169. Natt. cons. 105. nu. 85. & cons. 155. nu. 2. Zacch. loc. cit. n.7. in fine Rocch. loc. cit. n.2. cum duobus seqq.* & quod Collecta tanquam imposita personę pro
4 rebus, cum persona non sit subjecta dominio collectantis nec ratione originis, nec domici-
5 lii, ex defectu jurisdictionis quod forensis non possit collectari docent *Bart. in dicta l. Libertus loc. cit. Gratian. disceptat. 29. n.6. cum seq. Panimoll. ubi suprà. Sperell. dec. 35. n.27. Rot. in Cavallicen. Collectarum coram Lancellotto impress. penes Gratian. loc. cit. & penes Cenc. de Cens. dec.3.*
Verùm prædicta conclusio patitur plures limitationes, & præsertim limitatur Primò ex generali consuetudine vigente in tota Ita-
6 lia, cujus vigore etiam forenses collectantur ubi bona possident, ut testantur *Bart. in l. unic. num.31. C. de Mulierib. & in quo loco &c. lib.10. Alex. consil. 68. n.10. volum.2. Peregr. cons. 102. nu.12. volum.2. Bursatt. cons. 16. num.13. & 33. volum.1. Possent. Singular. centur.1. singular.24. n.2. Cohell. ad Bull. boni Regim. cap.35. n.24. Mar. Antonin. dicta resolut. 56. n.2. Zacch. loc. cit. n.20. Roccha loc. cit. num.6. Magon. decis. Florentin. 66. n.2. Rot. coram Ludovis. dec. 279. n.15.*
Quæ tamen consuetudo tanquàm exorbitans à Juris dispositione strictè intelligenda, & practicanda est, restringendo eam ad col-
7 lectas, & onera, quæ respiciunt commodum Principis, veluti tributa ipsi debita, ut declarat *Cardin. de Luca de Regalib. discurs. 77. nu.3.* Vel ad collectas reales ex adductis in sequenti secunda limitatione; Vèl quandò tendunt ad commodum, & defensionem bonorum, utpotè si imposita essent pro salario Custodum bonorum, ut declarat *quæst. 43. n. 9. Grivell. dec. Dolan. 11. n.36. Balmased. de Collect. quæst. 62. n.5. & n.15.* relato *Thesaur. de Collect. tit.5. n.3.* subdit, quod si sibi forensis collectas solvere recuset, poterit Judex ubi bona sita sunt, fru-
ctus

ctus eorum sequestrare, aut vendere, non autem extendenda ad collectas impositas pro salario Ludimagistri, Medici, Chirurgi, & aliorum similium Ministrorum, & Officialium Communitatis, quorum opera forensis non utitur, sed eorum ministerium respicit tantummodò commoditatem, vel utilitatem Incolarum, & servitium locale, seù personale, ut firmat *Cardin. de Luc. ubi suprà* respondit *Senatus Pedemontanus penes Thesaur. decis.* 149. *n.* 5. *cum seqq. Conciol. allegat.* 28. *n.* 21. & de con-
8 structione, & reparatione Ecclesiæ Parochialis *Tondut. QQ. & resolut. benefic. par.* 1. *cap.* 38. *n.* 6. *ubi n.* 7. firmat, quod forensis in territorio possidens non tenetur ad contributionem expensarum pro refectione, & conservatione campanarum.

Secundò limitatur in collectis merè realibus, quæ non minùs spectant ad Forenses,
9 quam ad Cives, cum res in alieno territorio possessa dicatur subdita, ut limitando firmant *Natt. dicto cons.* 555. *n.* 2. *Panimoll. in annott.* 3. *ad decis.* 13. *n.* 15. *Zacch. loc. cit. n.* 9. *Rot. coram Ludovis. loc. cit. n.* 16. quod absque ulla controversia procedit in Statu Ecclesiastico attento *decreto Sac. Congregationis Sublevaminum* confirmato *à Paulo V.* mediante ejus Brevi, de quo penes *Cobell.* materno sermone composito *de Bullis Summorum Pontificum, resolutionum, & decretorum concernentium interesse Communitatum pag.* 12. & meminit ejus *Commentar. ad Bullam boni Regim. cap.* 35. *sub n.* 30. ubi registrata fuit Epistola circularis scripta ab eadem *Sac. Congregatione*, *Panimoll. in allegat. annot.* 1. *n.* 6. *ad decis.* 100. Isto enim casu non potest allegari absurdum, quod illo duplici onere in diversis locis gravetur, pròut forenses regularitèr allegare solent.

Tertiò limitatur quotiès favore Communitatis imponentis collectam vigeat consuetu-
10 do, quæ tamen debet esse immemorabilis, & probata in loco, & casu speciali *Zacc. loc. cit. n.* 19. ubi *numeris antecedentibus* adducit alias
11 limitationes *Illustrissimus Roccha dicto cap.* 82. *n.* 8. *cum duobus seqq.* ubi reprobat contrarium sentientes *Panimol. in d. annot.* 3. *num.* 5. *Rota in Avenionen. seù Cavallicen. Collectarum impress. penes Grattian dicta discept.* 29. *n.* 13. *cum tribus seqq.* sed videndus *Conciol. dicta allegat.* 28. *n.* 18. *cum seqq.* qui hujusmodi consuetudinem tanquam irrationabilem impugnat.

Notandum, quod vigente Statuto, pròut in Civitate Imolæ vigent Capitula collecta-
12 rum forensium, in quibus disponitur Civem orginarium, qui alibi etiam cum tota familia se ad habitandum transtulerit, ibique per decem, viginti, aut triginta annos habitaverit, non teneri ad hujusmodi collectas per forenses solvendas: *Eccetto quando una Donna originaria della Città, ò dasse in dote al Marito alcuni beni stabili esistenti nella Città, overo Distretto predetto, in tal caso rispetto à detti beni sia sottoposta alle Colte de Forastieri durante il Matrimonio, e detti beni, e frutti d'essi possino essere gravati, e presi per conto di dette Colte, & il simile s'intenda quanto à beni immobili non dati in dote &c.* tunc Mulier si non proprio marte, & electione se nupserit, sed fuerit collocata in Matrimonium à Patre, vèl ab aliis conjunctis non tenebitur ad solutionem hujusmodi collectarum, ut de Statuto privante successio-
13 ne, vel hæreditate Mulierem nubentem forensi extrà Patriam, quod non habet locum, quandò Mulier collocata fuit in Matrimonium per Patrem, Fratres, vèl alios concotdantibus relatis firmat *Ciriac. controvers.* 291. *nu.* 62. quæ interpretatio, eò facilius est amplectenda, cum versemur in materia Collectarum, quæ est odiosa, & consequenter strictè interpretanda *Cravett. cons.* 111. *n.* 26. *Becc. cons.* 73. *in fine*, & *Rot. in recent. decis.* 52. *n.* 1. *par.* 5. ubi de Gabella imposita forensibus, & ita pronunciatum fuit ab *Illustrissimo & Reverendissimo Cavallerino* tunc A.C. Locumtenente in *Imolen. Collectæ de Anno* 1673. per acta Petrochii favore DD. Nicolai Burgi, & Bernardinæ Calvę ejus Uxoris contrà D. Laurentium Mariam Magnanum, me pro eisdem Conjugibus scribēte, & tali sententiæ pars acquievit.

Quod nullus solvere teneatur collectam pro alio, nisi modis infrascriptis.

R V B B I C A IX.

Item Statuimus, & ordinamus, quod nullus in Civitate, Comitatu, & Districtu Faventię tenatur, nec cogi possit per aliquem Officialem Civitatis, & Districtus prędicti ad solutionem alicujus collectæ, nisi tantummodo pro bonis ad ejus æstimum descriptis. Hoc tamèn non habere locum decernimus in colonis, seù laboratoribus forensium, & in Scholarum Capitulariis, qui solvere collectas pro forensibus teneantur, proùt in proximo præcedenti Statuto ordinatum est. Statuentes etiàm, quod quilibet qui in domo alterius inhabitaverit, cui imposita sit aliqua collecta, seù onus, tàm reale, quàm personale, teneatur (Domino domus non solvente) collectam, seù onus impositum subire pro Domino usquè ad quantitatem pensionis dictę domus per eum debitę, & non ultrà, quàm solutionem (ut suprà) factam antedictus Dominus ratam habere teneatur, & compellatur.

SUM-

SUMMARIUM.

1 Obligatio Collectæ fundum sequitur non personas.

2 Declara procedere, quandò imposita est pro onere patrimoniali, vèl mixto.
Collecta imponenda est per æs, & libram, hoc est juxtà vires patrimonii, qui est verus modus collectandi num.2.

3 Collecta partienda est secundùm descriptionem bonorum factam in Catastro, & juxtà qualitatem, & quantitatem patrimonii.

4 Bona accatastrata pro Collectis, & tributis sunt Fisco tacitè obligata, & tanquàm onus reale sequuntur bonorum possessorem.
Collecta realis debetur à bonorum possessore non solùm pro tempore, quo possidit, sed etiàm pro anteriori; Secùs procedit in collecta personali, & per sumantes, n.4.

5 Collecta non debetur pro rebus sterilibus.

6 Nec pro rebus modicum fructum producentibus.

7 Collecta imposita super bonis immobilibus an debeatur pro censu, & an sit solvenda potiùs ab Emptore, seù Creditore, quàm à venditore, & ubi solvi debeat remissivè.

8 Collectæ & onera Cameralia solvenda sunt, ubi bona sunt sita.
Collecta pro Censibus debetur ubi situs est fundus, super quo est impositus, non autèm ubi creditor habitat, num.8.

9 Census describuntur in Æstimo ad effectum solutionis Collectæ, constituendo debitorem Collectæ creditorem Census.

10 Collecta debita per creditorem census non potest mediante pacto in impositione illius imponi debitori, sed tale pactum tanquàm illicitum reprobatur, firmo tamen censu alioqnin validè imposito. Limita nu. 11. & 12. Sublimita n.13. Vide n.20. 21. & 22. ubi datur cautela.

14 Constitutio Pontificia emanata per viam legis generalis tollit etiàm actus juratos. Vide num.19.
Maximè si alioquin redderetur inutilis n.18.

15 Constitutio emanata per viam legis generalis cum amplissimis derogationibus, quamvis genericis, & non specialibus tollit, quæcumque privilegia continentia clausulas derogatorias cum derogatoriarum derogatoriis, maximè emanata motu proprio, num.16.

16 Clausula *cæterisque contrariis non obstantibus*, quid importet.

17 Constitutio Pontificia emanata motu proprio, & per viam legis generalis comprehendit etiam obligationes juratas.

18 Omnia instrumenta juramento roborantur.

19 *Urceol.consult.forens.cap.35.n.12. reprobatur.*

20 *Bulla B. Pii V.* super creatione Censuum non exeat fructus ad rationem decem.
Rot. dec. 93. penès Cenc. de Censib. in quibus terminis loquatur.

23 Executionem paratam habet Collecta legitimè imposita, & procedi potest extrà ordinem de plano, & velo levato, incipiendo à præceptis executivis, & de ratione num.24.Decl.num.25.

24 Dilationem non admittit exactio Collectæ tanquam destinatæ pro publicis necessitatibus. Decl.num.25.

26 Citatio non requiritur in exactione Collectæ. Contrarium ibi. Amplia num.27.

27 Citatio requiritur in exactione onerum Cameralium.

28 Debitores morosi in solvendo Collectas tàm in persona, quàm in rebus constringi possunt.

29 Exigi non possunt Collectæ in majori, vèl minori summa, quàm à Principe fuerit indicta.

30 Exactores Collectarum plùs debito exigentes puniuntur.

31 Exactores, seù Commissarii Collectarum ad aliquem locum se transferentes pro faciendis pluribus exactionibus non possunt exigere plures mercedes pro pluribus itineribus, sed unam tantùm repartiendam inter omnes debitores pro rata. Secùs in Magistratibus togatis duplex officium exercentibus, num.33.

32 Milites duas militias tenentes non possunt consequi duo stipendia.

OBSERVATIO.

1 Obligatio Collectæ fundum sequitur non personas, ut tradunt *Thomat. de Collect. §. Pa peres num. 1. Kloch. de Contribut. cap.17. n.42.* Quod procedere potest, quandò imposita est pro onere patrimoniali, vel mixto, in quibus casibus imponenda est per æs, & libram hoc est, juxta vires patrimonii,
2 & iste est verus modus collectandi subditos *Kloch. loc.cit.n.56. cum seqq.* ubi latè de bonis, & facultatibus collectandis, & *Panimoll. in annot.1. ad dec.13.n.15.* Ac secundùm descriptionem bonorum factam in Catastro juxtà
3 qualitatem, & quantitatem patrimonii partienda, ut tradit *Cohell. ad Bull. Boni Regim. cap.35.n.5. juncto n. 23. & Panimoll. ubi suprà n.13.* Et tunc bona accatastrata pro Collectis,
4 & tributis sunt Fisco tacitè obligata, & tanquàm onus reale sequuntur bonorum possessorem non solùm pro tempore, quo possedit, sed etiàm pro anteriori, ut firmat *Bolero. & Caval. de Decoct. debit. Fiscal. tit. 5. quæst. 13. n. 4.* Ad differentiam collectæ personalis, & per sumantes, ut prosequitur *Panimoll. dicto num.15.*

Animadvertendo, quod pro rebus sterilibus, quæ nullum fructum producunt, non
5 debentur Collectæ, ut pluribus concordantibus relatis firmat *Kloch. de Contribut. cap. 13. sect.2.n.59. cum duobus seqq. Panimoll. in Annot.1.ad decis.100.n.29.Rot.in recent. dec. 274. par. 16.* ubi etiàm firmatur idem dicendum,
1 si modici fructus percipiantur, cum isto casu pro minimis habeantur.

Digitized by Google

An autèm imposita Collecta super bonis
immobilibus debeatur pro censu, & an sol-
7 venda sit à venditore, an potiùs ab emptore,
ac ubi sit solvenda late examinatur, juxtà
dispositionem Juris communis à *Panimoll. in
Annot. 3. ad dec. 13. & Annot. 1. ad dec. 100.
Episcopus Roccha Disput. Juris select. cap. 132.
n. 1. cum seqq. vol. 2. Cenc. de Censib. quæst. 58.
n. 3. cum seqq.*

Verùm quià emanavit *Breve Pauli V.* man-
dans solvi collectas, & onera Cameralia ubi
8 sita sunt bona, ideò inolevit consuetudo col-
lectandi census ubi situs sit fundus, super quo
impositus est, non autèm ubi creditor habi-
tat, ut advertit *Panimoll. dicta Annot. 3. n. 26.
& Annot. 1. ad dec. 100. num. 20.* Ac ibidem,
(prout in nonnullis locis Status Ecclesiastici
practicatur) in æstimum, seù Catastrum re-
diguntur census, describendo pro debitore
9 collectæ creditorem census, ut ponderavit
*Rocc. ubi suprà sub n. 7. Marott. de Collect. cap. 8.
num. 2.*

Quotiès autèm onus collectarum incumbit
10 creditori, seù emptori census, tùnc nec me-
diante pacto transfundi valet in venditorem,
sed pactum tanquàm illicitum reprobatur ex
dispositione *Bullæ Beati Pii V.* super formà
creandi census, ibi: *Sicuti etiàm annullamus
pacta continentia solutionem onerum ad eum spe-
ctare ad quem alias de jure, & ex natura con-
tractus non spectarent*, ut tradunt *Cenc. dicta
quæst. 58. num. 1. & Leotard. de Usur. quæst. 64.
n. 29.* ubi relatis *Frideric. Martin. & Vinceler.*
meminit similis *Constitutionis* factæ à *Maximi-
liano Primo* in Comitiis Vormaciæ, & *Marott.
de Collect. cap. 10. n. 12. cum seqq.*

Remanet tamèn in suo robore contractus
census, quotiescunque in ejus constitutione
fuerunt servata substantialia præscripta in
eadem *Bulla Piana*, ut firmat *Marott. loc. cit.
n. finali, Leotard. de Usur. quæst. 63. n. 21. cum
seq. & n. 31.* subdit eò magis procedere, si in
instrumento addita sit illa clausula, qua con-
trahentes protestantur velle contrahere juxtà
dispositionem *Bullæ*, & si fortè aliquid addi-
tum sit, quod illi repugnet pro apposito non
habeatur, & respondit *Rot. cor. Cotcin. dec. 824.
per tot.*

Et quamvìs limitetur in duobus casibus,
nempè Primò quandò pactum juramento fuit
11 roboratum, cum tùnc *dicta Constitutione Pia-
na* mentionem non faciens de juramento non
comprehendat pactum juratum, etiamsi illi-
citum, ut firmat *Cenc. de Cens. quæst. 60. n. 19.
cum seq.* juncta *quæst. 106. n. 13.* & in individuo
respondit *D. Urceol. Consultat. forens. cap. 35.
n. 11. versic. his præmissis cum seq. ac n. 15.*

Secundò quandò fructus conventi unà cum
onere collectæ non excedunt summam scuto-
rum decem pro centenario taxatorum per
12 eandem *Bullam Pianam*, ut declarat *Roccha
ubi suprà n. 9. Marott. de Collect. cap. 10. n. 12.
& Donat. Anton. de Marin. Resolut. Jur. lib. 1.
cap. 11. n. 16. & Viv. dec. 396. n. 14. par. 2.*

Nihilominùs crederem primã limitationẽ
13 non subsistere, cum de potestate illius *Sum-
mi Pontificis* comprehendendi etiam pactum
juratum nefas sit dubitare, & de voluntate re-
sultet ex prægnantissima clausula derogato-
ria, ibi: *Non obstantibus quibusvis Constitutio-
nibus, & ordinationibus Apostolicis Statutis,
& consuetudinibus, nec non privilegiis, & lit-
teris etiàm per quoscunque Romanos Pontifices
Prædecessores nostros, ac etiàm Nos sub quibus-
cunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis
clausulis etiàm derogatoriarum derogatoriis, nec
non irritantibus decretis ex quavis causa etiam
per modum legis universalis, aut alia quomodoli-
bet editis, sivè in favorem Universitatum Com-
munitatum, Collegiorum, Congregationum, Ci-
vitatum, & locorum concessis, approbatis, &
innovatis, quibus omnibus, & singulis illorum
tenores præsentibus pro expressis habentes, qua-
tenùs directè, vel indirectè præsenti nostræ Con-
stitutioni in toto, vel in parte contrarientur spe-
cialitèr, & expressè derogamus, cæterisque
contrariis quibuscunque*, quæ clausula sic con-
cepta est apta comprehendere omnia, quæ
in contrarium possent apponi tàm in genere,
quàm in specie *Marescott. Variar. resol. lib. 1.
cap. 35. n. 4. Rot. coram Duran. discurs. seu dec. 285.
num. 61.*

Maximè cum prædicta *Constitutio* emana-
verit per viam legis generalis, quo casu tol-
14 litur etiàm actus juratus, ut de Constitutio-
ne revocante Statuta per viam legis genera-
lis, quod tollat etiàm Statuta jurata docet
*Felin. in cap. constitutus n. 5. vers. limita secundò
de Rescript. Jason. in l. final. n. 5. in fine vers. pri-
mò nisi C. Si contr. jus, vèl util. publ.* & quod
Constitutio emanata per viam legis genera-
15 lis, cum amplissimis derogationibus, quam-
vis genericis, & non specialibus tollat quæ-
cunque privilegia continentia clausulas de-
rogatorias, cum derogatoriarum derogato-
riis, & alia, quæ in contrarium possunt ob-
stare, firmant *Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gloss.
36. n. 31. Rot. cor. Burat. dec. 390. n. 5. coram fel. me:
Alexandro VIII. dec. 46. n. 4. cum seqq. cor. Peu-
tinger. dec. 161. n. 5.*

Ac motu proprio juncta illa clausula, *cæ-
terisque contrariis, non obstantibus* apposita
16 post amplissimam derogationem Constitu-
tionum Apostolicarum, Statutorum, con-
suetudinum, & privilegiorum, quæ operatur,
ut ille Summus Pontifex voluerit nihil obsta-
re, quamvis ageretur de actu jurato, cujus
notitia eum non retardasset ab hujusmodi
motu proprio, ut notat *Felin. in dicto cap. con-
stitutus sub n. 8. vers. sed Imola.*

Et quod *Constitutio Pontificia* emanata mo-
tu proprio, & per viam legis generalis com-
17 prehendat etiàm obligationes juramento fir-
matas tradit *Seraphin. de Privileg. juram. pri-
vileg. 22. n. 25. & 27.* & respondit *Rot. cor. Ca-
valer. dec. 612. n. 53.*

Eò certius, quia cum omnia instrumenta
18 roborentur juramento, quod utiquè innote-
scebat

Digitized by Google

sciebat Summo Pontifici inverisimile est, quod noluerit comprehendere etiam pactum juratum, dum alioquin si hujusmodi Constitutio non comprehenderet instrumenta jurata, ea redderetur inutilis, & elusoria, ut in puncto advertit *Merend. Controvers. Jur. lib. 11. cap. 32. n. 2. cum seq.*

Unde adhaerere non possum opinioni *D. mei Vrceoli alioquin doctissimi JurisConsulti cap. 35.*
19 *n. 12.* & eorum, quos ipse allegat, cum nimis repugnet ratio delumpta ex potestate, & verisimili voluntate Pontificis disponentis, & nonnullae contrariae auctoritates transeunt cum illa generali conclusione, quod contractus jure humano irritus confirmatur juramento, quae nullatenus applicatur; Aliae vero possunt procedere, quando in disponente deficit potestas comprehendendi juramentum, & versamur in dubio circa ejus voluntatem, quae circumstantiae cessant in casu praesenti.

Secunda limitatio pariter non subsistit, nam omisso, quod taxatio fructuum ad rationem decem pro centenario in *Bulla Piana*
20 impressa in meo Codice non legitur; Advertendum est, quod ad dignoscendum, an pactum sit illicitum nec ne, ponderandum est, an quantitas fructuum promissa una cum obligatione assumpta per venditorem census solvendi collectas sit excessiva nec ne, quod ut determinetur, non solum ponderandum est, ad quam summam communiter in illa Provincia, Civitate, & loco currant fructus census cum particularibus personis contracti, verum etiam in specie stipulati cum Communitate, nam diversimode taxantur, & currunt fructus secundum diversitatem Regionum, locorum, & contrahentium unde omnibus his particulariter perpensis cognosceretur, an obligatio solvendi collectas excedat quantitatem fructuum vere debitam, & sic pactum irritum remaneat ex dispositione dictae *Bullae* an e converso, itaut potius per tacitam compensationem, seu per quandam imaginatiam solutionem censeantur soluti creditori fructus in tota summa, etiam comprehensa illa quantitate conventa pro collecta, & statim brevi manu per ipsum soluta venditori census summa collectam tangente, & consequenter eo casu onus assumptum per debitorem solvendi collectam censetur potius factum ad evitandos inanes actus, quam ad effectum gravandi ipsum debitorem majori onere, & isto casu non est prohibitum emptori emere censum immunem a collectis, & secundum hunc sensum intelligenda est
21 *dec. 93. penes Cenc. de Censib.* ut declarat *Rocch. cit. cap. 132. n. 11.*; Unde ad tollendas controversias crederem sufficienter consultum esse
22 utendo cautela, nempe quod inter contrahentes determinetur quantitas fructuum census, & per subsequens pactum conveniatur, quod Communitas sibi retinere valeat pro collecta a creditore census debita toti-

dem ex fructibus, ut docet *Menoch. de Presumpt. lib. 3. praesumpt. 122. n. 59. Duard. de Censib. tom. 1. §. 4. quaest. 39. sub n. 9. vers. posset autem, & sub n. 12. vers. erunt tamen licita, & sub n. 14. in fine, & quaest. 40. sub n. 4.* quos sequitur *D. Vrceol. dicto cap. 135. n. 16. in fine cum seq.* Vel quod taxentur fructus census in minori summa, quam communiter currit cum expressa declaratione minuendi fructus, habito respectu ad onus collectarum susceptum per venditorem, ut tradit *Rocch. allegat. cap. 131. n. 9. versic. secus asserendum.*

Caeterum collecta legitime imposita paratam executionem meretur, itaut pro illa
23 exigenda extra ordinem de plano, & velo (ut ajunt) levato regulariter procedi, & a praeceptis executivis incipi potest *ad Text. in l. Penult.* ibi: *Omissa frustratione*, hoc est, *sine mora, vel tergiversatione*, prout exponit *Cujac. C. de Coven. Fisci deb. lib. 10. Bald. cons. 138. n. 2. cum seq. Menoch. cons. 75. n. 102. Coler. de Process. execut. par. 3. cap. 2. num. 37. cum seqq. Kloch. alios cumulans de Contribut. cap. 18. n. 1. & 27. Ossesch. dec. 86. n. 3. cum seq. Thesaur. dec. 164. n. 3. Grivell. dec. Dolan. 69. n. 9. Panimoll. in annot. 4. n. 2. & 4. ad ejus dec. 13.* Ea ratione, quia destinata sunt pro publicis necessitati-
24 bus, quae dilationem non admittunt, proinde congruum est, ut secundum definita tempora, diligenter exigantur, ut ex mente *Justiniani* prosequitur *Kloch. dicto cap. 18. n. 2. & Panimoll. ubi supra n. 4. & 8.* Absque, eo quod per exceptionem litis pendentis possit retardari, quando tamen non concurrit ex-
25 ceptio legitima, secus e converso, ut declarando respondit *Panimoll. loc. cit. n. 5. cum seqq.*

Adeout nec quidem citatio requiratur, ut
26 contra *Surdum cons. 168. n. 56. cum seq.* tenet *Kloch. d. cap. 18. n. 3.* Verius tamen est requiri intimationem ex dispositione *Text. in l. 2. C. de Indict. lib. 10.* ut respondit *Cobell. ad Bull. Bon. Regim. c. 12. num. 42. vers. respondetur, cum seq.*
27 Quod procedit etiam in exactionibus onerum Cameralium ex particulari *Constitutione Cardinalis Aldobrandini, Aldobrandina* nuncupata *infra in Append. pag. 126. n. 1.* ut prosequitur *Cobell. ubi sup.*

Et debitores morosi tam in persona, quam
28 in rebus constringi possunt *Bart. in l. Nemo carcerem n. 3. & in l. Missi. C. de Exactor. tribut. lib. 10. Coler. de Process. execut. d. cap. 2. n. 34.*

Non possunt tamen exigi in majori, vel
29 minori summa, quam a principe fuit indicta, ut probat *Text. in l. Omnes. C. de Annon. & Tribut. l. 10. l. Placet C. de Excusat. muner. lib. 10. l. Vectigalia, ff. de Public. & vectigal. Amaya in dicta l. Omnes n. 5.* quos refert, & sequitur *Antunez Portugal. de Donat. Reg. tom. 2. lib. 3. cap. 1. n. 43.* Unde exactores, qui plus debito extor-
30 quent, puniuntur dupli poena, & crimen committere dicuntur *l. unic. C. de Superexact. lib. 10. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 14. n. 9.* & prosequitur *Antunez ubi supra n. 44.*

Notandum etiam, quod Exactores, seu Com-

Digitized by Google

Commissarii ad aliquem locum se transfe-
tentes pro faciendis pluribus executionibus
31 non possunt exigere plures mercedes pro
pluribus itinetibus, sed unam tantùm,& qui-
dèm taxatam, quæ repartienda est intèr om-
nes debitores pro rata executionum, ut di-
sponitur in dicta *Aldobrandina* §. 4. & de si-
mili ordinatione in legibus Hispaniatum re-
latis *Azeved. & Avilas* doceat *Sanch. Consil.
moral.l.3.cap.unic. dub.*23. exemplo militum,
qui dùm tenent duas militias non possunt
32 consequi duo stipendia, *Capyc. Galeott.dissert.
unic. post primum librum Responsorum fiscal. à
num.* 71. *usque ad* 91. & fuit decisum penès *Re-
verter. dec.* 308. *per totum par.*1. *ibique Donat.
Anton.de Marin.in Observ.n.*1. Contrarium ta-
33 mèn tenendum esse in Magistratibus togatis
duplex Officium exercentibus ratione dupli-
cis oneris, & sollicitudinis concordantibus
relatis firmat *D.meus Raynald.in ejùs Observat.
crim.volum.*3.*cap.*32. §.4. *n.*270.

ADDIT. AD RVBR. IX. LIB. VI.

SVMMARIO NON INDIGET.

Num. 7. Pactum in Censu appositum, quod venditor solvat Collectas super Censibus impositas valer secundum *Noguerol. allegat.* 2. *nu.* 52. & 55. adduct. per *Vrceol. in addit. ad ejus Consult.*35.

Cui, & quandò, quis emere, vel vendere cogatur.

R V B R I C A X.

STatuimus, & ordinamus, quod quicumque jure proprio, livellario, emphiteoticario, (A) aut alio quovis titulo habuerit petiam terræ tornaturæ unius, vel intrà, per Jusdicentem cogatur justo pretio, per duos ex vicinis declarando vendere alteri convicino habenti petiam terræ tornaturarum duodecim, vel ultrà à duobus latenibus ad minùs sibi contiguam. Et similitèr habens dictas tornaturas duodecim, vel ultrà instante eo, qui unam tantùm tornaturam, vel minùs habuerit emere cogatur. Excipimus tamèn unam tantùm tornaturam, vel minùs habentem pro resedio, & propria habitatione, seù pro usu viæ, quibus casibus invitus ad venditionem non cogatur; Sed vendere (B) volens (ut suprà) vicinum priùs requirere, (C) ac eidem potiùs, quàm alteri cuicunque justo pretio vendere cogatur. Quod, & servati volumus in quolibet rem quamcumque communem (D) cum altero habente, & vendere volente, & alienatio (non præmissa tali requisitione) volente convicino, vel consorte sit ipso jure nulla, & facto pretii soluti deposito, (E) & cautione indemnitatis emptori exposita, (F) ubi integra prætii solutio non intervenerit, talis res vendita à quovis emptore, & novo possessore infrà sex menses à die scientiæ computandos recuperari possit, & valeat per ipsum convicinum, vel consortem eodemmet pretio, & terminis, quibus empta fuerit per non vicinum, aut consortem. Et pluribus convicinis, vel consortibus concurrentibus, is præferatur, qui majorem rei communis partem, majoremve jugerum numerum habuerit. (G) Pari autèm in causa, prior in tempore, potior in jure habeatur. (H)

SVMMARIVM.

1 REtractus emphyteutæ competit.

2 Retractus Locatori ad longum tempus competit.

Locatio ad longum tempus dicitur quandò facta fuit ad decennium, vèl ad vitam Conductoris num.2.

3 Utile dominium transit in conductorem ad longum tempus.

4 Retractus rei sub directo dominio Ecclesiæ existentis non competit vigore Statuti laicalis.

5 Retractus ex dispositione *Statuti Faventiæ* prætèr quantitatem saltèm duodecim tornaturarum; requiritur in prædio retrahente contigultas.

Continguitas prædii retrahentis cum retrahendo requiritur ad effectum retractus num.5.

6 Via vicinalis non excludit contiguitatem ad effectum retractus, secùs publica.

7 Retractus fieri debet cum eo minori incommodo vicini, quo fieri potest.

8 Retrahere volens partem tenetur emere totum prædium, & n.16.Ampl.n.9.10. & 11. Limita n.12. & 17.

10 Res non affert tantam utilitatem, & commoditatem respectu partis, quantam tota respectu totius.

13 Una pars an censeatur membrum alterius partis prædii præcipuè attenditur necessitas, vel destinatio Pattis Famil. quæ fieri potest etiam in ipso actu ad excludendum retractum, num.15.

Destinatio Patrisfamilias immutat naturam rei num.13. & potest fieri.

14 Vinea divisa de mandato Principis ob viam novitèr directam non desinit esse unum corpus:

15 Per-

Digitized by Google

15 Permutatio facta ad evitandum retractum in solo casu venditionis permissum valet.

17 Statutum excipiens unum casum censetur voluisse cæteros alios comprehendere.

18 Consorti competit retractus ex dispositione Statuti Faventiæ; secùs de jure communi, & num.36.
Retractus prælativus competit ex dispositione *Statutis Urbis lib.1.cap.120.n.18.*

19 Retractus prælativus competit consorti in venditione Castri jurisdictionalis. Vide num.21. & seq.

20 Maximè quandò agitur de venditione judiciali.

22 *Bald. in leg. 1. num. 8. circa fin. Cod. Qui Testam. fac. poss.* reprobatur.

23 Rixæ, & dissensiones sunt inevitabiles intèr condominos Castri jurisdictionalis.

24 Dividitur jurisdictio, seù illius exercitium intèr condominos alternis temporibus ad evitandas discordias.

25 Vel assignando uni totum Castrum cum jurisdictione, retribuendo alteri compensationem in tot bonis allodialibus, seù in pecunia.

26 Retractu competente vicino, vel consorti ex dispositione Statuti in casu alienationis non habet locum in casu permutationis. Decl. num.27.

28 Statutum disponens vicinum vendere volentem rem immobilem requirere debere vicinum, valet.

29 Denunciatio rei vendendæ per vicinum facienda est personalitèr convicino ad effectum retractus, & quarè. Vide num.30.
Scientia vera, & certa inducitur ex citatione personali, num.29.

30 Denunciatio domi, vel per edictum rei vendendæ, quandò vicino fieri possit.

31 Scientia præsumpta sufficit, quandò agitur de jure quærendo.
Gratian. discept. 957. num. 12. reprobabatur num.31.

32 Jus quæsitum vicino competenti prælationem per venditionem rei factam tertio non expirat etiàmsi contrahentes posteà à contractu recesserint.

33 Denunciatio rei vendendæ per vicinum continere debet certam, & plenam scientiam tàm contractus perfecti; quàm pretii, nec sufficit scientia venditionis in genere.

34 Quid si habeat relationem ad acta, seù instrumentum.

35 Denunciatio, seù requisitio rei vendendæ facienda vicino per Statutum demandata non suppletur per scientiam aliunde habitam ab ipso vicino.

37 Vicinus, & consors retrahere, seù præferri volentes in venditione, tenentur deponere pretium integrum solutum. Ampl. n.40.

38 Et si in minimo deficiat, non suffragatur.

39 Amplia procedere etiàm in summa confessata, quandò cessat suspicio fraudis.

Forma à Statuto præscripta debet etiàm in minimo adimpleri, num.38.
Utile per inutile vitiatur, si forma præscripta non adimpletur, num.38.
Retrahere volens tenetur subire omnes conditiones, cum quibus celebratus fuit contractus, num.39.

40 Error probabilis allegatus à rustico, muliere, minore, & similibus suffragatur ad evitandam pœnam, non autèm ad effectum consequendi retractum.

41 Retrahere volens deponere tenetur pretium non obstante pendentia controversiæ supèr retractu.

42 Oblatio præcedere debet depositum per retrahere volentem faciendum, etiàm si Statutum de ea non faciat mentionem.
Oblatio præcedere debet depositum n.42.

43 Retrahere volens rem à vicino, vel consorte tenetur præstare cautionem indemnitatis emptori pro parte prætii promissi.

44 Retrahere volens rem à vicino, vel consorte an teneatur reficere emptori quidquid pro rei consecutione expendit sive in causam pretii, sivè ex alia causa, nempè proxenetæ, gabellæ, laudemii, mercedis Notarii &c.

45 Vicinus ille præferri debet in retractu, qui vicino supèr prælatione magis cohæret, quandò lis vertit intèr duos.
46 Vicinus, & consors ille præfertur, qui majorem quantitatem rei habet illi babenti minorem.

47 Præferendus est qui prævenit in retractu.

48 Consors præfertur vicino in retractu.

OBSERVATIO.

Retractus etiàm Emphyteutæ tanquàm utile dominum habenti competit ut
1 firmat *Gratian. discept. 460. num. 3.* junctò
A *num.31. cum seq.* & resolvit *Supremum Tribunal Cameræ in Romana Retractus sub die 27. Aprilis 1678. inter Andream Roncham Emphyteutam Ven. Domus Probationis Societatis Jesu, & Antonium Diamatum, proponente Eminentissimo de Judice, tùnc Rev. Cameræ Apostolicæ Clerico* à quo post aliam uniformem resolutionem *sub die 20. Junii sequentis* lata fuit eodem anno sententia confirmatoria alterius *bo: me; Raggi* tunc *Viarum Præsidis*. Eademque ratione competere etiam debet locatori
2 ad longum tempus, qui talis dicitur, quandò res locatur ad decennium, vel ad vitam Conductoris, ut firmat *Fusar.de Substit.quæst. 525.n.3.*quem sequitur *Fulgin.de Jure Emphyt. tit.de alienat.quæst.1.n.82.*cum in ipsum etiam
3 transeat utile dominium, ut tenet *Mantic. de Tacit. lib.22.tit.2.n.4. Fulgin.de Jure empyt. in prælud. quæst. 5. num. 10.* & admisit *Rota coràm Seraphin. decis. 286. num. 3. & 20. in fine* sequitur *De Comitibus dec.Senen. dec.3. num.4. tom.1.*

Verùm si terra retrahenda sub dominio dire-

ditcćto Eccleſiæ ſit , ex defećtu poteſtatis
4 non competit rettaćtus vigore noſtri , vèl al-
terius Statuti laicalis , ut firmat Conciol. ad
Statut. Engub. lib.1. Rubr.55. n. 10. & in alle-
gat.14. num.25. & Rot. penès Salgad. Labyrint.
credit.dec.35.n.26.

Ut autèm competat retraćtus ex diſpoſi-
tione noſtri Statuti prætèr quantitatem ſal-
5 tèm in duodecim tornaturatum requiritur
paritèr in prædio rerraheute contiguitas ,
quæ etiàm de Jure communi requiritur , ut
ex Marott. diſcept.35. ſub n. 31. & aliis firma-
vimus ſuprà in Obſerv. ad Rubr.21. n.22. lib.5.
6 Ea tamèn non excluditur ob intermediā viam
vicinalem , ſed benè à via publica , cum hæc
tollat cohærentiam , ut in d. obſerv. loc. cit.

Adverteudum poſſe contingere caſum tor-
naturam terræ cetrahendæ eſſe partem prędii,
undè aſſumenda ſit diſputatio fieri ſolita tàm
occaſione retraćtus coaćtivi, quàm prælativi;
An ſcilicèr Vicinus obrinere poſſit retraćtum
iu illa tornatura tantùm ſibi contigua abſquè
neceſſitate emendi totum prædium: In quo
articulo cum retraćtus fieri debeat cum eo
7 minori incommodo vicini , quo fieri poteſt
ad tradita per Imperatores Honorium, & Theo-
doſium in l. Opus cæptum , C. de Oper. public. in
Cod. Theodoſ. & firmat Gratian. diſceptat. 947.
ſub n.18.verſ.ultimo non debet,cum ſeq. Andreol.
contr. 132. n.5. ac proteſtatum etiam fuit ſan:
mem: Gregorius XIII. in ejus Bulla la 22. iu Bul-
lar.novo tom.2. ſub §. 1. ibi : Quibns malis quod
minimo Civium noſtrorum , at Curialium detri-
mento fieri poſſit mederi cupientes &c. dicen-
dum eſt, quod volens retrahere tenetur eme-
8 re totum , ut reſpondit Alciat. reſponſ.13.n.7.
cum ſeq. lib. 2. tom. 1. Mar. Muta in cap. Regn.
Sicil.tom.3. ad Reg. Meſſan. cap.20. num.39. &
tom.4.in cap. Rit. 194. & in Pragm. ejuſdem Re-
gni tom.1.cap.71. n.33. & ſeqq. Theſaur. qq. fo-
renſ.64.n.11.lib.1.Placid.Coſta in addit.ad Conſil.
Franciſci Patris, verſ. antè n.17. Novar. Prax.
elećt. for. quæſt.21. n. 9. Molpheſ. ad Conſuet.ad.
Neapol.tom.3.par.12.quæſt.22.n.17. Vermigliol.
conſ.486.n.4. Chriſtinæ. ad Leg. Municipal.Mel-
chinian. tit.11. art.21. n.2. cum ſeq. doćtiſſimus
Hieronymus Palma allegat. 8. Gratian. diſcept.
745. n.65. cum ſeq. & diſcept. 947. n.1. Capon.
controv.1.n.44. Sabell. Var. reſol. cap.68. n.71.
Card. de Luca de Servit.in ſupplem. diſcurſ. 99.
præſertim n.6. Caſtill. dec.89. n. 11, & reſolvit
Supremum Tribunal.Cameræ ſub die 24. Aprilis
1679. in Romana prætenſi retraćtus , reſpon-
dendo conſtare de duobus conformibus , in
quibus denegavit Innocentio Cybo retraćtum
9 fænilis , & remiſſæ in Vico nuncuparo del
Piombo,ex quo fuit judicatum eſſe membrum
Palatii DD. de Aſte poſiti in via Curſus, co-
ràm Illuſtriſſimo Aſtallio,qui dùm etiàm Com-
miſſariatum Generalem Armorum in ætate
juvenili univerſali laude exercebat , & de ſe
magnam expećtationem præbebat , à ſan: me:
Innocentio XI.ad Cardinalatum promotus fuit
die 2. Septembris 1686. & à Summo Pontifi-
ce Innocentio XII. Legatione Urbini poſt hæc
ſcripta , decotatus , quam ſumma prudentia,
& juſtitia exercet , & deindè legatione Ferra-
riæ decoratur quàm pariter æquali juſtitia,
caritate, & prudentia adminiſtravit , & nùnc
Decanatum Sac. Collegii Apoſtolici meritò
obtinet Epiſcopatum Velliternum incompa-
tabili juſtitia, & zelo adminiſtrat ita ut tan-
quam norma omnium Antiſtitum poſſit ap-
pellari , & imitari. Et de prædiis Ruſticis ex-
preſsè diſponitur in dićta Bulla Gregorii XIII.
§. 14.

Dùm enim damnoſa reſultat ſeparatio
membri , ſeù acceſſorii à principali , cum eo
caſu res non afferat tantam utilitatem , &
commoditatem reſpećtu partis quantam tota
reſpećtu totius Gomez Variar. reſol. to.2. cap.2.
ſub num.49. propè finem , Cenr. de Cenſ. quæſt.66.
num.102. Duard. eod. traćt. §.14. quæſt.16. ſub
nu.13. Molpheſ. d. quæſt.22. ſub n.13. Barz. de-
ciſ.92. n. 28. de Marin. ad Reverter. deciſ. 278.
ſub n.1. in fine, Sanfelic. deciſ.171. num. 5. cum
ſeqq. par.2. in cujus caſu prætendebatur præ-
latio in Viridario tantùm , non autèm in do-
mo illi contigua , & inſimùl cum ea vendito,
& teſtatur emptorem fuiſſe abſolutum , egre-
giè reſpondit Palma dićta allegat. 8. num. 15.
verſ. & ſicum ſeq. ubi contra prætendentem
retrahere partem prædii , in qua aderant of-
ficinæ, rejećta alia , quæ interſecabatur à via
fuit reſolutum ut teſtatur ibi in fine.

Quod tamèn non procederet , ſi ageretur
de pluribus corporibus ſeparatis , quorum
12 unum non penderet ab alio , adeout ex di-
ſmembratione unius non diminueretur uſus
alteriùs partis ; tùnc enim intraret retraćtus
partis contiguæ tantùm , ut declarant Gra-
tian.dićta diſceptat.745. n. 65. cum ſeqq. Muta
ad Conſuetud. Panormit.cap.26. n.138. cum ſeq.
ubi notat , quod aliàs de facili Jus retraćtus
auferretur ex facto contrahentium , diſtin-
guendo firmat De Marin. in Addit. ad Rever-
ter. dec.27. n.1. Cenc. de Cenſ. quæſt.66. n.102.
cum ſeqq. ubi num. 109. loquendo de retraćtu
prælativo declarat procedere non reclamam-
te emptore Toor. in Supplement. Compend. de-
ciſ. in verbo Jus congrui in fine , ubi teſtatur
ità à Sac. Conſ. fuiſſe deciſum , proùt etiàm
reſtatur Franch. dec.17. n.22. Sabell. Var. reſol.
cap.68.n.71. Andreol.d.controverſ.132. per tot.
& præſertim n.16. Caſtill.dec.89. n. 8. cum ſeq.

Ad dignoſcendum verò , an una pars cen-
ſeatur membrum , & acceſſorium alteriùs
13 partis , præcipuè attenditur neceſſitas , vel
deſtinatio Patrisfamil. quæ etiam immutat
naturam rei , ut reſpondit Rot. Florentin. co-
ràm Magon.dec.29.n.1.verſ.contrarium uſquè in
fin. Gratian. dićta diſceptat.745.n.64. ubi quod
vinea diviſa de mandato Principis ob viam
14 novitèr direćtam non deſinit eſſe unum cor-
pus , Caſtill.d.dec.89.n.11. D. Pacion. de Locat.
cap.23.n.63. cum ſeqq. ubi latè ex quibus pro-
betur deſtinatio , concordantes cumulat
Card. de Luca de Serv. diſc.74.n.11. & in Sup-
plem.

plem.paritèr de Servit. d. discurs. 99. n.6. & 9.
ubi quod motivum distantiæ stabuli,& remis-
sæ a Palatio , ac intermedia via publica est
contemptibile , cum non attendatur separa-
tio materialis , *Palma ubi suprà n.22. vers. se-
cundò respondetur cum seq.* censuit *Rot. coràm
Bich. dec. 506. & in dicta Romana prætensi Re-
tractus 24. Aprilis 1679. coràm Eminentissimo
Astallio*; Et destinatio videtur validè facta
15 etiàm in ipso actu animo excludendi præ-
lationem eo modo , quo sustinetur permuta-
tio facta ad evitandum retractum in solo ca-
su venditionis permissum , cum hæc cautela
à lege sit permissa , & prudens consilium ju-
dicetur ad sibi principalitèr prospiciendum,
licèt per indirectum lex super retractu dispo-
nens defraudetur,ut animadverterunt *Decian.
respons.23.num.19. cum seq. vol.2. Tiraquel. de
Retract.ligaag. in præfat. n.78. cum duobus seq.*
ac censuit *Rot. in rec.dec.413.n.2.par.2.*

Eòque faciliùs cessat retractus partis , cum
aliàs emptor non esset verisimilitèr emptu-
16 rus , quàm si tota apud se remansisset , aut
tota redimeretur , ut advertit *Christinæus ad
Leg. municipal. Melchinianen. tit. 11. art. 21.
n.4. & 6.*

Hujusmodi disputatio cessare videtur ex
dispositione nostri *Statuti*; Nàm cùm in eo
17 excipiantur nonnulli casus , ibi : *Excipimus
tamèn unam tantùm tornaturam , vèl minus ha-
beatem pro resedio , & propria habitatione , seù
pro usu viæ, quibus casibus invitus ad venditio-
nem non cogatur*, censendum est cæteros alios
casus comprehendere voluisse , ut in terminis
retractus vigore Statuti , animadvertit *Alex.
cons.32.n.4. vol. 7.* quem sequitur *Andreol.al-
leg.controv. 132. n.11.*

Ex dispositione ejusdem nostri *Statuti*
competit quoque Consorti retractus prælа-
tivus , proùt de consimili *Statuto Urbis lib.1.
cap.110.* firmat *ibidem Fenzon.* & generalitèr
tradit *Navarr. de Usur. q. 44. sub num. 123.*
18 Alioquin de Jure communi non competiisset,
attenta clara dispositione *Text. in leg. Dudum
C. de Contrahen. empt.* ut discusso articulo re-
spondit *Rot. coràm Coccin. dec. 229. per tot.* &
novissimè *Roccha Episcopus Isclanus Disput.Ju-
ris select.cap.160.per tot.vol.2.* Quod non pro-
19 cedit in venditione Castri jurisdictionalis ,
cum isto casu Consorti competat prælatio
propter favorem jurisdictionis , quæ de jure
publico introducta est , juxtà opinionem de-
ductam ex *doctrina Bald. in l. 1. n. 8. circà fi-
nem C. Qui testam. fac. poss.* quam sequuntur
relati per *Vermigliol. cons.490.n.2. Mantic. de
Tacit.lib. 4. tit.14.n.43. Merlin. de Pign.lib.2.
tit.1.quæst.37.n.6. & Gratian. discept.546.n.3.
& Rotà in Romana Castri Porciliani 21. April.
1679. coràm bon: me: Albergato §. Præteread.*
20 Quod faciliùs admittendum videtur , quan-
dò agitur de venditione judiciali, cum eo ca-
su non possit considerari aliquod præjudicium
resultare venditori ob privationem libertatis
vendendi cui lubuerit , supèr qua fundatur
dispositio *d. legis dudam*, nec damnum extra-
neo emptori , si emptio effectum non habeat,
secùs procedit in Condomino , qui si exclu-
datur , & in communione permaneat , ejus
portio , seù rata minùs valebit , ut pondera-
vit *Rot. in mox allegata Romana sub eodem
§. Præteread.*

Non omittimus tamèn ponderandum ,
quod circà venditionem voluntariam , *Bal-
21 dus* , quem cæteri allegant , & sequuntur non
firmat Consorti competere prælationem, sed
solùm quod unus non potest vendere jurisdi-
ctionem suam ad æmulationem alterius , ut
eo allegato tradit *Sperell. dec.55. n.23.* Ultrà
22 quod opinio *Baldi* reprobatur *à Jas. in eadem
l.1. sub n. 29. vers. sed puta* , & ab *Angel. ibi-
dem* , ac ab aliis relatis per *Vermigliol. dicto
cons.490. n.2.* & secundùm opinionem *Jasonis*
fuisse decisum à *Senatu Burdegalensi* , testatur
*Arnald.Ferron.in Commentar.ad Consuetud.Bur-
degal.lib.1.tit.1.de retract. §.2. vers.quod atti-
net* , quem relatis ejus verbis sequitur *Donat.
Anton. de Marin. Resolut. lib. 2. cap.117. n.19.
cum seqq. de Luc. ad Franc.dec.17.n.2. vers. imò
si duo.* Et si alitèr fuit decisum in Regno Nea-
politano , id evenit non quidèm de Jure , sed
ex quadam æquitate politica pacificè vivendi
in Rep. & ad evitanda scandala , & dissensio-
nes , ut advertit *Montan controv.21. n.16.cum
seq.* Quod motivum cessat , quando agitur de
parva jurisdictione . Et quatenùs timeri pos-
sent scandala , & dissensiones , quæ secundùm
quotidianam experientiam sunt inevitabiles,
23 ut ponderavit *Rot. in allegata Romana Castri
Porciliani loc.cit.* ac resultaret damnum Vas-
salorum , non obstante divisione administra-
tionis jurisdictionis, quæ alternis temporibus
fieri solet inter Condominos ad evitandas
discordias juxtà quotidianam praxim, quam
aliis relatis docet *Tondut. de Prævent. par. 2.
cap.2. n. 5.* tùnc succùrrendum esset per divi-
sionem assignando uni totum Castrum cum
25 jurisdictione , retribuendo alteri compensa-
tionem in tot bonis allodialibus , vèl in pe-
cunia , proùt practicatum fuit *à Sac. Consulta*
in casu , de quo per *Gratian. discept.997.*

Concedente *Statuta* prælationem vicino ,
vèl Consorti in casu alienationis non habet
26 locum in casu permutationis , ut præter al-
B legata supra *num.15.* firmant innumeri allega-
ti per *Roccham Episcopum Isclanum Disput.Jur.
select. tom. 2. cap. 164. n. 10. cum seqq. Rot. co-
ràm Buratt. dec. 6. n. 12. & Adden. ad eundem
dec. 937. num. 22. & in rec. dec. 322. num.12.
par. 4.*

Quod procedit in casu veræ permutationis,
27 secus quando simulatè denominata fuit per-
mutatio , sed verè contractus est venditionis,
ut latissimè respondit *Roccha loco mox cit.n.16.
cum seq.*

Valet *Statutum* disponens vicinum vendere
volentem rem immobilem requirere debere
C vicinum , alioquin alienatio sit nulla , ut fir-
mat *Hippolyt. de Marsil.singular.64.num.1.* ubi
con-

concordanres ; Et hujusmodi denunciatio rei
29 vendendæ facienda est persoualitèr vicino,
cum vera, certa & indubitata notitia, ooo
autèm præsumpra requiratur ad aliquem pri-
vandum jore suo, ut in terminis retractus aliis
relatis docer *Cìroch.discept.29.n.36.* quæ tunc
habita dicitur, quandò ciratio personalis
præcessit, ut comprobando firmar *Gratios.
Ubert. de Citat.sc.11.num.256. cum seqq.* Quod
etiam expresse dispouit *Bull. Gregorii XIII.
super Jure congrui la 22. §. 8. iu Bullar. uovo
vol. 2.* ut respondir *Rot. coram Royas dec. 246.
u.2.* & ex dispositione ejusdem *Bullæ sub d.§.8.*
30 tunc fieri valet domi dimissa copia, quandò
factis diligentiis per duos Cursores reperiri
commodè non potuit, proùt etiam per Ædi-
ctuum, docto summariè, & exrrajudicialitèr
quod citandus absit ab Urbe.

Nec videtur sufficere scientia præsumpta,
eò quia agarur de jure quærendo, quòad ef-
fectum prælationis, non de jure quæsito am-
mittendo, ut respondit *Gratian. disceptat.957.*
31 *n. 12.* Etenim adeò est jus quæsitum vicino
per venditionem factam per convicinum rer-
32 tio, ut non expiret, nec cesser, quamvis con-
trahenres à conrractu posteà recesserint, ut
respondit *Larrea decis. 79. u.3. cum seqq. usque
in fiuem.*

Ac eadem denunciatio continere debet
certam, & plenam scientiam tam contractus
33 perfecti, quam pretii, alias uti invalida non
potest habere effectum exclndendi vicioum à
Jure congrui *Ciroch. ubi suprà nu.76. Scacc. de
judic. lib. 2. cap. 3. num. 35. Rot. coram Royas
decis.229.u.5. & dicta decis.246. u.2.* cum non
sufficiat scienria vendirionis in genere, ut fir-
marur in *eadem decis. coram Royas.*

Er quamvis *Scacc. dicto cap. 3. u.36.* tradat
denunciationem relarivam noo suffragari;
Nihilominùs si haber relationem ad acta, &
34 in actis coustet de Iustrumenro venditionis,
tunc viderur sufficere, ad rradita per eundem
*Scacc.de Appellat.quæst.4.u.32. & de Commerc.
& Camb.§.1. quæst.1.sub u.152.*

Adeò aurem pro forma ex dispositione no-
stri *Statuti* est uecessaria requisitio, ut scien-
tia aliundè habita per vicinum, seù Consor-
35 rem venditionis non suppleat desideratam
requisitionem, ut singulariter affirmar *Afflict.
de Jure posthum.§.2.versic. sed pre decisione No-
var. QQ. foreus. 82. lib.1. Ciroch. disceptat.29.
u.53.cum seq.* & *Illustrissimus Isclan.cit.cap.164.
n.5. cum duobus seqq.* ubi concordanres.

Ex dispositione nostri *Statuti* definitum est
comperere retractum prælativum Consorti,
36 qui alioquin de Jure nou competeret ex *alle-*
D *gatis suprà n.18.*

Quotiès integrum pretium per emptorem
fuir solutum, tunc vicinus, seù Cousors re-
rrahere, seù præferri volens renerur illud pa-
37 ritèr integrè deponere, ut de alio *Statuta* fir-
E mant *Ciroch. discept.29. num.60. cum seq.* & de
dispositione *Bullæ Gregorianæ* dixir *Rot. coram
Bichio decis.551.n.19.* Itaut si io mioimo defi-
ciat, non suffragetur, cum forma à *Statuto*
38 præscripra debeat etiam in minimo adimple-
ri, eaque propterea non adimpleta ratione
individuitatis urile vitietur, ut in specie re-
rractus respondir *Aldovin. penes Peregrin.
cons.75. n.4. juncto n.86. cum duobus seqq.* ibi-
que idem *Peregr.n.104.cum seq. volum.4. Tira-
quel.de Retractu couveut.§.4. gloss.6.n.31. Que-
sad. dissert.3. u.59.* & respondit *Tribunal. Came-
ræ in Romana prætensæ prælationis 28. Februa-
rii 1684. coram Emiueutissimo Costaguto tunc
Cameræ Apostolicæ Clerico.* Er oon solum pe-
cuniam numeratam, verùm eriam confessa-
tam præstare renetur, quandò inspectis qua-
litate personarum, ac rerum, & aliis circum-
39 stantiis, & conjecturis excluditur suspicio
fraudis, ut docer *de Angelis de Cansessionib.
lib.2. quæst.36. u.1. cum tribus seqq.* ac *num.5.*
subdit, quod rerrahere voleus renetur subire
easdem conditiones, quibus cum illo cele-
brarus fuit contractus.

Nec excusat error probabilis etiamsi alle-
40 getur à rustico, muliere, minore, & simili-
bus, cum ille suffragerur quidem ad evitan-
dam pœnam, non autem ad effectum conse-
quendi retractum, ut respoudit *Aldovin. ubi
suprà sub n.42. Tiraquell. loc. allegat. u.30. Mi-
laneu.decis.18.n.34.lib.2.* quem sequitur *Cancer.
Variar. resalut.par. 3. cap. 8. num.107. Giurb.
decis.55.n.5. circà finem.*

Pròut etiam non excusat à deposito peo-
denria conrroversiæ super retractu, ut in rer-
41 minis *Constitutiouis Gregorianæ* respoudit ple-
nissimè *Spada consil. 285. volum. 2. Adden. ad
Buratt. decis. 937. litera A. & Rot. coram Lu-
dovis. decis.470. u.3.* in qua causa scripsit *Spa-
da ubi suprà.*

Advertendo etiam oblationem præcedere
42 debere depositum, quamvis *Statutum* illius
noo faciat menrionem, cum non censeatur
remissa oecessitas oblationis, quæ de Jure
præcedere debet depositum, ut in terminis
retractus firmat *Raland.consil.63.n.29.cum seq.
lib. 1.* quem sequitur *Gratian. disceptat. 541.
n.16. & u.17.* ubi cum *Jasou.cons.216.num.3.
lib.2.* subdit, quod hoc casu teuetur solvens
ire ad domum creditoris, quamvis esset di-
versi fori, cum per istam solutionem, & obla-
rionem velit sibi aliquid acquirere.

Si verò integri pretii solutio facta nou fue-
F rit, eo casu pro parte pretii promissi præ-
standa erit per retrahere volentem cautio in-
43 demniratis favore emptoris, juxtà claram
dispositionem *Statnti*; An autem retrahens
teneatur emptori reficere quidquid pro rei
consecutione expendit sivè in causam pretii,
sive ex alia causa nempè Proxenetæ, Gabel-
læ Laudemii, mercedis Notarii &c. vide per
*text. in l. Debet 27. ff. de Ædilit. Edict. ibique
gloss. in verbo erogatum, & Cepoll. uu.1. & 5.*
& per *text. iu l. Cum autem 23. vers. jubent
Ædiles ff. eodem, leg. In tantum 18. §.ultimo ff.
de Liber.caus. Cagnol. in l.2.u.236. & seq. C. de
Pact. inter emptor. & vendit., Hermosill. ad*

Lopez

Lopez gloſſ.5.leg.65. tit.5.par.5.n.4. Carpan. ad Statut. Mediolan. cap.417. num.664. cum ſeqq. Chriſtinæus,ad L.municipal. Melchlinien. tit.11. artic.22.n.10. Guttierez Pract.qq.cap.158.n.4. verſic.undè ſicut emptor,lib.2.Gratian.diſceptat. 343. ibique *de Luca, Mexia de Taxa panis concluſ.5.n.116. verſic. contrarium n.118. cum ſeq.* plenè *Roccha Diſputat.Juris ſelect.vol.2.c.165. Koppen. deciſ.52.num.24. & Chriſtinæus deciſ. Belgic.281. n.5. cum ſeqq.*

G Vertente controverſia inter duos vicinos quiſnàm ex illis præferendus ſit in retractu,
45 tunc præferri debet, qui magis cohæret *Franciſcus Palma conſultat.20. nu.18. cum ſeqq. Ciroch.diſcept.29. num.18.cum ſeqq. & Novar. deciſ.* 140. Quod tamèn non procedit ſecun-
46 dum diſpoſitionem noſtri *Statuti*, quod non attendit contiguitatem in pluribus partibus, ſed majorem portionem, ſeù quantitatem rei communis, vèl cohærentis.

H In pari verò cauſa præferendus eſt in retractu, qui prævenit, ſecùs in diſpari, ut aliis
47 relatis diſtinguendo firmat *Ciroch. loc. cit. n.24. in fine cum ſeq.*

Concurrente autèm vicino cum Conſorte; tunc Vicino non competit retractus, quandò res vendita fuit Conſorti, cum ille majo-
48 rem identitatem habere dicatur in re communi, & multum interſit Conſorti in ea non habere extraneum, ut firmat *Molin. Theolog. de Juſt. & Jure diſput. 371. Molpheſ. ad Conſuetud.Neapol.tom.3. par.12. quæſt.12.n.2. Vermigliol.conſil.414. n.7. cum ſeq.Franch.dec.550.* ibique *de Luca n.6. & Rot. in recent.deciſ.243. n.7. cum ſeqq. ac deciſ.378. n.13. par.5.*

ADDIT. AD RVBR. X. LIB. VI.

SUMMARIUM.

1 Destinatio Patrisfamilias pro excluſione retractus quænam requiritur.
2 Prælatio vicino competit, quamvìs venditio plurium corporum ſeparatorum facta fuerit unico pretio.

*Num.*13. Deſtinatio Patrisfam. ad hoc ut ſuffragetur pro excluſione retractus requiritur per-
1 petua * non autem accidentalis, ac temporalis, vel gratia commodiotis culturæ, vel majoris ubertatis fructuum per *tex. in l. quæſitum 76. §. Prædia ibique gloſſ. in verbo fuerunt ff.de legat.3.l. ſejæ §.Tyrannæ ff.de fund.inſtruct. A Ponte Conſ.63.n.46.vol.1.Rot.in rec.dec.228. n.2.verſ. Nec ex eo cum ſeq. p.14.*

Nec ſuffragari pro excluſione vicini à præ-
2 latione, quod venditio * plurium corporum ſeparatorum facta ſit unico pretio ut declarat aliis relatis *Sanfelic.d.deciſ.171.n.7.*

De Forenſibus, quandò ad habitandum in Civitate, vel Territorio Faventiæ venerint.

RUBRICA XI.

FOrenſes, quandò in Civitate, vel Territorio Faventiæ ad habitandum venerint, omnia, & quæcumque onera patiantur, & ſuſtineant, quæ Cives originarii Civitatis, vel Territorii Faventiæ pati, & ſuſtinere contigerit, & ſi immobilia acquiſierint infrà menſem ad æſtimum forenſium deſcribi facere teneantur. Et ad æſtimum Civium deſcribi non poſſint, nec ullo Civium privilegio, & immunitate, exemptione, vel gratia potiantur, niſi per Conſilium generale Cives effecti, & Civium numero ſolemnitèr aggregati fuerint, vel niſi per annos quindecim continuos cum familia in Civitate habitaverint, ac Communi collectas integrè debitis temporibus tanto tempore perſolverint. Qui verò de factione, vel partialitate aliqua fuerint, nullo temporis curſu, nec etiam Conſilii generalis conceſſione, niſi Conſiliariorum omnium, neminè reluctante concurrerint ſuffragia, civilitatis privilegia conſequantur. Sed ſemper in omnibus, & per omnia pro forenſibus habeantur, & ſint, declarantes ſtari debere judicio, & declarationi Conſilii generalis tantum, quod ſint, aut fuerint de factione,. vel partialitate aliqua, & ſit præciſum, & omnibus aliis Statutis derogatorium.

SUMMARIUM.

1 Civilitas acquiritur, vel origine, vel incolatu, vel allectione.
2 Civilitas originis prævalet omnibus aliis.
3 Civilitas originis eſt immutabilis, & non amittitur etiamſi quis alibi, & extrà domicilium originis per mille annos habitaverit: Ampl.n.4.
Natualia ſunt immutabilia n.3.
Honores, munera, & onera, quæ ex domicilio competant remiſſivè n.3.
Plures origines quis habere poteſt nempè propriam, Patris, & Avi n.5.
5 Domicilium Originis propriæ, an potiùs illud Avi, vel Patris, qui ſequatur.
6 Domicilium originis Nativitate caſuali, an contrahatur.

7 Civilitas, quæ ex incolatu, ſeù habitatione contrahitur, ut acquiratur requiritur animus perpetuò permanendi.

8 Domicilium contrahitur ſtatìm, ac quis habitationem ſuam in aliquo loco fixit cum animo, & voluntate expreſſa in ea permanendi.

9 Habitatione etiam longiſſimi temporis dum animus non concurrit, domicilium non contrahitur.

Domicilium non contrahitur ex permanentia in aliquo loco occaſione ſervitii alicujus Principis n.9. Limita n.10.

11 Domicilium momento contrahitur, quandò quis declaravit velle perpetuò manere in aliquo loco, ibique ſe tranſtulerit habitando.

12 Domicilium contractum fuiſſe arguitur ex conjecturis, & præſumptionibus, & præſertim ex habitatione per decennium.

13 Civilitas acqiritur ex allectione, ſeù adſcriptione facta à Conſilio generali Civitatis.

14 Civilitas concedi poteſt à Conſilio generali Civitatis etiàm ſubditæ.

15 Obſervantia Legis Municipalis, ſeù Statuti eſt attendenda.

16 Reip. intereſt numerum Civium augeri.

17 Civilitas Faventiæ non acquiritur abſquè allectione facta per Conſilium generale, vel non præcedente continua habitatione per annos quindecim.

18 Civilitatis acquiſitio probatur ex atteſtatione Civitatis concedentis.

Civilitate conceſſa adſcriptus gaudet omnibus privilegiis, quibus gaudent cæteri Cives n.18. Limita n.20.21. & 22. Decl. in.24.

19 Et verè, ac propriè dicitur Civis, præſertim ad effectum, ut beneficio Statutorum gaudeat.

22 Statuto mandante, quem non poſſe admitti ad Collegium niſi ſpatio certi temporis habitaverit, ibique educatus fuerit abſque præcedenti probatione continuæ habitationis non poteſt quis admitti ad Collegium.

23 Statuto requirente duas qualitates, ſi una deficiat non ſuffragatur ejus diſpoſitio.

24 Civilitate conceſſa, ut adſcriptus gaudeat privilegiis Civitatis debet habitare, & ſuſtinere onera Civitatis, alioquìn illis non gaudet.

25 Civilitate conceſſa per Conſilium generale Civitatis cum onere aliquid faciendi ſi is, cui fuit conceſſa tale quid non fecerit non deſinit eſſe Civis. Decl. n.26. & 28. Vide n.27.

OBSERVATIO.

1 Civilitas præ cæteris acquiritur vèl origine, vel incolatu, vel allectione, ut pluribus concordantibus relatis docet *Amaya in leg. Cives 7. n.4. de Incolis lib.10.*

Verùm illa ex origine proveniens prævalet
2 omnibus aliis juxtà *gloſſ.* communiter receptam in *l. Cives verbo allectio ibique Jo: de Platea C. de Incol. lib.10. Oter. de Paſcuis, & Jure paſcend. cap.4. n.7.* cum ſit immutabilis, & non ammittitur etiam ſi alibi, & extrà domici-
3 lium originis per mille annos quis habitaſſet, quia eſt naturale, & naturalia ſunt immutabilia, ut tradit *Bart. in l. Quæſitum ff. de Legat. 3. Amaya loco cit. n.72. & numeris ſeqq.* refert honores munera, & onera ex domicilio originis competentia, & reſpectivè debita *Cephal. conſ. 451. nu.104. cum ſeqq.* & præſertim *n.146. Bertazzol. conſ. civil.56. n.14. cum ſeqq. Peregr. conſ.126. n.7. cum ſeqq. lib.5. Surd. conſ.343. n.30. cum ſeq. Coſta Ticinenſ. conſ.19. n.28. cum ſeqq.* proſequitur *Oter. loc. cit. num.8. Sanchez de Matrim. lib.3. diſput.23. n.4. Carleval. de Judic. lib.1. tit.1. diſp.2. quæſt.2. n.124. Sanfelic. deciſ.74. n.6. verſ. contrarium, & per tot.* latiſſimæ *Ganaver. dec. 48. nu. 4. cum ſeqq. Rot. coram Duran. deciſ.31. n.2. cum ſeqq.* quamvis non ſolum ſe in alium locum contulerit, ſed de illo ſe nominare fecerit, cum ex hoc
4 actu non cenſeatur voluiſſe deſerere domicilium originis, benè *Aretin. conſ.135. poſt princ. verſ. dato ergò, Ganaver. loc. cit. n.7. cum ſeqq.* & optimè *Rota in Peruſina Bonorum 24. Novembris 1593. coram Gypſio.*

An autem natus ſequatur domicilium originis propriæ, an potiùs ſequatur illum Avi,
5 an Patris latiſſimè examinatur ab *Amaya loc. cit. num.3. cum pluribus ſeqq. Petr. Barboſ. in l. Hæres abſens §. Proindè de foro ratione originis nu.9. cum ſeqq. ff. de Judic. Altograd. conſ.128. num.23. cum ſeqq.* juncto *nu.51. cum ſeq. vol.2. Carleval. de Judic. lib.1. tit.1. diſput.2. quæſt.2. nu. 85. cum ſeqq. Hieronymus Roſa Select. Juris obſervat. cap.55. n.3. cum ſeqq.* ubi firmat, quod quis poteſt habere plures origines, propriam videlicet Paternam, & Avitam, non autem ulteriorem Atavorum, & ſuperiorum Aſcendentium, alioquìn oporteret quærere agrum Damaſcenum, in quo Adam primus humanæ naturæ parens natus eſt *Rot. in Ariminen. Cappellaniæ 20. Martii 1676. coram Reverendiſſimo Bourlemont §. Eſt namque, & §. Certiùs.*

Et an origo contrahatur mediante nativitate caſuali videlicèt ob nativitatem ſequutā
6 in peregrinatione, an ſolum ex nativitate Filii in loco, in quo Pater domicilium fixum habet plenè diſcutitur à *Carleval. dicta quæſt.2. num.87. cum pluribus ſeqq. & Amaya loc. cit. nu.43. cum ſeqq. Bonden. colluctat.44. Gratian. diſcept.75. & Roſa ubi ſuprà nu.11. cum ſeqq.* qui tenet non contrahi ex fortuita, vèl caſuali nativitate.

Quòad Civilitatem, quæ ex incolatu, ſeù habitatione contrahitur, ut acquiratur requiritur animus perpetuò permanendi, &
7 nunquam recedendi per *text. in l. Cives Cod. de Incol. lib.10. Gratian. diſcept.569. n.6.*

Undè ſtatim ac quis habitationem ſuam in aliquo loco fixit cum animo, & voluntate expreſſa in eo permanendi contrahitur do-
8 micilium *l. Ejus qui 27. §. fin.* ibi *ſi utrobique deſti-*

Digitized by Google

destinatio sit animo juncta l. Domicilium 20. ff. ad Municip. Carleval. loc. cit. nu. 98. Menoch. de Arbitrar. cas. 86. num. 2. Sanchez de Matrimon. lib. 3. disputat. 23. nu. 2.

Quod adeò est verum ut sola habitatio de per se etiam si sit longissimi temporis dum
9 animus non concurrit domicilium non constituit *l. Nihil 23. ff. Captiv.* ibi: *Neque enim satis est corpore, quem domum rediisse, si mente alienus est. Amaya loc. cit. sub num. 99. Gratian. disceptat. 181. n. 2. cum seq. & discept. 569. n. 6. Altograd. consf. 93. n. 24. vol. 1.* ubi plures concordantes, & de eo, qui in aliquo loco permanserit ob causam servitii alicujus Principis firmat *Paris. cons. 53. num. 91. lib. 3. & Rot. in rec. decis. 312. nu. 17. par. 9. tom. 1.* Nisi tamen ex conicćturis, & præsumptionibus eliciatur
10 animus inibi contrahendi domicilium prout in casu super quo consulvit *Altograd. cons. 27. volum. 2.*

E' converso autem si animus concurrit utpote quia quis declaraverit velle perpetuò manere in aliquo loco, ibique se transtulerit,
11 habitando in domo propria, vel conducta, aut gratis accepta statim, momento contrahitur domicilium, ut docet *Amaya in dicta leg. Cives num. 7. & 100. Cod. de Incolis lib. 10. cum aliis suprà allegatis.*

Nec isto casu recurrendum est ad conicćturas, dùm concurrit expressa animi declaratio, ut respondit *Rot. in rec. decis. 188. nu. 3. par. 2.*

Deficiente verò expressa declaratione animi, tunc ille arguitur ex conicćturis, & præ-
12 sumptionibus, & præsertim ex habitatione per decennium sequuta in aliquo loco, ut firmat *Amaya loc. cit. nu. 104.*, & ex aliis conicćturis, & præsumptionibus, de quibus per *Peniam in ejus Voto impress. penès Fenzon. ad Statut. Urbis lib. 1. cap. 41. nu. 14. cum seqq.*

Mediante allećtione, seù adscriptione etiā acquiritur civilitas, & contrahitur incolatus, nempè quando quis petit à Consilio generali Civitatis rappresentante totum Populum, ut in Incolam recipiat, & admittat,
14 quod facere potest etiam Civitas, seù Communitas subdita cum non sit de specialitèr reservatis Principi per *tex. in l. 1. in princ. ibique Bartol. nu. 6. ff. ad Municipal. Abb. consil. 61. nu. 2. par. 2. Capiblanc. de Baron. lib. 2. cap. 62. nu. 9. & cap. 84. nu. 1. Thomat. decis. 7. num. 1. cum seqq. vol. 1. & decis. 238. num. 8. volum. 2.* & in puncto de Civilitate Faventiæ concessa firmavit *Rot. coram Priolo decis. 324. n. 1. cum duobus seqq.* ubi etiam admissa fuit civilitas concessa à *Dominis Antianis*, quia id egerunt ex præordinatione *Eminentissimi Cardinalis Legati*, & subsecuta fuit confirmatio Apostolica, ut ibi *nu. 5. & nu. 19.* Prout præcticatum fuit in hac Civitate, & præcticatur, quæ observantia Legis Municipalis attendenda,
15 servanda, & sequenda est ut per *tex. in l. Decuriones ff. de Alb. scrib. l. Non tantùm §. final. ff. de Decurion. Capiblanch. d. cap. 62. eo-* dem nu. 9. prosequitur *Thomat. cit. decis. 238. nu. 8. in fine cum seq.* maximè cum indè resultet utilitas Civitatis, nàm Reipublicæ valdè interest numerum Civium augeri juxtà *tex in leg. final. vers. sed, & divus, ibi. Ampliari Imperium hominum ad electione potiùs quàm pecuniarum copia malim. ff. de Bon. damnat. Rimin. jun. cons. 23. nu. 119. Thomat. dicta decis. 7. num. 21. & Rot. coràm Priol. ubi supra nu. 15. cum duobus seqq.*

Alioquin absque allećtione facta per nostrum Consilium generale, vel non præcedente continua habitatione per annos quindecim cum familia, cum solutione collectarum,
17 forensis non gaudet Privilegiis, immunitatibus, exemptionibus Civibus concessis, ut in puncto nostri *Statuti* respondit *Soc. jun. cons. 80. sub nu. 14. vers. demum vol. 4.*, quæ habitatio debet esse continua exfirmatis per *Rot. in rec. decis. 695. nu. 3. cum seqq. par. 18. tom. 2.* & dicitur continua licèt ipse per aliquod tempus absfuerit, quando habuit domum cum familia in loco, ut per *text. in l. Cum scimus §. final. C. de Agricol. & Censit. lib. 11.* firmat *Oter. de Pascuis cap. 4. num. 25.* juncto *nu. 28. & 29. ubi n. seq.* tradit quandò quis dicatur habitare cum familia.

Concessa autem civilitate, quod probatur ex attestatione Civitatis concedentis, ut fir-
18 mat *Anell. decis. 12. nu. 2. ibique Thor. in Addit. n. 6. cum seq.* adscriptus gaudet omnibus privilegiis, quibus gaudent cæteri Cives, ut aliis relatis firmat *Thomat. decis. 7. num. 6. & Rot. coràm Triolo allegat. decis. 324. nu. 13. cum seqq.* Et quod verè, & propriè dicatur Civis præsertim ad effectum, ut be-
19 neficio Statutorum gaudeat firmavit *Brun. de Statut. exclus. fæmin. artic. 6. quæst. 1. nu. 3. in fine, Rot. in recent. decis. 292. nu. 8. par. 6.*

Exceptis tamen iis Privilegiis, quæ solis Civibus originatiis competunt, cum tunc
20 non consideratur qualitas Civis simpliciter, sed insimul cum qualitate originis; unde hac qualitate in iis non concurrente, considerantur tanquàm alienigenæ *gloss. in cap. 1. §. 1. verbo alienigenas de Usur. in 6. Gail. Observat. lib. 2. obser. 36. n. 9.* & distinguendo firmat *Petr. Barbos. in l. Hæres absens §. proindè. de foro ratione orig. n. 58. ff. de Judic.* cum Civis originatius dicatur tantummodò ille, qui natus est in eadem Civitate, seù loco juxtà *text. in leg. Qui ex unico ff. ad Municipal. Amostazz. de Caus. piis lib. 4. cap. 7. nu. 1. in fine cum seqq.*

Potest nihilominùs quis per fictionem fieri originarius, & in omnibus considerari tanquàm originarius, nempè mediante Principis Privilegio, ut tradit *Barbos. ubi suprà nu. 62. & Amostazz dicto num. 1. in fine, Sess. decis. 90. n. 2. par. 1. Rot. in recent. dicta d. 292. n. 6. cum seq. par. 6. & penes Merlin. de legitim. dec. 24. nu. 11.*

Nec non exceptis illis prærogativis, quæ solis Nobilibus Civitatis competunt, nem-
21 pè interventus in Consiliis, & electionis tàm

activæ, quam passivæ in Magistratum ex traditis per *Carleval. de Judic. lib. 1. tit. 1. disput. 2. quæst. 2. nu. 79.*

Proùt etiàm si versaremur in casu particularis Statuti, seù Constitutionis mandantis, quem non posse admitti ad Collegium
22 nisi spatio certi temporis habitaverit, ibique educatus fuerit, quo casu absque probatione præcedentis continuæ habitationis non admittitur, ut respondit *Rot. in recent. d. 695. nu. 3. cum seqq. nu. 18. tom. 2.*

Adverrendo in proposito, quod si per Statutum requirantur duæ qualitates, si una de-
23 ficiat, non suffragatur ejus dispositio, ut firmavit *Carolus Bardellon. in impress. per Gobb. consultat. 14. nu. 7.*; Sed si Starutum alternativè disponat, sufficit quod altera pars alternativæ sufficientèr adimpleatur, ut in puncto nostri *Statuti* respondit *Rot. coram Priolo dicta dec. sub nu. 3. & 4.*

Extraneus tamen adscriptus gaudet Privilegiis Civitatis quatenùs ibi inhabitet, ita
24 ur cessante habitatione cesser etiam usus talium Privilegiorum, cum desinat esse municeps, ut respondit *Rot. penès Merlin. de Legitim. decis. 24. nu. 6. cum seq. & in rec. dec. 177. nu. finali par. 5. tom. 1.* ac resolvit *Sacra Congregatio boni Regiminis juxtà decretum relatum per Merlin. in Annot. ad d. dec. 24. in fine.*

Sustinere etiam debet onera Civitatis proùt cæteri sustinent, ut gaudeat Privilegiis, alioquin gandere iis non valeret, nàm qui non sentit incommodum sentire non debet commodum, ut firmavit *Rot. in mox. allegat. dec. 24. sub nu. 8. cum seq.* quàm sequuta est in *rec. d. decis. 177. eod. nu. finali.*

Notandum, quod si in electione, seù adscriptione iniunctum ei per Consilium fuerit onus aliqnid posteà faciendi, si tale quid non fecerit, adhuc non desinit esse Civis sed re-
25 medio compulsionis agendum est, ut fiat, cum adiectnm sit per viam modi, qui acquisitionem Civilitatis non suspendit, & receptio in Civem dicatur quidam contractus, vel quasi, qui ex capite implementi non secu-
26 ti, non rescinditur nisi vera mora accedente, secus si per viam conditionis, ut plenissimè in terminis Statuti Parmæ mandantis, quod postquàm quis à Consilio generali factus fuerit Civis intrà certum rempus illi præfigendum ædificari faciat in Civitate domum, vel aliam emere, respondit *Menocb. cons. 131.*, quod subscripsit *Decian.* ut ibi in *cons. 132. repetit. inter consilia ejusdem Deciani cons. 11. vol. 2. Gratian.* alios referens *discept. 44. n. 11. cum seqq.* juncta *discept. 124. n. 10. ac disc. 803. nu. 18. cum seqq. Thomat. decis. 7. num. 22. cum seq.* ubi subdit, quod potest purgare moram onera in fururum sustinendo, *& Rot. coram Royas decis. 332. nu. 8.* Er ad effectum illum privandi civilitate requiritur interpellatio,
27 ac declaratoria Judicis, ut respondit *Decian. d. cons. 11. nu. 13. cum seqq.*

Verum animadvertendum est, quod qui onera non sustinuit licèt non desinat esse Civis, tamèn non dicirur municeps ad effectum gaudendi Privilegiis civibus competentibus, cum municipes propriè dicantur qui munera subeunt, ut docet *Roland. cons. 79. nu. 40. lib. 3.* & respondit *Rot. penès Merlin. de Legitim. citat. decis. 24. nu. 6. & 11.*

ADDIT. AD RVBR. XI. LIB. VI.

SVMMARIVM.

1 DOmicilium originis prævalet aliis.
2 Domicilium originis amissum non censetur etiamsi alibi se transferat.
3 Plura Domicilia, & Civilitates quis habere potest.
4 Domicilinm ut acquiratur ulrra habitationem requiritur animus ibi permanendi.
5 OriginaleDomicilium non immutatur ex casuali habitatione. Ampl. nt ibi.
6 *Pater Morenus* Scripsit Opusculum in *Bulla sa: me: Innocentii XII.* quæ incipit *Speculatores.*

Impugnatur à *Monacello* circa varia dubia eamdem Bullam Concernentia n. 6.

Num. 2. Domicilium originis prævalet omnibus
1 aliis, ut etiam respondit *Rot.* * *in Imolen. Consortii 30. Aprilis 1708. coram R. P. D. Lancetta §. Verum.*

Num. 4. Domicilium originis non censetur amis-
2 sum, eriamsi quis alio se rransferat *, cum adeo adhærere dicatur personæ, nr semper conservetur *l. 1. C. de mancip. & oriund. lib. 10. Cappon. discept. forens. cap. 55. nu. 15. tom. 1.* & firmavit *Rot. in d. Imolen. §. Non obstat.*

Num. 5. Qnis potest habere plura Domicilia,
3 seù Civilitates *gloss. in cap. licet.* * *20. de Foro compet. Cappon. d. cap. 55. nu. 15.*

Num. 7. Ad Civilitatem, seù Domicilium acqui-
4 rendum reqniritur animus * perpetuò ibi permanendi preter habitationem ut firmavir *Rot. in d. Imolen. §. Certius vers. Ista Casualis.*

Num. 9. Casualis habitario in aliquo loco non
5 immutat originale Domicilium * ut de Chirurgo respondit *Rot. in d. Imolen. §. Certius, & §. Seq.* ubi firmat procedere etiamsi inibi contraxisset matrimonium. & suscepisset filios.

Hic posset agi de domicilio requisito in
6 promovendis ad Ordines ex dispositione celebris *Constitutionis Innocentii XII.* *, quæ incipit *Speculatores impresse in ejus Bullario in ordine la 44.*, verùm quia *Monacell. in Appendice ad Formularium Fori Ecclesiast. tom. 3. fol. 226. cum seqq.* occasione confutandi opiniones *Patris Moreni* circa vatia dubia ab eo examinata in ejus *Opusculo* ex professo composita in prædictam Constitutionem, tangit etiàm Articnlum domicilii, ideò ne repetam ab illo scripta, eidem me remitto.

L I.

LIBER SEPTIMUS

Statutorum Civitatis Faventiæ.

De Oblationibus.

RUBRICA PRIMA.

CUm semper divinus Cultus habitùs fuerit in honore apud majores nostros. Volentes (ut tenemur) in hoc eorum vestigia sequi, ut divino comitante auxilio, sanctorumque suorum suffragiis hæc nostra Civitas pacificè, quietè, ac justè regatur, ac gubernetur. Statuimus, ordinamusque, ac hoc in perpetuum præsenti permansuro Statuto inviolabili decernimus, quod singulis annis fiant per Dominos Antianos, & Consilium generale ejusdem Civitatis unà cum Collegiis artium Civitatis infrascriptæ Oblationes, (A) videlicet die gloriosæ Assumptionis Virginis ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ ab Angelo Oblatio expensis Communitatis unius cerei magni, pretii librarum quinque bononenor. per dictos Dominos Antianos, Cives, & Consilium. Et similiter per quemlibet ordinem, & Consules, & Massarium ordinum artium offeratur alius cereus ejusdem pretii de mane in die festi prædicti, pœna cuilibet ordini librarum decem bonon. si defecerit à dicta Oblatione solemni fienda in debita hora Oblationis prædictæ, Communi Faventiæ applicanda, ad quam solvendam compellantur Consules, & Massarii artium, & nihilominus ad cereum tradendum ipsi Ecclesiæ cogantur effectualiter per Dominum Potestatem Faventiæ de facto.

Alia insuper similis oblatio fiat, & fieri debeat Cathedrali Ecclesiæ Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli in die eorum solemnitatis de mane ad ipsam Ecclesiam offerenda, & asporranda, & puniantur, & cogantur, ut suprà Consules, & Massarii artium Collegiorum habentium matriculas artis approbatas à Communitate Faventiæ, ut suprà.

Insuper etiam Statuimus, & ordinamus quod in qualibet die dictarum festivitatum de introitibus gabellarum Communitatis Faventiæ fieri possit unum bravium (B) per officium Dominorum Antianorum pretii non excedentis librarum 25. bonon. pro quolibet bravio, quod debeat, & seu quæ debeant decurri per equos, & cursores, non tamen equas, & barbaros, & quod omnes currere debentes in die festi post Vesperas, & post tertium sonum campanellæ Turris Communis pulsandæ ad currendum sint parati, eundo ad locum ordinatum, ubi cursus deputabitur per Dominos Antianos, & ad ipsum locum ordinentur per militem Domini Potestatis, cui in hoc parere debeant, vel si discordarent, loca sorte deputentur, & dato signo ad cursum currere debeant, & primo cursori venienti ad bravium assignetur, & detur bravium.

Item fiat alia oblatio per Dominos Antianos, & generale Consilium, & artium ordines, & Consules ipsarum artium omnium in die Incarnationis Domini Nostri Jesu Christi, & seu Annunciationis gloriosissimæ ejus Genitricis Mariæ ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ Servorum honorificè cum cereis, & duplериis valoris pro quolibet ordine artium solidorum decem, & octo bonon.

Item, & alia etiàm fiat oblatio Ecclesiæ Cathedrali in die Sancti Martini similis valoris solidorum decem, & octo pro Communitate, & quolibet ordine, & Collegio artium etiam ejusdem pretii.

Itèm fiant aliæ infrascriptæ Obationes cum cereis solidorum quinque bonon. pro qualibet Oblatione, & quolibet ordine in festis infrascriptis, & ad eorum Ecclesias infrascriptas, videlicet in festo Sancti Sebastiani ad ejus Ecclesiam, & ad Ecclesiam Sancti Joannis Evangelistæ, die lunæ Pentecostes ad honorem Sanctissimæ Matris Mariæ de Misericordia, & ad Ecclesiam Sancti Terentii in die ejus festivitatis, quæ oblationes pretii solidorum 18. & solidorum quinque fieri, & celebrari debeant in mane diei festi, quando celebratur Missa major in dictis Ecclesiis.

Statuimus itèm, & ordinamus quod singulo anno eligatur, & deputetur in principio anni unusCappellanus per DominosAntianos pro tempore existentes,& Dominos Antianos per eos convocandos ad deserviendum in divinis, & maximè Missas celebrandum ad Altare Sancti Martini Cathedralis Ecclesiæ juxta ritum dictæ Ecclesiæ, cum salario librarum septem cum dimidio bonon. quolibet anno solvendarum de introitibus gabellarum dictæ Civitatis.

SUM-

Digitized by Google

SUMMARIUM.

1 OBlationes dicuntur illæ res, quæ intuitu Religionis immediate *Deo* ab hominibus abſquè immolatione voluntariè exhibentur, ut in uſum Eccleſiæ, vel Miniſtrorum cedant.

2 Oblatio differt ab eleemoſyna, & quomodò.

3 Oblationum uſus antiquiſſimus eſt.

4 Oblationes voluntariè & ſpontè dantur, non ex præcepto debentur.

5 Itàut non inducant obligationem, nec poſſeſſionem, vel quaſi quamvis per multum temporis ſpatium continuentur, & maximè ſi actus ſint diformes nu.7.

6 Hoſpes quaſi poſſeſſionem hoſpitii in domo Amici non acquirit, non obſtante quovis temporis curſu.

8 Oblationes debentur, quando concurrit conſuetudo uniformis per decennium, & vide ibi.

9 Itèm quandò concurrit pactum, vel conventio.

10 Itèm ſi Parochus, & Miniſtri Eccleſiæ non habent aliundè, undè vivant.

11 Itèm debentur ex voto, vel legato, ſeù diſpoſitione tàm intèr vivos, quàm in ultima voluntate.

12 Oblationes, quæ per Univerſitatem fiunt Religioſis Mendicantibus, in rationibus ſunt ponendæ.

13 Religioſi filii Spirituales Civitatis dicuntur, ac Milites Dei, qui pro nobis preces fundendo laborant.

14 Expenſę legitimæ reputantur illæ, quæ erogantur in Feſtis Patronorum pro eleemoſynis, Sacrificiis, pro impetranda pluvia, fuganda peſte, ſame &c.

15 Curſus Equorum in Feſto *S. Petri Apoſtoli* fit.

16 Equos curſuales olìm Populi, & privati alebant, & emere tenebantur.

17 Equi ad curſum publicum flagellis, non lignis ſunt ſollicitandi.

18 Currere faciens equos, qui ſunt duri, & difficiles bucca, itaùt benè non poſſint regi, tenentur ex damno illato, ſi alius fortior eos retinuiſſet.

19 Idemquè procedit, ſi ſciebat naturam equi, licèt fortior non retinuiſſet.

20 Bravium, ſeù prœmium nemini debetur, quandò duo in curſu plurium equorum perveneruut ad metam Decl. nu.21.

22 Curſus Equorum quotiès reiterandus, ex quo duo ex multis pervenerunt ad metam, tunc illi duo tantum admittendi erunt excluſis aliis. Contrarium nu.24. Vide nu.25.

23 Ludentibus pluribus ad taxillos, in quibus vincit plura puncta projiciens, ſi duo eadem puncta projecerunt ii ſolùm duo experiri debent.

26 Bravium non debetur illi, qui, ſi in curſu non fuiſſet impeditus, illud habuiſſet, ſed ſolum ei competit actio contrà dolosè impedientem.

27 Impediens dolosè, vel cadere faciens pueros currentes ſuper equis ad bravium punitur tanquam Legis violator.

28 Statuto diſponente equo primo venienti deberi bravium, ſi puer equitans in curſu ceciderit, adhùc debetur bravium, ſi equus primò venerit; ſecùs ſi verba Statuti dirigantur ad equitantem. Subdeclara nu.29.

30 Equus currit velociùs, quandò concurrit æmulatio cum aliis ſecùm currentibus.

31 Æmulatio in actionibus virtuoſis eſt utilis, & laudabilis etiam in animalibus irrationabilibus.

OBSERVATIO.

A OBlationes dicuntur res illæ, quæ intuitu Religionis immediatè *Deo* ab homini-
1 bus abſque immolatione voluntariè exhibentur, ut in uſum Eccleſiæ, vel Miniſtrorum cedant, ut tradunt *Gonzalez. Tollez. in cap. cauſa 13. n. 2. de Verbor. ſignificat. Barboſ. de Jure Eccleſ. univerſ. lib. 3. cap. 23. nu. 2. Antonell. de Regim. Eccleſ. lib. 5. cap. 12. nu. 3. Amoſtazz. de Cauſis piis lib. 5. cap. 12. n. 23. & Pilaja deciſ. 7. num. 3. par. 2.*

Hìnc differt oblatio ab eleemoſyna, præ
2 cæteris, ex eo quia oblatio eſt res illa, quæ immediatè intuitu Religionis *Deo* ab hominibus abſque immolatione exhibetur; eleemoſyna verò non immediate *Deo* offertur, ſed mediatè proùt datur pauperi, ſeù loco ſacro ob *Dei* amorem intuitu pietatis, & miſericordiæ, ut docet *Amoſtazz. de Cauſis piis lib. 7. cap. 1. n. 29.*

Illarum uſus eſt antiquiſſimus, ſivè ſecun-
3 dum aliquos incæperint tempore juſti *Abel*, qui obtulit *Deo* de primogenitis gregis ſui, ut in *Geneſ.* 4. ſivè ſecundum alios tempore *Noe*, qui ædificato Altare *Domino* tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis obtulit in holocauſta ſuper Altare, ut in *Geneſ.* 8. ut docet *Barboſ. loc. cit. nu. 4. Ventrigl. Prax. rer. Eccleſ. annot. 17. §. unic. nu. 1., & Pilaja ubi ſuprà.*

Non tamen debentur ex præcepto, ſed vo-
4 luntariè, & ſponte dantur ſecundum veriorem opinionem præcipue ſundatam in *Concilio Cabilonenſi ſub Carolo Magno cap. 6.* ibi *Oblatio enim ſpontanea eſſe debet juxta id, quod dicit Scriptura. Voluntarie ſacrificabo tibi, Pſalm. 55. & illud Omnis Populus mente devota obtulerunt donaria Domino* & probatur ex *Exod. cap. 25.* ibi *Ab homine, qui offert ultroneus accipietis eas,* ac rejecta contraria opinione late firmant *Gonzalez Telez ubi ſuprà ſub d. num. 2. Amoſtazz. cit. cap. 12. nu. 27. cum ſeqq. & Pilaja loco allegat. nu. 4.*

Adeoquè hujuſmodi oblationes ex actu voluntario, & libero procedunt, ut nullo mo-
5 do inducant obligationem, quamvìs per multum temporis ſpatium continuentur ut notarunt *Cajetanus in Summa verbo Hora Canonica §. 2. Soto de Juſtit. lib. 2. quæſt. 7. art. 2.* Nec inducitur aliqua poſſeſſio, vèl quaſi ut cum *Ricc.*

in

in collectan. c 227. *in fine*, & *Mantic. decis.* 257.
n. 2. tradit *Amostazz ubi suprà sub n.* 31. *cum*
duobus seqq. eo modo, quo diuturnus hospes
si ab aliquo amico in hospitio, seù domi reci-
6 piatur nullo temporis cursu acquirit quasi
possessionem hospitii, & domus, ut relatis
aliis similibus casibus docet *Post. de Manut.*
obser. 53. *n.* 3. *cum seqq. Castill. Controv. jur. lib.* 6.
cap. 23. *n.* 3.

Maximè quandò actus sunt difformes, cum
ex difformitate actuum nulla resultare valeat
7 obligatio, ut relatis concordantibus firmat
Torre de Pact. futur. success. lib. 3. *cap.* 1. *n.* 372.

Tùnc verò oblationes sunt obligatoriæ, &
ad earum solutionem Fideles tenentur, ac
8 possunt compelli, quandò concurrit consue-
tudo uniformis per decennium aliquid offe-
rendi alicujus certæ quantitatis, aut speciei,
cum eo casu præsumatur offerentes habuisse
animum se obligandi *Gonzalez Tellez loc. cit.*
n. 2. *vers. primus est*, *Surd. cons.* 24. *per tot. Bo-*
rell. Sum. dec. par. 1. *tit.* 18. *n.* 8. *cum seqq. ac n.* 19.
Roman. cons. 344. *num.* 3. *cum seqq.* & latè firmat
Amostazz loco cit. num. 33. *in fine cum seqq.* &
num. 40. subdit quæ consuetudo obligationem
inducat *Osasch. dec.* 99. *n.* 17.

Pariter Fideles ad oblationes tenentur,
9 quandò concurrit pactum, vèl conventio tali
die, vel certis diebus eas dandi tanquàm per
modum census, ut firmant *Roman. Borell. Amo-*
stazz. & *Osasch. loc. cit.*

Proùt etiàm si Parochus, & Ministri Eccle-
siæ non habent aliundè undè vivant, quo ca-
10 su quia Parochiani tenentur proprium Paro-
chum alere, cogi valent ad oblationes facien-
das, ut prosequitur *Gonzalez Tellez ubi suprà*,
& firmant *Roman. Borell.* & *Osasch. in locis al-*
legatis, & *Amostazz. dicto cap.* 12. *n.* 51. ubi
concordantes.

Debentur quoquè ex voto, vèl legato, seù
dispositione tàm inter vivos, quàm in ultima
11 voluntate, *cap. Clerici*, *e qui oblationes* 13.
quæst. 2. *Concil. Aurelian.* 2. *can.* 16. & 22. cujus
verba registrantur per *Gonzal. dicto n.* 2. *vers.*
secundus est. *Roman.* & *Borell. in loco allegat.*
& *Amostazz. dicto cap.* 11. *n.* 49.

Hinc non possunt controverti oblationes,
quæ demandantur in præsenti *Rubrica*, &
12 cum ad Universitatem principalitèr spectet
curam habere eorum, quæ conveniunt publi-
cæ pietati, proindè moderatæ expensæ, quæ
fiunt Mendicantibus Religiosis, & similibus
in necessitatibus, vèl ornamentis Ecclesiæ, in
rationibus sunt admittendæ, cum filii spiri-
13 tuales Civitatis dicantur, ac milites *Dei*, qui
pro nobis preces fundendo laborant, ut re-
latis *Felin. in cap. cum Ecclesia de Constit. Aven-*
dan. de Exequen. mandat. cap. 10. *n.* 18. *Surd.*
cons. 62. docet *Capiblanch. de Offic. Baron. lib.* 2.
cap. 100. *n.* 9. *vers. secundò cum duobus seqq.*

Sicuti legitimæ reputantur expensæ, quæ
14 erogantur in festis Patronorum pro eleemo-
synis, sacrificiis, pro impetranda pluvia, fu-
ganda peste, fame, & similibus, ut cum *Me-*
xia de Taxa panis conclus. 4. *nu.* 5. *Escobar. de*
Ratioc. cap. 15. prosequitur *Capiblanch. ubi su-*
prà num. 12.

Adhùc in Festo *Divi Petri Apostoli*, in
B cujus honorem dicata est Ecclesia Cathedra-
lis architectura famosissimi *Bramantis* ædifi-
15 cata, fit cursus Equorum cum nobilissimo,
ac pretioso bravio, ut meminit etiàm *bo: me:*
Tondut. in Historia Faventina par. 1. *pag.* 181.
Quæ publica festivitas usquè ab antiquo fuit
practicata, nàm olim equos cursuales populi,
16 & privati alebant, pabulaquè, & paleas, ac
stabula extruere, & reficere, ipsosque equos
emere tenebantur juxtà *Text. in l. In omnibus*
l. Comperimus, & *l. Nullus C. de Cursu publico*
lib. 12. ubi *Amaya*, *ac cæteri Scribentes*.

Circà hujusmodi cursum publicum equo-
rum, qui flagellis tantummodò non lignis
17 sunt sollicitandi, ut ex *Narbona* advertit
Fontanell. dec. 35. *n.* 9. *par.* 2. variæ, & quoti-
dianæ sunt controversiæ, undè notandum est,
quod qui faciunt currere equos, qui sunt du-
18 ti, & difficiles bucca, ità ut benè non possint
regi, tenentur ex damno illato, si alius for-
tior eos retinuisset, ut relat. *Angel.* tradit
Oinotom. in §. Impetu quoquè n. 2. *Instit. lib.* 4.
tit. 3. *de Lege Aquilia*, ubi subdit idem proce-
dere si sciebat naturam equi, licèt fortior non
retinuisset.

Notandum etiàm, quod quandò duo in
cursu plurium equorum pervenerunt ad me-
20 tam, præmium nemini debetur, ut probat
Rubeus de Testam. cap. 67. *n.* 10. *cum seqq. Cobell.*
ad Bullam Boni Regim. cap. 40. *n.* 71. & *n.* 73.
firmat non esse locum gratificationi *Corsett. de*
Bravio & in simili *Mandos. in Regul. Cancell.* 33.
de Signatura per fiat quæst. 14. *n.* 6. quod proce-
21 dit, quandò præmium est indivisibile, ulte-
rius si sit divisibile inter eos dividendum erit
æqualitèr, ut distinguendo dixit *Sabell. in*
Summ. tract. litt. B. §. Bravium diversor., & *Ro-*
yas de Incompatibilitat. benefic. par. 2. *cap.* 5.
n. 39. *verbo Bravium vers. quod si præmium*,
& *Rota coràm Cerro dec.* 106. *n.* 48.

Quotiès verò reiterandus erit cursus, tùnc
illi duo tantummodò admittendi erunt ra-
22 tione majoris laboris, & meriti ex parte sua
intervenientis, exclusis aliis, exemplo luden-
tium ad taxillos, in quibus vincit plura pun-
cta proiiciens, si enim duo eadem puncta
23 projecerint, ji solùm duo experiri debent,
& non alii, ut firmat *Royas loc. cit.* & dixit
Rot. coràm Cerro dicta decis. 106. *n.* 47. *cum seq.*
& quod de consuetudine illi duo dumtaxàt
admittendi veniant ad novum cursum tradit
Niger de Subhast. par. prima cap. 7. *§.* 9. *n.* 10.
& *Rub. in dicto cap.* 67. *num.* 16. & admitit
sancti: memor: Alexander VIII. in ejus decis. 37.
num. 12.

Contrarium quod imò omnes iterùm sint
admittendi, quià cum nemo vicerit, nemo
24 victus est, juxtà opinionem *Cyni* contrà *Bal-*
dum quam sequi videtur *Cobell. in cit. cap.* 40.
sub n. 26. & testatur ità in Urbe servari, ac
tradit

tradit *Annot. ad Statut. Parmæ ſub tit. de Ce-*
25 *lebratione feſtivitatis B. Mariæ*. Et quod du-
bia ſit quæſtio patet ex *DD.* allegatis per *Sa-*
bell. loc. cit. d. verbo Bravium.

Secundò notandum, quod bravium habe-
re non debet is, qui, ſi non fuiſſet impedi-
26 tus, illud indubitantèr habuiſſet, ſed ſolùm
ei competit actio contrà impedientem, ſi do-
losè impedimentum præſtiterit, ut tenet
Mantua Obſervat. legal. lib.8. obſervat.76.

Ulteriùs is, qui pueros exiſtentes ſupèr
equis currentibus ad bravium dolosè impe-
27 dit, faciendo ire ad alium locum, expa-
vendo equum, vèl faciendo eum cadere, vèl
operando, nè equus currat, punitur tanquàm
legis violator, ut notat *Bart. in l. Nemo C. de*
Spectac. ſcenic. & Leonib. quam ſequitur *Mu-*
ta in Conſuetud. Panormit. cap.18. n.26. in fine,
& relato *Luca de Penna* docet *Cobell. loco cit*,
ubi etiam addit, quod quandoquè etiàm ſine
dolo puniuntur, ſi contra formam Bannimen-
torum impediverint curſum.

Tertiò notandum, quod *Statuto* diſpo-
nente Equo primo venienti deberi bravium,
28 tùnc etiamſi puer, qui eum equitabat in cur-
ſu cecidit, adhuc debetur bravium, ſi equus
primo venerit, ut docet *Lucas de Penn. in l.1.*
n.3. C. de Curſu publ. lib.1. quem refert, & ſe-
quitur *Cobell. loco cit. n. 77.* ubi ulteriùs teſta-
tur talitèr Romæ ſervari; Si verò *Statuti* ver-
ba dirigantur ad equitantem, ut ſi dixerit,
quod debeatur bravium Domino equi, ſeù
Equitatori primò venienti, iſto caſu ſi puer
in curſu ceciderit in terra, licet equus ſine
eo primò venerit, non debebitur bravium,
ut optimè diſtinguendo declarat *Bart. in l. 1.*
§. Quæſitum ff. de Aqua quotid. & æſtiv. Quod
tamèn ſubdeclara procedere, ſi equitans ob
29 ejus imperitiam, & culpam cecidit; ſecùs ſi
alterius culpa juxtà diſtinctionem *Luc. de*
Penn. loc. cit.

Et ſecundùm prædictam diſtinctionem
conſideranda ſunt verba ſponſionis, ſeù ſcom-
miſſæ factæ occaſione curſus equorum, an ſci-
licet ſint directa in equum primò venientem,
an verò in equitatorem, ut advertit *Muta d.*
cap.18. num.26. ubi *in fine* cum *Jaſon.* ſubdit,
quod ſi verba ſint dubia, tùnc debentur equo
primo venienti.

Demùm non eſt omittendum, quod
equus velociùs currit, quandò concurrit
30 æmulatio cum aliis ſecùm currentibus, quo-
rum unus melior præcurrit, & alter debilior
ſubſequitur, ut cecinit *Ovid.* ibi: *Tùnc benè*
fortis equus reſerato carcere currit.

Cùm quos prætereat, quoſquè ſequatur, habet,
31 & hinc reſultat, quod æmulatio in actionibus
virtuoſis eſt utilis, & laudabilis etiam in ani-
malibus irrationabilibus.

ADDIT. AD RVBR. I. LIBR. VII.

SUMMARIO NON INDIGET.

*Num.*24. Si incertum eſt, inter duos equos præ-
currentes quis primo ad metam pervenerit
non accipit bravium alius equus ſubſequens,
ſed renovatur curſus admiſſis omnibus, quia
curſus per incertitudinem viciatus in totum
remanſit, ut aliis relatis firmat *Pacion. alle-*
gat.72.n.11.

De Feſtivis diebus colendis.

RVBRICA II.

UT debitus honor feſtivis diebus in honorem Domini adhibeatur, Statuimus, & ordinamus, quod nulli Mercatori, ſeu Artifici cujuſcumque artis liceat aliquam apotecam apertam tenere, ſeu ejus artem exercere aliquibus diebus feſtivis in honorem Domini, ac illius Beatiſſimæ Genetricis, & aliorum Sanctorum, ac etiam die Veneris Sancti, qui tamen dies ſint de præcepto Sanctæ Matris Eccleſiæ, & soliti feſtari ſub pœna ſolidorum decem bonon. pro quolibet, & qualibet vice qua contrafactum fuerit, liceat tamen dictis Mercatoribus, ſeu artificibus die Sabbati, ſi aliqua ex dictis feſtivitatibus in ea evenerit, dictas eorum apotecas ſemiapertas impunè tenere, ac ipſorum merces vendere. Poſſint itèm tonſores dictis feſtivis diebus, medendi cauſa, ſeu alterius cujuſcumque neceſſitatis gratia eorum artem exercere clauſa parte ipſorum apotecæ; Aromatarii quoque valeant, ac poſſint oſtium, ſeu oſtia eorum apotecarum ipſis diebus feſtivis aperta tenere, ac medicinalia, & alia quæcunque ad eorum artem pertinentia vendere, quod ſi contigerit pro mortuis ſepeliendis Mercatores pannum, & alia ad id neceſſaria vendere, poſſint impunè dictam eorum apotecam dictis diebus feſtivis pro dictis neceſſitatibus aperire, & vendere, ut ſuprà. Lanii verò, ſeu Becharii, aut Carnaroli poſſint, ac valeant quibuſcunque diebus etiam feſtivis eorum beſtias occidere, exceptis tamèn primis diebus Paſchalibus, & Dominicis. Paſchales autèm dies primi intelligantur, Nativitas Domini, Epiphania, Reſurrectio, Pentecoſtes, Aſſumptio glorioſæ Virginis Mariæ, ac omnium Sanctorum feſtivitas. Carnes autem vendere queant omnibus diebus etiam feſtivis, exceptis dictis primis diebus Paſchalibus. Liceat tamèn à Kalendis menſis Maii uſque ad Kalendas men-

mensis Octobris inclusivè macellatoribus animalia quæcunque mactare omnibus diebus etiam Dominicis, ut recentiores carnes habeantur in dicto tempore, & hoc propter immensum calorem. Possint item deferentes uvas tempore vindemiarum, ac etiam aquas pro dictis vindemiis, & vinis faciendis eas impunè deferre quocunque genere currum, & bestiarum omnibus diebus festivis durante ut suprà, toto tempore vindemiarum, sicque permittatur impunè dictis diebus festivis quoscunque fructus deferre quandocunque immineret periculum aliquod, seu probabilis suspicio eorum ammissionis, seu deteriorationis, & hoc locum habeat tam in Civitate, quam extrà.

SUMMARIUM.

1 Festorum observatio consistit in exteriori Dei cultu, & in cessatione ab operibus servilibus.
2 Observatio Festorum consistit in auscultatione Missæ, & in abstinendo ab operibus servilibus.
3 Præceptum negativum obligat semper, & ad semper.
4 Advocati, Procuratoris, Medici, & Concionatoris exercitium fieri potest diebus festivis.
5 Mercatus festivis diebus fieri non possunt; Contrarium n.20. & seqq.
Juramentum in judicio interponi non potest diebus festivis n.5.
6 Mercatus appellatione tria venire possunt, nempè nundinæ, quasi nundinæ, & ipse actus mercandi n.14. & 19.
7 Nundinarum origo remissivè.
8 Nundinæ sunt publici mercatus, quorum libertas in eo cernitur, tunc nè conveniantur Nodinatores pro debitis, vel contractibus aliundè, quàm in nundinis initis, & nè Vectigalibus onerentur.
9 Nundinæ differunt à mercatibus, & quomodò.
Dies, & tempus nundinarum absquè licentia Principis mutari non potest n.10.
Nundinæ sunt annua solemnia Emporia concessa per privilegium alicui Civitati, vel Oppido, vel acquisita per tempus immemorabile, n.9. & 10.
10 Nundinarum concessio ad Regem, & Principem Supremum spectat, tanquam de Regalibus.
11 Concessio nundinarum facienda non est in præjudicium vicinorum locorum, & Civitatum. Limita n.12.
Immemorabilis habet vim veri, & legitimi tituli, & privilegii Apostolici, etiam in reservatis Principi n.12. Amplia ut ibi.
Titulus melior de mundo potest allegari vigore immemorabilis n.12.
Titulus onerosus potest allegari vigore immemorabilis n.12.
13 Mercatus sunt negociationes introductæ certis diebus singulæ hebdomadæ in Civitate, vel loco.
14 Quasi nundinæ dicuntur mercatus, qui solent fieri semel, vel bis in hebdomada.
15 Mercatus de Jure Gentium introducti sunt, ut homines simul in uno loco mercandi causa conveniant.
16 Mercatus permissi sunt omnibus etiam absque Principis licentia.
17 *Text. in l. unica Cod. de Nundinis* intellectus.
18 Mercatus necessarii sunt, & quare.
Nundinæ necessariæ sunt, & quarè n.18.
20 Nundinæ festivis diebus fieri possunt ex consuetudine, dummodò Divina non ammittantur, & quarè n.21.
21 Observatio festorum quò ad electionem diei, & quo ad tempus viginti quatuor horarum est de jure positivo, & legis humanæ Ecclesiasticæ non de jure naturali, & Divino.
22 Dies Dominicæ est de jure humano Ecclesiastica.
23 Consuetudo permittendi nundinas, & mercatus est rationabilis, & quarè.
24 Episcopus nundinas, & mercatus fieri in die festivo prohibere potest.
25 Episcopus prohibere non potest in die festo emptiones rerum ad victum illius diei spectantium, dummodò non emantur, & vendantur in hora ex justa causa ab eo prohibita juxtà resolutionem *Sacræ Congregationis*, de qua ibi, & n.26. Vide n.28.
Laboreria in diebus festivis quænàm sint permittenda n.25. & 26.
Vindemiare an liceat die festo n. 25. & 26.
Fœnum secare, & recolligere die festo an liceat n.25. & 26.
Frumentum, & alios fructus recolligere an liceat die festo n. 25. & 26.
26 Agasonibus, & aliis jumentorum Vectoribus, seù mercium conductoribus, bajulis, & aliis hujusmodi servientibus, ac ministris licet sarcinas, & onera nundinarum causa exonerare, & deponere, inceptumque iter prosequi, non autèm jumenta onerare ad iter de novo incipiendum n.25.
27 Tabernarii exercere possunt diebus festivis eorum artem n.27.
28 Comessationes prohiberi an possint per Episcopum in diebus festivis donec Sac. Conciones fiunt, & facta sit elevatio Sanctissimi Sacramenti in Missa majori pœna excommunicationis.
29 Aromatariis permissum est medicamenta quæcumquæ conficere diebus festivis, dummodò tunc præstanda sint infirmo.
30 Barbitonsores exercere possunt eorum artem diebus festivis.
31 Pauperibus ex justa causa necessitatis permis-

miſſum eſt exercitium operum ſervilium in diebus feſtivis,recepta mercede. Vide ibi.

32 Operationes, quæ verſantur circà cultum Divinum, prout deferre Crucem, & Imaginem Sanctorum in Proceſſionibus, Campanas, Organa, & alia inſtrumenta ſonare, Eccleſiam mundare, & Paramentis ornare &c. ſunt permiſſæ diebus feſtivis.

33 Agros Eccleſiæ colere in diebus feſtivis non licet, lapides portare ad Eccleſiæ fabricam, eamque ædificare non licet diebus feſtivis n.33.

34 Actiones humanæ aliæ videntur bonæ, ut malæ unquam eſſe poſſint, aliæ ità malæ, ut nunquam bonæ ſint, aliæ verò mediæ.

35 Virtutis actiones ſemper ſunt laudabiles; è contrà vitioſa facta ſemper damnanda.

36 Actiones ex circumſtantiis aliquandò ſunt moralitèr bonæ, aliquandò malæ.

37 Choreæ, Larvæ, & Saltationes, ac Comœdiæ ex eorum natura non ſunt præcisè malæ, ſed potiùs utiles, & quarè. Vide n.40.

38 Comœdiæ, Choreæ, Larvæ, & Saltationes cum non ſint opera ſervilia non ſunt in die feſto prohibendæ. Vide ibi, & n.40.

39 Comœdiæ ſunt ſpecula viva eorum, quæ in vita humana geruntur, & ideò non ſunt illicitæ, nec ſine utilitate, & quarè. Vide ibi, & n.40.

40 Comœdiæ quænam prohibendæ ſint.

41 Comœdię in Urbe à *Sa.Memor.Innocentio XI.* cum difficultate fuerunt permiſſæ,& quarè.

42 Comœdiarum permiſſio, vel denegatio remiſſivè.

43 Feſtorum obſervantiam, celebrationem, originem, Ritus, Officia, Orationes, Hymnos, Commemorationes, Miſſæ &c. remiſſivè.

OBSERVATIO.

FEſtorum obſervatio conſiſtit in exte-
rioti *Dei* cultu, & in ceſſatione, ab
1 operibus ſervilibus, ut *Deo* mente intenti à
cæteris prophanis curis vacui famulemur,
cultumquè reddamus, quem ipſi debemus, ut
docet *Gonzalez Tellez in cap. conqueſtus n. 23.*
de Feriis; Undè circa Feſtorum obſervantiam
2 duo præcipuè præcipiuntur; Unum ſcilicèt
poſitivum, quod in agendo conſiſtit, nempè
auſcultatio Miſſæ; Alterum negativum, quod
in abſtinendo verſatur, vacatio ſcilicèt à non-
nullis, quæ vel ſunt opera ſervilia conſiſten-
tia in operatione corporali, ut in *Levit. omne*
opus ſervile non facias in eo, cap. licèt, & cap.
conqueſtus dicto tit. de Feriis. Bulla B. Pii V.
la 5. §. 7. in Bullar.nov.tom.2. Vulp. Prax.for.
Eccleſ.cap.5. n.2. Bonac. Oper. mor. in 3. Decal.
præcept. diſp.5. q. unic.punct.2. n.2. & 23. cum
ſeq. tradit *Daniel. de Nobilib. diſp.35. n.1. cum*
ſeq. par.1. Rota coram Dunezet.ſen.deciſ.33.n.3.
Et cum ſit per modum negativi præcepti
3 obligat ſemper, & ad ſemper intrà illam
diem, ita ut intrà eam non poſſit exerceri
Suarez de Relig.tom.1. cap.14. nu.11. Zacch. de
Salar. q. 25. n. 117. Ad differentiam humana-
rum operum animi, quæ feſtivis diebus exer-
4 ceri poſſunt, recepta mercede, ut in exerci-
tio Advocati, Procuratoris, Medici, & Con-
cionatoris latè cumulatis concordantibus fir-
mat *Zacch. dicta q.25. n.3. cum ſeq.*
Vèl non ſunt ſervilia, ſed tamen prohibita
5 in die Feſto, ut mercatum, Judicium civile,
jusjurandum in judicio interpoſitum, ut di-
ſponitur in prædicta *Bulla Beati Pii V.* & pro-
ſequitur *Daniel. de Nobilibus loc.cit.n.3.*
Sub nomine autem *Mercatus*, de quo *in*
cap. 1. de Feriis tria poſſunt venire, nempè
6 Primò Nundinæ, quæ ſemèl, vèl bis in anno
fiunt juxtà conſuetudinem diverſarum Regio-
num, & quarum originem tradit *Giballin. de*
7 *Negotiat.tom.1. lib.2. cap.3.* Sunt publici mer-
8 catus, quorum libertas in eo cernitur, tunc
nè conveniantur Nundinatores pro debitis,
vel contractibus aliundè, quam in Nundinis
initis, & nè vectigalibus onerentur *l. unic. C.*
de Nundin. & l.1. C. de Veteran. lib. 12. ut do-
cet *Gonzal.Tellez in cap. naviganti n.1.de Uſur.*
& Barboſ. in d. l. unic.n.3. cum ſeqq.
Differunt à Mercatibus; Nam Nundinæ
propriè ſunt annua ſolemnia Emporia con-
9 ceſſa per privilegium alicui Civitati, vel Op-
pido, vèl acquiſita per tempus immemorabi-
le centum annorum, & ultrà, in quibus Mer-
catores habent quaſdam immunitates,& fran-
chitias, ut tradunt *Fortio de Jure novæ Urbis*
condendæ lib.3. cap.8.n.4. cum ſeqq.& Lagunez
de Fructib.par.1. cap.23.n.26. cum ſeqq. & tan-
quam de Regalibus ad ſolum Regem, & Prin-
10 cipem ſupremum ſpectat earum conceſſio, ut
firmant *Barboſ. in d. l. unica n. 8. C. de Nundin.*
Fortia, & Lagunez in locis mox allegatis, &
plenè *Antunez Portugal. de Donat. Reg. vol. 1.*
lib.2. cap.23. n.6. & 12. Camill. Borell.de Præ-
ſtant.Reg. Catholich. cap.36. Theſaur. deciſ.264.
numer. 2. & plenè concordantibus cumulatis
D. Advocatus Ageta in Annot. ad deciſ. Moles
par.2. §. 9. de Jure Bajulat. q. 2. num. 20. ubi
num. ſeq. firmat, quod cum hoc Regale de
conceſſibilibus ſit, poteſt etiam acquiri im-
memorabili poſſeſſione, & ſub *n. 32.* firmat,
quod dies deſtinata Nundinarum, vèl tempus
ſtatutum earum abſque Principis licentia mu-
tari non valet: Quæ tamèn conceſſio non de-
bet per Principem fieri in præjudicium vici-
11 norum locorum, & Civitatum, ex quo di-
minueretur antiquus concurſus, & commer-
cium,ut reſolvit *Sixtin. de Regalib. lib.1.cap.6.*
n.31. in fine, Taſſon. in Pragmatic. de Antefato
verſ.3. obſervat.4. n.259.cal.117. Præſertim in
eodem, vèl eiſdem diebus in Civitatibus, ſeù
locis vicinia intrà decem milliaria, ut docet
Cohell. ad Bullam boni Regim.cap.31. ſub n.252.
& Theſaur. d. deciſ.264. ſub n.4. & 5. Qui am-
bo etiam firmant, quod ſi hoc in facti con-
tingentia eveniat, quod intrà tale ſpatium
introducatur Mercatus, ſeu Nundinæ, qui
prior eſt in tempore poterit à Principe, ſeù

Ma-

Magistratu superiori obtinere, ut alteri inhi-
beatur. Nisi concessio facta locis vicinis fuis-
12 set gratuita, & liberalis, ut concordantibus
relatis tenet *Lagunez de Fructib. p. 1. cap. 23.
n. 11. cum seqq. Borell. cit. cap. 36. n. 31. & An-
tunez Allegat. cap. 23. num. fin.* Quod dici non
potest quandò concurrit immemorabilis, quæ
habet vim veri, & legitimi tituli, ac privile-
gii Apostolici, ut plenè firmat *Rocch. Disputat.
cap. 168. n. 2. vol. 1. Sperel. decis. 37. num. 5.* ubi
quod habet vim justi tituli, & privilegii etiam
in reservatis Principi, *Rota coram Coccin. decis.
815. n. 3.* juncta *decis. 864. num. 7. & 10. coram
Celso decis. 32. n. 5.* juncta *decis. 110. n. 4.* potest-
que illius vigore allegati melior titulus de-
mundo *Rocch. loc. cit. n. 1.* ubi quamplures con-
cordantes cumulat, & *cap. 84. n. 16. & 19. vol. 2.
Rota coram Coccin. nu. 1321. num. 2. coram Celso
decis. 32. n. 6.* juncta *decis. 118. n. 11. & dec. 262.
nu. 12.* Ac etiam titulus onerosus, ut concor-
dantibus allegatis firmat *Roccha cit. cap. 84. sub
n. 19. circà finem, vers. atque adeò.*

Mercatus verò sunt negotiationes introdu-
ctæ certis diebus singulæ hebdomadæ in Ci-
13 vitate, vèl loco ubi homines, & mulieres ex
vicinis Oppidis, & Villis simul conveniunt in
Civitate causa mutui commercii *Fortia ubi
supra num. 5. vers. mercatus cum seq. & Lagunez
loc. cit.*

Secundò venire possunt quasi Nundinæ,
14 quæ volgò dicuntur *Mercatus*, qui solent
fieri semel, vel bis in hebdomada, ut Romæ
die Mercurii, & Faventiæ die Sabbathi tan-
quam de jure Gentium introducti, ad hoc ut
homines simùl in uno loco mercandi causa
15 conveniant *Lagunez d. cap. 23. n. 28. Thesaur.
dec. 264. num. 4.* Sunt omnibus permissi *Petra
16 de Potest. Princip. cap. 10. n. 29.* & absque Prin-
cipis licentia fieri, & creati possunt *Fortia, ubi
supra, & Lagunez loc. cit. n. 26.* ubi dicit, hanc
opinionem veriorem, & communiorem non
17 obstante, *tex. in l. un. C. de Nundin.* cum in-
telligi debeat de mercatibus gaudentibus im-
munitate gabellarum, vel alia exemptione, &
sic de mercatibus, & privilegiatis à Principe,
non de simplicibus, juxtà doctrinam *Bald. in
l. 1. n. 2. ff. de Nundin.* & declarat idem *Lagunez,
ubi suprà n. 33.* & hac ratione reprobat *Borell.
de Præstant. Reg. Catholic. cap. 36. à n. 20. & An-
tunez Portugal. de Donat. Reg. tom. 1. lib. 2. cap. 23.
num. 9. cum seq.* Maximè quandò mercatus est
quædam coadunatio hominum, & mulierum
ducentium olera fructus, gallinas, columbas,
& alia comestibilia, ut declarat *D. Agete loc.
cit. n. 27.* qui alioquin tenet contrà opinionem
Baldi Et pro istis mercatibus, & Nundinis in-
vigilandum est, ut docet *Forcia de Jure nov.
Urbis condendæ lib. 3. cap. 8. numer. 2.* cum
nullus ferè locus inveniri possit, qui ita om-
nibus rebus ad vitam humanam necessariis
abundet, ut exteris non indigeat, undè con-
fert, quod cecinit *Virgil. 1. Georg.*

*India mittit Ebur, molles sua Thura
Sabæi.*
*At Chalybes nudi ferrum, virosaque
Pontus,*
*Castorea, & Eliadum palmas Epirus equa-
rum.*

Tertiò sub nomine mercatus venire potest
19 ipse actus mercandi, sub quo comprehendun-
tur omnes contractus emptionis, venditionis,
locationis, permutationis &c. ut tradit *Fer-
mosin. in d. cap. 1. q. 1. n. 17. de Feriis, & Scoppa
ad Gratian. dec. 21. n. 10. 15. & 18.*

Et quamvis in eadem *cap. 1.* prohibeantur
in die festo omnes Nundinæ primo modo
sumptæ, attamèn ejus dispositio ob majorem
20 populi commoditatem mediante consuetu-
dine legitimè præscripta est abrogata, ut ani-
madvertit *Fermosin. ubi supra n. 18.* Quod fieri
potest, dummodò Divina non ommittantur
*Fagnan. in cap. multa n. 55. Ne Clerici, vèl Mona-
ci*, & allegatis *Giballin. de Univers. negot. lib. 2.
cap. 3. nu. 9. Capon. disceptat. 91. art. ult. per tot.
Scopp. ad Gratian. dec. 10. num. 10. cum seq. &
Manfrell. ad Capyc. latr. decis. 191. per tot.* docet
Ageta loc. cit. sub n. 30. Nam licet *de Jure Di-
21 vino*, & *naturali* sit, ut detur aliquod tem-
pus pro cultu *Dei*, illiusque beneficiorum re-
cordatione; Nihilominùs cum nulla certa
dies festiva *Jure Divino* in *Lege Gratiæ* insti-
tuta fuerit, sed omnes *humano Ecclesiastico Ju-
re* institutos, proindè, quod hoc tempus sit
dies Dominicus, & integer ab omnibus ope-
ribus servilibus vacuus, & sic quò ad electio-
nem diei, & quoad tempus viginti quatuor
horarum sit de Jure positivo, & lege humana
Ecclesiastica, propterea illud per consuetu-
dinem moderari, suspendi, ac etiam deroga-
ri valet, ut docet *Fermosin. in Rub. de Feriis
n. 26. cum seq. & dicta quæst. 1. n. 18. & Scoppa
ubi suprà n. 12. & 13.* & quod etiam Festivitas,
quies & dies Dominica sit de Jure humano
Ecclesiastica examinato articulo tenet *Uberc.
22 de Citat. cap. 10. nu. 22. vers. sed an Dominicus
cum seqq.* & præsertim *n. 26.* & pleniùs *Domi-
nus meus Raynaldus in ejus Observ. crimin. cap. 1.
§. 9. n. 8. cum duobus seq. juncto n. 67. cum seqq.*
ubi ad saturitatem *tom. 1. Vulp. d. cap. 5. num. 7.
& 10. Castrop. Oper. moral. tom. 2. tract. 9. disp.
un. punct. 1.* præsertim *n. 5.*

Nec talis consuetudo quòad permissionem
tam Nundinarum, quàm Mercatuum est irra-
23 tionabilis, cum non desint rationes eandem
consuetudinem cohonestantes, & præsertim
publica necessitas, seù utilitas tàm in gratiam
emptorum, dum in aliis diebus non festivis
Rustici, & pauperes homines deserere non
valeant laboreria, cum quibus sibi, & eorum
familiis victum parant ad effectum se confe-
rendi ad Civitatem, quam in gratiam vendi-
torum, qui alio die ex ementium defectu
vendere non possunt, undè hujusmodi Nun-
dinæ, & Mercatus aliquandò fiunt die festivo,
ex quo populorum multitudo tunc illuc con-
venire solet pietatis, seù devotionis causa, &
hac occasione sibi ipsis in Nundinis, & Mer-
catibus providere de necessariis, absque eo,

quod cogantur redire alia die non festiva ad Civitatem, ut docet experientia, & advertit *Seoppa ad Gratian. d. dec.21.n.14.& 17.*

Verùm non obstante contraria consuetudine, adhuc Episcopus prohibere valet quascun-
24 que Nundinas, & Mercatus fieri in die festivo, & tali prohibitioni parendum est, cum ipse habeat intentionem fundatam in dispositione *cap. 1. de Feriis, & Constitutionis prædicta B. Pii V. la §. §.7.* & testatur *Suarez de Relig. lib.2.cap.19.sub n.2. De Ponte de Potest.Proreg. tit.10. §. De mercatis sub n.10.* quos refert, & sequitur *Ventrigl. Prax.rer. Eccl. tom.1. annot. 16. §. 2. numer. 19.* ubi etiam refert declarationes *Sac. Congregationis*, & plenè *Gratian. decis. 21.per tot.* præsertim *num.16.vers. ultimo cum seq.*

Nequit tamen Episcopus sub prætextu Mercatus prohibere, nè in die festo fiant emptiones rerum ad victum illius diei spectantium,
25 dummodò non emantur, & vendantur in hora ex justa causa ab eo prohibita *Bonac. Oper. mor.tom.2.disp.5.q. un. punct.2. proposit.1.n.10. vers.item nomine*, quem sequitur *Ventrigl. ubi sup. nu. 20.* Circà quod sumenda est regula ex Epistola *Sac. Congr. Episcoporum, & Regular.* tenoris sequentis. *E stato più volte risoluto da questa Sacra Congregazione, che gl'Ordinarii de'Luoghi non devono rendersi difficili in permettere ne'giorni festivi, che dopo udita la Messa si possa comprare, e vendere pane, e vino à minuto, ova, frutti, fogliami, & altre cose comestibili dentro le Botteghe con la porta meza aperta, & anco lasciare, che i Molini macinino dopo la Messa, se sono fuori, e dopo i Vesperi, se saranno dentro le Città. Che i Mulattieri di viaggio, che hanno caricato altrove, passino liberamente con le loro some, e quanto alla licenza di portare grascie nella Città, vendemiare, tagliar fieni, mietere, seminare, raccogliere frutti, & altre cose di simile qualità, si governino secondo, che vedranno esservene il bisogno, e che nel differire, ò in altro modo potesse risultare danno così al publico, come al privato in denegarla. Con questo però che frà gl'istessi giorni di Festa s'habbia riguardo alli più, ò meno solenni, facendosi la differenza, che conviene, è tali licenze si concedino gratis. &c.*

Undè occasione Nundinarum licere debet in diebus festivis Agasonibus, & aliis jumentorum vectoribus, seu mercium conductori-
26 bus Bajulis, & aliis hujusmodi servientibus, ac ministris sarcinas, & onera Nundinarum causa exonerare, & deponere, inceptumque iter, Missa tamen priùs audita, transeundo prosequi, & continuare, non autem debere sarcinas componere, & jumenta onerare ad iter de novo incipiendū: Neq; Mercatoribus, aut aliis Civibus, aut Viatoribus iis diebus etiā clausis apotecis merces vendere, emere, aut asportare licere, nisi tantum ad victum necessaria, aut alia minuscula, & modici momenti opera jam confiata,& elaborata pro transeuntium, hospitum, advenarum, & extetorum urgenti, & præsentanea necessitate, & opportunitate, & taliter Episcopi se gerere debent, ut in primis Festi dies debita observantia colantur, & simulque populorum, confluentium necessitatibus, quantum, sine Divina offensione fieri potest, consulatur, ut admonet *Gratian. alleg. decis. 21. num. 20. & D. Pignatell. consult.10. n.27.tom.8. Barbos. de Paroch.par.1. cap.16. num.12. cum seqq.* Et ità præparantes, vel vendentes res victui quotidiano necessarias non debent prohiberi, servatis prædictis circumstantiis, ut omnibus in specie recensitis admonet *D. meus Raynaldus loc. cit. n.99.* Et quod possint vendi necessaria ad victum humanum etiam antè Concionem, & Missæ Conventualis celebrationum, firmat *Barbos.decis.Apostolic. collect.355. num. ult.* Et concurrente necessitate damni imminentis permissa sunt opera servilia, nempè Agricolis opera rustica, quæ dilationem non patiuntur, ut messes, vindemiæ, aliorumque fructuum recollectio *l. Omnes Judices C. de Feriis, Gratios.Ubert.de Citat.cap.10.n.182.Scannarol. de Visit. carcerat. lib. 2. §. 4. cap.2. n.22. Muta in Consuetud. Panormit. cap. 70. num.11. & 12. Carocc.de Locat. quæst.4. num.2. Zacch. de Salar. d. quæst. 25. num.31. Barbos. de Offic. & Potest. Episc. par.3. alleg.105. num.40.* ubi refert quæ fieri valent.

Hic Tabellarii & Macellarii exercere pos-
27 sunt diebus festivis eorum artem, ut relatis *Bonac. Navar. Azor. & Pace Jordan.* docet *D. Raynald. in suis Observat. crim. tom.1. cap.1. §. 9. nu.99. & Rot. coram Penia dec.1583.n.42.*
28 *secundum impress. Lugdun.* Potest tamen Episcopus facere constitutionem, qua mandetur quod in diebus festivis donec Sacræ Conciones fiunt, & quousque fuerit in Missam majori facta *Sanctissimi Sacramenti* elevatio, abstineant à comessationibus, & à venditione victui necessariorum, & quidem sub pœna pecuniaria, cum tendat ad augendum cultum Divinum, cujus præcipua cura spectat ad Episcopum, ut tradit *Novar. in Summa Bullar. commentar.67.n.16. Rot. coràm Ubald. dec.293. n.1. cum seqq. par.1. repetita in rec. decis.757. p.2. & coram Dunozet. sen. dec.33. num.1. cum seqq.* sed sub pœna excommunicationis non potest eis prohiberi exercitium, quamvis in *ConstitutioneSynodali* sub pœna pecuniaria fuerit prohibitum tanquam illa quæatis animas, ut respondit *Rota in d.dec.1583. n.5. cum seqq. & coram Ubald. loc.cit.n.7. & coram Dunozete. ubi supra pariter nu.7.*

Prout Pharmacopolis permissum est medicamenta quæcumque conficere, dummodò ipso die festivo præstanda sint infirmo, ut cum
29 *Soto de Just. & Jur. lib.2.q.4. art.4. ad 3.* tradit *Zacch. dicta quæst.25. nu.29.*

Barbitonsores possunt etiam exercere eo-
30 rum artem, ut tradunt *Muta in Consuetud. Panormit. cap.70. num.22.* cum saltem de consuetudine excusentur, non autem ex causa necessitatis, aut lucri cessantis, nam si non con-

ronderent diebus festivis, possent hoc facere
in aliis diebus, ut optimè animadvertit *Zacch.*
de Salar. dicta q.25. nu.35. cum seqq.

Ratione paupertatis permittitur pariter
exercitium operum servilium recepta merce-
31 de *cap. licet*, ubi notat *Abb. de Feriis Benincas.*
de Paupert. q.4. nu.28. Surd. de Aliment. tit.8.
privil.2. nu.13. Zacch. d. quæst.25. num. finali,
ubi advertit, quod non omois paupertas ad
hunc effectum suffragatur, sed debet esse talis,
quæ sufficiens à Confessario judicetur.

Eoque magis permissæ sunt operationes,
quæ immediatè versantur circa cultum Divi-
32 num, prout sunt deferre Crucem, & Ima-
ginem Sanctorum in processionibus, Campa-
nas, Organa, & alia instrumenta sonare, Ec-
clesiam mundare, & paramentis ornare, ac
similia relata per *Bonacin. Oper. moral. tom.2.*
disp.5. quæst. unic. punct.3. nu.7. vers. ex quo.
Vulp. in Prax. cap.5. num.6. & aliis relatis per
Zacch. cit. quæst.25. num.18. cum duobus seq. &
nu.21. advertit, quod colere agros Ecclesiæ,
33 portare lapides ad illius fabricam, eamque
ædificare non licebit in diebus festivis, utpote
quia immediatè non spectant ad cultum Divi-
num, & concordantes cumulat, præsertim
Bonacin. ubi supra, vers. ex dictis in die festo,
Ventrigl. in Prax. rer. Eccles. annot.16. §.1. n.8.
pariter *vers. ex dictis in die festo*.

Ex humanis actionibus juxtà earum natu-
ram præcisè consideratam, aliæ ita videntur
34 bonæ, ut malæ nunquàm esse possint; aliæ ita
malæ, ot nunquam bonæ sint; aliæ vero me-
diæ, quæ ex earum natura indifferentes in
utramquè partem convertuntur; & contingit
esse modo bonas, modo malas; Virtutis enim
actiones semper sunt laudabiles, semperque
35 probandæ, e contra vitiosa facta semper dam-
nanda. Multa alia sunt, quæ pro animo, affe-
36 ctioneque utentium, pro conditione homi-
num, locorum, temporum, & ejusmodi, aut
pro modo, & ratione, quæ in eis adhibetur,
quandoque sunt moraliter bona, aliquando
vero mala, quorum sæpe prava hominum con-
suetudo ita corrumpit, ut merito tanquam
perniciosa à populorum Pastoribus, Rectori-
busque damnantur, pœnaque imposita pro-
hibeantur. Id in multis evenit, & precipue in
his, quæ ad vitæ jucunditatem, animorum-
que recreationem pertinent, in quibus hone-
sti fines transire ad voluptatis illecebras hu-
mano appetitui valde accomodatas. Imo non
tàm difficile est eo progredi, ut pro honesta
jucunditate fiat perniciosissima corruptela.

Hinc cùm choreæ, larvæ, & saltationes, ac
Comœdiæ ex se; & natura sua non sint præci-
37 sè malæ, videanturque ad animarum recrea-
tionem, refectionem spirituum, & virium in-
staurationem pertinere, ac frequenti usu exer-
ceantur, nec sint opera servilia, non sunt in
38 die Festo prohibenda, ut firmat *Reginald. in*
Prax. fori pœnitent. lib.19. sub num.37. Suarez.
de Relig. tom.1. lib.2. cap.27. num.4. cum seqq.
Less. de Justit. & Jure lib.4. dubit.13. sub n.98.
vers. hoc tamen non erit. Daniel de Nobilib.
disputat.36. n.1. cum seq. & per tot. part.1. ubi
nu.11. & seqq. cum *Homobon. de Exam. Eccles.*
tract.15. quæst.28. in resolut. quæst.5. tradit,
quod minus rigorosum esset, si Episcopus me-
diante Ædicto simpliciter, & absolute choreas
in die Festo prohiberet sub pœna excommu-
nicationis, secus si restringeret ad eas horas,
in quibus Sacra in Ecclesiis celebrantur. Nam
39 cum Comœdiæ sint specula viva eorum, quæ
in vita humana geruntur, iu se nou suut illi-
citæ, nec sine utilitate, quia mores infor-
mant, & ad honestam delectationem alliciunt,
dummodo absit lascivia, & obscænitas cum
omni scurrilitate, quæ Christianos non decet,
ut tenet *Martinus Naurath in Addit. ad Hip-*
polytum à Collibus Incrementa Urbium, sivè de
Causis magnitudinis Urbium cap.19. Nihilo-
minus quia multoties cum tanta licentia, mo-
rumque corruptela fiunt, ut nihil fere vitiosæ
40 hominum voluptati, libidinique aptius inve-
niri possit; Idcirco quoties aliunde contra-
hunt malam qualitatem, & malitiam, puta si
fiant cum excessu, scandalo, aliavè prava cir-
cumstantia, & sic mediantibus lascivis canti-
lenis, vel colloquiis obscænis, factorum tur-
pium repræsentatione, aut modo turpi in re-
præsentando adhibito, quæ omnia cum ma-
gnam vim habent ad venerem excitandam,
& sint Christianæ Religinni, pietati, ac disci-
plinæ contraria, & incitamenta ad impudici-
tiam, improbantur, & execrantur à Sanctis
Patribus, ut eos sequendo testatur *Boss. Moral.*
var. tom.3. tit. de Choreis inter mares, & fæ-
minas, & tit. seq. de Obscænis, & turpibus Co-
mædiis utrobique *in princ. & nu.2.* Idcirco à
Principibus, & populorum Gubernatoribus,
& Pastoribus sunt prohibendæ, ut late admo-
net *Boss. d. tit. de Comed. per tot.* & præsertim
nu.34. cum seqq. & aliis relatis *Daniel. de No-*
bilib. loco cit. nu.7. vers. respondetur cum seq. &
quod tam à Principe Seculari, quam Eccle-
siastico prohiberi possint diversis pœnis com-
probando tenet *Menoch. de Arbitrar. judic.*
lib.2. cas.69. nu.31. centur.1. Qua de causa *glo-*
riosæ memoriæ Sanctissimus Pontifex Innocen-
tius XI. difficilem se reddidit in permittendo
Comædias in Urbe, ea ratione quia in illa
41 tanquam Christianitatis Metropoli, & Sede
Vicarii Christi, & Sacri Collegii Cardinalium
Apostolorum exemplo institutorum, debeat
undique refulgere devotio, & Sanctitas, ut sit
totius Mundi norma, & exemplum, & quo-
tiès eas permisit, talem legem iniunxit, ut
priùs per *Reverendissimum Patrem Magistrum*
Sacri Palatii Apostolici reviderentur, & cor-
rigerentur, nè verba obscæna, aliaque inho-
nesta continerent, quæ etsi tùnc tanquam ni-
mium rigorem, & austeritatem præseferentia
à multis redarguerentur, attamen etiam ab
eisdem postmodum summis laudibus fuerunt
commendata, proùt omnia, & quæcumque
alia ab ipso zelo justitiæ, charitatis, & majo-
ris cultus Divini gesta sunt: meum non est
tanti

Digitized by Google

ranti Summi Pontificis singulas excelsas narrare virtutes, quamvìs gratitudo me impelleret.

Qui majora desiderat circa permissionem,
42 vel denegationem Comœdiarum aderat *Fragos. de Regim. Reip. vol.1. par.1. lib.1. disp.2. num.181. cum seq. Amaya Observat. Jur. lib.3. cap.5. num.67. Cresp. Observat. par.1. num.128. cum seqq. Roxas de Incompatibilit. benefic. Knipschild. de Juribus, & privil. Civit. Imperial. lib.2. cap.16. nu.104. cum seqq. & lib.5. cap.26. nu.10. Laganez de Fruct. par.1. cap.34. §.1. n.4. cum seq. & D. Pignatell. consultat. 153. par.8.*

Et cætera circa observationem Festorum videri poterunt ultra *Bullam B. Pii V. in ordine la 5. & Urbani VIII. la 291. Bullario novo*
43 *vol.5. Fermosin. Fagnan. Gonzalez Tellez, ac alii in cap. conquestus de Feriis Castropalao Oper. moral. tom.2. tract.9. disput. unic. de observat. Festorum, Trancred. de Religion. tract.1. lib.3. disput.2. Sanchez consil. moral. Capon. dist.208. & 212.* ubi examinat, an aliquid possit exigi pro licentia laborandi in die festo *& 213. Pac. Elucubrat. tom.2. lib.11. tit.1. Nicol. lucubrat. par.2. tit. de Feriis, Ventrigl. Prax. rer. Eccl. tit.1. annot.16. §.1. cum seq. Guiet. de Festis Tierr. de Diminut. Festor. Daniel de Nobilib. disput.34. cum seq. ac 44. cum seq. Barbos. de Offic. & Potest. Episcop. par.3. allegat. 105. n.36. cum seqq. & de Offic. Paroch. par.1. cap.16. n.6. cum seqq. Ricciull. Lucubrat. Ecclesiast. lib.6. cap.15. cum seqq. Ubert. de Citat. tom.2. cap.10. num.36. cum seqq.* Et de origine, Ritu, rationeque celebrandi quæcunque Festa propria, de Festo dedicationis Ecclesiæ, de Patrono, & titulo Ecclesiæ, & loci, de Festis Sanctorum, & propriis, de Octavis Festorum propriorum, de die Natali, seù precipuo Festo cujuslibet Sancti, de Officio Hebdomadario, de constituendo die Festo secundario, seù minus principali Sanctorum, de constituendo die Festi *Christi Domini*, *Beatæ Mariæ* Angelorum, aliisque votivis, de multiplici ritu, nempe primæ, & secundæ Classis, simplici, & semiduplici, de obligatione celebrandi Festa propria, de Officiis propriis, de Collecta, seù Oratione propria, Antiphonis, de Lectionibus propriis, de Capitulis, Versiculis, & Responsoriis, de Psalmis propriis, de Communi Sanctorum in genere, & in specie, de translatione Festorum, de Vigiliarum, & Octavarum translatione, de Officio *Beatæ Mariæ*, de Psalmis Gradualibus, & Pœnitentialibus, de Missis, & Orationibus votivis, de Officio, & Missis Defunctorum vide plenissimè materiam tractantem *Patrem Carolum Guyetum in ejus Heortologia.*

ADDIT. AD RUBR. II. LIB. VII.

SUMMARIUM.

1 Opus servile tripliciter dicitur.
Nundinarum pluræ remissivè, num.1.
2 Fæstorum celebratio cadit sub præcepto Decalogi.
3 Fæstorum Observatio ad Dei Cultum pertinet.
4 Episcopus dispensare potest ab observationem Fæstorum ex rationabilibus Causis.
5 Observatio Fæstorum à Jure positivo Ecclesiæ emanavit. Vide ibi.
6 Etiàm quo ad diem Dominicæ.
7 Tabaccarii, & Acquavitarii possunt vendere Tabaccum, & Aquamvitam die Fęsto.
8 Sutores vendere possunt in eorum tabernis Calceos Rusticis; Nec non in Nundinis, & Mercatis, & num.11.
9 Pictores, & Typographi an possint exercere eorum artem in diebus Fęstivis.
10 Barbitonsoribus licitum est eorum artem exercere Fæstis diebus usque ad tot horas noctis, maximè in Urbe pro Rusticis, & Agricolis.
12 Laborantes in diebus Fęstivis, quando excusentur à peccato.
13 Choreæ, & Saltationes an, quando, & ubi sint prohibendæ, & quando permittendæ.
14 Episcopus concedere potest licentiam laborandi in die Fęsto cum onere aliquid erogandi pro emendis vestibus pro Ecclesia, vel oleum pro luminaribus &c.
15 Judices Sæculares an possint se intromittere circa observantiam Fæstorum.

Num. 1. Opus servile tripliciter dicitur juxta
1 explicationem traditam à* *Cappon. discept. 209. n.5. cum seq.*

Num. 6. & seqq. Nundinarum plura vide penes *D. Paulucciam dissertat. 31. vol.1. n.1.*

Num. 21. Fæstorum dierum celebratio cadit sub tertio præcepto *Decalogi*, & partim morale,
2 partim verò Criminale * judicatur secundum *D. Thomam* quem cum aliis refert, & sequitur *Leo Thesaur. For. Eccles. par. 2. cap.16. n.31.*, Et eorumdem Fæstorum observatio ad Dei
3 Cultum maxime pertinet * & in lege præcipiatur juxta verba *Bullæ B. Pii V. la 5. §. 7.*

Episcopus ex rationabilibus causis potest dispen-
4 sare *Leo ubi supra n. 32.* latè * *Pax Jordan. lucubrat. lib.11. tit.1. n. 140. cum seqq. & n.46.*

Observatio Fęstorum ex Jure dumtaxàt positivo Ecclesiæ emanavit ut latè firmant *Azor. Inst.*
5 *moral.* * *tom.2. lib. 1. cap. 2. quæst. 2. Ricciul. elucubrat. Eccles. lib.6. cap.3. à n.1. & seqq. usque ad 5. Pax Jordan. d. tit. 1. per tot. Cappon. discept. 208. n.18. & seqq.* qui latè examinat materiam de die Fęsto in genere, & ad quem Magistratum pertineat diem Fæstum populo indicare, & qui teneantur dies Festos observare *Pignatell. consultat. tom.8. consult. 10. n. 2. & seqq. Ricc. dec. Cur. Archiep. 189. n. 1. & seqq. par.1. Cortiad. dec. 171. n.9., & 10. tom.3.* plenè *Romaguer. in Constitut. Synodal. Gerunden.*

dex. lib. 2. tit. 1. cap. 1. num. 7. cum seq. Quod procedit etiàm quoad diem Dominicæ,
6 cum nullibi reperiatur * hoc præceptum datum fuisse à Christo, sed tantum ab Apostolis primum constitutum Festum Dominicæ diei, & posteà ab Ecclesia retentum, & a Summis Pontificibus approbatum ut firmat *Romaguer. d. cap. 1. n. 6. & n. 5.* tradit *Jure Divino* in lege Gratiæ nullum certum diem fuisse institutum, quin imò post *Christi* mortem Ecclesia Catholica sabbati Fæstivitate exclusa diem Dominicum servandum esse pronunciavit.

Tabaccarii, & Acquavitarii possunt vendere Ta-
7 baccum, & Aquam vitam die Festivo * excepta hora Divinorum Officiorum ut resolvit *Sac. Congregatio Episcoporum, & Regularium in Causa Interamnen.* ibi: *Terni il Vescovo -- Questi Eminentissimi miei Signori m' hanno Comandato di scrivere à V.S. acciò ella permetta al Subappaltatore di Cotesta Città di poter vendere il Tabacco, & Aquavita ne giorni Festivi con la Porta però mezza aperta, eccettuato per quel tempo, nel quale si celebra la Messa Cantata nella Cattedrale: Potrà dunque in tal Conformità consolare l' Oratore, mentre per fine &c. Roma 2. Luglio 1677.*

Sutores possunt vendere Festivis diebus in co-
8 rum tabernis calceos rusticis * ut docet *Navar. cons. 1. de Feriis*, quem sequitur *Magal. var. resolut. tom. 2. resolut. 137. a. 4.* qui etiàm extendit quod possint vendi habitatoribus Urbis quod tamèn Nobis non placet, cum non concurrat ea necessitas, quæ in Rusticis.

Pictores, & Typographi an possint exercere eo-
9 rum artem in die Fæsto * vide *Patrem Octavium à Sancto Joseph interrogat. 704., & 705.*

Num. 30. Licitum est Barbitonsoribus artem suam exercere Fæstis diebus usque ad tot *
10 noctis horas juxtà patriæ consuetudinem ut docet *Pax Jordan. lucubrat. lib. 11. tit. 1. n. 144. vers. eadem ratione.* Vide *P. Octavium à Sancto Joseph. interrogat. 708.*

Eo magis videtur permittendum in Vrbe pro Agricolis seu Rusticis, qui ad Vrbem venire nequeunt nisi in diebus Fæstivis, & cum magno incommodo, prout hac ratione permitti debet in Nundinis, * & mercatis, Sutoribus vendere Calceos præcipuè Rusticis, idque procedere potest quo ad reliquos Artifices ut animadvertit *Pax Jordan. d. tit. 1. n. 144.* In Vrbe tamèn non permittuntur mercatus in die Fæsto.

Num. 31. Laborantes in diebus Fæstivis excusantur à peccato concurrente causa metus justi,
12 vel necessitatis, * vèl pietatis, vèl utilitatis publicæ, vèl vitationis damni corporis, seù animæ, vel dispensationis Episcopi, ut tradit *Pater Octavius interrogat. 711.*

Num. 37. & 38. Choreæ, & Saltationes an, quando, quibus, & ubi sint permittendæ, an prohibendæ videndus quæ erudite, ac ut ple-
13 nissimè * scripsit *bo: me: R. P. D. Severolus in ejus responso impress. penes R. P. D. Dandinum de suspectis de Hæresi Cap. 2. sect. 7. subsect. unic. n. 19. cum seqq.*, & præsertim *n. 22. cum seqq.* ubi *num. 24.* meminit quod responsum emanavit in Causa Alatrina, in qua *à Sac. Congregatione Episcoporum, & Regularium* mihi uti Episcopo Verulano, & viciniori commissa fuerat relatio, in qua Causa *sub die 2. Aprilis 1694. proponente Eminentissimo D. Cardinali Abbadua* rescriptum fuit *servatur Edictum Episcopi Alatrini*, in quo prohibuerat Contestabilibus ne traderent mulieribus occasione Fæstivitatis Sancti Sixti *li rinfreschi, ò bevute* in via, nec in loco publico, nec non prohibuerat mulieribus saltationes tàm de per se, seù divisim, quàm una cum hominibus ante Ecclesiam Cathedralem, & per totum pratum vulgò nuncupatum *di Civita.*

Num 43. Episcopus potest concedere licentiam laborandi in die Fæsto cum onere, & condi-
14 tione, ut aliquid * eroget. ad emendas Vestes pro Ecclesia, vèl oleum pro luminaribus &c. quia hoc non imponitur tamquàm pretium, sed tamquàm compositio, & commutatio, prout fit in dispensationibus matrimonialibus ut sequendo *Trullench. in præcept. lib. 3. cap. 1. dub. 10. num. 12.* tradit *Cappon. Controv. 23. n. 50.*

Judices Sæculares an possint se intromittere cir-
15 ca observantiam dierum Fæstorum * vide *Bullam B. Pii V. la 5. sub §. 7. Romaguer. in Constit. Synodal. Gerunden. lib. 2. tit. 1. cap. 1. n. 13. cum duobus seqq. Cortiad. dec. 171. a. 30. cum seqq. tom. 3.*

De Matriculis Artium approbandis.

R U B R I C A III.

Statuimus, & ordinamus, cujuslibet artis ordinem, & matriculam solùm per Consilium generale Civitatis Faventię approbari posse, ipsatumque artium Consules, Massarii, & Ministri, seu Officiales quicunque approbationes, ut præfertur, obtentas observare teneantur, nec quicquam de novo statuere, ordinare, aut observare sine expresso dicti generalis Consilii consensu, & decreto, sub pœna librarum vigintiquinque bonon. & nihilominùs talia eorum Statuta, ordinationes, vel observantiæ nullius sint robotis, vel momenti, nec ulla valeant præscriptione, ullove temporis cursu validati.

SUM-

SUMMARIUM.

1 IMperiti, & idiotæ si admittantur ad exercendam artem, quam ignorant, vel nondùm perfectè didicerunt, Reipub. præjudicatur.

2 Ad exercendam artem, seù opificium nemo admittendus, nisi ostendat se in eo peritum.

3 Statutum mandans neminem admitti ad exercendam artem priusquam fuerit examinatus, est servandum.

4 Lex humana, & naturalis prohibet, nè quis artem, quam ignorat, exerceat.

5 Artifex, & Opifex judicari non debet, qui in matricula artis descriptus non est.

6 Describi, ut quis possit in matricula alicujus artis conditiones, & obligationes remissive.

7 Descriptus in matricula alicujus artis, si eam non exerceat, non gaudet illius privilegio.

8 Nec virtute illius matriculæ potest declinare forum.

9 Artifex dici non valet ex unico actu, cum assiduitas requiratur.

10 Exercens artem etiamsi non sit descriptus in matricula, potest extrahi Officialis non obstante Constitutione, seù Statuto mandante non posse extrahi non descriptum in matricula.

11 Artificum, & Opificum plura notabilia remissivè.

12 Artifices excellentes variis encomiis fuerunt commendati, Mercatores verò nequaquam, & quare.

OBSERVATIO.

PRæjudicium, & damnum Reipublicæ
infertur, si idiotæ, & imperiti ad exer-
1 cendam artem, quam ignorant, vel nondum
perfectè didicerunt, admittantur, undè mul-
tum interest, nè quis admittatur ad opifi-
2 cium exercendum, nisi ostendat se esse in eo
peritum, ut admonent *Mart. Stephan. de Jurisdict. libr. 1. part. 2. cap. 8. n. 54.* latè *Knipschild. de Juribus & Privileg. Civit. Imperial. lib. 5. cap. 2. n. 30. cum seq. Richter. decis. 80. n. 41. & Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus meus Severoius in ejus doctissimo Voto impress. penès decis. Remboldi vot. 11. sub num. 13. cum duobus seqq.* ubi etiam firmat, quod Statutum mandans neminem admitti ad exercitium alicujus
3 artis, priusquam fuerit examinatus est ser-
vandum: Prohibet etiam lex humana, & na-
4 turalis, nè quis artem, quam ignorat, exer-
ceat, ut relato *cap. non est sine culpa de Regul. Jur. in 6. & Navar. in cap. inter verba in prima conclus. n. 17. circà finem 11. q. 3.* docet *Lotter. de Re benefic. lib. 2. quæst. 5. n. 55.*

Et qui in matricula artis, seù opificii de-
scriptus non reperitur, Artifex, & Opifex
5 dijudicari non debet *Fermosin. in cap. cum causam 13. quæst. 3. n. 31. cum seqq. de Probat. Benedictus Pereyra in Accadem. seù Rep. litterar. libr. 3. quæst. 4. alias num. 365. cum seqq. Roland. cons. 99. n. 33. vol. 2. Natta cons. 138. num. 5. Sess. decis. Aragonen. 142. n. 6. & per tot. par. 2. relat. in dicto voto 11. num. 9.* ubi etiam refert obli-
gationem, conditiones pro descriptione re-
6 quisita, & effectus ex ea resultantes latè exa-
minari à mox allegatis *DD.*

Si verò descriptus sit in matricula artis,
sed illam non exercet, non gaudet ejus pri-
7 vilegio juxtà *doctrinam Bart. in l. Qui sub prætextu num. 2. C. de Sacrosanct. Eccles. Toudut. de Prævent. par. 1. cap. 28. sub n. 3. cum seqq.* Nec
8 virtute illius matriculæ tunc potest declinare
forum ut concordantibus relatis firmat *Rodoer. in Addit. ad Donat. Anton. de Marin. resolut. 202. n. 17. lib. 1.*

Sicut etiam Artifex dici non valet ex unico
9 actu, cum assiduitas requiratur, ut aliis rela-
tis firmat *Conciol. ad Statut. Engub. lib. 5. rub. 17. num. 3.*

E converso autem si quis exerceat artem,
10 sed non sit descriptus in matricula adhuc po-
test extrahi Officialis non obstante Constitu-
tione mandante non posse extrahi Officiales
in aliqua arte, nisi sit descriptus, & matricu-
latus inter Artifices, ut sequendo *Angel. cons. 33. num. 4.* dixit *Rot. coram Dunozet. Jun. decis. 263. n. 2.*

Cùm Opifices, seù Artifices, de quibus
11 plura notabilia habentur apud *Lotter. de Re benefic. lib. 2. quæst. 5. n. 41. cum seqq.* sint magis
utiles, & necessarii Reipublicæ, quam Mer-
catores, non est mirum, si multi ex illis ob
eorum excellentiam variis encomiis fuerunt
12 commendati, nequaquam verò Mercatores,
ut animadvertit *Ramirez de lege Regia §. 14. num. 4.*

ADDID. AD RUBR. III. LIB. VII.

SUMMARIUM.

1 ARs, seù opificium exerceri non potest ab eo, qui in illa Arte non sit peritus.

2 Collegia Artium an erigi possint, ac statuere absque auctoritate, & confirmatione Superioris remissivè.

3 Ars, seù Artificium exerceri non potest ab eo, qui universitate, non sit adscriptus.

4 Alipilarii vulgo *Stufaroli* exercere non possunt Artem Barbitonsoris.

Artes honestæ, viles, & sordidæ quæ dicantur remissivè.

Num. 1. & seqq. Artem, seù opificium quem
exercere non posse, nisi priùs probet se esse
in illa arte peritum publicat expedit ut etiam
1 firmavit * *Rot. in Avenionen. Admissionis ad Magisterium Artis 22. Junii 1711. in princ. coram R. P. D. Ansaldo* ubi de Artificio, &
hac occasione ibidem examinat. An Collegia
2 Artium possint erigi, * & statuere absque au-
ctoritate, seu confirmatione Superioris.

Num. 5.

Num. 5. Non poteſt quis exercere artem, & ar-
tificium cujus Univerſitati, vel Collegio non
3 ſit adſcriptus * ut etiam firmavit *Rot. in Ro-
mana Artis Tonſoriæ* 18. *Junii* 1708. §. *Nihi-
lominùs coram R. P. D. Anſaldo*, in qua fuit re-
4 ſolutum Alipilos* ſivè Alipilarios vulgò *Stu-
faroli* non poſſe exercere artem Barbiton-
ſoris.
Artes quænam honeſtæ, quænam viles, & quæ-
5 nam ſordidæ dicantur vide * *De Juſtis de di-
ſpenſat. lib. 3. cap. 2. n. 134. cum ſeqq.*

De Artificum legalitate, & de Monopoliorum prohibitione.

RVBRICA IV.

STatuimus quoque, & firmamus quod Artifices Civitatis, & Diſtrictus Faventiæ teneantur navare omnem operam, & diligentiam in eorum exercitiis operandis, ità quod in eis exercendis non committant fraudem, aut falſitatem aliquam, ſed ea gerendo, & exercendo legalitèr, & ſi contrafactum fuerit pœnam libr. decem bononenorum pro qualibet vice incurrant, & Communi Faventiæ applican. ultrà pœnas Statutorum, nec audeant Monopolium, aut conventiculam aliquam prohibitam facere ſub pœna librarum vigintiquinque bononenorum pro qualibet vice incurrenda, ultrà alias pœnas de jure, vel ex forma Statutorum Faventiæ impoſitas, & intelligatur illicita conventio, ſeu conventicula quandocunque cederet in præjudicium Communis Faventiæ, ſeu ſingularium perſonarum dictæ Civitatis, & in prædictis procedatur, & procedi poſſit per Dominum Poteſtatem, & alios Juſdicentes ſummariè, ſimplicitèr, ſine ſtrepitu, figura judicii, ac ſola facti veritate inſpecta, & prout magis expedire eis videbitur.

SVMMARIVM.

1 ARtificum malitia maximè aucta.
2 Magiſtratus invigilare debet, ut per Artifices opera, & artificia fiant ſine dolo, & fraude.
3 Artifices tenentur ad damnum, & intereſſe, ſi opera cum dolo, & fraude faciant.
4 Artifex ingerere, & ſe immiſcere, ac alterius artem exercere non debet.
5 Monopolia Reipubl. injurioſa ſunt, rationem naturalem, & publicam utilitatem offendunt.
6 Artifices monopolia committunt, vel paciſcendo, nè ullus eorum in illa arte inſtruat alios, vel ſi conveniant, nè alii ſe intromittant in opere, quod quis incæpit, & poſteà reliquit; vel nè injunctam alteri ſollicitudinem alter intercipiat.
7 Inventor alicujus artis ſcientificus dicitur, non autem Artifex.
Inventori alicujus artis concedi valet exercitium privativè quò ad alios per aliquod tempus limitatum, ſi publico proficua judicetur n. 7.
8 Bibliopolis, & Impreſſoribus librorum concedi valet, & ſolet privilegium, nè per aliquod determinatum tempus ab aliis imprimantur.
9 Imprimens librum ab alio Bibliopola impreſſum cum privilegio privativo, ad hoc ut pœnam in privilegio impoſitam incurriſſe dicatur, requiritur publicatio ejuſdem privilegii, vel mediante impreſſione in principio ejuſdem libri, vel mediante intimatione, vel alio modo æquipollenti.
10 Facultate privativè alicui concesſa imprimendi certas res videlicèt Bullas Apoſtol. &c. non tamen prohibitum cenſetur, quin per alium imprimi valeant acceſſoriè, & pro complemento alicujus operis.
11 Pœna, ut incurratur ab Impreſſore, & Bibliopola imprimendo opus privilegiatum requiritur, quod imprimatur eo modo, ordine, & forma, quibus impreſſum fuit à privilegiato, nam ſi imprimatur augendo, aut diminuendo, aut acceſſoriè ad aliam materiam privilegiatam, non violatur privilegium, & n. 12.
12 Additio novæ qualitatis præſertim ſubſtantialis novam ſpeciem inducit.
13 Imprimens compendium, ſeù epitomen alicujus operis, vel libri, ſuper quo alius Bibliopola habet privilegium privativè non poteſt dici violator privilegii, & n. 14.
14 Privilegia libraria, velut monopolia potiùs reſtringi, quam ampliari debent.
15 Conceſſo Bibliopolæ privilegio imprimi faciendi librum alias impreſſum, adhuc eo non obſtante, cæteri Bibliopolæ illum imprimi facere poſſunt, concurrente publica utilitate.
16 *Statutum Mediolani cap.* 28. & 31. prohibet nullum Bibliopolam, nec alium obtinere poſſe privilegium privativè ad effectum imprimendi libros jam impreſſos extrà illam Civitatem, & obtentum nullius ſit roboris.
17 Ratio principalis concedendi Bibliopolis privilegium privativè imprimendi aliquod opus qualis ſit.
18 Tranſmiſſa Sarcina librorum à Civitate Venetiarum ad Bibliopolam Urbis, eaque involuta reperta non cenſetur contraventum pti-

privilegio conceſſo Impreſſori, in quo prohibetur omnibus, nè imprimant libros, illoſquè vendant, aut venditioni exponant abſque licentia ejuſdem Impreſſoris.

OBSERVATIO.

ABuſus, &.malitia, in quamplurimis
Artificibus, ſeù Opificibus, adeò ino-
1 levit, ut etiam cautiſſimi Patresfamil. ab ipſis
circumveniantur; idcircò Magiſtratus invigi-
lare debet, ut opera, & artificia fiant ſine do-
2 lo, & fraude, ac ſecundùm cujuslibet artis le-
ges ſolida, & firma, ut admonet *Kuipſchild.
de Jurib. & privil. Civit. Imperial.lib.5. cap.2.
nn.8n.* Alioquin Artifex tenetur ad damnum,
& intereſſe reficiendum *Conciol. ad Statut.
3 Eugab. lib.5. rub.14. num.1. cum ſeq. Cavalcan.
dec.26. n.1. par.1.*

Nec unus ſe ingerat, aut immiſceat, ac
exerceat artem alterius, circà quam mate-
4 riam egregiè ſcripſit *Illuſtriſſimus, & Reveren-
diſſimus Dominus meus Severolus in ejus voto 11.
impreſſ. penès deriſiones Remboldi, & Capon.
diſceptat.262.vol.4.*

Invigilare quoquè debet, nè committantur
monopolia, quæ rationem naturalem, & pu-
5 blicam utilitatem offendunt, ac ſunt injurioſa
Reipublicæ, & ad illius perniciem tendentia
juxtà *tex. in l. unic. C. de Monopol.* docet con-
cordantibus relatis *Dominus meus Raynald. in
ejus Obſervat. criminal. tom.2. rap.16.§.2n.n.7.*
cum aliis adductis ſuprà *in Obſerv.ad Rubr.30.
num.23.lib.4.*

Illa enim committi valent ab Artificibus
vel paciſcendo, nè ullus eorum in illa arte in-
6 ſtruat alios niſi filios, vel Nepotes illorum,
vel ſi Artifices conveniant, nè alii ſe intro-
mittant in opere, quod quis incæpit, licèt
opus inceptum reliquerit, aut nè injunctam
alteri ſollicitudinem alter intercipiat, ut rela-
tis duodecim modis, quibus committitur mo-
nopolium tradit *Dominus meus Raynald. ubi
ſuprà ſub n.6. verſ. ſextò, & verſ. duodecimò,* &
dixi in *d. Obſerv.30. n.22.*

Inventori tamen alicujus artis, qui ſcienti-
ficus dicitur, non autem Artifex, cum ante
7 opus fuerit in eo ars, ut docet *Lotter. de Re
beneficiar. lib.2. quæſt.5. n.56.* ſi publico profi-
cua judicetur, concedi valet exercitium priva-
tivè quoad alios per aliquod limitatum tem-
pus, ut tradit *D. meus Raynald. ubi ſuprà n.28.
cum ſeq.*

Idquè paſsìm practicatur ſavore Bibliopo-
8 larum, & Impreſſorum librorum prohibendo
aliis, nè illum librum per certum temporis
ſpatium imprimant, ut notat idem *D.Raynald.
ubi ſuprà n.29. Starr. de Commerc. §. 1. quæſt.7.
par.3. n.16.*

Circà quam materiam notandum eſt, quod
ad hoc, ut alii contraveniſſe dicantur ad effe-
ctum incurrendi pœnam in hujuſmodi privile-
9 gio contrà imprimentes impoſitam, neceſſe
eſt, quod tale privilegium fuerit publicatum,
vel mediante impreſſione (ut fieri ſolet) in
principio libri, vel mediante intimatione,
vel alio modo æquipollenti, alioquin pœna
infligi non valet, ut pleniſſimè reſpondit *Gra-
tian. diſcept. 631. per tot.* qui in fine teſtatur,
poſt plures propoſitiones ità fuiſſe *in Camera*
deciſum, revocando ſententiam Judicis à
quo, & abſolvendo Impreſſores ab omnibus
contrà eos intentatis.

Notandum etiam, quod conceſſa alicui fa-
cultate privativè quoad alios imprimendi
10 certas res, videlicèt Bullas Apoſtol. &c. non
exindè prohibitum cenſetur, quin per alium
imprimi valeant acceſſoriè, & pro comple-
mento alicujus operis, tamquàm caſus mixtus,
qui non continetur ſub ſimplici, nèc privile-
gium dici poteſt violatum, ut in terminis te-
net *Paſqualig. QQ. moral. Canonic. centur. 3.
quæſt. 220. n.3.*

Ut autem quis incidat in pœnam, requiri-
tur, ut imprimat opera privilegiata eo mo-
11 do, ordine, & forma, quibus eos impreſſit
Privilegiatus; nam ſi alio modo, ordine, &
formula, vel diminuendo, vel augendo, &
acceſſoriè ad aliam materiam privilegiatam
quis recudat, privilegium non violat, cum
agatur de rei litterariæ, & Bibliopolarum
præjudicio, quo caſu ſtrictiſſima capienda eſt
interpretatio, nequè extenſio facienda ultrà
præciſam identitatem in modo, & forma
operis privilegiati, quæ excluditur à qualibet
mutatione, & qualitate noviter adjecta, ut
ratiocinatur *Paſqualig.d. quæſt.220. nu.2. cum
duobus ſeqq.* ubi teſtatur, ità judicatum à *bo:
me: R.P.D. Baranzono* eximio I. C. & omnium
virtutum ornato, ſed ab adverſa fortuna in-
nocentèr vexato; & cui benè congruit Senten-
tia ſculpta in Sepulchro bo: me: Reverendiſs.
Corſini Senioris, qui poſt peractamglorioſè
Nunciaturā Apoſtolicam apud Regem Chri-
ſtianiſſimum, infelicitèr obiit non aſſequu-
tus debitum prẹmium; *Honores mereri ſem-
per virtutis, conſequi autèm ſæpè Fortunæ eſt.*
Nàm additio novæ qualitatis præſertim ſub-
ſtantialis novam ſpeciem inducit, itaut non
12 dicatur idem libellus, juxtà notata per *DD.
in l. Jus Civile 6.ff.de Juſt. & Jure,* & ſignan-
tèr *Burt.num.3. Fulgoſ.n.1. Alberic. num.3. &
Bruneman. n.4.*

Pari modo ſi quis imprimat compendium,
ſeù Epitomen alicujus Operis, vel libri, ſu-
pèr quo alius Bibliopola privilegium de non
13 imprimendo intrà certum tempus obtinuit,
nihilominùs uti Violator privilegii puniri
non poteſt, non ſolùm quia Epitomen libri
non eſt ipſe liber. Verùm etiàm quià privi-
legia hęc libraria velùt monopolia potiùs re-
24 ſtringi, quàm ampliari debent, ut egregiè
docet *Ahaſverius Fritschius in tractat. de Ty-
pograph. Bibliop. Chartar. & Bibliopol. diſſer-
tat. 2. de Bibliopol. cap. 5. de privileg. Princip.
lib. non imprim. concedi ſolitis §. 8. n.22.*

Imò *Thor. in Compend. deciſ. part. 2. verb.
Privilegium ſi fuerit conceſſum* latè compro-
ban-

-bando firmat, quod concesso alicui Biblio-
15 polæ privilegio imprimi faciendi librum, aliàs impressum, adhùc eo non obstante, cæteri Bibliopolæ illum imprimi facere possunt, quotiescumquè concurrat publica utilitas.

Et *Tancredin. consultat.92.* in proposito *Statuti Bibliopolarum Mediolani cap. 28. & 31.*
16 in quo prohibetur nullum Bibliopolam, nec aliam quamcumque personam obtinere posse privilegium privativè ad effectum imprimendi libros jam impressos extrà Civitatem Mediolani, & obtentum nullius esse roboris, itaùt eo obtento adhùc possint Bibliopolæ, & impressores Mediolanenses imprimere eundem librum jam alibi impressum, respondit, quòd non obstante privilegio obtento à Bibliopola imprimendi privativè quòad alios, *Quadragesimale celeberrimi, & nunquàm satis à laudatis Viris laudati Patris Segnari Jesuitæ*, jam impressum Florentiæ, Bononiæ, & Venetiis, nihilominùs poterat ab aliis etiàm imprimi, animadvertendo, quòd ratio principalis concedendi hujusmodi privilegium
17 privativè quòad alios est maxima impensa, & dubietas futuri applausus, & exitus apud viros doctos libri, seù operis prima vice impressi, quod non militat in opere jam alibi impresso, prout impressum fuerat *Quadragesimale Patris Segnari*.

Farinac. paritèr *cons. 22. vol. 3.* examinando privilegium concessum Impressori, in
18 quo prohibetur omnibus, nè imprimerentur libri, illiquè venderentur absquè licentia ejusdem Impressoris, respondit, quòd per transmissionem unius Sarcinæ librorum à Civitate Venetiarum ad Bibliopolam Vrbis non fuerat contraventum privilegio, & incursa pœna, tùm quia iidem libri ità ligati, & involuti reperti fuerunt non in apoteca, in qua libri vendi solebant, sed alibi; Verùm etiàm quià ad venditionem non devenerat, nec illos venditioni exposuerat.

ADDIT. AD RVBR. IV. LIB. VII.

SVMMARIVM.

1 ARtem alienam, & ad diversam Universitatem spectantem non potest quis exercere.

2 Impressor Cameralis, cui privativè competit Jus imprimendi *Bullas, Decisiones, resolutiones Sac. Congregationum &c.* non potest impedire aliis Impressoribus quin sparsim, vèl accessoriè in aliquo opere eadem imprimant.

Num. 4. Commisceri non debent unius artis Confinia cum altera, nec aliquis potest illa
1 peculiaria officia, * artificia, & ministeria usurpare, & exercere quæ ad unam pertinet Universitatem ut etiàm censuit *Rot. in Romana artis Tonsoriæ* 18. *Junii* 1708. *coram R.P.D. Ansaldo* 5. *Nihilominùs*.

*Num.*10. In confirmationem hujus opinionis, quod concessa facultate alicui privativè
2 quoad alios imprimendi certas res * vid. Bullas Apostolicas, decisiones, resolutiones Sac. Congregationum &c. prout competit Impressori, Camerali, quod adhùc non possit impediri, quin alii Impressores possint imprimere easdem res vèl sparsim in corpore Operis, vel accessoriè, & pro complemento operis respondit *Tribunal Cameræ in Romana impressionis 27. Januarii* 1708. inter fratres de Comitibus Impressores Camerales, & Joseph de Martinis Impressorem, qui impresserat *volumen secundum Monacell. Formular. legal. pract.* in cujus Corpore impressa fuerunt varia *Decreta Sac. Congregationum*, & pro Appendice impressæ fuerunt 50. *decisiones* proponente *Illustrissimo Cybo* rescribendo *Sententiam Reverendissimi Camerarii esse infirmandam, & removendum sequestrum* utpotè quia ageretur de casu mixto, qui non continetur sub simplici *Rot. in rec. dec. 170. n. 17. par. 11.*, & passim alibi. Reproposita dicta Causa *Romana in Camera die 26. Martii eodem anno coram eodem* rescriptum fuit *in decisis. Die 23. Januarii* 1709. *coram Illustrissimo Domino de Alteriis* rescriptum fuit *Sententiam D. Cybi esse confirmandam. Die 4. Aprilis* 1710. proponente *Illustrissimo D. Fatinello* rescriptum fuit *Sententiam D. de Alteriis esse confirmandam*, & *die 28. ejusdem Mensis* rescriptum fuit *expediri*, sed ad impediendam expeditionem dd. Impressores Camerales renunciarunt *die 5. Maii d. anni* 1710. liti circa quam materiam emanavit Votum impressum *R. P. D. de Alteriis sub die 23. Januarii* 1709., & aliud *R. P. D. Fatinelli inter ejus responsa il 5.*

De Preceptoribus Grammatices conducendis, & de libertate eis, & aliis Preceptoribus concessa in corrigendis Discipulis.

RVBRICA V.

VT Civitas Viris doctis repleatur, & virtutibus abundet, Statuimus, & ordinamus, quod singulo anno de mense Decembris in die Sancti Thomæ, seu alio die, prout videbitur ipsis Dominis Antianis tùnc residentibus fiat Consilium generale, in quo liceat con-

Digitized by Google

conducere unum, aut duos Grammatices Præceptores cum eo stipendio, quod Dominis ipsis Antianis, & Consilio videbitur expedire, qui Præceptores sic conducti sint moribus, & scientia præditi, teneanturque passim omnes Scholares admittere in eorum litterariis ludis, ac omnes æqua lance docere, nisque ab originariis Civibus, nisi à sponte dare volentibus, exigere valeant. Possintque eorum Discipulos impunè, moderatè tamen, corrigere, ac verberare, nec de talibus castigationibus, seu verberibus possit Potestas, seu alius Iusdicens cognoscere, & modo aliquo dictos Præceptores punire, seu contrà eos inquirere. Idem decernimus observari in quibuscunque aliis Magistris docentibus aliquos pueros aliquam artem in Civitate Faventiæ approbatam, ut liceat eis, ut suprà, impunè ipsos pueros, moderatè tamen verberibus afficere.

SUMMARIUM.

1 Educatio adolescentium est fundamentum totius Reipubl. tanquàm basis omnium virtutum, & à quo dependet totius residui vitæ expectatio.

2 Magistratus invigilare debent, ut juventus instruatur.

3 Educatione, & instructione juventutis neglecta, resultaret grave damnum universali Ecclesiæ, & quarè.

4 Leges frustrà promulgarentur, & in vanum imperaretur jis, qui obedire non didicerunt, si juventus non instrueretur.

5 Homines malè educati leges quamvis justissimas contemnunt.

6 Scientiarum communicatio damnatur tanquàm Reip. perniciosa. Contrarium o.8. Declara num.12.

7 Scientiæ, & literæ in Imperio Otthomano sunt damnatæ.

8 *Cornelius Agrippa* omnes scientias damnavit.

9 Christianam Religionem abolere volentes à Scholis, & disciplinis juventutè arcuerunt. *Julianus Apostata* vetuit, ne Christianorum filii ad publicas Scholas accederent nu.9.
Scientiæ necessariæ sunt ad repellendas ignorantiæ tenebras.
Scientiarum effectus adducuntur num.10.

11 Sapientes utiliores sunt Reip. quàm imperiti.
Docti differunt ab indoctis sicut vivi à mortuis num.11.

13 Pater filium ad studium an mittere cogi valeat remissivè.

14 Scholæ sunt Reip. lumina, & ornamenta, ac Religionis, & virtutis nutrices nu. 17. & 18.

15 Matris educatio in pueris teneræ ætatis est necessaria.

16 Adolescentes proni sunt ad malum, sed opera, & virtute assuefieri possunt ad bonum.

17 Filii magis proficientur in Scholis, quàm Domi.

18 Cura Scholarum institutio præcipuè habita fuit in omnibus rebus publicis benè ordinatis ibi recensitis.

19 Magister in qualibet Ecclesia Cathedrali requiritur pro instruendis Clericis, & aliis & num.20.

20 Theologiæ lectio in Cathedrali requiritur ex dispositione *Sacri Concilii Tridentini*.

21 Scholæ pro puellis erigendæ sunt cum publico stipendio.

22 Scholæ pro puellis erectæ sunt in Urbe à *fel: mem: Alexandro VII. & Innocentio XI.* vide ibi.

23 Magistri Scholarum quas virtutes possidere debeant, & in quibus scientiis, & virtutibus erudire debeant Scholares.

24 Magistri Scholæ electio, & deputatio spectat ad Episcopum eum Capitulo; Contrarium, quod spectet ad Decutiones collegialitèr n. 25. Decl. n.26.

27 Examen Magistri Scholæ circà Fidem Catholicam, Doctrinam Christianam, & bonos mores spectat ad Episcopum.

28 Professionem fidei emittere debent Magistri Scholæ in manibus Episcopi.

29 Magistri Scholæ erectio, & dotatio in Civitate Verulana facta fuit à Canonico Antonio de Franchis cum reservatione electionis ejus Familiæ.

30 Legatum factum Magistro Scholæ pro erudiendis pueris est opus pium.

31 Et respicit honorem Civitatis, ac publicam utilitatem.
Utilitatem publicam respicit habere homines eruditos num.31.
Legatum pro anima censetur id, quod reliquitur pro bono publico num.31.

32 Electionem Præceptoris habens tenetur eligere meliorem.

33 Legatum pium si hæres, seu executor testamentarius integrè non solvat peccat mortalitèr, & tenetur ad restitutionem, ac incidit in excommunicationem ipso facto, & privatur jure eligendi num.34.

34 Jus eligendi Præceptorem habens pro Schola publica cum certa annua præstatione, si minùs idoneum eligat, & integram annuam præstationem non solvat privatur jure eligendi.

35 Legatum ad certum usum destinatum in alium converti non valet.
Legatum ad certum pium usum destinatum, debet integrè in illum converti absquè eo quod Administratores valeant quidquam erogare in usum proprium num. 35.

36 Commutatio voluntatis Testatoris ad solum Romanum Pontificem spectat.

37 Scholæ publicæ Grammaticæ, Rethoricæ, Aritmeticæ, & Musicæ sunt in Civitate Faventiæ.

OBSERVATIO.

CUM fundamentum totius Reipublicæ sit adolescentium educatio, à qua
1 tanquàm basis omnium virtutum totius residui vitæ expectatio dependet, ut docet *Amaya in l. Medicos 6. Cod. de Professor. & Medic. libr. 10. Bodin. de Rep. lib. 6. cap. 1. pag. mihi 968. in princ. Carpzou. de Jurisprudent. lib. 1.*
2 *tit. 6. deffinit. 73. n. 1.* Ideò ad Magistratus curam pertinet invigilare, ut Juventus rectè, & diligentèr instruatur *Ernest Cothman. vol. 2. consil. 64. n. 28. cum seqq. Carpzou. lib. 1. Jurisprudent. Consistor. tit. 1. deffinit. 9. cum seq. & tit. 6. diffinit. 74. n. 1.* Alinquin ea neglecta
3 resultaret grave damnum universali Ecclesiæ, cùm Christianismus paulatim degenerare posset in Paganismum, sivè Ethnicismum *Carpzou. d. diffinit. 9. n. 2. Barbos. Vot. decisiv. lib. 3. vot. 78. dub. 2. sub n. 28.*
4 Et frustrà promulgarentur leges, ac in vanum imperaretur eis, qui obedire non didicerunt *Aristotil. 5. Politic. Carpzon. d. tract. tit. 6. cit. diffinit. 74. n. 1.* Nàm homines malè educati leges, quamvis justissimas contemnere
5 audent *Besold. de Educat. cap. 2. n. 1.*

Nonnulli tamen Politicorum damnant, nimiam hodiè in Republica Christiana scien-
6 tiarum omnibus communicationem, tanquàm illi perniciosam, nàm si omnes literarum studiis incumbant, deficient, qui agros colant, vestes resarciant, militiam exerceant &c. juxtà opinionem, quam tuetur *Jo: Barclajus in Argenide.* Et quamvis hæc opinio comprobari videatur exemplo Otthomani Imperii, in quo, cùm scientiæ, & literæ
7 damnatæ sint, Subditi in militia adeò strenui evaserunt, ut quasi toto Orbi terrorem incutiant: Nihilominùs id non minùs barbarum, quàm periculosum est, & experientia
8 compertum est in plurimos errores impegisse Cornelium Agrippam, qui scientias damnaverat, ac videmus consilium eorum, qui
9 Christianam Religionem abolere conati sunt eo tendisse, ut primum omnium à Scholis, & à disciplinis eos arcerent; quapropter Julianus Apostata, ut robur nostræ Religionis infringeret, & nervos quodammodò Christianæ disciplinæ resecaret, vetuit, nè Christianorum filii ad publicas Scholas accederent, & acritèr conatus est ut commercium literarum Fidelibus adimeret, proùt testantur *Sozomenus Histor. Eccles. lib. 5. cap. 18. litt. B. Theodoret.* & alii allegati *à P. Alexandro de Natale in suo Hist. Eccles. Secul. 4. cap. 1. pag. mihi 9.*

Undè scientiæ necessariæ quidèm sunt ad
10 expellendas ignorantiæ tenebras, nàm ex eis vita Subditorum informatur ad obediendum *Deo*, & Principibus, & per veros literatos totus illuminatur Mundus, ut plutibus concordantibus *Barbos. in auth. Habita n. 7. C. Nè filius pro Patre, vel Pater &c.* comprobat *Antunez Portugal. de Donat. Reg. vol. 1. lib. 2. cap. 22. n. 3. cum seq.* ubi etiam firmat, quod
11 utiliores sunt Reipub. Sapientes, quàm imperiti, & cum *Pereyr. & Laert.* subdit *Aristotilem* interrogatum, qua ratione differant Docti ab indoctis respondisse, *qua vivi à mortuis Cobell. ad Bullam boni Regim. cap. 38. num. 7.*
Non tamèn omnibus communicandæ sunt,
12 sed media quædam via tenenda, & modus habendus videtur, sine quo Respublica rectè institui, & diu conservari non potest ad instar humani corporis, in quo singula membra propria exercere officia necesse est, ut animadvertit *Amayden. de Stylo Dataria lib. 1. cap. 15. §. 9. sub n. 12. cum duobus seqq.*

Hic congruit illa disputatio, An Pater teneatur, & cogi valeat mittere filium ad studium, eique necessarias expensas subministra-
13 re, quam examinant omissis aliis *Merlin. de Legitim. lib. 2. quæst. 22. n. 8. cum seqq. & Gait. de Credit. cap. 4. quæst. 11. nu. 1572. cum seqq.* qui tandèm conveniunt in eo, quod si Pater voluntariè misit ad studium primatum literarum filium, quià dignoscatur perspicacis ingenii, & aptus ad discendas scientias, eo casu cogi poterit.

Ad rectam verò juventutis educationem præcipue conducunt, ac sunt necessariæ Scholæ, quæ sunt Reipublicæ lumina, & ornamen-
14 ta, ac religionis, & virtutis Nutrices *Cothman. vol. 5. consil. 43. n. 1. Antunez Portugal. de Donat. Reg. tom. 1. lib. 2. cap. 22. nu. 1.*

Post mollem enim educationem Matris in tenella ætate filiorum optimam, utpotè quia
15 pueri indigent sedula opera, & blanditiis maternis, rigidiori opus est disciplina ad in-

for-

Digitized by Google

formandos mores, & ut deflectant à lubricæ adolescentiæ periculis, ut cum *Plutarch. de Educat. liberor.* animadvertit *Rot. coram Merlin. decis.* 812. *sub nu.* 12. cnm omnis ætas ab ado-
16 lescentia prona sit ad malum, & à teneris annis assuefieri ad bonum magni sit operis, & effectus, juxta præcisa verba *Leonic X. in ejus Bulla* 7. §. 32. *Bullar. nov. vol.* 1.

In Scholis enim magis proficientur pueri,
17 quam si Parentes privatim domi filiis Præceptores præficiant, tum quia privata institutio est mollior propter intemperantem Parentum amorem erga eosdem liberos, quorum ingenia ideo languescunt; Tum quia ibi non excitatur illa laudabilis, & virtuosa æmulatio, quæ ingenia acuit, sed nimium quisque sibi tribuit, dum se nemini comparat; Tum etiam quia mediante publica educatione pueri à teneris se assuescunt conversari, ut notat *Quintilian. lib.* 1. *Instit. cap.* 3. Unde in omnibus rebus publicis bene ordinatis præcipua cura fuit Scholarum publicarum institu-
18 tio, ut in Republica Hæbreorum, in qua erant Scholæ Prophetarum, & Scribarum, latè *Heleriuc de Ecclesiast. Hierarch. lib.* 1. *cap. penult.*, & apud Romanos, ut late probat *Gonzalez Tellez in Commentar. ad cap. quia nonnullis* 4. *sub nu.* 3. *de Magistris &c.* Eadem vigilantia quoque fuit apud veteres Ecclesiæ Patres in variis Conciliis plene relatis per *Gonzalez. loc. cit. nu.* 4. *cum seq.* Præsertim vero demandata fuit in *Concilio Lateranensi*, in quo dispo-
19 situm fuit per *unamquamque Cathedralem Ecclesiam Magistro, qui ejusdem Ecclesiæ Clericos, aliosque Scholares pauperes gratis instrueret, aliquod competens Beneficium præberetur, quo & docentis relevaretur necessitas, & via pateret discentibus ad doctrinam*, ut in *cap. quia nonnullis* 4. *de Magistr. &c. ibique Gonzalez in not. n.* 1. Et *Innocentius III.* ulterius statuit, *ut non solum in qualibet Cathedrali Ecclesia, sed etiam in aliis, quarum sufficere poterunt facultates, constituatur Magister idoneus à Prælato cum Capitulo, seu majori, & saniori parte Capituli, qui Clericos Ecclesiarum ipsarum gratis in Grammatica facultate, ac alios instruat juxta posse*, ut in *d. cap. quia nonnullis*. Ac per *Concil. Trident. sess.* 5. *de Reformat. cap.* 1. resolutum fuit quod *Ecclesiæ,*
20 *quarum annui proventus tenues fuerint, & ubi tam exigua est Cleri, & Populi multitudo, ut Theologiæ lectio in ea commode haberi non possit, saltem Magistrum habeant ab Episcopo, cum consilio Capituli eligendum, qui Clericos, aliosque Scholares pauperes Grammaticam gratis doceat, ut deinceps ad ipsa Sacræ Scripturæ studia, annuente Deo transire possint. Ideoque illi Magistro Gramaticæ, vel alicujus simplicis Beneficii fructus, quos tandiu percipiat, quandiu in docendo perstiterit, assignentur, dum tamen Beneficium ipsum suo debito non fraudetur obsequio, vel ex Capitulari, vel Episcopali mensa condigna aliqua merces persolvatur, vel alias Episcopus ipse aliquam rationem ineat suæ Ecclesiæ, & Diæcesi accomodam, ne pia hæc utilis, atque fructuosa provisio quovis quæsito colore negligatur &c.* circa quam materiam videndus *Barbos. in cap.* 1 *& in d. cap. quia nonnullis de Magistr. &c. Franets de Eccles. Cathedral. sub cap.* 28. *Pater Andreas Mendo de Jure Accademiæ, Fragos. de Regim. Reip. par.* 2. *lib.* 3. *disput.* 8. §. 2. *nu.* 24. & noviter *Claud. Ioly* in libello gallico sermone scripto, cui titulus *Traitè Historique des Ecoles Episcopales, & Ecclesiastiquec Impress. Parisiis* 1678. *in* 12.

Quinimo erigendæ sunt etiam Scholæ sepa-
21 ratæ pro puellis, & pro earum regimine publico stipendio eligendæ sunt honestæ, graves, & idoneæ præceptrices, quæ eas in moribus, virtutibus, & pietate informent, & instruant, ut admonet *Carpzou. in Jurisprudent. lib.* 1. *tit.* 6. *deffinit.* 74. *num.* 4. *cum seqq. & Knipschild. de Privileg. Civit. Imperial. lib.* 5. *cap.* 16. *nu.* 13. prout mandante *sa: mem: Alexandro VIII.* institutæ fuerunt triginta Scholæ
22 in totidem Regionibus Urbis pro pauperibus puellis, quæ deinde a summa pietate *sa: mem: Innocentii XII.* auctæ fuerunt ad alias quadraginta sex in variis Regionibus, constituto ex Ærario Pontificio pro eleemosynis destinato menstruo salario præceptricibus, ac certa quotidiana eleemosyna panis eisdem puellis ultra subministrationem materiæ laborandi, & exinde mercedem consequendi, quod cum redundet in maximam utilitatem tam corporis, quam Animarum hujusmodi pauperum puellarum, quarum major pars cum scandalo, & periculo honestatis, alioquin vagabundæ ibant per Urbem, desideranda, & speranda est in hoc pio opere eadem vigilantia in Successoribus.

Præcipue autem animadvertendum est, quod Præceptores, qui præficiuntur, sint idonei ratione gravitatis, integritatis, modestię,
23 pietatis, humanitatis, scientiæ, experientiæ, & dexteritatis, ut pueri ne dum literas discant, sed etiam in pietate, & aliis virtutibus proficiant ad *tex. in lege Magistros Cod. de professorib. & Medicis lib.* 10., & docet *Carpozn. de Jurisprudent. lib.* 1. *tit.* 6. *deffinit.* 73. *num.* 5. latissimè omnibus his virtutibus, & qualitatibus examinatis firmat *Kaipschild. cit. cap.* 16. *num.* 14. *cum seqq. & Pignattell. consultat.* 5. *num.* 4. *&* 6. *part.* 3. ac præscribitur quid eis incumbat in *Bulla Leonic X. in Bullar. nov. vol.* 1. *in ordine la* 7. §. 32. ibi: *Statuimus, & ordinamus, ut Magistri Scholarum, & Præceptores pueros suos, sivè adolescentes, ne dum in Grammatica, & Rethorica, ac cæteris hujusmodi erudire, & instruere debeant; Verum etiam docere teneantur, ea quæ ad Religionem pertinent, ut sunt præcepta Divina, articuli fidei Sacri Hymni, & Psalmi, ac Sanctorum vitæ, diebusque festivis nihil aliud eos docere possint, quàm in rebus ad Religionem, & bonos mores pertinentibus, eosque in illis instruere, hortari, & cogere in quantum possunt teneantur, ut nedum ad Missas, sed etiam ad Vesperas, Divinaque Officia audienda ad Ecclesias attedant, & similitèr ad prædica-*

tio-

tiones, & sermones audiendos impellant, nihilque contra bonos mores, aut quod ad impietatem inducat, eis legere possint. Et si detegantur imperiti, removendi sunt propter præjudicium Reipublicæ, ut tradit *Amaya in Rub. Cod. de Professorib. & Medicis in fine lib. 10.*

Eorum electio, & deputatio spectare vide-
24 tur ad Episcopum cum Capitulo ad *tex. in dicto capit. quia nonnullis vers. verum de Magistr.* sed verius est spectare ad Decuriones Civitatis
25 per *text. in dicta leg. Magistros ibique gloss. in verbo ordinis*, & primam opinionem in *Jure Canonico* fundatam procedere, quando Magi-
26 stri recipiunt salarium ab Ecclesia; hanc verò procedere, quando solvitur per Communitatem, ut distinguit *Rebuff. in dicta leg. Magistros* quem refert, & sequitur *Tondut. QQ. & resolut. beneficial. par. 1. cap. 17. nu. 15. vers. quæ duo, & nu. 17.* notat, quod hæc electio non est facienda per Decuriones uti singulos, sed collegialiter tanquam repræsentantes totum corpus.

Examen tamen circa Fidem Catholicam,
27 Doctrinam Christianam, & bonos mores spectat ad Episcopum, ut tradunt *Barbos. in Concil. Trid. sess. 5. cap. 1. nu. 44. in Summa decis. Apostol. collectan. 460. nu. 5.* & respondit *Sac. Congregatio Concilii in Verulana sub die 20. Februarii 1677.* rescribendo. *Quo ad ludi Magistrum ex pia fundatione de Franchis retinendi, jus quidem competit Amplit. tuæ illum examinandi, sed in iis tantum, quæ spectant ad Fidem, doctrinam Christianam, & bonos mores, in quibus si idoneus compertus fuerit, permittendum est, ut suum munus exerceat: Illud amplius Episcopus efficere poterit, ut salarium à Fundatore præfinitum integrè, ac verè persolvatur, ut ita idoneus quantum fieri poterit, inveniatur:* Ulteriùs in manibus Episcopi, vel ejus Vicarii Generalis
28 tenentur Ludi Magistri emittere professionem Fidei ex dispositione *Bulla Pii IV. in Bullario novo tom. 2. in ordine la 88.* ubi *in fine* legitur formula professionis Fidei emittendæ, & prosequitur *Barbos. dicta collect. 460. eodem num. 5. Pignatell. consult. 5. num. 2. par. 3. Tondut. QQ. & resolut. benef. par. 1. cap. 17. nu. 18.* in prædicta enim Causa *Verulana* agebatur de legato annuo scutorum centum viginti circiter facto per *bon. mem. D. Antoninum Francum* Collegiatæ Ecclesiæ Sancti Erasmi Canonicum, & cu-
29 jus tenor hic inserendum duxi, ut memoria istius facilius conservetur pro majori gloria illius nobilis Familiæ Verulanæ, quæ modo conservatur per *DD. Philippum, & Capitaneum Paulum. Item dictus Dominus Antonius Testator sciens, & scire se dixit ejusdem D. Petri Germani sui firmum, & communicatum propositum consulendi necessitatibus Verulanæ Patriæ suæ, & Civium ipsius animadvertentis ad ejusdem Patriæ egestatem, & ob inopiam literarum Juris carere unamquamque Rempublicam literatis, & sapientibus Viris illustrari, & sine ipsis gubernari non posse, de ejusdem Fratris sui voluntate, & conscientia sibi credita ad laudem Dei Omnipotentis, & salutem eorum Defunctorum, & Benefactorum suorum reliquit, quod in Civitate Verulana gymnasium constituatur, prout insimul ipsi, fratre suo vivente, oretenùs firmiter constituerant, & pro constituto firmiter ipsum habuerant,* gymnasium Francum *vocari voluerunt sub cura illustrissimi, & Reverendissimi Domini Episcopi Verulani, vel sui Vicarii in ejus absentiam, & magnifici D. Manilii, & filiorum hæredum, & Successorum suorum descendentium, ex ejus Uxore D. Elisabetha nepte ipsius Testatoris, eorum videlicet, qui pervenerint, ad gradum Doctoratus, quod aliter à dicta cura removeantur, duorum Canonicorum S. Andreæ, duorum Canonicorum S. Erasmi, qui à Capitulis dictarum Ecclesiarum eligantur, Sindici, & duorum Officialium Civitatis Verularum, qui per Consilium eligantur, Guardiani Sancti Martini de Verulis, hac conditione apposita, quod si dictus D. Manilius in termino unius mensis computandi à tempore, quo Conductor Ergasterii sui in Urbe tenetur solvere salarium semestre non concordaverit, & conveneris cum prædictis D. Canonicis, Sindico, Officialibus, & Guardiano ad instituendum, & exequendum dictum gymnasium, & eligendum, & providendum de idoneo Magistro, & Gramatico, non possit, neque debeat intervenire amplius sed ipsi, DD. Episcopus, Canonici, Sindicus, Officiales & Guardianus possint, valeant, & debeant omnia supradicta facere, & debitæ executioni demandare sine ipsius Domini Manilii interventu, & pro ejus dote reliquit totum Ergasterium suum cum omnibus positum in Urbe in Regione Campi Martii in Contrada S. Luciæ della Tinta juxta rem hæredum Michaelis Casalis, & S. Jo: vel S. Hieronymi, rem Ecclesiæ S. Luciæ juxtà flumen à pede, & viam publicam, & alios fines. Item omnes possessiones suas positas in Territorio Anagniæ in Contrada, quæ dicitur la Valle del Conte capacitatis octo rubrorum, vel circà juxta rem Antonii Scar, nelli, seù ejus hæredum de Ferentino, rem hæredum Joannis de Gavignano, rem Matthæi S. Angeli, rem D. Gentilii Jo: rem Magistri Jacobi similiter de Gavignano, & alios fines. Item possessiones in eodem Territorio sitas in Contrada Jabel juxta fossatum à latere, flumen à pede, viam publicam à capite cum possessione, sive prato supradictam viam, & dictas possessiones via mediante juxta rem hæredum Octaviani Vacarini, & alios fines. Item omnes alias possessiones in eodem Territorio videlicet suas, præter legatas à D. Petro Franco. Item reliquit, quod si Domina Elisabetha Neptis sua mori contigerit absque legitimis, & naturalibus filiis omnia bona, quæ habuit in dotem, & dotis nomine voluit deveniri ad dictum Gymnasium Francum, ut patet in testamento Domini Petri de dote ei relicta, ut dicitur præter legata ab ipso D. Petro Franco. Item reliquit, quod Præceptor, sive Magister gratis doceat Verulanos, & in die S. Michaelis Archangeli, cum omnibus Scholaribus voluit interesse Divinis in Cappella ab ipso fratre suo, & ipso Testatore erecta, & dotata in Ecclesia S. Erasmi. In omnibus aliis autem suis*

Digitized by Google

ſuis bonis &c. inſtitnit hæredem D. Eliſabetham Neptem ſuam prædiſtam, ut ex Teſtamento rogato ſub die 9. Junii 1538. per Jo: Martellum Notarium Verulanum.

In Codicillo verò poſteà condito die 9. Julii ejuſdem anni per rogitum prædicti Notarii ademit jus eligendi Præceptorem aliis prętèr quam Manilio ejuſque filiis, & deſcendentibus maſculis ibi: Reliquit dictam curam de eligendo idoneo Præceptore Gramatico in dicto Gymnaſio prædicto D. Manilio; & ſuis filiis hæredibus, & ſucceſſoribus maſculis deſcendentibus ex eo, & ejus Uxore Domina Eliſabetta etiam in perpetuum, excluſis aliis Electoribus in Teſtamento contentis, cum hoc videlicet, quod præfatus D. Manilius, & alii Succeſſores teneantur quolibet anno eligere in termino duorum menſium, quod aliter dicta electio, & cura deveniat eo modo, ut in Teſtamento continetur &c.

Advertendum eſt, quod prædictum lega-
30 tum tanquam factum à Teſtatore ex conſcientia Petri fratris ſibi credita ad laudem Dei Omnipotentis, & ſalutem eorum Defunctorum, & Benefactorum ſuorum dicitur pium §. ſi unum de prædictis Auth. ut eum. de Appellat. cognoſc. Ciarlin. controv. forenſ. cap.5. nu.9. Rub. Pract. reſol. cap.1. nu.8. Monet. de Commut. ultim. vol. cap.4. num.18. Barboſ. de Jure Eccleſ. univerſ. lib.3. cap.27. nu.11. & Amoſtazz. de Cauſ. piiſ. lib.1. cap.1. n.6. juncto nu.30. Ultra quod cum
20 factum fuerit pro erudiendis pueris hujus
Civitatis Verulanæ, ubi non aderat, nec adeſt
Gymnaſium publicum reſpicit honorem Ci-
31 vitatis l. Civitatibus verſ. hoc amplius 125. ff.
de Legat. 1. Et utilitatem publicam, ad quam pertinet habere homines eruditos, & literatos ad tex. in cap. final. de Magiſtr., & firmat Cobell. ad Bull. boni Regim. cap.38. num.6. cum duobus ſeqq., & quod cauſa ſtudiorum reſpicit publicam utilitatem tradunt Alex. ad Bart. in leg. unic. §. itant unicuique nu.3. Cod. de Stud. liberal. Urb. lib.11. Petrus Barboſ. in leg.1. par.7. nu.50. ff. Solut. Matrim. Gratian. diſcept. forenſ. cap.186. nu.13. & comprobat Antunez. Portugal. de Donat. Reg. tom.1. lib.2. cap.22. n.1. cum ſeqq. & hujuſmodi legatum pro erudiendis pueris, & ſic pro bono publico, cenſeatur pro anima relictum aliis relatis, tradit Barboſ. d. cap.27. nu.21. & opus pium judicatur, ut firmat Dian. Oper. moral. par.6. tract.8. reſolut.38. nu.2. Unde eo magis incumbit onus adhiben-
32 di omne ſtudium pro electione eximii, ac
omni virtute præditi Præceptoris cum integra aſſignatione omnium fructuum bonorum, ut ſupra illi tanquam dos Gymnaſii aſſignatorum, alioquin ſi dimidiarentur (quod Deus
33 avertat) mortaliter peccaretur non adim-
plendo mentem Teſtatoris, prout ex iuſtitia hæres, & executor Teſtamentarius tenentur, ut relato Navarro reſpondit Sanchez. Conſ. moral. lib.4. cap.1. dub.47. num.1. Ac præter peccatum mortale teneretur ad reſtitutionem, nam tripliciter delinqueretur nempe contrà fidelitatem proprii muneris, contra Juſtitiam Magiſtri, & publici boni, in quorum gratiam factum eſt legatum, & contra Religionem, cum ſit opus pium, ut firmat Lezan. Oper. moral. par.2. in verbo Legatum nu.3. Et ulterius tam eligentes, quàm electus incurrerent, ſi inter ſe colluderent, ipſo facto in ſuſpenſionem, & excommunicationem reſpectivè ex diſpoſitione Conſtitutionum Synodalium bo: me: Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Angelucci Epiſcopi Verulani ob ejus egregias virtutes, & rerum in hac Civitate, & Diæceſi geſtarum nunquàm ſatis laudati, in tit. de Executoribus Teſtamentariis: Præterea ſi non adimpleretur prædicta diſpoſitio cenſeretur Teſtator
34 ſpretus, & offenſus ab Electoribus, quibus
fidem ſuam commiſit, qua propter tanquam indigni jure eligendi Præceptorem, omnes eorum jus amitterent juxtà reſponſum Papiniani in l. Si Patroni filius, §. qui fideicommiſſariam hæreditatem ibi: cur enim non videatur indignus, ut qui deſtituit ſupremas Defunctorum preces conſequatur aliquid ex voluntate? ff. ad S. C. Trebell. & tenent Fragoſ. de Regim. Reip. par.3. lib.5. diſput.8. §.16. n.483. & Dian. oper. moral. par.6. tract.6. reſol.3. nu.3.

Non omittendo hac occaſione addere, regulare eſſe, quod legatum ad certum uſum deſtinatum in alium converti non valet, ut
35 docet Barboſ. in Clementin. quia contigit n.11.
de Relig. domib. Et quæ ad certum uſum pium ſunt deſtinata, debent integrè in illum converti abſque eo quod Adminiſtratores valeant quidquàm in uſum proprium erogare, juxtà legem ſancitam à Clemente V. in dicta Clementin. quia contingit ibi: Proventus eoſdem in uſus ſuos damnabiliter convertentes, cum tamen, & quæ ad certum uſum largitione ſunt deſtinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium uſum (ſalva quidem Sedis Apoſtolicæ auctoritate) converti. Ipſi enim non poſſunt arbitrare, cum
36 ad Romanum Pontificem ſpectet pias Defun-
ctorum voluntates commutare, ut firmatur in dicta Clementin. quia contingit ibiq; Barboſ. nu.13. & in tractat. de Offic. & Poteſt. Epiſcop. par.3. allegat.83. num.1. Antonell. de Regim. Eccleſ. lib.1. cap.10. §.9. nu.77. & Rot. coram Buratt. deciſ.760. nu.2. ibique Aaden. & alibi ſæpè.

Non omittam etiam hic adnotare, quod cum Juvenes compatriotæ abundent Præceptoribus in omni ſcientia nullam eorum ignorantiæ excuſationem allegare valebunt. Etenim in Civitate Faventiæ præter Scholas publicas Gramaticæ, Rethoricæ, Aritmeticæ, & Muſicæ in executionem diſpoſitionis teſta-
37 mentariæ Horatiæ de Valiranis ęternæ memo-
riæ dignæ erecta fuit die prima Februa-
38 rii 1606. Lectura publica Inſtitutionum Ci-
vilium à cl. mem. Cardinali de Valentibus Epiſcopo Faventino conſanguinitate coniuncto cum Domino Ferdinando pariter de Valentibus Sac. Conſiſtorialis Aulæ & Fiſci Advocato Amico cariſſimo, & nunquam ſatis laudato ob ſingulares ejus amici dotes & virtutes, ut ex

Brevi

Brevi erectionis, & Capitulis tenoris sequentis.

Erminius miseratione Divina tit. Sanctæ Mariæ Transpontinæ S. R. E. Præsbiter Cardinalis de Valentibus nuncupatus Dei, & Apostolica Sedis gratia Episcopus Faventinus Dilectis in Christo filiis nostræ Civitatis Faventiæ Civibus salutem in Domino. Sanè nostris mediantibus Viris DD. Andrea Bettisio, & Andrea Matthilio I. V. DD. petitio continebant, quod alias dum erat in humanis honesta mulier D. Horatia de Valranis suum condidit Testamentum anno Domini 1557. sub die 21. mensis Januarii ex rogitu Ser Petri Matthæi Marchini olim Notarii Faven., in quo inter cætera disposuit, prout in dicto Testamento, ac precibus nobis desuper porrectis, & in actis Curiæ, & Cancellarii nostri registratis, undè nos studio Paternæ sollicitudinis intendentes, ut piæ Defunctorum voluntates executioni mandentur auctoritate nostra ordinaria, & qua in hac parte fungimur in dicta nostra Civitate Faventina, quam Divina bonitas tot Religiosorum Monasteriorum, Domorum, ac Piorum locorum insignivit; Non immeritò etiam ut scientiarum fiat fecunda, & Viros producat consiliari maturitate conspicuos occasione desuper prabente legatam perpetuam lecturam Institutionum habendam ab uno I. V. D. Faventino, ab Antianis, Conservatoribus, Priore Decanoque Doctorum pro tempore, & sex probis Viris scientificis à generali Consilio deputandis, iisque coram Nobis congregandis per vota Secreta eligendo, ac per nos confirmando, cum Capitulis à Conservatoribus ejusdem S. Montis conficiendis, & à Nobis approbandis his patentibus nostris litteris erigimus, & constituimus cum annua pensione scutorum quinquaginta sumendorum ex introitibus hæreditatis prædictæ non solum &c. sed omni alio meliori modo &c. in quorum fidem, Testimonium præmissorum has manu nostra subscriptas &c. in prædictum Curiæ nostræ Episcopalis Notarium, & Scribam subscribi mandavimus, sigilliq; nostri, quo in talibus utimur jussimus, & fecimus appensione muniri. Datum Faventiæ in nostro Episcopali Palatio sub anno à Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo sexcentesimo sexto indictione quarta tempore Pontificatus SS. in ChristoPatris, & D. N. D. Pauli Divina Providentia Papæ Quinti anno ejus primo, die vero 1. mensis Februarii.

Erminius Cardinalis Episcopus.

Bernardinus Battalia Cur. Episc. Faventia Not., & Cancell. de Mandato &c.

Capitula observanda à Legente Doctore, sunt sequentia.

Nel nome del Sig. Iddio correndo l'anno „ della sua Natività 1606, & del Pontificato „ di Papa Paolo Quinto l'anno primo, sotto il „ buon governo dell'Illustrissimo, e Reverendissimo Sig. Cardinale Erminio Valente per „ la Dio graaia, e della Santa Sede Apostolica „ Vescovo di Faenza, li Signori Conservatori „ del Sacro Monte della Pietà di detta Città

„ Esecutori della pia mente, & virile disposizio„ ne dell'egregia Madonna Horatia Valirani per „ l'elezione del Dottore, e suo dispendio, e salario hanno stabiliti gl'infrascritti Capitoli, „ quali doveranno essere inviolabilmente osservati, approvati che saranno da Sua Signoria „ Illustrissima, e Reverendissima.

„ Prima si supplica Sua Signoria Illustrissima, „ e Reverendissima, che per sua bontà, e beni„ gnità di questa Lettura, acciò sia trattata, e „ mantenura con quella riputazione, che con„ viene.

„ Li Signori Antiani, li Conservatori del S. „ Monte, il Priore, & il Decano del Collegio „ de'Dottori per li tempi con sei Gentilhuomini „ da nominarsi, & approvatsi canonicamente „ nel Conseglio generale di Faenza, li quali „ tutti alla presenza, e con il voto di sua Si„ gnoria Illustrissima, e Reverendissima per suf„ fragii secreti faranno l'elezzione del Dottore „ che dourà leggere, remota da loro ogni pas„ sione mondana, & ogn'interesse humano, mà „ solo habbiano l'occhio al bene publico, & al„ l'honore della Città con dare ciascuno il suo „ suffragio al più idoneo, e letterato in questa „ professione di leggere, & di buoni, e hone„ sti costumi, e per li due terzi s'haurà per elet„ to, & in caso di parità nelli voti accaderà à „ quello, che più piacerà à Sua Signoria Illu„ strissima, e Reverendissima, e la detta elettio„ ne sarà per trè anni, ma però che ogn'anno „ debba essere ballottato senza concorrenti, & „ non ottenendo per due delle trè parti, in tal „ caso si ammettano gl'altri concorrenti per „ altri trè anni, e così continui sempre.

„ Che non possa essere ammesso al concorso „ chi non sarà matricolato nel Collegio de' Dot„ tori, e che non sia originario di detta Città, „ & essendoci Dottori, quali habiano dieci an„ ni di Dottorato, e più che vogliono concorrere „ non possano essere admessi altri inferiori di „ detto decennio al concorso con essi, eccet„ tuando però quelli, che havessero dato segno „ di se con sostentare publicamente ò nella scuola, ò altrove otto ò piu conclusioni.

„ Leggerà nelle Scole la matina doppo che „ sarà letta la lezzione d'humanità, e sonata la „ Campana per un quarto d'hora il Testo con „ la glossa, & il giorno doppo pranso in Casa „ il Testo solo.

„ Vacherà trè mesi dell'anno, cioè Luglio, „ Agosto, e Settembre circa al leggere nelle „ Scole, mà leggerà in Casa alli Novitii il Te„ sto, & una volta la settimana attenderà all'Ac„ cademia con i più provetti.

„ Un giorno della settimana di tutto l'anno, „ cioè il Giovedì haurà vacanza tutte le feste, „ & quelle ancora, che si osservano nella Città, „ & otto giorni avanti il Natale di Nostro Si„ gnore, uno all'Epifania inclusivè, quindici „ giorni avanti la Quadragesima, la settimana„ Santa, per tutta l'Ottava di Pasqua, due gior„ ni avanti la Pentecoste.

„ Il Salario per detta Lettura sarà di scudi

„ cin-

,, cinquanta conforme al decreto ſopra ciò fat-
,, to dall'Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Signor
,, Cardinale Veſcovo, quali ſi douranno pagare
,, di tre meſi in trè meſi anticiparamente.
,, Scolari douranno eſſere modeſti, e ſavii, e
,, portare riſpetto al Dottore loro Maeſtro, &
,, anco trà loro, in modo che oon facciano ſtre-
,, pito, ne diſturbino la lezione, ne trà loro ven-
,, gano à riſſa ſotto pena d'eſſer diſcacciati come
,, diſcoli, oltre l'altre pene da imponerli da ſua
,, Signoria Illuſtriſſima, ò ſuo Vicario,
,, Li Signori Conſervatori per li tempi dou-
,, ranno attendere all'oſſervanaa delli Sudetti
,, Capitoli, & almeno ogni meſe una volta viſi-
,, tare le dette Scole, & trovandoſi, che il Dot-
,, tore manchi del debito ſuo ſiano con ſua Si-
,, gnoria Illuſtriſſima, ò ſuo ſucceſſore per li
,, tempi, & in aſſenaa con il ſuo Vicario Gene-
,, rale per provedere, & imponerli quella pena,
,, che ſarà da ſua Signoria Illoſtriſſinoa giudi-
,, cata bene.
,, Si riſerva ſempre mai à ſua Signoria Illu-
,, ſtriſſima, e Reverendiſſima come Veſcovo, &
,, Ordinario la Sopraintendenza, & autorità in
,, detta Lettura nel Dottore, e nelli Scolari d'al-
,, terare, e minuire li ſopradetti Capitoli coo
,, le pene, & altre proviſioni ſecondo il ſuo ar-
,, bitrio non ſolo oel modo predetto, ma in
,, ogn'altro di ragione megliore, in fede delle
,, coſe ſopradette &c. il dì 14. Febraro 1606.

Supradicta Capitula, Ordinationes, & Statuta tanquam juſta, & convenientia approbamus, confirmamus, & obſervari mandamus ſub pœnis etiam arbitrio noſtro imponendis, & moderandis, nec non Nobis, & Succeſſoribus noſtris reſervamus ordinariam, & delegatam auctoritatem, & Juriſdictionem in præmiſſis, & circa ea, ac perſonas in caſibus &c. non ſolum &c. ſed alio meliori modo &c. Dat. Faventiæ in Epiſcopali Palatio die 14. Februarii 1606.

Erminius Cardinalis Epiſcopus.

Bernardinus Battalia Curiæ Epiſcopalis Faven. Cancellarius de mandato &c.

Die 29. Aprilis 1609.

Illuſtris D. Pindarus Celius Vicarius Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi D. D. Cardinalis de Valentibus Epiſcopi Faven. de ordine Illuſtriſſimæ Dominationis ſuæ addidit infraſcriptum Capitulum, quod inviolabiliter obſervari mandavit &c.

,, Che à tutti li ſuddetti Signori Votanti, ſia
,, dato il giuramento di dare il loro voto trà le
,, perſone, che pretenderanno d'eſſere eletti, e
,, ſaranno poſti à concorſo per Lettore à quello,
,, che in conſcienza giudicheranno di Dottrina,
,, di prattica, e d'attitudine nel leggere, e che
,, ſia per dare maggiore ſodisfazzione à gli Sco-
,, lari, & al benefizio publico, & col ſolo riſ-
,, guardo, che per tale eleaaione ſe n'habbia da
,, ſperare più certo frutto, & non per prattiche,
,, parentele, amicitie, ò altro intereſſe parti-
,, colare. Volendo ſua Signoria Illuſtriſſima, che
,, il Guramento dà darſi a queſt'effetto ſi eſten-
,, da che il voto non ſi dia con i ſudetti intereſ-
,, ſi, & affetti, havendoſi ad havere ſolo mira
,, al bene publico, & al benefizio, e riuſcita delli
,, Scolari, è de Giovanni.

Alexander Calderonus Secretarius, & Notarius rogatus &c.

Erecta etiam fuit Lectura publica Philo-
39 ſophiæ prout diſpoſuerat *bo: mem. Alexander*
de Cittadinis Rector Parochialis Eccleſiæ San-
cti Marci in ejus teſtamento rogato ſub die 27.
Auguſti 1630. per Andream Rondininum, in
quo Antonio ex Fratre Nepoti hæredi inſtitu-
to ſubſtituit Confraternitatem Sancti Grego-
rii vulgo nuncupatam *de Vergognoſi* iniuncto
,, ſequeoti onere: Che ſia obligata di pagare
,, ogn'anno in perpetuo, e ſino alla conſuma-
,, aione del Mondo ſcudi cinquanta da lire quat-
,, tro di bolognini l'uno dell'entrate dell'here-
,, dità del detto teſtatore ad un Dottore di Fi-
Licet tinctoriæ ars sub generalitate artis
18 lanæ comprehendatur, non obstante quod
certo modo faciat corpus separatum *Capyc.
latr. dec.*169. *n.*41. non tamen Artifices Tin-
ctoriæ possunt se dismembrare ab Arte lanæ,
quæ est eorum Caput, & novam facere socie-
tatem *Roman. consil.*37. & *Capyc. ubi supra n.*40.

Non omittendo, quod quando Tinctori-
bus ad colorandum pannum, vel sericum
19 traditur, tunc pro securitate, & cautione per
Tinctorem datur sigillum, cujus alia pars re-
manet penès eundem Tinctorem, ut docet *Jo:
Laurentius de Comparat. literarum cap.*11. *de
Affinib. sub* §.16. & in simili de talia Pistorum,
vide infra ad *Rubr.*11.

Et postquam Tinctor ruvidam, seù virgi-
nem sericam, vel lanam coloravit pro expen-
20 sis, ejusque laboribus præfertur super illis,
quibuscunque aliis creditoribus, ut respondit
*Rodoer. consil.*42.

Cætera de Tinctoribus vide penès *Rebuff.
21 in l. Qui aliquem C. de Murilegolis lib.*11. *ibi-
que Bart. & alii Scribentes, Petr. Greg. Syn-
tagm. lib.*24. *cap.*7. *Tomaso Garzoni nella Piaz-
za universale cap.*41. & *Rificat. de Statu homin.
tom.*1. *tit. de Statu Sutorum litera* I. *cum seqq.
pag.*178.

Et alia de arte lanæ, vide penès *Solorzan. de
22 Jure Indiar. lib.*3. *cap.*10. *tom.*2. & *Cherubin.
in Bullar. ad Bullam B. Pii V. la* 43. *pag.*41.
*tom.*1.

De foro exercentium aliquam artem, vide
*tex. in l. Per iniquum, C. de Jurisdict. omn. Ju-
23 dic. ibique Scribentes, Scialoya de Foro compet.
cap.*23. & *de Luca ad Franch. dec.*679.

Restat solùm suadendum, quod cum ex hac
nobili Arte lanæ resultet maxima utilitas,
prout experientia comprobatur in variis Ci-
24 vitatibus, & locis tam extrà, quàm intrà
Statum Ecclesiasticum, procuranda est quoque
totis viribus illius introductio in nostra Civi-
tate, maxime cum ea, mediante præbeatur

Digitized by Google

occasio ingenti numero pauperum sibi lucran-
di victum, & evitandi otium, quæ cordi præ-
cipuè esse debent.

Nec dedignari etiam debent Nobiles in-
25 cumbere Mercaturæ, cum illa, & Agricul-
tura sint cardines vitæ humanæ, ut notat *fal.
rec. Cardinalis Sfortia Pallavicinus in Histor.
Conc. Trid. lib.13. cap.4. in fine*, & quintum
Elementum Reip. nuncupatur ab *Illustrissimo,
& Reverendissimo Ansaldo in ejus doctissimis di-
scursibus de Commerc. & Mercatura discurs. ge-
neral. nu.4.* post hæc scripta visus, qui dum
plausu Advocationem in Urbe exercebat *à
Sanctiss. Domino Innocentio XII.* in ejus Audito-
rem meritissimè prælectus, in quo munere
adeò laudabiliter se gerit, ut eminentiorem
gradum ejus eximiæ virtutes, & gesta publicę
utilitati, & majori gloriæ Sanctitatis Suæ di-
recta illi promittant; Etenim ea nedum Reip.
utilis, & honesta, verum etiam necessaria est
ad *text. in l. Si quis. ff. de Nundin.* & scribit
Bodin. de Rep. lib.3. cap.8. pag.561. quem se-
quitur *Knipschild. de Jurib. & privil. Civit. Impe-
rial. lib.2. cap.16. num.47. Scopp. in Addit ad
decis. Gratian. observ.137. nu.4. cum seq.* juncto
num.25. Ultra quod enim est medium, per
quod consequuntur ea, quibus egemus, &
illa, quibus abundamus vendere, & cum aliis
permutare possumus, & sic per eam tanquam
humanæ inopiæ subsidium sublevandum in
Regione necessaria introducuntur, superflua
exportantur, contrahitur etiam ea mediante
familiaritas, & conjunctio, nedum cum ex-
teris, verum etiam cum vicinis populis, so-
ciando eos fœderibus, amicitia, ac quando-
que etiam Religione, ut plenè firmat *Knip-
schild. d. cap.16. nu.46. & lib.5. cap.22. nu.1.
cum seqq.* & docet *Hippolytus à Collibus in eius
tract. inscripto Princeps cap.30.* & de præstan-
26 tia Mercaturæ plura habentur penès *Mar-
quard. de Mercatura, & de Jure Mercatorum
cap.1. cum seqq. Ripol. de Logia maris cap.1. Pi-
gant. ad Statut. Ferrariæ lib.1. rubr.14. n.1. cum
seqq. Gryphiandr. Œconomia legal. lib.1. cap.24.*

Unde, qui Reipub. præest mercaturam
promovere, & favore prosequi debet quia à
27 Vectigalibus mercium evectarum, & inve-
ctarum ærarium augetur, populus ditescit,
ac sine tædio tributa imposita solvit, ut ani-
madvertit *Abasuerus Frischius in ejus Sylloge
var. tract. cap.14. nu.1.*

Et quamvis mediante exercitio mercaturæ
nobilitati præjudicari videatur per *tex. in l.
28 Nobiliores C. de Comerc. & mercatur.*, ibique
Barbos. nu.2. ubi concordantes, & compro bat
*Knipschild. de Jurib. & privileg. Civit Impe-
rial. lib.5. cap.22. nu.9. cum seqq.*

Attamèn id procedit in mercatura tenui,
& sordida, quæ minutatim exercetur, distra-
29 hendo merces ad numerum, pondus, & men-
suram, vel quæ exercetur per ipsum Nobilem;
secus si per interpositam personam utiServos,
& institores, ut utramque conclusionem fir-
mat *Barbos. ubi sup. n.6.* respondit *Rot. coram
Royas decis.148. nu.5. & in rec. decis.229. n.8.
cum seq. p.16.* & plenè *Illustriss. Ansald. cit.
disc. general. n.71.* juncto *nu.74.* Aut agatur in
mercatura honesta, prout est Nummularia,
vulgo nuncupata *il Banco*, ut advertit *Carpan.
ad Statut. Mediolan. tom.1. cap.415. nu.31. cum
seq.* & prosequitur *Illustriss. Ansaldus loc. cit.
nu.73.* ubi *numer. seqq.* alias limitationes ad-
ducit; Vel quæ exercetur, mediante copiosa
rerum affluentia, ut declarant *Klocb. de Ærar.
lib.2. cap.25. nu.56. & Knipschild. cit. cap.22.
nu.13. & nu. seq.* subdit quod ideò magni Prin-
30 cipes, aliique Magnates copiosam tractarunt
mercaturam, nempè *Salomon.*, *Josaphat*, *Ves-
pasianus Imperator*, ac Reges Lusitaniæ, &
Hispaniarum, & Authores id attestantes re-
fert; In omnem casum sustulit quamcumque
amaritudinem, & scrupulum *sac. mem. Cle-
mens X. in ejus Constitutione in Bullario novo
tom.5. la 38.* etenim paterno studio, etiam quo
ad temporalia subditorum commodis provi-
31 dere cupiens, animadvertens, quod com-
merciis, & negotiationibus, honestarumque
artium exercitio Respub. florent, industria
viget, segne otium, ex quo plurima mali se-
ges surgere solet, exterminatur, omniumque
rerum ad vitam necessariarum copia paratur,
horumque commodorum intuitu in plerisque
Italiæ, aliisque florentissimis Christiani Orbis
ditionibus lege cautum, sivè laudabili consue-
tudine introductum sit, ut nullum per com-
mercia Nobilitati præjudicium inferatur, mo-
tu proprio pro omnibus, & singulis tam Ro-
manis, quam Bononiensibus, Ferrariensibus,
Avenionensibus, Anconitanis, & Beneven-
tanis, cæterorumque Civitatum, Provincia-
rum, Oppidorum, Terrarum, & locorum
quorumcumque Sedi Apostolicæ tam media-
te, quàm immediate subiectorum Nobilibus,
præsentibus, & futuris cujuscunque status,
gradus, præheminentiæ, & dignitatis exi-
stant, ut lanificii, serici artes, ac argenta-
riam, seù nummulariam, necnon mercaturas,
negotiationes, & commercia, quæcunque Ter-
ra, Mari, vel flumine exercere, vectigalia
Sedis Apostolicæ, & prædictarum Civitatum,
Terrarum, & locorum conducere, omnia-
que, & singula in præmissis, & circa ea quo-
modolibet necessaria, & opportuna facere,
& exequi liberè, & licitè possint, dummodo
tamen merces minutatim per se ipsos minimè
vendant, itaùt propterea nullum omnino co-
rum Nobilitati, Dignitati, gradui, condi-
tioni, titulis, præheminentiæque, & præro-
gativis præjudicium inferatur, ac illatum
quoquo modo dici, censeri, prætendi vel in-
telligi unquam possit, sed ipsi omnes, & sin-
guli, eorumque filii, posteri, & descenden-
tes quicunque in eodem omnino Nobilitatis,
& Dignitatis gradu sint, & remaneant etiàm
ad effectum consequendi habitum, & crucem
Fratrum Militum de justitia Hospitalis Sancti
Joannis Hierosolymitani, ac Sancti Stephani,
aliarumque Militiarum, & Ordinum milita-
rium

Digitized by Google

rium quorumcumque, etiam specifica, & individua mentione, & expressione dignorum, eorumque privilegiis, prærogativis, præheminentiis, honoribus, juribus, & gratiis fruendi & gaudendi, ac quo ad alia omnia, & singula tam Ecclesiastica, quàm prophana sive secularia ad quæ Nobiles quomodolibet admitti, & recipi consueverunt, seù possunt, & debent, non secus, ac si nihil prædictorum unquàm exercuissent, concessit, & indulsit, juxta præcisa verba ejusdem *Constitutionis* emanatæ suadente *Eminentissimo D. Cardinale Alterio S. R. E. Camerario*, & tunc Status Ecclesiastici superintendente, cujus scientiam, integritatem, pietatam, constantiam, & singularem prudentiam in Repub. gubernanda omnes cum admiratione conspexerunt, & conspiciunt.

Cæterum dives censetur nobilis, cum No-
32 bilitas nil aliud sit, quam divitiæ inveteratæ,
qui enim divitias habet omnem rem habere
dicitur, & familiæ divitiis conservantur, propter
paupertatem vero pereunt, ac Nobilitas
absque divitiis sordescit, ut comprobando ratiocinatur
Barbos. in l. Nobiliores 3. C. de Commerc. & Mercator. divitiæ vero mediante negotiatione, & mercimonio acquiruntur,

Post hæc scripta supervenit *Constitutio Sanctissimi Domini Nostri Innocentii XII.* super suppressione Tribunalium, & Judicum Urbis ex privilegio constitutorum, incipien. *Romanus Pontifex* emanata de mense Septembr. 1692. in qua circa Consulatus Artium disponitur:
*Quò ad Consulatus Artium, & Universitates
33 etiam Medicorum, & Mercatorum, sublatis
omnibus Assessoribus, & abrogata in judicialibus
quacunque Consulum, & Universitatum jurisdictione,
itaut eorumdem, & earumdem jurisdictio ex nunc etiam quo ad causas instructas, &
legitime contestatas penitus, & omnino cessare
debeat, & cessasse intelligatur, succedant, &
procedant competentes Judices Ordinarii juxta
eorum ordinarias facultates nulla ut supra habita
ratione privilegiorum, & antiquarum facultatum,
inter quos sit locus præventioni, adhibitis,
quatenus Judicibus ipsis opus videatur, iisdem
Consulibus solummodo tamquam Peritis in rebus,
& negotiis eorum artem concernentibus. Excipimus
tamèn, & sub præsenti nostra Constitutio-
34ne comprehensos esse nolumus tum Consules Agri-
culturæ, illorumque Assessorem, tum Notarios
Curiæ Burgi, Mercatorum, & Aromatariorm
pro eorum Officiis titulo oneroso acquisitis, seu
administratis donec aliter provideatur.*

De Aromatariis.

RUBRIBA VII.

AROmatarii teneantur, & debeant eorum artem bene, & legaliter exercere, non faciendo aliquam misturam in eorum mercibus, & in pertinentibus ad eorum exercitium, quæ non sit permissa secundum eorum ordinamenta, & ejus artis laudabiles consuetudines, nec vendere unam rem pro alia, seu illas quoquo modo vitiare, seu adulterare sub pœna librarum decem bonon. pro qualibet vice, qua contrafactum fuerit. Et ut liberius Aromatarii valeant credere eorum merces, Statuimus, & ordinamus ut pro summa librarum vigintiquinque bonon. eorum libris detur fides pro rebus spectantibus ad dictam artem quæ summa sit ad minus in quinque partitis. Delato tamen prius ipsi creditori si vivat in supplementum juramento, alias soli libro credatur, si provisori, & consulibus dictæ artis videbitur, dummodo dicti Aromatarii hadeant eorum libros, videlicet Giornale, vachettas, & librum magistrum bene regulatos bullatos signo mercatorum artis lanæ, ac numero foliorum annotatos, Debitores autem eorum conveniri coram Provisores, & Consulibus artis Lanæ valeant, qui Aromatariis jus reddere debeant, prout & sicut reddunt Mercatoribus artis Lanæ, & ubi coram eis dubitari contigerit de aliqua respectante ad exercitium Aromatariæ, tunc dicti Provisor, & Consules teneantur vocare Consulem, seu Consules Aromatariorum, & juxta eius, vel eorum relationem litem decidere. In medicinalibus verò tatam non minus solidorum quatuor bonon. pro qualibet libra facere teneantur, Possint autem Aromatarii omnibus diebus festivis tenere unam apotecam apertam die tota in foro, alteram vero extra plateam. Post Vesperas autem dictis diebus liceat omnes medicinales apotecas aperire, ùt Medici necessaria pro Infirmis ordinare valeant. Volumus insuper ut Aromatarii præfati aliis prærogativis potiantur quibus Mercatores artis Lanæ gaudent.

SUMMARIUM.

1 AROmatarii periti in arte esse debent.
2 Juramentum de artem fideliter exercendo Aromatarii præstare tenentur.
3 Delicta, & errores aliquando committuntur ab Aromatariis, & quęnam remissivè.
4 Aromatarii medicinas scienter, & dolosè falsas, seu corrupta aromata vendentes puniuntur pœna extraordinaria Vide ibi.
5 Irregularis efficitur Aromatarius si infirmus obiit ex causa medicinæ rebus corruptis compositæ.
6 Pharmaca renovari debent quolibet anno per Aromatarios.

7 Exer-

7 Exercitio privandus est Aromatarius, qui res corruptas etiam modicæ quantitatis miscuit.

8 Removendus est Aromatarius in arte imperitus.

9 Ceram antiquam cum nova si Aromatarius misceat, tunc Officialis poterit illam frangere, & igni ac comburrendum eam tradere, vel in pauperes distribuere.

10 Pœnæ contra Aromatarios Faventinos delinquentes, quænam sint.

11 Puniri an possine Aromatarii privativè à Grasseriis, an cumulativè cum Gubernatore, itaut sit locus præventioni remissivè.

12 Gubernator in puniendis Aromatariis, an teneatur servare dispositionem Capitulorum Grasciæ an potius Juris communis, vel Bannimentorum Generalium remissivè.

13 Ars Aromatariorum tendit ad conservationem vitæ humanæ, & sic respicit publicam utilitatem.

14 Hypotheca tacita cum prælatione aliis creditoribus competit Aromatariis pro eorum creditis Ampl. nu.15. & 19. Decl. nu.16.
Salvianum intentare possunt Aromatari pro eorum creditis etiam contra tertium possessorem n.14.

17 Exercitium Aromatariorum, & Medicorum est publicum, ideoque inservire tenentur Ægrotantibus.

18 Aromatarii creditores hæreditatis, & patrimonii sunt, non defuncti.

19 Aromatarii Urbis pro summa quinquaginta scut. præferuntur pro eorum credito medelarum subministratarum ad quasvis infirmitates aliis creditoribus quibuscumque, quod privilegium est locale.

20 Creditum Aromatariorum non probatur ex eorum libris; Limita num.21. 22. 23. 24. 25. 26.

26 Libri Aromatariorum Urbis probant eorum creditum. Ampl. nu.28.

27 *Genua de scriptur. privat. lib.4. de libris Aromatariorum nu.3. cum seq.* reprobatur.
Novar. in Summa Bullar. par.1. comentar.16. sub nu.2. reprobatur nu.27.
Ricc. decis. Cur. Archiep. par.1. decis.106.n.1. vers.tum primo par.1. reprobatur nu.27.

29 Libri Aromatariorum Urbis ultra tres annos non probant. Limita ut ibi, & n.31.

30 Quod tempus extensum fuit ad quinquennium, sed hoc non habet locum favore aliorum Aromatariorum.

32 Præscriptio contra Aromatarium completa non interrumpitur, si continuatum fuerit recipere pharmaca ab eodem Aromatario.

33 Testator si mandavit solvi omnia ejus debita non censetur hæres adstrictus ad solutionem debitorum Aromatario, quem exceptione præscriptionis potest repellere Contrarium nu.34. Ampl. nu.36. Decl. nu.37. eum seq. Vid. n.39. & 40.

35 Præscriptione non tollitur obligatio naturalis.

38 *Statutum Urbis l.1.cap.158.* inducit præsumptionem solutionis per lapsum sexdecim annorum, non autem præscriptionem, & quæ sit differentia inter utrumque.

39 Mala fides debitoris cessat, quando Statutum præsumit solutionem per lapsum certi temporis.

40 Præsumptio solutionis elicita per lapsum certi temporis ex dispositione *Statuti Urbis lib.1. cap.158.* tolitur contrariis probationibus, seu præsumptionibus vehementioribus, quæ à creditore probari debent.

41 Consules Aromatariorum Urbis procedunt summariè in causis exactionis crediti eorumdem Aromatariorum absque monitorio, vel libello cum sufficiat qualis qualis petitio etiam verbalis.

42 Computa Aromatariorum solida & taxata à peritis exequi debent.

43 Taxa particularis attendenda est in taxandis computis Aromatariorum.
Taxa rerum medicinalium Aromatariorum Urbis, & Districtus facta fuit de anno 1674. nu.43.

44 Detrahenda est tertia pars in taxatione computorum Aromatariorum.

45 Viginti pro quolibet centenario detrahenda sunt in taxatione computorum Aromatariorum.

46 Maximè quando Aromatarius tantumdem defalcare solet aliis.

47 Religiosis prohibitum est artem Aromatariæ exercere.

48 Religiosis permissum est exercere artem Aromatariæ pro usu proprio.
Prothomedicus non potest visitare Religiosos exercentes artem Aromatariæ pro usu proprio nu.48.

49 Religiosi vendere possunt medicinalia propriæ Aromatariæ renovandi gratia.

50 Regulares retinere possunt apotecam Aromatariæ pro eorum utilitate, dummodò per Seculares vendantur, & emantur aliqua pro ejusdem Regularibus necessaria.

51 Aromatarius locare non potest Aromatariam cum aviamento, pro certa pensione cum obligatione in fine locationis restituendi eadem vasa, & pharmaca pro eodem pretio à principio taxato. Contrarium n.46.

52 Aromataria vendita taxari, & conveniri possunt fructus recompensativi pretii non soluti.

OBSERVATIO.

Aromatarii, qui ad humani corporis infirmitates curandas pharmaca, & alia
1 medicamenta opportuna operosæ diligentiæ studio parant, debent esse in arte periti, & juramentum de eorum arte fideliter exercenda præstare tenentur, ut de tali juramento
2 tradit *Naurath. de Vita, & Morte hominis, theorem.15.* & quod in manibus Prothomedici Me-

Digitized by Google

Medici præstent hujusmodi juramentum, testatur *Novar. in Summa Bullar. par. 1. com-*
3 *ment. 16. num. 2.* ad evitandum errores, & delicta, quæ aliquando committuntur recensita per *Zacch. QQ. medicolegal. lib. 6. tit. 1. q. 10.*

Unde si scienter, & dolosè falsas medicinas, seù falsa, atque corrupta aromata vendunt, puniendi sunt pœna extraordinaria Ju-
4 dici arbitraria, ut relatis *Menoch. de Arbitr. cas. 382. nu. 4. Caball. resolut. crim. 80. Farinac. de Falsit. qu. 150. n. 57.* ac aliis firmat *Cortiad. decis. 88. nu. 36.* ubi etiam testatur per *Regium criminale Cathaloniæ Consilium* condemnatum fuisse Thomam Tecer Pharmacopolam, qui de anno 1580. quo tempore Epidemiæ morbus grassabatur in Civitate Barcinonæ, falsa medicamenta scienter, & dolosè vendiderat in evidens infirmorum damnum, & publicæ utilitatis perniciem, & detrimentum, ut duceretur vestitus palam, & privaretur in perpetuum exercitio, & ad remigandum in Regiis triremibus per septennium.

Etsi infirmus obiit ex causa medicinæ ex rebus corruptis compositæ, Aromatarius effi-
5 citur Irregularis, quia censetur dare causam periculosam homicidio, ut docet *Bonacin. Oper. moral. tit. de Irregularit. decis. 7. q. 4. punct. 7. nu. 11.* Ad quod periculum evitandum, & occasionem tollendam, cum pharmaca, ut plu-
6 rimum diù servari non possint, quolibet anno debent renovari, ut admonet *Ganavtr. dec. 5. num. 4.*

Si autem res corrupta, quæ miscetur, sit modicæ quantitatis, adhuc exercitio privan-
7 dus est, ut latè tuetur *Joannes Botta cons. 74. nu. 13. cum seq.* quem refert, & sequitur *Guazzin. ad Defens. Reor. defens. 33. cap. 9. sub nu. 5. in fine.* Prout ab exercitio suspendi, & removeri debet, si imperitus in arte detegatur, ut
8 tradit *Amaya in Rubr. C. de Professorib. & Medic. in fine lib. 10.*

Et si misceat ceram antiquam cum nova, poterit Officialis illam frangere, & igni ad
9 comburendum tradere, vel in pauperes distribuere, ut docet *Put. de Syndic. in verbo Judicis suprema potestas num. 24.* quem sequitur *Cobell. ad Bullam boni Regim. cap. 21. nu. 41.*

In nostra Civitate contra Aromatarios delinquentes tam in retinendo res à Prothome-
10 dico non approbatas, quam in incorporando res corruptas cum incorruptis, ac in aliis casibus statutæ sunt pœnæ *in Capitulis Grasciam* concernentibus, de quibus *in Appendice p. 88. nn. 86. cum seqq.*

An autem soli Grasserii, seu Ædiles in istis causis privativè procedere valeant, an autem
11 cumulativè cum Illustrissimo, & Reverendissimo Gubernatore, itaut sit locus præventioni dictum fuit supra in *Observ. ad Rubr. 52. n. 9.*
12 *lib. 4.* An verò procedente etiam Gubernatore, ipse quoque teneatur in irrogandis pœnis sequi dispositionem prædictorum *Capitulorum*, an verò *Juris Communis*, vel *Bannimentorum generalium*, vide *D. meum Raynald. in ejus Observ. crimin. tom. 2. cap. 18. §. 19. num. 49. cum seqq.*

Cum hæc ars tendat ad conservationem vitæ humanæ, & consequenter respiciat pu-
13 blicam utilitatem, quæ facit cessare privatam, ut aliis relatis animadvertit *Post. resol. 104. num. 31. cum seq.* meritò Aromatariis pro eorum credito ex causa medicamentorum traditorum competit tacita hypoteca cum prælatione aliis creditoribus, vigore cujus in-
14 tentari potest judicium Salviani etiam contra tertium possessorem, ut plenissimè firmant *Post. allegat. resol. 104. nu. 5. cum pluribus seq. Franc. de Potest. in apparat. n. 123. Andreol. in Collect. de Princ. & hypothec. in verb. Aromatarius impress. post ejus controv. p. 6. Maynard. dec. 47. lib. 2. Cavalcan. dec. 34. p. 2.* Et quidem non solum creditoribus habentibus hypothecam tacitam anteriorem, ut respondit *Post.*
15 *loc. cit. nu. 23. cum seq. & Rot. coram Dunozet. jun. decis. 576. nu. 23. repetit. coram Merlin. de Pign. dec. 33.*

Verum etiam expressam, ut firmavit *Post. ubi supra nu. 24. Bonden. collect. 47. nu. 65.* adducti per *Adden. ad Reverter. decis. 486. nn. 2.* & respondit *Rot. d. decis. 576. eod. nu. 23.* Imo quoque procedere respectu anteriorum creditorum ex causa dotis, cum hæc ars respiciat publicam utilitatem primario, dos verò secundario, unde major utilitas publica vincit minorem *Bonden. ubi supra, Post. loc. cit. num. 26. & 33. Rot. d. decis. 576. num. 23.*

Declara tamen prædictam potioritatem, & prælationem procedere pro credito medelarum subministratarum in ultima infirmitate,
16 ex qua debitor obiit, cum illæ æquiparentur funeris impensis, ut post relatam contrariam opinionem, hanc uti veriorem tenet *Merlin. de Legitim. lib. 2. tit. 1. q. 15. num. 13.* latissimè comprobando respondit *Post. loc. cit. num. 37. cum seq. Adden. ad Reverter. loc. cit.* discusso articulo, & reprobata *decis. 51. Franchi* firmat *Capyc. latr. dec. 47. nu. 19. cum seq. Maynard. d. dec. 47.* Secus verò quoad medelas, quæ inservierunt pro illis infirmitatibus, ex quibus debitor convaluit, ut declarat *Roland. cons. 14. nu. 27. vol. 1. Gratian. discep. 94. nu. 16. Capyc. latr. d. decis. 47. nu. 20.* & ita judicatum fuisse à *Parlamento Tolos.* testatur *Maynard. decis. 47. l. 2.* Et ratio est, quia Aromatariorum, prout etiam Medicorum exercitium est publicum,
17 unde cùm inservire, & subvenire teneantur ægrotantibus, nec se excusare valeant, & ad postulandam, & consequendam obsequiorum suorum, & medelarum solutionem non admittantur nisi post mortem, vel sanitatem recuperatam, justum est, quod manuteneantur in eorum privilegio prelationis pro opera, & medelis subministratis in ultima infirmitate, tamquam creditores necessarii, non voluntarii; Ultra quod pro cæteris creditoribus laborarunt, diligenti opera navata pro valetudine debitoris recuperanda: Ac concurrit pietas, ne homines in infirmitate derelinquantur,

tur, ſed alii ad eos curandos invitentur. Et
tandem, quia eorum creditum reſpicit hære-
ditatem, non defunctum, unde Aromatatii
18 non dicuntur creditores defuncti, ſicuti cæ-
teri, ſed hæreditatis, & patrimonii, ac non
cenſetur debitum proprie cauſatum à defun-
cto, ſed hæreditatis, vel dicitur debitum de-
functi, & hæreditatis. & præſetendum eſt
aliis, ut pleniſſime cumulatis concordantibus
reſpondit *Poſt. reſol. 104. n. 37. cum plurib. ſeqq.*
Secus dicendum eſt quoad creditorem pro ex-
penſis infirmitatis, ex qua ægrotus conva-
luit, nàm ſibi imputet creditor, qui non exe-
git ipſo vivente, ut diſtinguendo docet *Capyr.
latr. ubi ſup. nu. 19. cum ſeq.*

Prædicta difficultas ſublata fuit quòad Aro-
matarios Urbis, favore quorum uſque ad ſum-
19 mam ſcutorum quinquaginta *Clemens Octauus
in ejus Conſtitutione la 47. §. 10. Bullar. nov.
tom. 3. mandavit, quod pro quibuſvis pharmacis,
& rebus medicinalibus, ac medelis per eos ad
quaſvis infirmitates ſubminiſtratis præferantur
omnibus, & ſingulis aliis cujuſvis defuncti, vel
decocti, aut alias quantumvis privilegiati non
ſolventis Creditoribus etiam quantumvis potio-
ribus, & anterioribus, & quaſvis obligationes
etiam Camerales, & publica inſtrumenta etiam
jurata, quavis hypotheca vallata, etiam cauſa
dotis, & quaſvis alias clauſulas, ſeù cautelas in
ſe continentes habentibus uſque ad ſummam ſcut.
quinquaginta tantùm*, ut hujus *Conſtitutionis* me-
minit *Nicol. in Floſul. in verbo Aromatariis n. 2.
& in lib. 2. Inſtit. Civil. tit 19. de Hæred. qua-
lit. num. 17. & Thomat. dec. 173. num. 32. cum
ſeq.* ubi firmat eſſe localem, ſcilicet pro Aro-
matariis Urbis tantum.

Creditum vero Aromatariorum regula-
ritèr non probatur ex eorum libris tamquam
20 ſcriptis à perſona privata, nec publicum offi-
cium habente, ut reſpondit *Ancharan. conſ. 388.
n. 11. Gram. conſ. 82. & Carpan. ad Statut. Me-
diol. cap. 360. nu. 18.* ubi quod ſemoto Statuto,
vel conſuetudine non præſtatur fides libris
Aromatariorum, & *nu. 24. cum ſeq.* ſubdit fi-
dem eſſe præſtandam vigore *Statuti Mediolani*
21 pro ſumma librarum 22. accedente juramen-
to Aromatarii quò ad rem deſcriptam.

Sed prædicta concluſio limitatur in pluri-
bus caſibus, & primo quando ex conſuetu-
dine aliter receptum eſt, quo caſu illis plena
22 fides adhibetur, ut de conſuetudine Regni
Neapolis teſtatur *Camill. Borell. conſ. 82. per tot.
Novar. in Summa Bullar. par. 1. comment. 16.
ſub nu. 2. Genua de Scriptur. privat. lib. 4. de li-
bris Aromatariorum nu. 3. cum ſeq. Ricc. Deciſ.
Curiæ Archiep. p 1. dec. 106. nu. 1. verſ. tum ſe-
cundo, & n. 3. verſ. non obſtat.*

Secundò quotiès in ipſis libris continentur
23 veriſimilia data, & recepta, partitæ exi-
guæ ſummæ, quarum aliquæ ſunt verificatæ,
ut conſuluit *Borell. dicto conſ. 82.* quem refert,
& ſequitur *Genua ubi ſuprà num. 22. cum ſeq.*
Prout etiàm quandò exhibentur recepta Me-
dici, & concurrit præſumptio bonæ famæ
Aromatarii, nàm tùnc libri probant medi-
camenta in eis deſcripta, ut firmat *Purpurat.
conſ. 31. vol. 1.* ad quem eſſe recurrendum
admonet *Donat. Anton de Marin. lib. 2. cap.
125. num. 5.*

Tertiò, quando ſingulis annis libri reco-
gnoſcuntur à Prothomedico, in cujus mani-
24 bus præſtitum etiàm fuit juramentum de
fidelitèr, & benè exercendo artem, ut de-
clarant *Novar. loc. cit. & Ricc. d. deciſ. 106. n. 6.*

Quartò, favore Aromatariorum Civitatis Fa-
ventiæ, quorum libris fides adhibenda eſt,
quotiès ſaltèm per annum conſervaverint re-
25 ceptas Medicorum, & quotidiè per extenſum
adnotatæ fuerint res traditæ, ut ex *Capitulis
Graſſiæ ſub titulo de Spetiali num. 89. pag. 88.
Appendic.*

Quinto, favore Aromatariorum Urbis vi-
gore *Motus proprii Julii III. impreſſ. in Bullario
antiquo inter Conſtitutiones Julii la 51.* man-
26 dantis, plenam fidem adhiberi ipſorum libris
more mercantili, & ſecundum uſum, & con-
ſuetudinem dictæ Artis, qui *Motus proprius*
confirmatus fuit à *Clemente VIII.* in allegata
Conſtitutione 47. §. 7. & tradit *Stacc. de Judit.
lib 2. cap. 11. nu. 136.*

Et quamvis *Genua loc. cit. num. 8. Novar. d.
comment. 16. & Ricc. d. deciſ. 106. n. 1. verſ. tum
primo*, allegent diſpoſitionem prædicti *Motus*
27 *proprii*, & *Bullæ Clementis VIII.* tanquam in-
diſtinctè procedentem favore omnium Aro-
matariorum etiam extrà Urbem, attamen ex
lectura apparet emanaſſe ſolum favore Aro-
matariorum Urbis, undè non ſuffragantur aliis
non comprehenſis, cum ſit localis, ut in ter-
minis dictæ *Conſtitutionis Clementis VIII.* reſ-
pondit *Rot. Maceraten. penès fel. mem. Thomat.
deciſ. 173. nu. 32. cum duobus ſeqq.* cujus ſcien-
tia, integritas, cæteræque virtutes mirificè
imitantur ab *Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo D.
Joanne Dominico Thomato* ex fratre Nepote
Abbreviatore Majoris Præſidentiæ, & A. C.
Locumtenente, cum verba *Bullæ* ſint clarè dù-
taxat favore Aromatariorum Urbis non po-
teſt admitti, nec obſervantia, nec conſuetu-
do in contrarium adverſus alios, ut ibidem
advertit idem *Thomatus.*

Notandum quod libris Aromatariorum
Urbis mercantili more tenentis creditur con-
36 tra illos, qui debitores in eis ſcripti repe-
riuntur, etiamſi res uſui tertiæ perſonæ inſer-
vierint, dum in eiſdem libris aſſeritur traditas
illi tertio fuiſſe de ordine ejuſdem debitoris
deſcripti, ut ex diſpoſitione *d. Bullæ 47. §. 7.
& 8. Clementis Octavi*, attentis illis verbis *in-
ſerviſſe dicerentur*, quæ excludunt neceſſitatem
probationis, & verificantur de ſola aſſertio-
ne, *Rebuff. in l. Si in itinere 3. §. ejuſqui. verſ. 3.
hoc verbum ff. de Verbor. ſignific. pag. 43.* cum
aliud ſit dicere, aliud probare, ut reſpondit
*Tribunal. Cameræ in Romana pecuniaria die 12.
Junii 1675. inter Cæſarem Venerium, & Abba-
tem Sebaſtianum coram bo: mem: Manfrono
tunc Cameræ Apoſtolicæ Clerico*, denegando ap-
pel-

Digitized by Google

pellationem etiam in devolutivo, mediante
rescripto *Non esse inhibendum*.

Eorum tamen libri ultrà tres annos fidem
in judicio non faciunt, nisi aut instrumentum
29 publicum, aut syngrapha exhibeatur, quæ fi-
dem faciat, aut constet de diligentiis ab Aro-
matariis infra dictum tempus adhibitis ad-
versus debitores juxta dispositionem *Bullæ
Gregorii XIII. la 29. §.17. in Bullar. nov. tom.2.*
Quod tempus præscriptionis ad quinquen-
nium extensum fuit per *Clementem Octavum in
dicta Constit.* 47. §.7. ad favorem eorumdem
Aromatariorum Urbis, de quibus loquitur
Constitutio, non autem Aromatariorum totius
Status Ecclesiastici, ut atteute dicit *Nicol.
Lucubr. tom.1. in rubr. de Scriptura privata
num.10. vers. libri tamen.* Animadvertendo,
quod si creditum aliunde, quam ex Aroma-
tariorum libris probetur, tunc non nisi post
30 lapsum annorum sexdecim opponi valet præ-
scriptio; ut disponitur in eadem *Constitutione
Clementis Octavi* §.9.

Et quamvis ex *Bulla Pauli V. super Reforma-
tione Tribunalium Urbis la 71. §.25. de Protho-
medico, & Aromatariis num.6.* videatur re-
13 strictum tempus præscriptionis ad quinquen-
nium in quocumque casu, videlicet etiamsi
creditum aliunde quam ex libris probetur,
dum indistinctè loquitur de pretio ibi, *Pro
pretio rerum Aromatariæ servetur præscriptio
quinquennalis, non obstante quavis interruptio-
ne, etiàm per receptionem partis pecuniarum, aut
per dationem aliarum rerum Aromatariæ*: At-
tamen hęc difficultas sublata fuit per subse-
quentem declarationem factam ab eodem
*Paulo V. impressam penès Ridolphin. Pract. in fi-
ne pag. mihi* 74. ibi, *Declaramus dictam dispo-
sitionem non intelligi, neque locum sibi vindicare,
ubi vel interruptio fuerit judicialis, vel alitèr,
quam per proprios ipsorum libros Aromatarii
suum creditum probaverint, quibus casibus dis-
positionem Statutorum Urbis servari volumus,
& mandamus*.

Et in proposito præscriptionis nota, quod
ea completa interrumpitur, si continuatum
fuerit recipere pharmaca ab Aromatario,
32 ut emendando quod priùs cum *Hieronymo de
Laurent. decis.86. n.10.* dixerat, tradit *Fonta-
nell. de Pact. nuptial. clans.5. gloss.6. p.1. n.90.*
ea ratione quia per continuationem in reci-
piendo pharmaca continuo se debitorem re-
cognoscit, ut animadvertit *Cancer. Var. resol.
par.1. cap.15. n.8. vers. dicta, & pag.3. cap.3.
n.460. vers. neque, circa finem*.

Nota quoque, si testator in ultima sua dis-
positione mandavit solvi omnia ejus debita,
non tamen censetur adstrictus ad solutionem
33 debiti cum Aromatario, quem exceptione
præscriptionis potest repellere, si sequenda
esset opinio *Cancer. Var. resol. par.3. cap.20.
n.334. cum seqq.* Verum contraria opinio tan-
34 quam verior, & magis communis est ample-
ctenda, nam Testator præsumitur intellexisse
de quibuscunque debitis nedùm naturalem, &
civilem obligationem, sed etiam naturalem
tantum habentibus, cum censeatur principa-
litèr prospicere voluisse saluti ejus animæ, pro-
priamque conscientiam exonerare, quæ non
minus obligassent ex debito naturali tantum,
quam ex naturali & civili simul juncto, ut
docet *Bald. in l. Id quod pauperibus numer.22.
C. de Episc. & Cleric. Dec. in Auth. Præte-
rea n.11. Cod. Unde Vir, & Uxor* ubi conside-
rat, quod debitum censetur efficax, & verè
debitum quoad Testatorem volentem exone-
rare conscientiam suam *Aretin. cons.39. n.3.
Natt. cons.402. n.56.* ubi advertit, quod Te-
stator ita mandando videtur disponere pro
exoneratione conscientiæ, respondit *Rot. in rec.
decis.62. n.2. cum seqq. decis.81. n.1. & d.119.
n.3. cum seq.*, ubi dicit hanc opinionem verio-
rem, & magis communem *par.7. & decis.98.
n.12. cum seq. par.11. repetit. penès Salgad. La-
byrint. credit. dec.63. cod. n.12. cum seq.* Dum
per præscriptionem non tollitur obligatio na-
35 turalis, ut tradit *Bart. in l. final. num.9. Cod.
Quib. ex caus. majores, & Petrus Barbos. ad leg.
Sicut n.202. C. de Præscription. 30. vel 40. ann.*
Eoque magis si defunctus erat in mala fide, ut
distinguendo inter bonam, & malam fidem
36 tradunt adducti per *Cancer. dicto cap.20. eodem
n.334. vers. limitat.*

Quod non procedit, quando inter vivos
quis mandat solvi ejus debita, nam isto casu
37 cessat ratio cogitationis conscientiæ exone-
randæ, prout in dispositione facta in ultima
voluntate, ut distinguendo firmavit *Rot. dicta
decis.81. nu.4. cum duobus seqq.*

Non omittendo etiam addere, quod *Can-
cer. loc. cit.* non loquitur de præscriptione, sed
de *Constitutione Hispaniarum* præsumente so-
lutionem per lapsum biennii, diversum enim
38 censeo esse, quod Statutum per lapsum certi
temporis inducat præscriptionem crediti ob
negligentiam Creditoris, cum tunc adhuc re-
maneat obligatio naturalis, per quàm hæres
tenetur ad solutionem ex *supra allegatis*; Et
aliud est, quod Statutum inducat præsum-
ptionem solutionis, prout inducit *Statutum
Urbis lib.1. cap.158.* ex *decisionib. mox allegan.*
& prædicta *Constitutio Hispaniarum* allegata à
Cancer. ubi supra; nam isto casu probatur so-
lutio mediante lapsu temporis à *Statuto*, seu
Constitutione præfixi, cum possit esse quod Te-
stator solverit, undè non est verisimile, pro-
hibere voluisse Testatorem suo hæredi hujus-
modi defensionem, quæ ipsi bona fide com-
petebat, prout in his terminis respondit *Can-
cer. cit. cap.20. n.335. cum quatuor seqq.* Etenim
attenta hujusmodi præsumptione solutionis
resultante ex lapsu temporis cessat mala fides
39 in debitore, ut dixit *Adden. ad Rot. in rec. de-
cis.6. n.116. Rot. penès Fenzon. ad Statut. Urb. de-
cision.148. in fine, & coram Merlin. dec.125. n.15.*

Verùm quia talis præsumptio elidi potest
aliis vehementioribus, & fortioribus præ-
40 sumptioribus, & conjecturis, ut firmant
Adden. ad Rot. in recent. decis.6. nu.62. par.3.

*Gabriel. conſ.*148. *n.*10. *cum ſeqq. lib.*2. *Rot. in recent. deciſ.*407. *n.*21. *par.*13. *& coram Celſo deciſ.*73. *nu.*13. tunc probato per Pharmacopolam Debitorem à principio conſcium fuiſſe ſuæ obligationis, & debiti, ac ſciviſſe propriam obligationem duraſſe, nec mediante ſatisfactione fuiſſe extinctum, prout probare tenetur, ut dixit *Rot. coram Merlin. loc. cit. n.*14. *verſ. veriſſima* ſicuti ceſſat præſumptio ſolutionis, ita ceſſat diſpoſitio *Statuti*, ut proſequitur *Rot. coram Merlin. ubi ſupra n.*17.

Pro validitate verò Judicii intentati pro conſequutione crediti Aromatariorum Urbis ante *Conſtitutionem* de qua in *Obſerv. præcedenti num.*33. coram Conſulibus Artis procedeba-
41 tur ſummariè, ſicut coram omnibus aliis Conſulibus ex diſpoſitione *Statuti Urbis lib.*1. *cap.*90. undè juxta præcedens *cap.*89. ad quod ibi habetur relatio, non requiritur monitorium, vel libellus, ſed qualis qualis petitio etiam verbalis ſufficit, ut ibi notat *Fenzon. n.*1. *cum ſeqq.* nec non ex diſpoſitione *Statuti* eorumdem *Aromatariorum*, & ita reſolutum fuit in *Tribunali Cameræ in Romana Pecuniaria 6. Aprilis* 1685. *coram Ferdinando Raggio* qui in officio Theſaurarii Generalis die 3. menſis Martii 1691. Sede Vacante animam ſuam *Deo* reddidit cum maxima animi mei, ac omnium, qui illum cognoverant, perturbatione, præſertim cum fuerit ore ſuaviſſimus, urbaniſſimus, officiis prompriſſimus, & amicitiæ fide incomparabilis.

Et quotieſcumquè computa Aromatariorum ſolidata, ſeu taxata fuerint à perſonis in
41 arte peritis exequi debent, ut reſpondit *Rot. coràm Celſo deciſ.*310. *n.*7.

In taxatione autem computorum Aromatariorum non eſt attendenda Taxa generalis,
43 ſed particularis, quando adeſt, ut reſpondit *Rot. in rec. deciſ.*252. *n.*1. *cum ſeq. par.*14. prout pretia rerum medicinalium per Aromatarios tam Urbis, quam Diſtrictus traditarum ſtabilita, & taxata fuerunt à Prothomedico, Conſiliariis Collegii Medicorum, cum Conſilio Pharmacopolarum *coram Eminentiſſimo Cardinali Sacchetto tunc Tribunalis Cameræ Apoſtolicæ Decano ſub die* 30. *Auguſti* 1674. ut ex Tabella eodem anno per Typographum Cameralem impreſſa.

Cæterùm in taxando computo Aromatarii detrahenda eſt tertia pars, cum ſit ſuccus her-
44 barum, ut tradit *Staiban. jun. reſolut.*64. *n.*16. *cum ſeq.* & ſequuta eſt *Rot. dicta deciſ.*252. *n.*8. *cum ſeq.* Et quod detrahantur viginti pro quo-
45 libet centenario relata declaratione *Sac. Congregationis Epiſcoporum, & Regularum in Ariminen. ſub die* 25. *Aprilis* 1653. tradit *Nicol. in Floſcul. verb. Aromatarius num.*6. Maximè quandò Aromatarius conſuevit tantumdèm
46 defalcare aliis, ut reſpondit *Rot. d. dec.*252. *num.*6. *cum ſeqq.*

Occaſione hujus materiæ non inutile exiſtimavi addere, Religioſis quibuſcumque prohibitum eſſe exercere artem Aromatariæ, ut
47 tenet *Cobell. ad Bullam boni Regimin. cap.*21. *ſub n.*71. *cum ſeqq.* ubi etiam ponit reſolutionem à *Sac. Congregatione Viſitationis Apoſtolicæ do anno* 1637. emanatam.

Et ſolum permiſſum eſſe pro uſu proprio, quo caſu viſitari non poſſunt à Prothomedico,
48 ut tradit *Nicol. in Floſcul. in verbo Aromatarius nu.*4. *del Bene de Immunit. Eccleſ. in addit. verbo Aromataria*.

Ac etiam licitum eſt Regularibus, & Monialibus præſertim pauperibus vendere me-
49 dicinalia propriæ Aromatariæ renovandi gratia, maxime pretiis moderatis, ut proſequitur *Nicol. ubi ſupra n.*5. *& del Bene loc. cit.* ubi ſubdit id non procedere extrà Urbem.

Nec non retinere apotecam Aromatariæ pro eorum utilitate, dummodo per ſeculares
50 vendantur, & emantur aliqua, quæ ipſis Regularibus neceſſaria ſunt, & ratione, quia finis, propter quem prohibita eſt lucrativa negotiatio Religioſis, eſt, ne retrahantur à Spiritualibus, aut ne implicentur peccatis negotiantium, vel nè attendant ad lucrum temporale, quæ omnia ceſſant, quoties per ſeculares exercetur ſecundùm opinionem *Lezan. Oper. moral. tom.*1. *par.*9. *ſub num.*39. *verſic. Monaſteriis autem*.

Pariter judicavi ſubdere tamquam quotidianum, quod quoties Aromatarius ampliùs non vult, aut non poteſt continuàre in exer-
51 citio, ſed locat Aromatariam, & totam Apotecam cum vaſis, medicamentis, & aviamento, cum pacto, ut conductor pro quolibet centenario pretii æſtimati ſolvat decem annua ſcuta, vel etiam certam ſummam, & in fine locationis reſtituat eadem vaſa, atque Pharmaca eiuſdem pretii tamquam uſurarius contractus, & illicitus non valet ſecundum opinionem *Megalæ, & Card. de Lugo*, quos ſequitur *Gibalin. de Uſur. cap.*8. *art.*9. *conſectar.*6. *verſ. verius*. Contraria tamen opinio
52 eſt ſequenda, eamque tenent *Dian. par. prima tract.*8. *reſolut. ultima*, *Valer. de Different. utriuſque fori verbo Uſura different.*3. *nu.*9. & diſtinguendo reſpondit *Rot. in Viterbien. Tranſactionis* 4. *Julii* 1663. *coram Cardin. Taja imperſ. penès Torre de Pact. Futur. ſucceſſ. dec.*168. *num.*9.

Eademque opinio tenenda eſt in venditione, in qua fructus recompenſativi licitè poſ-
53 ſunt paciſci, & hanc eſſe magis communem, & receptam ſententiam reſpondit *bo. mem. Argel. in ejus voto impreſſo penès Rembold. in ordine il* 2. *nu.*18. *cum ſeqq.* ibi late comprobat *Adden. n.* 38. *cum ſeqq.*

A D-

Digitized by Google

ADDID. AD RVBR. VII. LIB. VII.

SVMMARIVM.

1 AROmatariis competit potioritas pro Medelis traditis in ultima infirmitate.

2 Medici præferuntur aliis Creditoribus pro mercede ultimæ infirmitatis.

3 Aromatarii pro medelis ultimæ infirmitatis concurrunt æqualiter cum expenſis funeris.

4 Aromatarii præferuntur aliis pro ſumma ſcutorum quinquaginta.

5 Præſcriptio annorum ſexdecim requiritur, quando Creditum Aromatarii probatur aliundè, quàm ex ejus libris.

6 Præſcriptio quinquennalis contra famulum non incipit niſi poſt diſceſſum famuli.

7 Prothomedicus Urbis taxare poteſt pretia pharmacorum in Urbe, & in Statu Eccleſiaſtico.

8 Aromatarii Status Eccleſiaſtici ſervare debent taxam Prothomedici.

9 Aromatarii minuere debent tertiam partem, ac etiàm plus ex prætio pharmacorum. Declara ut ibi.

10 Regularibus prohibitum eſt exercitium Artis Aromatariæ. Limita n. 11., & 12.

Num. 16. Privilegium potioritatis competit
Aromatariis pro medelis traditis in ultima
1 infirmitate ſequitur* *Conſtantin. ad Stat. Vrb. Annot. 30. art. 1. num. 86. tom. 1.*

Num. 17. Medici præferuntur aliis Creditoribus pro eorum mercede ultimæ infirmitatis, * & ſecuta eſt *Rot. in Romana Pecuniaria prima Dec. 1710. coram R. P.D. Anſaldo §. Quia.*

Num. 19. Creditum Aromatarii pro medelis ul-
timæ infirmitatis non præfertur expenſis
3 funeris, ſed in eodem gradu concurrunt *
ut ex verbis ejuſdem *Conſtitutionis Clementis la 47. §. 12.* ibi *& heres defuncti ſolutionem rerum medicinalium hujuſmodi pro quibus ipſe defunctus erat deſcriptus debitor, & etiàm funeralium etiàm prætextu quod adiverit hæreditatem cum beneficio legis, & Inventarii retardare, vel differre, aut impedire minimè poſſit, quin executio ſuper bonis hæreditariis interim fiat.*

Pro ſumma ſcutorum 50. præferuntur aliis
4 Creditoribus, & ſequitur * *Conſtantin. ad Stat. Vrb. annot. 30. art. 1. n. 97. verſ. Adverte tom. 1.*

Num. 30. Præſcriptio annorum ſexdecim re-
5 quiritur, quando creditum Aromatarii *
aliundè quam ex libris illius probatur & reſpondit *Rot. in Romana Pecuniaria 11. Martii 1699. coram R.P.D. Molines §. Nàm tàm & §. §. ſeqq.* referuntur adminicula probantia ſubſiſtentiam, & veritatem crediti.

Num. 32. De ſimili præſcriptione quinquennali
contra famulum, quod non incipiat cur-
6 rere * niſi poſt diſceſſum famuli magiſtra-
litèr firmat *Giurb. decis. 13. n. 13. Conſtantin. ad Stat. Vrb. annot. 30. art. 1. num. 93.*

Num. 43. Prothomedicus Phiſicorum Urbis ha-
bet facultatem taxandi prætia pharma-
7 corum tàm in Urbe * quàm in toto Statu
Eccleſiaſtico dixit *Rot. in Ceſenaten. Taxæ medicinalis 10. Maii 1706. coram Eminentiſſimo Caprara §. Ratio.*

Et quod pro Aromatariis Status Eccleſiaſtici
ſervanda ſit Taxa generalis, quæ fieri ſo-
8 let* à Prothomedico tradit *Conſtant. ad Stat. Vrb. d. art. primo num. 103.*

Num. 44. Aromatarius debet minuere tertiam
9 partem, & plus de pretio pharmacorum *
& firmat *Conſtantin. ad Stat. Vrb. d. art. 1. num. 101. tom. 1.* Quod procedere poteſt ſecundum Taxam, quæ tùnc vigebat non autèm ad terminos novæ taxæ, quæ ad moderanda exorbitantia præcedentis facta fuit à vigilantiſſimo, & celeberrimo Phiſico *Illuſtriſſimo Joanne Maria Lanciſi* Prothomedico Generali, & Summi Pontificis Regnantis *Clementis XI.* Medico ſecreto, & impreſſa, ac publicata fuit de menſe Martii anni 1716. de mandato *Eminentiſs. D. Cardinalis Spinulæ Camerarii.*

Num. 47. Prohibenda eſt Regularibus facultas
10 exercendi Artem Aromatariæ utpotè * pu-
blicum mercimonium, & negotiationem continentem ut reſpondit *Rot. in Barchinonen. Aromatariæ 2. Junii 1690. cor. R.P.D. Emanuel impreſſ. penes Bertachin. poſt Vot.* 524. ubi etiam reſpondit Aromatariam retineri debere intus Monaſterium ad tollendam publicitatem.

Et quod prohibitum ſit Religioſis retinere Aro-
matariam preterquam pro ſuis Religioſo-
11 rum, & Alumnorum uſibus * decrevit *Sac. Congreg. Epiſcoporum, & Regularium, & Sac. Congreg. Viſitationis Apoſtolicæ juxtà reſolutionem impreſſam penes Pignatell. Conſult. 84. n. 15. cum ſeq. tom. 5.*

Permittitur tamèn hujuſmodi exercitium pro
Religioſis pauperibus, Benefactoribus, &
12 pro aliis, * dummodò tamèn vendant jam
parata bona fide, & non lucri cauſa reſpondit *Rot. in d. Barchinonen §. Quantum verò.*

De Sutoribus Pannorum, & Calceorum.

RUBRICA VIII.

SUtorum tam Pannorum, quàm Calciamentorum juſtam declarare mercedem cupientes, & ut immoderato Veſtimentorum, & Calciamentorum ornatui occurratur, qui ut plurimum fit ex ſuaſionibus hominum nimium lucrari etiàm cum maxima aliorum jactura que-

Digitized by Google

rentium, ideò hac lege inperpetuum observandam Sancimus, volumus, & declaramus non licere hujusmodi artificibus exigere pro eorum mercede ultrà infrascriptas quantitates.
Inprimis pro veste muliebri serica quovis modo ornata non possint Sutores pro eorum mercede habere, exigere, vel consequi ultrà aureum unum, & non ultrà.
Pro veste verò muliebri Panni cujusuis coloris, qualitatis, & pretii, aut etiàm cambelorti non possint pro eorum mercede consequi, aut exigere ultrà solidos 50. bonon.
Pro saja verò muliebri cujusuis coloris, qualitatis, & quomodolibet ornata, & sub quovis artificio, arte, labore, vel ingenio non possint habere, nec exigere ultrà solidos quadraginta bonon. & pro qualibet sutana solidos vigintiquinque bonon. & pro gabano sajæ solidos quindecim; & non ultrà.
Post veste autem virili serica ad talos usque tendente, eorum merces aureum unum non excedat. Pro breviori autem veste serica librarum trium solutioni omninò acquiescant, & pro veste Panni cujusuis coloris, seu cambelotti ad talos eunte condignam eorum mercedem solidorum quadraginta bonon. esse decernimus. Pro alia verò breviore veste Panni, seu cambelotti solidi triginta bonon. tantummodo, & non ultrà eisdem futoribus debeantur, exceptis paliis, & capinis Panni cujusuis coloris, & pretii, pro quibus solum peti, & exigi volumus solidos quindecim bonon. pro eorum mercede, & excepta etiàm veste virili, sajono nuncupata Panni, seu cambelotti pro qua Sutoribus pro eorum mercede solidos vigintiquinque bonon. deberi, & non ultrà sancimus. Pro indumento vèrò senili panni, seu cambelotti solidi duodecim bonon. & non ultrà exigantur. Pro caligulis verò virilibus cujusuis generis, & qualitatis, etiàm mirificè ornatis, & portari non prohibitis mercedem condignam esse decernimus solidorum decem bonon. Et pro caligis simplicibus virilibus ultrà solidos septem dictis futoribus non deberi decernimus. Pro duploide verò serico merces solidorum triginta bonon. & pro duploide cujusuis alterius qualitatis solidorum quindecim solutioni acquiescant.
Calceamentorum verò futores, muliebres crepidas cujusuis qualitatis, conditionis, & pretii, etiam quavis arte factas, & ornatas non vendant, nec vendere valeant omnibus computatis ultrà solidos triginta bonon. & pro calceis muliebribus coreis, etiàm coreo computato eorum mercedem esse solidorum sex tantùm declaramus. Pro crepidis verò virilibus pro eorum mercede eis solidi quatuordecim debeantur, & pro calceis juvenum simplicibus talibus artificibus solidorum decem bonon. merces solvatur, & pro aliis verò duplicibus cujusuis generis solidi quatuordecim exigantur. Pro solatura autem muliebri, vel viri solidos quinque constituimus.
Volentes, decernentes, & firmantes per dictos futores non posse quovis modo, aut prætextu, palam, vel occultè directè, aut indirectè peti, recipi, aut exigi etiàm prætextu cujusuis pacti, vel etiàm à sponte solvere volentibus pro eorum mercede ultrà suprascriptas quantitates suprà taxatas singula singulis congruè referendo, sub pœna librarum vigintiquinque bonon. auferenda de facto, tam à dicto futore, quàm etiam à parte sic ultrà suprascriptas taxatas quantitates solvente totiès quoties in prædictis, seu aliquo prædictorum fuerit contrafactum applicanda, pro ut applicantur aliæ pœnæ ex forma Indultorum Apostolicorum Civitati Faventiæ concessorum, & etiam sub pœna quod talis futor sic contra. faciens non possit ejus exercitium per annum continuum publicè, vel occultè exercere in dicta Civitate Faventiæ, aut in ejus Comitatu, & Districtu, & sit præcisum.

SUMMARIUM.

1 Taxatio mercedis facta Sutoribus, ut immoderato uestimentorum ornatui occurreretur in dessuetudinem abiit.
2 Luxum Mulierum, ut *Dionysius Siracusanus* extirparet remedium, de quo ibi adhibuit.
Mulier portare non potest vestimenta serica vetera, dùm Statutum prohibet Mulieribus portare vestimenta serica num. 2.
3 Sutorum plura remissivè.
3 Sutor malè incidens vestem tenetur ad interesse, & quarè.
Artifex tenetur exercere artem, & officium suum rectè, alioquin dicitur negligens, & in dolo num. 4.
5 Sutori asserenti sibi traditam fuisse mensuram à Domino vestis non creditur, cum ipse debeat eam capere.
6 Sutor calceamenta faciens ex corruptis pellibus incidit in pœnam stellionatus.
7 Sutor ponens lanam in thoracibus loco bombaeis, & similia debet puniri pœna stellionatus.
8 Si puero parùm benèfacienti forma calcei, tàm vehementèr Sutor cervicem percusserit, ut ei oculus effunderetur, actio ex locato competit Patri.
9 Furatis retentis in apoteca non tenebitur Sutor probata fractura Amplia num. 10.
11 Furatis vestimentis à Sutore poliendis Dominus agere debet contrà furem sumptibus Sutoris, vel contrà Sutorem in casu, quo agere nequeat contrà furem.

12 Ve-

12 Veſtimenta pulienda ſi Sutor acceperit, ea-
que mures roſerint, ex locato tenetur.
13 Pallium alterius etiàm ignorantèr Sutor
permutans, ex locato tenetur.
14 Emere à Sutoribus, vel ab eorum Juveni-
bus fragmenta, quæ ſuperſunt ex veſtibus,
quas conficiunt, an liceat remiſſivè.
A Textoribus an liceat emere unam, vel
alteram ſerici gauſapini ulnam vendenti-
bus remiſſivè.
15 Retentio competit Sutoribus ſupèr rebus,
in quibus eorum operam impenderunt.
Hypotheca cum prælatione competit Suto-
ribus ſupèr rebus, in quibus eorum ope-
ram impenderunt num. 15.

OBSERVATIO.

TAxatio mercedis Sutorum facta à no-
ſtris Statuentibus, ut immoderato ve-
ſtimentorum, & calceamentorum ornatui
1 occurreretur in deſuetudinem abiit, & for-
sàn tamquàm remedium nimis ſuave non
peperit effectum excogitatum, prout facilè
peperit tirannicum remedium *Dioniſii Sira-
cuſani*, qui mulierum luxum extirpare vo-
2 lens, iis malefactoribus, quos graviſſimis
ſuppliciis afficere ſolebat, ignoſcebat, quo-
tiès veſtium, & lubricantium ornamento-
rum fures eſſent, ut tradit *Frendembergh de
Reſcript. morator. tit. 10. concluſ. 68. de mo-
do cotraben. paupert. num. 20. litt. Z.*
Aliqua circà exceſſivum luxum, & illius mo-
derationem diximus ſuprà *Obſervat. ad Ru-
br. 16. lib. primo*, nèc hic exiſtimamus quid-
quam addendum aliud, quàm quod Statuto
diſponente, Mulierem non portare veſti-
menta ſerica, nèc portare poſſe vetera, ut
dixit *Rot. in rec. dec. 404. num. 24. par. 16.*
3 & generalitèr de Sutoribus videndus *Riſicat.
de Statu homin. tom. primo pag. 176.*
Solummodò circà Sutores notandum du-
ximus ſequentia, tamquàm ſecundùm quo-
tidianam experientiam occurrentia, nempè
4 quod Sutor malè incidens veſtem, tenetur
ad intereſſe, cùm omnis Artifex teneatur ex-
ercere artem, & officium ſuum rectè, & ſi
id omittat, dicitur eſſe negligens, & in
dolo, ut relatis *Ancaran. conſ. 158. Cravet.
conſ. 131. num. 4. vol. primo*, & aliis docet
Muta ad Conſuetud. Panormit. cap. 77. num. 3.
ſubdens, quod Sutori aſſerenti ſibi traditam
5 fuiſſe menſuram à Domino veſtis non credi-
tur, cum ipſe debeat eam capere.
Si ex corruptis pellibus calceamenta fa-
ciat, incidit in pœnam ſtellionatus ſecun-
6 dùm *Bart. in l. 2. C. de Murilegol. lib. 10.* quem
refert, & ſequitur *Fragoſ. de Regim. Reip.
tom. 1. lib. 7. diſp. 19. n. 30.*
Paritèr ſi ponat lanam in thoracibus loco
bombacis. & ſimilia debet puniri tamquàm
7 fraudator, ac contrà eum habet locum pœ-
na ſtellionatus, ut docet *Caput. de Regim.
Reip. cap. 3. §. 24. n. 33.*
Si puero parùm bene facienti forma cal-
8 cei tàm vehementèr cervicem percuſſerit, ut
ei oculus effunderetur, ex locato eſſe actio-
nem Patri ejus, reſpondit *Vulpian. in l. Item
quæritur §. ſi quis ſervum ff. Locati, & conduct.*
Ad nihil vero tenebitur pro furto veſtium
&c. retentarum in apoteca, ſi probetur ejus
9 fractura *Panimoll. in Annot. prima num. 42. ad
deciſ. 94. & num. 43.* cum *Petro de Ubald.* ſub-
dit procedere, etiamsì non probetur fractura,
10 ſi retinebat veſtes, ſicut alii Sutores.
Si veſtimenta à Sutore pulienda fuerint fur-
to ſubtracta, tunc Dominus agere debet con-
11 tra furem ſumptibus Sutoris, & ſi agere ne-
quit contra furem, aget contra ipſum Suto-
rem, ceſſis ei actionibus contra furem; undè
ſempèr Sutor tenetur ad omnia damna, ut
per *tex. in l. Cum in plures 62. §. veſtimenta ff.
Locati* firmat *Pacion. de Locat. cap. 31. num.
finali.*
Sed ſi Sutor veſtimenta pulienda acceperit,
12 eaque mures roſerint ex locato tenetur,
quia debebat ſe præcavere juxta *tex. in l. Item
quæritur §. ſi fullo ff. Locat.*
Et ſi pallium alterius etiam ignoranter
13 permutaverit, ex locato tenebitur juxta
text. in d. §. ſi Fullo.
An liceat emere à Sutoribus, vel ab eorum
14 juvenibus fragmenta, quæ ſuperſunt ex ve-
ſtibus, quas conficiunt, aut etiam à texto-
ribus unam, vel alteram ſerici gauſapini ulnā
vendentibus, examinat *Sanchez. Conſil. moral.
lib. primo cap. 7. dub. 3.*
Favore Sutorum ſubdo, quod ipſis compe-
tit retentio rerum, in quibus eorum operam
15 impenderunt, ſi debita merces eis denegetur
ut firmat *Zacch. de Salar. quæſt. 96. nu. 8.* cum
ſuper illis habeant tacitam hypotecam cum
prelatione, ut tradit *Merlin. de Pign. lib. 3.
quæſt. 5. n. 25.*

De Figulis.

R V B R I C A IX.

QUoniam in hac noſtra Civitate ars Figulorum ità præcipua eſt ut cunctas Flaminiæ Urbes excellat, Eapropter convenit ut eos aliquo favore proſequamur. Igitur ſtatuimus, & ordinamus quod nullus poſſit exercere dictam artem Figulorum niſi fuerit prius deſcritus in matricula ipſorum, & ab eis approbatus fuerit quam matriculam, & quos ordines approbamus, & obſervari præcipimus, & mandamus. Volumus tamen quod præfati Fi-

guli

Digitized by Google

guli teneantur, & debeant facere vasa de bono luto, & non de limo, ad hoc ut vasa diutius durent & igni resistere valeant, & ad omnem requisitionem Magnifici Domini Potestatis Civitatis Faventiæ prædicta observare jurare compellantur, dummodò non plusquam semel in anno.

SUMMARIUM.

1 Figuli sunt compositores luti.
2 Figuli vasa, seu opera ex creta, atquè argilla faciunt mediante circuitu rotæ, cujus inventor fuit *Anacharsis*.
3 Moralitas deducitur ex compositione vasorum, quæ per figulos fit, ut ibi.
4 In Germania artificia Figulorum summopere existimantur, & illorum protectio commissa fuit Familiæ de Offemburg.
5 Faventiæ viget artificium figulorum vulgo nuncupatum *Majolica* cum magna utilitate, lucro, ac maxima laude Civitatis.
6 Artificii Figulorum materiam tractantes remissivè.
7 Vicini periculum combustionis, & præjudicium ob fornacem Figuli remissivè.
8 Exerceri non potest ars figularia Faventiæ, quàm per matriculatos.
9 Solutio debitorum contractorum à Socio pro servitio artis figulariæ ad quem spectet remissivè.

OBSERVATIO.

Compositores luti vocantur Figuli, ut in
1 *Homilia* 23. quæ est *Lectio tertia Feriæ secundæ Pascatis Resurrectionis*, qui ex creta,
atque argilla opera, seu vasa faciunt *Plin. l.* 23.
2 *cap.* 12. mediante circuitu rotæ, cujus inventor fuit *Anacharsis*, ut tradit *Senec. Epistol. lib.* 14. *Epistol.* 91. *post med.*

Ex compositione vasorum, quæ per Figulos fit deducitur moralitas pro instructione Chri-
3 stifidelium, de qua in *libro Jeremiæ cap.* 18. *in princ.* ibi. *Verbum, quod factum est ad Jeremiam à Domino, dicens surge, & descende in domum Figuli, & ibi audies verba mea. Et descendi in domum Figuli, & ecce ipse faciebat opus super rotam, & dissipatum est vas, quod ipse faciebat è luto manibus suis; conversusque fecit illud vas alterum, sicut placuerat in oculis ejus, ut faceret. E factum est verbum Domini ad me dicens. Numquid sicut Figulus iste non potero vobis facere domus Israel, ait Dominus? Ecce sicut lutum in manu Figuli sic vos in manu mea domus Israel.* Et in *libro Sapientiæ cap.* 15. ibi. *Sed & Figulus mollem terram premens laboriosè fingit ad usus nostros unumquodquè vas, & de eodem luto fingit, quæ munda sunt in usum vasa, & similiter quæ his sunt contraria: Horum autem vasorum quis sit usus, Judex est Figulus. Et cum labore vano Deum fingit de eodem luto ille, qui paulò ante de terra factus fuerat, & post pusillum reducit se, unde acceptus est, repetitus animæ debitum, quam habebat.*

Figuli, eorumque artificia in Germania summoperè existimantur, ibique illorum protectio commissa est familiæ nobilissimæ *de Of-*
4 *femburgh*, ut testatur *Kinipschild. de Jurib. & privileg. Civit. Imperial. lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 6. *in fine*.

Tale artificium viget etiam in nostra Civitate non sine magna utilitate, & lucro, ac
5 maxima laude Patriæ per longinquas, & varias Mundi partes ideoque hujusmodi opera, & vasa vulgo nuncupata *Majolica*, audivi quod in Gallia desumendo nomen à Patria cognominantur *Fajanse*, & *Leander Albertus in descriptione Italiæ* loquens de Civitate Faventiæ *pag. mihi* 159. subdit. *Sono in essa molti nobili Artefici di vasi di terra cotta, che tanto artificiosamente li formano, e pingono con diversi colori, e figure, che tengono il primato sopra tutti gl'altri vasi di terra cotta d'Italia, e credo, che se Plinio vivesse li lodarebbe sopra tutti gl'altri etiamdio gl'Aretini. Di questi vasi ne cavano i Faentini conducendoli in quà, in là per Italia, e massime à Bologna gran denari; Onde mi disse uno di essi Artefici, che solamente nella Vigilia dell'Ascensione della Madonna in Bologna ne trasse di essi vasi* 300. *ducati d'oro, & altri chi* 60. *chi* 40. *e chi più, e chi meno secondo l'eccellenza de' Vasi &c.* & meminit etiam *Tondut. in Historia Faventiæ in probem pag.* 49. & generaliter de hoc
6 artificio *Griphiandr. in sua Æconomia legal. libr.* 1. *cap.* 22. *num.* 191. *cum seq. & Romaguer. in Addit. ad Conciol. ad Statut. Eugub. lib.* 5. *rubr.* 8. *nu:* 5. *cum duobus seqq.* ubi de fornace Figuli quo ad præjudicium vicini ob peri-
7 culum ruinæ, & combustionis, & allegat *Giurb. observ.* 47. *& Marott. Discept. forens. cap.* 22.

Ad conservandam autem excellentiam hujus artificii, & reparandum præjudicio, & damno, quod Resp. sentiret si idiotæ, & imperiti admitterentur, Statuentes meritò man-
8 darunt non posse hanc artem exerceri per alios, quam per Matriculatos ex adductis suprà in *Observ. ad Rubr.* 3. *hoc libro* 7.

Occasione Societatis Figulariæ orta fuit controversia inter socios circa solutionem de-
9 bitorum contractorum à consocio pro mercibus habitis pro servitio ejusdem artis, & causa in *Rota* discussa emanarunt *coram Celso decis.* 2. *&* 11.

ADDIT. AD RUBR. IX. LIB. VII.

SUMMARIUM.

1 Figuli usus in benè constitutis Civitatibus introductus, & alia vide ibi.

In benè constitutis Civitatibus usui esse solent Figuli, ollas coctiles, & similia vasa pa-
1 rant, * quorum Collegium *Numa Pompilius* insti-

instituit Romæ *Plinio* teste *lib.35. cap.12.*, ex qua arte Samon, Aretium, Surrentum, Saguntū, Pergamum, Mutina, Phagium, & alia loca celebrantur, & hodie Urbs Schardigen in Bavaria Superiore ad Renum: Et *Agatocles Siciliæ Rex* Patre Figulo natus fuit, de quo *Ausonius*.

Fama est fictilibus cœnasse Agathoclea Regem, atque abacum Samio sæpè onerasse luto.

Quærenti Causam respondit; Rex ego qui sum Sicaniæ, figulo sum Genitore Satus.

Tiraquel. de nobilit. cap.4. n.2. & Paulus ad Romanos 9. comparat *Deum Figulo*, qui alia vasa effingit ad honorem, alia ad contumeliam, quod ante ipsum factum *Esaiæ cap.45. Hieremiæ cap.18. Sapient.15. add. cap. incom mutabilis 22. quæst.4.* Hæc sunt præcisa verba *German. Hermes in fascicul. Juris publici cap.35. num.50.*

De Brentatoribus, & Asinariis.

RUBRICA X.

STatuimus, & ordinamus, quod omnes Brentatores, & Asinarii teneantur, & debeant se describi facere in uno libro existenti penès Officiales gabellæ, & jurare benè, ac diligenter artem suam exercere. Teneanturque statim adesse in loco in quo ignis rumor invaserit cum eorum brentis, barilis, & asinis ad deferendum aquam ad ignem extinguendum necessariam, & teneantur se præsentare coram Capellano in cujus Capella erit ignis sub pœna viginti solidorum bonon. nisi justo impedimento fuerint excusati, de quo sequenti die fidem facere teneantur, & sint immunes à custodiis. Possint tamen omnes tam Cives, quam Forenses tempore Vindemiarum officio Brentatorum, & Asinariorum uti, etiam si descripti non fuerint in libro suprascripto, dummodo barilia, & brentæ sint bullatæ, & justæ, & semel in anno teneantur omnes supradicti eorum vasa cum quibus vinum deferunt bullare sub pœna prædicta, & si bullari contigerit sine mensuratione, bullator eandem pœnam incurrat.

SUMMARIUM.

1 Brentatorum exercitium quale sit.
2 Brentatori attestanti se portasse vinum creditur.
3 Brentatorum exercitium est necessarium occasione incendij, & eo casu tenentur portare aquam.
Immunes sunt Brentatores à custodiis, & quarè num.3.
4 Brentatores tenentur præstare eorum operam requirentibus.
Artifices signum publicum habentibus tenentur præstare eorum operam requirentibus num.4.
Asinarii sunt ejusdem exercitii Brentatorum, & ad eadem tenentur.

OBSERVATIO.

BRentatorum, de quibus nostrum Statutum, & *Carpan. ad Statut. Mediolan. tom.2. cap.494.* exercitium est mensurare, & super
1 humeros portare vinum, & mustum cum vasis ligneis *Brentæ* vulgariter nuncupatis, undè Brentatori attestanti, se portasse vinum ex
2 domo alicujus creditur, cum sit persona solita id exercere, & populari testimonio communitèr approbata, ut firmat *Guzman. de Evict. quæst.9. num.25. & Borgnin. Cavalcan. decis.37. nu.42. Vide tamen allegatos per Sabell. sum. divers. tract. in §. Brentator.*

Eorum exercitium valdè necessarium est occasione alicujus incendii ad effectum por-
3 tandi aquam pro extinctione ignis, quod infortunium sæpe contingere solet in Civitate, proindè summa ratione à Statuentibus immunes à custodiis facti sunt attento onere illis iniuncto deferendi aquam in hujusmodi contingentia, & si in hoc respiciente, nedùm privatam, sed etiam publicam necessitatem sunt gravati, alio fuerunt relevati; Nec possunt conqueri, dum per descriptionem, quam obtinuerunt fieri in libro, cum Universitate
4 contraxerunt ad formam dispositionis *Statuti*, sicuti ex hac eadem ratione tenentur suas operas præstare indistinctè omnibus illas requirentibus per *text. in l. prima ff. de Furt. & Port. in §. præterea Instit. Quib. mod. re contrah. obligat.* notat *Zacch. de Salar. quæst.55. nu.2.*

Quæ dicta sunt de Brentatoribus, locum
5 habent etiam in Asinariis, qui pariter sunt ejusdem exercitii, mediantibus tamen asinis cum cadis.

De Pistoribus, Hospitibus, & Tabernariis.

RUBRICA XI.

PIstores (A) summa ope niti debent, ut panis benè, ac diligenter custodiatur, & ne in furno, aut extrà devastetur per eos, aut eorum operarios, non tantum panis, verum esculenta quæcunque, sed ea omnia coquere, & custodire sine fraude, & ad domum Domini

mini deferre cum suis pannis, & si prædicta nou observaverint viginti solidorum pœna puniantur qualibet vice, & damnum emendare teneantur, nec recusare valeant volentes ad eorum furnum coquere pœna prædicta; & ut fraudibus obvietur volumus quod Pistores curent ne aliquis de eorum familia panem furetur, & ut indicare debeant alios, qui in eorum furno panem furarentur, alias ipsi teneantur ad omnem emendationem. Insuper prohibemus ne ipsis liceat interdicere aliis Pistoribus ne panem coquant eis, qui essent eorum debitores, & eis non satisfecissent de eorum labore, pœna contrafacienti solidorum 40. bonon. Liceat tamen Pistoribus, & eorum famulis quocumque tempore ire noctis quacumque hora, etiam sine lumine quando eunt causa eorum exercitii, & credatur eorum juramento, sintque ab omnibus custodiis immunes, præterquam in diebus festivis in quibus custodias tam nocturnas, quàm diurnas facere compellantur. Volumus insuper ut Pistores habeant Consules, & ordinem, ac matriculam, sicut alii Artifices hujus nostræ Almæ Civitatis Faventiæ, una tamen cum Hospitibus, & Tabernariis, (B) qui intelligantur esse, & sint ejusdem ordinis, cujus sunt Pistores, qui Hospites teneantur providere Rectoribus de massaritiis, & lectis oportunis recepta competenti mercede æstimanda per Dominos Antianos pro tempore existentes, & ad hoc Consules eorum cogi possint.

SUMMARIUM.

1 Pistores vilipenduntur, sed nimis generaliter.
Negotiatorum appellatione veniunt, non autem Mercatorum nu.1.
2 Ars Pistorum est antiquissima.
Origo Pistorum remissivè nn.2.
Ars Pistorum est necessariissima ad vitæ communis usum nu.2.
Cogi possunt Pistores ad eorum artem exercendam nu.2. & 3.
3 Famis tempore adstringi possunt Pistores ad panem fabricandum, & coquendum etiam in diebus festivis.
4 Privilegia varia concessa fuerunt Pistoribus à Romanis Imperatoribus.
Collegium habere possunt Pistores n.4.
5 In Urbe Pistores habent duplicem Ecclesiam, & Universitatem, nempè unam Italorum, & aliam Eluetiorum.
Universitates Pistorum in Urbe exercent varia opera pietatis n.5.
6 Tutelæ onus suscipere non tenentur Pistores.
7 Conveniri non possunt Pistores Urbis coram alio Judice, præterquam coram Annonæ Præfecto tam super retractu furni, & domus, quam super illius evacuatione, & augumento pensionis.
Annonæ Præfectus habet jurisdictionem privativè quoad omnes super Pistores Urbis num.7.
8 Pistores Urbis præferuntur omnibus aliis creditoribus pro pretio panis, & aliarum rerum eorum artem concernentium.
9 Discretiuus modus loquendi in uno casu demonstrat contrariam voluntatem in aliis casibus.
10 Pistores Urbis præferuntur super frumento, & aliis fructibus recollectis quibuscumque creditoribus etiam ex causa culturæ, & recollectionis eorumdem fructuum quamvis non probetur versio panis traditi, & num. seqq. Limita nu. 19.
11 Creditor duplex privilegium habens præfertur aliis creditoribus unicum tantum privilegium habentibus.
12 Privilegium exorbitans à jure communi, & tertio præjudiciale, si potest verificari in uno casu, non est trahendum ad plures casus.
13 Statutum correctorium Juris communis plures casus comprehendere volens ob universalitatem verborum in uno tantùm casu illud correxisse interptrerandum est.
14 Mutuans pecuniam pro cultura agrorum, vel pro recolligendis fructibus efficitur creditor potior super fructibus recollectis.
16 Pistores Urbis præferuntur doti, Dohanæ, & aliis quibuscumque.
17 Dos præfertur creditori alioquin potiori, qui tradidit pecuniam ad rem emendam, ædificandam, vel reparandam.
18 Regula, Si vinco vincentem te, multo magis vinco te, habet locum in omni materia.
19 Pistores Urbis non præferuntur creditoribus habentibus reservationem Dominii.
20 Verba Privilegii prægnantissima, & geminata non sunt restriugenda, sed intelligenda secundùm propriam significationem.
21 Clausulæ universales, & geminatæ demonstrant enixam voluntatem Principis concedentis.
22 *Card. de Luca de Dote discurs.* 81. *num.* 5. *cum seq. & discurs.* 166. *n.* 5. juncto *nu.* 60. reprobatur.
23 Judex judicare debet secundum dispositionem privilegii, quamvis videatur iniquum, & irrationabile.
24 Principi reservatum solummodò est judicare de Legibus.
25 Pistores Urbis, vel eorum hæredes creditores pro pretio panis, vel alterius rei ad artem spectantis non comprehenduntur sub discussione bonorum communis debitoris, nec illis obstat cessio bonorum, moratoria, quinquennalis, *cap. Odoardus*, seu alia dilatio, aut remedium.
26 Pistores Urbis convenire possunt eorum debitores pro credito panis, & rerum ad eorum artem spectantium coram eorum Consulibus usque ad summam ducatorum triginta

Digitized by Google

ginta auri, & eoram Annonæ Præfecto pro quacunque summa.
Consules Pistorum Urbis pro credito eorumdem Pistorum habent facultatem procedendi summariè, simpliciter, de plano, sine strepitu, & figura judicii manu regia, & sola facti veritate inspecta, n.26.
Præfectus Annonæ pro credito Pistorum Urbis habet facultatem procedendi summariè, simpliciter, de plano, sine strepitu, & sola facti veritate inspecta, nu.26.
27 Manu regia ad instantiam Pistorum Urbis quandò procedatur.
28 Annona procedit manu regia contrà debitores Pistoris decocti ejusdem Annonæ debitoris juxta praxim, de quo ibi.
Mandato manu regia expedito, ad instantiam Annonæ, quando solvantur emolumenta Notario, & Eminentissimo Camerario, vel non, num.28.
29 Instrumenta obligationum non solent confici inter Pistores, & eorum debitores, sed texeræ, nu.30.
30 Texeræ, seu taleæ, quæ conficiuntur ad probandum creditum Pistorum, & similium originem traxit à Gentilibus.
31 Usus texerarum antiquitus practicatus fuit occasione militiæ.
32 Texeræ militares distribuebantur à Romanis inter milites, & quando.
33 Texeræ practicantur etiam inter rusticos, & idiotas, Caupones, & similes.
34 Texeræ Pistorum sunt probationes extraordinariæ.
Texeræ Pistorum probant tamquam species instrumenti, num.34.
35 Texeræ Pistorum habent executionem paratam. Decl. num.36,
37 Texeræ duæ fiunt à Pistoribus, nempè una nuncupata *il ceppo*, quæ retinetur ab ipsis, & altera *il scontro*, quæ retinetur à debitore. & qualibet vice, qua traditur panis, notatur in illis mediante signo, seù signis quantitas.
38 Radens signa in texeris Pistorum facta, tamquam fraudator punitur.
39 Exhibere tenetur texeram adversarius, quando constat de illius confectione. Ampl. num.44.
40 Exhibere tenetur Pistor texeram, seù cippum, in quo se fundat.
41 Exhibita per pistorem texera, seù cippo agitur contra illius debitorem ad exhibendum scontrum, alias stari cippo.
42 Citatio ad recognoscendum texeram, & praxis.
43 Texera in contumaciam rei pronunciata pro recognita, si idem reus postea medio juramento negavit, tunc actor tenetur illam formiter recognosci facere.
44 Amissionis texeræ exceptio deducta per debitorem Pistoris citati ad illam exhibendam non suffragatur, dum eam non probat. Ampl. nu.45. Subampl. nu.46.
47 Pistor, cui tradita sunt tot rubra frumenti, ut reddat certam quantitatem panis, censetur depositarius. Decl. nu.48.
49 Pistor recipiens frumentum, aut pecuniam, ut reddat tantumdem singulis diebus in pane cocto non liberatur restituendo frumentum, aut pecuniam, sed tenetur ad panem, vel ad interesse.
50 In obligationibus facti succedit obligatio ad interesse volente creditore, non autem debitore.
51 Aliud pro alio invito creditori solvi non potest,
52 Tabernarii, Locandarii, & similes non possunt vendere majori pretio panem, quam illo taxato ab Annonæ Præfecto, & emerunt à Pistoribus non obstante contraria conventione inter eos.
53 Taxatio pretii panis traditi per Pistores particularibus absque conventione, quomodò sit facienda.
Solutio pretii panis traditi per Pistorem post completum partitum factum cum Agricultore, vel alio, ut à vulgo dicitur *à grano* ad rationem tot decinarum pro quolibet rubro an facienda sit in pecunia, an cum frumento ad eamdem rationem antecedentis conventionis, nu.53.
54 Pacto inito cum Pistore de coquendo pane pro Titio, ejusque familia pro certa mercede, illud adimplere tenetur Pistor aucta familia. Decl. num55.56. & 57.
56 Sed si filii habitent seorsim à Patre, pro illis non tenetur coquere panem.
Familia dicitur, quæ simul habitat, n.56.
58 Promissione facta per Pistorem coquedi panem pro Titio, & omnibus liberis suis pro certa mercede, an teneatur adimplere auctis liberis.
59 Pistores delinquentes ponendo in pane oleum, vel calcem, vel terram, vel aquam tufo infusam, vel manus aceto lauando puniuntur tamquam falsarii, & fures, & de praxi probandi delictum remissivè.
60 Panem non esse bonę pastæ, vel non coctum, quomodò probetur remissivè.
61 Abundantiarii, & Gubernator Ciuitatis invigilare tenentur ne fraudes committantur à Pistoribus.
62 Præventioni locus est inter Gubernatorem, & Abundantiarios circà punitionem delictorum Pistorum ob fraudes commissas.
63 Gubernator punire potest Pistores fraudolentos pœna Bannimentorum, seù Iuris communis deficiente Statuto, non autem pœna conuenta inter Pistores, & Communitatem.
64 Tabernarii sunt, qui recipiunt comedentes, non qui hospitantur.
65 Caupones, Tabernarii, Hospites, & similes confunduntur, & pro synonymis habentur.
66 Tabernarii commendantur tanquàm hospitalitatem exercentes.
67 Tabernarii pessimum genus hominum, & per-

personæ infames censentur.

68 Tabernarii Mercatorum nomine non veniunt. Decl. ut ibi.

69 Exercitium Tabernariorum est necessarium commercio humano.

Tabernarii compelli possunt ad continuationem eorum exercitii, n.69.

70 Limitari, & taxari possunt Tabernæ, seù Cauponæ, & Tabernarii.

71 Medicamenta varia vinis adhiberi solent per Tabernarios saluti perniciosa.

72 Tabernarii venduut sæpè unam speciem vini pro alia.

Tabernarii puniri possunt vendendo unam speciem vini pro alia, n.72.

73 Pretium vini vendendi per Tabernarios taxatur ab Ædilibus, polizando dolia.

74 Pretia rerum vendendarum per Tabernarios taxanda sunt, & tabella taxæ apponi debet in loco visibili.

Hospites, & Tabernarii rapaces, ut plnrimum sunt,& plus solent exigere à Peregrinis, quàm sit iustum, n.74.

75 Macellarii, Tabernarii, & similes ad probandum eorum creditum solent conficere texeras, seù taleas cum debitis rincontris. Vide n.76.

Tabernarii retinere possunt pignora,& personas propria auctoritate pro satisfactione eorum crediti n.75. Vide n.76.

Tabernarii retinere possunt vltimum epulantium, qui remansit in Taberna, quando recusatur solutio pretii vini ebibiti,vel cibi n.73.Vid.n.76.

77 Prohibito accessu ad Tabernas grauantur Vassalli.

78 Taberna dicitur illa domus, in qua panis, vinum, & carnes coctæ venduntur.

79 Taberna est locus, & fomentum intemperantiæ.

80 Cives Tabernam frequentantes voluptatis causa, & præter necessitatem, puniri possunt.

81 Vitium tabernas frequentantium est detestabile, & bnno publico damnosum.

82 Tabernas frequentare Clericis est prohibitum.

83 Propinones, & Tabernarii dicuntur tabernam frequentantes.

84 Et repelluntur à testificando, n.83.

Coquorum origo, laudes, & prærogativæ remissivè.

Coqui sunt instrumenta necessaria comessationibus, n.84.

Coqui excellentes in arte excitant crapulam, n.84.

Coqui conficiunt cibos usque ad luxuriam, & miraculum,n.84.

85 Coqui dividuntur in tres species, ut ibi, & num. seqq.

86 Coqui Papæ, Imperatoris, Principium, & Magnatum dicuntur habere dignitatem.

87 Coqui admitti solent ad honesta Officia.

Coqui Artifices dicuntur n.87.

Propinarii vulgò *Pasticcieri* publicè retinent carnes, & obsonia comestibilia n.87.

88 Et Reip. expedit illos habere, præsertim in magnis, & populatis Civitatibus, ut succurri valeat necessitati Incolarum, & Advenarum; secùs si tantummodò vitium Civibus, & Oppidanis parant, quo casu sunt expellendi.

89 Gabella artem exercentibus imposita debebitur à Coquis locantibus eorum operam in comessationibus, & Conuiuiis Privatorum tamquàm aliquam connexionem habentibus cum Pasticeriis.

OBSERVATIO.

A Pistores, quos nimis generalitèr vilipendit *Scayn.decis.Bononien.5.n.18.* negotiatorum appellatione veniunt non autem Mer-
1 catorum, ut tradit *Barbos. de Verbor. appellation appellat.149.n.5.Novar. super Pragmatic. Regn. rub. de Mercatura Officialib.prohibit. collectan.1. n.3. Surd. decis.313. sub nu.5.* Eorum
2 ars cùm sit nedùm antiquissima, ut probat *Thomas Garzonus in eius Opere inscripto la Piazza universale discorso* 133. ubi de origine, sed necessariissima ad vitæ communis usum, possunt iidem cogi ad illam exercendam *Lucas de Penn. in l. Mechanicas, C. de Execut. art. liber.lib.10.Cassan.in Catalog.glor.mund.par.11. consíderat. 32. per tot.* & præsertim in *versi. in his enim*, quos sequitur *Fragos. de Regim Reip. tom.1.lib.7. disput.19. §.1. n.29.* Nec non possunt adstringi tempore famis ad panem fa-
3 bricandum, & coquendum etiàm in diebus festivis, ut tradit *Mastrill. de Magistrat. lib.3. cap.4. n.90.*

Qua ratione moti *Romani Imperatores* variis
4 privilegiis eos decorarunt, & præcipuè ut possint habere Collegium, ut per *tex. in l. 1. §. 1. ff. Quod cujusque Universit. Myler. in Metrologia cap. 16. §. 10. nu. 2.* Prout habent in Urbe duplicem Ecclesiam, & Universitatem, nempè unam Italorum, & aliam Elvetiorum,
5 ac ab utraque exercentur varia opera pietatis, ut aduertit etiam *Cobell. ad Bullam boni Regim. cap.28. n.34. cum seq.* & scribit *Theodorus Amydenus in Opusculo, seù Libello de pietate Romana cap. 3. de Hospitiis ægrotorum communibus* ab eodem *Cobell.* allegatus.

Necnon quod sint immunes, & exempti à
6 suscipiendis turelis, à quibus proindè excusantur iuxtà *text. in l. final. ff. de Excusat. Tut.* cum aliis priuilegiis adductis per *Autolin. in eius Annot. ad privilegia Pistorum Urbis nu.7. cum seqq.*

Signanter verò Pistores Urbis ornati fuerunt variis privilegiis, videl. nè possint con-
7 veniri coram alio Judice, præterquàm coram Annonæ Præfecto, cui concessa fuit iurisdictio privativè quò ad omnes alios Judices, tàm super retractu furni, & domus inhabitatæ à vicino prætenso, quàm super evacuatione, ac augumento pensionis ad instantiam Do-

Domini, ut ex sequenti *Motu Proprio san. mem. Pauli V.* emanato sub *die 3. Novembris 1615.*
,, Monsignor Biscia Chierico di Camera,
,, e Prefetto dell'Annona; Essendoci stato rife-
,, rito, che li Padroni delli forni, e Case ha-
,, bitate da fornari in Roma, ben spesso sotto
,, pretesto di volervi fabricare, & in molti al-
,, tri modi cercano, e tentano di cacciare li
,, detti fornari dalli forni, e Case sudette, e
,, per detto conto li convengono, & agitano
,, in diversi Tribunali, & avanti diversi Giudi-
,, ci, & il simile anco viene tentato, procurato,
,, e fatto dalli Padroni delle Case contigue alli
,, medemi, & habitationi di detti fornari sotto
,, pretesto di volerle incorporare nelle loro fa-
,, briche, e sotto altri colori, e capi per indurli
,, poi ad accrescere, & augumentare à gusto
,, loro le pigioni, e fare li parti, e conventioni,
,, che vogliono in grandissimo pregiudizio, e
,, danno così del ben publico come dell'istessi
,, fornari, che per non perdere gli loro avvia-
,, menti, e mutare tutto il giorno habitationi,
,, e per fugire anco le liti, e sue spese conde-
,, scendono à fare tutto quello, che li Padroni,
,, & altri sudetti domandano, e desiderando
,, Noi con ogni affetto di provedere così al be-
,, nefizio, & utilità publica, come alla quiete,
,, & indennità di detti fornari nel miglior mo-
,, do sia possibile habbiamo deliberato, che
,, tutte le liti, e cause dell'evacuazioni de' for-
,, ni, e Case sudette, dove si esercitano forni,
,, & augumenti de pigioni tanto mosse con-
,, tro detti fornari, quanto, che si move-
,, ranno per l'avvenire per parte delli Padroni,
,, e Vicini delle Case, e forni sudetti, ò altri,
,, che havessero ragione, e causa da loro si deb-
,, biano conoscere decidere, e terminare avanti
,, di Voi, & altri Prefetti dell'Annona, che sa-
,, ranno pro tempore; Onde in conformità di
,, detta nostra deliberazione con la presente di
,, nostro moto proprio, certa scienza, e pie-
,, nezza della potestà nostra, avvocando à Noi
,, tutte le liti, e Cause mosse sin hora contro
,, detti fornari per l'evacuatione di detti forni,
,, e case come sopra, ò augumento delle pigio-
,, ni di quelli avanti qualsisia Giudice, ò Tribuna-
,, le etiam quanto si voglia privilegiati, e supre-
,, mi, e tali, che di essi bisognasse farne espres-
,, sa mentione nello stato, e termine, che hora
,, si trovano con havere il vero, e certo stato, e
,, meriti di dette liti, e cause, e nomi, e cogno-
,, mi de Giudici, e Collitiganti, e delli Padro-
,, ni di detti forni, e Case, che litigano, & al-
,, tri che havessero ragione, e causa da essi,
,, etiam che fossero Basiliche, Chiese, Mona-
,, steri, Confraternità, Hospidali, e luoghi Pii,
,, & anco Vedove, Pupilli, e Minori, & altri
,, etiam quantosia privilegiati per espresso, e
,, dedotto in questa à sufficenza l'istesse liti, e
,, Cause tanto mosse come sopra, quanto quel-
,, le, che si moveranno, & introdurranno per
,, l'avvenire per detto conto le commettiamo à
,, Voi, & alli altri Prefetti dell'Annona, che
,, saranno pro tempore privativè ad ogni altro
,, Gidice, Tribunale, e Magistrato dando à Voi,
,, & alli detti Prefetti pro tempore piena, am-
,, pla, libera, & assoluta facoltà, autorità, e
,, potestà di potere per Voi stessi, e li vostri
,, Auditori, ò altri, che vi piacesse deputare
,, privatamente ad ogni altro Giudice, Magi-
,, strato, e Tribunale, etiam supremo, e tale
,, che bisognasse esprimerlo, conoscere, deci-
,, dere, e finire, e terminare tutte le dette liti,
,, e Cause mosse, e da muoversi, come si è det-
,, to con tutti li loro incidenti, dependenti,
,, emergenti, annessi, e connessi, & anco con
,, la clausola quam, & quas &c. Ancorche con-
,, tro detti fornari si trattasse, e procedesse per
,, vigore d'obblighi Camerali fatti con giura-
,, mento, e con la renuntia espressa del presen-
,, te indulto, e privilegio, che gli facciamo, e
,, che le Case, e forni habitati, e tenuti da loro
,, siano, e spettino direttamente, ò indiretta-
,, mente à qualsivoglia persona, etiam quanto-
,, sivoglia privilegiata, & anco à Basiliche, &
,, à Chiese etiam Patriarchali, Cappelle, Reli-
,, gioni, Comende, Monasterii, Conventi,
,, Hospitali, Confraternità, & altri luoghi Pii
,, etiam insigni, e similmente privilegiati, &
,, anco à Pupilli Minori, e Vedove, & à qua-
,, lunque altri, etiam che havessero privilegii
,, amplissimi, e fossero degni di mentione par-
,, ticolare, e di procedere in esse cause, e liti,
,, e ciascuna di quelle ogni giorno, & hora (non
,, però feriato in honor di Dio) sommariamen-
,, escecutivamente, semplicemente, e manu regia
,, senza strepito, e figura alcuna di giudizio, ma
,, conosciuta solamente la verità del fatto, &
,, altrimente come à Voi, & alli detti Prefetti
,, dell'Annona pro tempore, & altri deputati
,, sudetti più parerà, e piacerà, e giudicarete,
,, che ricerchi il caso, e bisogno publico, e con-
,, forme vi detterà la prudenza vostra, posposta
,, ogni, e qualunque appellazione, provocatio-
,, ne, e ricorso, con potestà anco d'avocare, e
,, reassumere le dette liti, e Cause mosse, e che
,, si moveranno da qualsivoglia Giudice, e Tri-
,, bunale, e Magistrati Ecclesiastici, e secolari
,, etiam supremi, e privilegiati, e tali, che bi-
,, sognasse esprimerli, & inhibire à tutti li su-
,, detti, & altri à chi bisognerà sotto le pene
,, pecuniarie, e censure, che vi pareranno, e
,, piaceranno, & intorno le dette cose fare or-
,, dinare, e concludere tutte le cose, che giudi-
,, carete espedienti, & à Voi, e detti Prefetti
,, dell'Annona per benefizio publico più pare-
,, ranno, e piaceranno, ebe così è mente, e vo-
,, lontà nostra espressa; Volendo Noi, e decre-
,, tando, che contro la presente non si possa mai
,, per alcun tempo opporre dire, ne dare de
,, subreptione, obreptione, difetto della no-
,, stra volontà, & intenzione, e non altrimente
,, debba in ogni instanza tempo, e luogo esser
,, giudicato, & interpretato, e diffinito da
,, ogni, e qualunque Giudice ordinario, ò de-
,, legato, etiam dall'Auditori di Rota, e della
,, nostra Camera, e dalla medema Camera, e
,, suo Camerlengo, Vice Camerlengo, Teso-

,, riero , Decano , e Chierici , & anco dal Re-
,, verendiſſimo Cardinale noſtro Vicario, e ſuoi
,, Locotenenti , & Auditore , Senatore , Colla-
,, terali , Maeſtri di Srada , e loro Aſſeſſori , &
,, da ogni altro Giudice , e Tribnnale , e Ma-
,, giſtrato etiam con la clauſola Sublara, & de-
,, creto irritante , non oſtante tutte le coſe pre-
,, dette , e che quelli dell'intereſſe , de' quali ſi
,, tratta , o puol trattarſi in qualſivoglia modo
,, non ſiano ſtati chiamati , nè ſentiti alle coſe
,, ſuderre, & à quelle eſpreſſamente repugnino,
,, contradichino , & opponghino , ò ſiano per
,, repngnare , e contradire , e qualſivoglia pen-
,, denza di lite,& Inſtromenti fatti , e che ſi fa-
,, ceſſero per l'avvenire etiam con l'obligo in
,, forma Cameræ , e giuramento , e con la re-
,, nuntia del preſente Indnlto , e privilegio , ò
,, altra rennntia , e cautela , e qualſivoglia pri-
,, vilegio , e facoltà conceſſe alli Tribunali , e
,, Magiſtrati di Roma , & alla detta Camera , e
,, ſuo Camerlengo , e Chierici , etiam all'Au-
,, ditore della Camera , & al detto noſtro Vi-
,, cario , Popolo Romano , e Maeſtrì di ſtrada,
,, e loro Aſſeſſori, & anco alle Baſiliche,Chieſe,
,, Monaſteri , e luoghi Pii ſuderti , & ad ogni
,, altro in genere , ò in ſpecie etiam per titolo
,, oneroſo , & in qualunque altro modo , e ſot-
,, to qualſiſia forma di parole, e la Conſtituzio-
,, ne , ò Bolla della fel. mem. di Gregorio XIII.
,, ſuper Jure congrui , e qualſivoglia altre Con-
,, ſtituzioni, & ordinazioni Apoſtoliche, regole
,, etiam di Cancellaria , e ſpecialmente la Re-
,, gola de Jure quæſito non tollendo , Privileg-
,, gi , Statuti , Riforme , uſi , ſtili , etiam del
,, noſtro Palazzo , Decreti etiam Conciſtoria-
,, li , e conventioni , & altre coſe tutte che fa-
,, ceſſero , ò diſponeſſero , ò poteſſero fare , e
,, disporre in qualſiſia modo in contrario a
,, quali tutte , ancorche haveſſero Decreti , e
,, clauſole inſolite , e derogatorie di derogato-
,, rie , e che foſſero ſtate più , e più volte etiam
,, in Conciſtoro , e con giuramento , ò in altro
,, modo confermate , & approvate , e per loro
,, derogazione biſognaſſe farne eſpteſſa mentio-
,, ne , havendo nienre di meno il tenore di cia-
,, ſcheduna di eſſe per dedotto , & eſpreſſo in
,, queſto à ſufficienza , per l'effetto ſudetto in
,, tutto , e per tutto deroghiamo; Volendo, che
,, la preſente baſti con la noſtra ſemplice ſegna-
,, tura , e ſenz'altra Data , ò regiſtratura , che
,, alli ſunti di eſſa ſi dia bona fede in giudizio ,
,, e ſuori di giudizio, non oſtante tutte le coſe,
,, che faceſſero , e diſponeſſero in contrario.
,, Dato nel noſtro Palazzo di Monte Cavallo
,, li 3. Novembre 1615.

Paulus Papa Quintus.

Gaudent etiàm privilegio potioritatis in-
ter creditores communis debitoris pro pre-
8 tio panis , & aliarum rerum eorum artem
concernentium tàm ex diſpoſitione *Conſtitu-
tionis ſan. mem. Sixti V. in Bullar. novo in or-
dine la* 36. §. 7. *vol.* 2. ibi : *Quinimò ipſi Piſto-
res pro conſequenda debitorum hujuſmodi ſatis-
factione in omnibus eorum litibus , & cauſis ,
etiamſi priores , & potiores Creditores non
ſint, primum, & potiorem locum obligationibus
etiàm in forma Cameræ Apoſtolicæ etiàm jura-
mento vallatis , ac privilegiis , cæteriſque in
contrarium facientibus non obſtantibus quibuſ-
cumque habere , & obſervare omninò debeant
&c.* vigore cujus præferendi ſunt omnibus
aliis creditoribus nemine excepto , ut in ſpe-
cie reſpondit *Rota coram Coccin. deciſ.* 1259.
num. 6. quàm ampliſſimi *Motus proprii Urba-
ni VIII.* emanati ſub *die* 20. *Decembris* 1634.
ibi : *Prætereà , quod dicti piſtores ; & eorum
hæredes , ac ſucceſſores pro pretio panis , & re-
rum ad artem ſpectantium præferantur, ac præ-
ferri omninò debeant omnibus , & ſingulis aliis
cujuſuis defuncti , aut decocti , ſeu alterius cu-
juſcumque debitoris , aut aliàs quantumvis po-
tioribus, & anterioribus , etiàm reſervationem
dominii , aut manus iniectionem , vel hypote-
cam ſpecialem , ſeù quodcumque creditum jura-
tum , & obligatione Camerali vallatum ha-
bentibus etiàm ex cauſa dotis , aut ex quacum-
que alia cauſa piæ , neceſſaria , & privilegiata ,
etiàm Dohaneriis Urbis , & ſtatus Eccleſiaſtici,
& quibuſcumque privilegiis in corpore juris
clauſis , vèl non clauſis , etiàmſi de eis ſpecialis
mentio facienda eſſet , & quaſcumque clauſulas,
ſeù cautelas in ſe continentes habentibus &c.*
ex quibus prægnantiſſimis verbis clarè con-
ſtat nullum alium creditorem quovis modo
privilegiarum , etiām ex cauſa neceſſaria , &
privilegiara poſſe concurrere cum Piſtoribus
Urbis , ut plenè examinatis verbis firmat
*bo: me: D. Advocatus Antolin. in Annot. ad
eumdem Motum proprium nu.*278. *cum ſeqq.*
cujus fuit Alumnus , ac legalis ſcientiæ imi-
tator *D. Deſiderius Bisletus I. V. D. & nobilis
Verulanus* , & conſequentèr nullus Creditor
poterit eis contendere prælationem abſquè
eo , quòd probanda ſit verſio , cùm in dicto
Motu proprio tantummodò requiratur, tùnc
quandò in ſubſidium conveniuntur filii , vel
Mulier pro pane tradito Viro , vel Patri, ibi:
*Mulieres verò , aut filii Viris , vel Parentibus
decoctis , vel mortuis , ſi hæreditas ſolvendo
non ſit , teneantur ſolvere eam quantitatem pa-
nis , vel aliarum rerum dictæ artis , quæ pro ip-
ſis Mulieribus , vel filiis , & earum , ſeù eorum
familia Marito , ſeù Patre viventibus tradita ,
& conſumpta fuerint &c.* qui diſcretivus mo-
dus loquendi apertè demonſtrat contrariam
9 voluntatem Pontificis in aliis caſibus *Rot. co-
ram Coccin. deciſ.* 2121. *nu.* 143. & alibi ſæpè.

Et quidem optima ratione cùm ferè im-
poſſibilis redderetur probatio verſionis pa-
nis , qui minutatim variis perſonis traditur ,
ut de ſe patet ; Undè pro credito panis tra-
diti alicui Mercatori, ſeù Agricultori, quam-
10 vis non probetur verſio in cauſam Agricul-
turæ adhùc Piſtor præfertur ſuper fructibus
recollectis aliis quibuſcumque creditoribus
etiam ex cauſa culturæ , & recollectionis eo-
rumdem fructuum.

Nec obſtat , quod hujuſmodi privilegium
poſſit

Digitized by Google

poſſit quidem ſuffragari ſuper bonis debito-
ris non autèm ſuper re alteriùs, quemad-
modum ſunt expenſæ factæ occaſione cultu-
ræ, & recollectionis frumenti, ac aliorum
fructuum, cum fructus non dicautur niſi id,
quod ſupereſt deductis expenſis, atque ideò
Piſtores tunc ſolùm poſſunt prætendere præ-
lationem, quandò pro credito panis traditi
pro recolligendis fructibus, ſuper quorum
pretio diſcueereneur, concurrerent cum aliis
ex eadem cauſa creditoribus, quiá cum ul-
trá privilegium reſultans ex diſpoſitione
leg. Interdum, ff. Qui pot. in pign. hab. com-
petat etiam aliud reſultans ex dicto *Motu*
proprio, utique ratione duplicis privilegii,
11 & vinculi præferendi ſunt aliis creditoribus
unicum tantùm privilegium ex dicta *l. inter-*
dum reſultans habentibus ad tradita per *Tho-*
mat. deciſ. 186. num. 6. Quæ interpretatio eò
faciliùs videtur admittenda, quia cùm præ-
12 dictum privilegium valdè exorbitet á jure
communi, & tertio ſit præjudiciale, cenſe-
tur tùnc ſufficieutèr operari effectum ſuum,
abſque eo quod trahatur ad alios caſus, nem-
pè ad prælationem indirectè pro quocumque
credito pania, ut in ſimili de Statuto cor-
rectorio Juris communis, ſi plures caſus com-
13 prehendere poſſit, quòd in uno tantùm caſu
illud correxiſſe interpretandum ſit, etiamſi
verbis univerſalibus conceptum eſſet *Ciroce.*
diſcept. 36. n. 24. Gratian. diſcept. 546. n. 14.
Hieron. Palma alleg. 20. num. 27. allegat. 21.
num. 12. allegat. 68. num. 53. & allegat. 81. n. 4.
Rot. diverſ. deciſ. 745. num. 6. par. t. & in rec.
deciſ. 241. num. 7. p. 18. tom. 1. in terminis re-
ſpondle *Eminentiſſ. de Luca de Dote diſcurſ. 81.*
n. 5. cum ſeq. & diſcurſ. 166. n. 51. juncto n. 60.

Etenim licet verum ſit, quod diſponente
Lege, Statuto, vèl Conſtitutione circà fru-
ctus, intelligendum ſit, deductis expenſis:
Nihilominùs exindè inferri non valet, quod
is, qui præſtitit operas, vel mutuavit pecu-
niam pro illis recolligendis, ſit condominus,
itaùt per viam deductionis, ſeù diviſionis
& ſeparationis priùs deducenda ſit ejus por-
tio, ſeù quota, quo caſu benè applicaretur
id, quod dicitur de abſurdo reſultante ex
eo, quod ſolutio fieret de re aliena, non de-
bitoris, at quiá præſtans operas, vel mu-
14 tuàns pecuniam pro cultura agrorum, vel
pro recolligendis fructibus, efficitur credi-
tor, & quidèm potior ſuper fructibus recol-
lectis vigore diſpoſitionis dictæ *l. Interdùm*,
ff. qui pot. in pign. hab. proindè comprehen-
duntur ſub derogatione dicti *Motus proprii*,
abſquè eo, quod illud reſtringi valeat ad ſo-
lum creditum panis eradlti pro illa cultura,
& recollecta, dùm in dicto §. *Præterea* per
neceſſe ſupponat concurrere alios credito-
15 res tàm potiores, quod verificari non po-
teſt, niſi in illis, qui ſint creditores vèl ra-
tione mercedis, vèl mutui pro cultura, &
recollectione fructuum, ſupèr quorum præ-
latione contenditur, & ſic èis competeret
potioritas ex allegata diſpoſitione *leg. Inter-*
dùm, quàm privilegiatos ex quacumque
cauſa, Piſtores verò eſſe creditores ex alia
diverſa cauſa, quàm pro pane tradito pro
eadem cultura, vèl recollectione.

Idque clarè convincitur ex lectura ejuſ-
dem privilegii, tum quiá Piſtores præferun-
tur pluribus privilegiatis ex cauſis penitùs
diverſis, ut ſunt creditores ex cauſa dotis,
16 Dohanæ, & aliorum inibi vèl expreſsè, vel
tacitè nominatorum, proindè non poteſt li-
mitari ad certos caſus, ſed indefinitè eſt in-
telligendum *Rot. in rec. deciſ. 285. n. 5. par. 15.*
Tum etiàm, quiá præferuntur aliis credito-
ribus potioribus ex cauſa etiam neceſſaria,
& privilegiata, quæ tantummodò adapta-
tur iis, qui crediderunt in cauſam culturæ,
& recollectionis fructuum, & ſimilium.

Rursùs comprobatur ex eo, quia ſicuti
ex literali diſpoſitione dicti *Motus proprii*
Urbani, Piſtores præferuntur doti. quæ præ-
17 fertur creditori alioquin potiori, qui tradi-
dit pecuniam ad rem emendam, ædifican-
dum, vel reparandum, ut innovando jura
præcedentia, ſancitum fuit per *Juſtinianum*
Imperatorem in §. His conſequens Auth. de
Æqualit. dot. & firmat *Petr. Barboſ. in ſexta*
par. leg. prædictæ ſub num. 8. verſ. ponitur,
juncto num. 12. verſ. ex illo igitur, ff. Solut.
matr. Roſa conſult. 51. num. 1. Rota coràm U-
bald. deciſ. 73. n. 8. cum ſeq. juncta *deciſ. 176.*
in fine, & in rec. deciſ. 328. num. 23. cum ſeq.
p. 5. Ità præferendi ſunt Mercenariis, ac aliis,
qui mutuatunt pro expenſis neceſſariis cul-
turæ, & recollectionis, cum intree regula ſi
vinco vincentem te, multò magis vinco te,
18 quæ locum ſibi vindicae in omni materia
Caſtill. Controv. p. 3. cap. 25. num. 1. cum ſeq.
Et ceſſat omnis difficultas ex declaracione
facta per eundem *Urbanum VIII. in Signatura*
Gratiæ ſuper limicatione hujus privilegii quo
ad habentes reſervacionem dominii tantùm,
19 juxta vulgatam traditionem antiquorum
Curialium, ex qua reſultat confirmatio cæ-
terorum in eodem *Motu proprio* contentorum.

Hinc patet, privilegium prædictum non
poſſe reſtringi ad creditum panis tradici pro
eadem cauſa, pro qua concurrunt etiàm alii
creditores, dùm mens Pontificis conceden-
20 tis repugnat, & ejus prægnantiſſima, & ge-
minata verba non patiuntur talem reſtri-
ctionem, undè intelligenda ſunt ſecundùm
propriam eorum ſignificationem, & benè
declarat *Dec. conſil. 113. ſub num. 7. verſ.*
non obſtat ergò, Natt. conſil. 63. num. 17. juncto
num. 160. num. 33. Surd. conſ. 140. num. 65.
volum. 1. Mareſtott. Var. reſolut. lib. 2. cap. 85.
num. 1. ad 7. Antolin. in Annot. ad dictum Mo-
tum proprium à num. 272. ad 280. & num. 288.
ac num. 289. & num. 304. cum ſeqq. ubi n. 311.
cum ſeqq. animadvertit, quod toe clauſulæ
21 univerſales, & geminatæ demonſtrant eni-
xam voluntatem Principis concedendi ple-
niſſimam, ac ſuper omnes alios creditores
præ-

Digitized by Google

prælationem *Rot. in reecnt. deciſ.*299.*num.*14.
cum ſeq. par. 12. & *Tribunal Cameræ* nulla
habita ratione eorum, quæ adducuntur à
Cardin.de Luca in præallegat. diſcurſib. decidit
22 juxta literalem diſpoſitionem dicti *Motus
proprii Vrbani In Romana Pecuniaria inter
Reverendiſſimum Capitulum Sancti Petri, &
Gatalanm Bellnnum, ae Leonardnm Iber Piſto-
res diebns 4. & 11. Decembris 1675. propo-
nente Illnſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino
de Judice nunc S. R. E. Cardinali Ampliſſimo*,
qui ob ejus ingenii perſpicacitatem, & in re-
bus arduis agendis dexteritatem, & pruden-
tiam ſæpè viſus eſt priùs egiſſe, quam agere.

Nec ex eo; quod tale privilegium videa-
tur iniquum, & irrationabile poteſt Judex
omiſſo rigore ſequi æquitatem, quia ad-
23 huc illius diſpoſitio eſt ſervanda §. *oportet
Auth. de Judic. l. fin. C. de Mnnicip. l. Proſpe-
xerit ff. Qui, & à quibus manumiſſ. Rot. in re-
cent. deciſ.* 362. *num.* 17. *par.* 17. ac relatis
verbis *S. Auguſtini in libro de Vera Religione*,
ibi: *Cum leges fuerint inſtitntæ, & firmatæ non
licere Jndici de ipſis jndicare, ſed ſecundùm
ipſas*, firmavit in *deciſ.* 378. *num.*18. *par.* 18.
Etenim ſolo Principi reſervatum eſt judicare
24 de Legibus juxtà *text. in l.* 1. ibi *inter æqui-
tatem, & Jus ſcriptum interpoſitam interpre-
tationem Nobis ſolis, ut oportet, & licet in-
ſpicere C. de Legib.* & prædictis rationibus, &
auctoritatibus innixus ſemper judicavi ſavo-
re Piſtorum Urbis, dum per quinquennium
munus Auditoris *clar. mem. Eminentiſſimi D.
Cardinalis de Cavaleriis tunc Annonæ Præfecti*
exercui.

Vigore ejuſdem *Motns propriis Vrbani VIII.*
Piſtores vrbis, vel eorum hæredes credi-
tores pro pretio panis, vel alterius rei ad ar-
25 tem ſpectantis non comprehenduntur ſub
diſcuſſione bonorum communis debitoris,
nec illis obſtat ceſſio bonorum, moratoria
quinquennalis, aut alia quæcumquè dilatio,
aut *cap. Odoardus*, ſeù aliud quodcumque re-
medium à Jure communi, vel poſitivo, ſeù
ex ſpeciali gratia Principis intròductum, ſeù
introducendum.

Paritèr etiam comperit illis pro credito
26 panis, & rerum ad eorum artem ſpectan-
tium, ut poſſint convenire eorum debitores
coràm Conſulibus uſquè ad ſummam duca-
torum triginta auri de Camera, & *coràm An-
nonæ Præfecto* pro quacumquè ſumma, qui
habent facultatem procedendi ſummariè,
ſimpliciter, de plano, ac ſine ſtrepitu, & fi-
gura judicii, manu Regia, ac ſola ſacti ve-
ritate inſpecta, & prout in exactione pecu-
niarum pretii Grani eiſdem Piſtoribus ab Of-
ficialibus Annonę pro tempore dati, ut diſpo-
nitur in allegato *Motn proprio Vrbani VIII.*

Quamvis vigeat prædictum privilegium,
nihilominùs regularitèr non proceditur ma-
27 nu Regia, ſed ſervatis ſervandis ad evitan-
dum damnum, quod ex expeditione manus
Regiæ reſultaret notariis Cameræ, & ſolùm
28 ea practicatur, quandò aliquis Piſtor eſt de-
coctus, vèl eſt debitor Annonæ pro pretio
frumenti, quo caſu ad inſtantiam ejuſdem
Annonæ præuia intimatione domi dimiſſa
copia ſequentis tenoris.

*Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo N. N.
Prefetto dell'Annona.*

*N. N. pagarete frà doi giorni l'iſraſcritta
ſomma, che dovete à N. N. Fornaro nel Banco
di N. N. à eredito di detto Fornaro debitore
dell'Annona per tanto pane havnto dal ſuo For-
no, altrimente ſi procederà mano Regia, &
more Camerali ad iſtanza di detta Annona cre-
ditrice del medeſimo Fornaro, queſto dì 6. Otto-
bre 1684.*

Aſtolfo Galoppi Notaro, e Segretario
di Camera.

Tranſacto biduo expediri deberet manus
Regia tenoris ſequentis.

*Eſecutori eſegnirete realmente, e perſonal-
mente manu Regia, & more Camerali per ſcudi
20. contro N. N. debitore di N. N. Fornaro de-
bitore dell'Annona*; Et ſolummodò ſubſcribi
deberet ab *Illuſtriſſimo Annonæ Præfecto*, vel
Conſulibus reſpectivè abſquè manu Notarii,
& ſi eſſent plures conficienda eſſet liſta co-
rum, pròut aliàs practicabatur, cum ſola
paritèr ſubſcriptione *Annonæ Præfecti*, vèl
Conſulum, vigore cujus à Birruariis facienda
eſſet executio, pròut practicatur in debitis
Cameralibus, & tùnc nullum debetur emo-
lumentum Notario, nec *Emintiſſimo Camera-
rio*, cum illius non concurrat miniſterium,
nec iſtius apponatur ſigillum, nèc fiat ulla
mentio. Undè ad hoc, ut uterquè conſe-
quatur emolumentum, inolevit praxis loco
prædictæ formulæ manus Regiæ expediendi
mandatum executivum juxtà ſolitam formu-
lam mandati ſervatis ſervandis relaxati, ad-
ditis ſolùm illis verbis *mann Regia, & more
Camerali*, & iſto caſu apponuntur expenſæ
mandati, quæ exiguntur à debitore, licèt
non ſolvantur àb Annona, ad cujus inſtan-
tiam expeditur mandatum.

29 Circà probationem verò illorum crediti
advertendum eſt, quod eorum favore non
ſolent confici inſtrumenta obligationum, ut
dixit *Rot. in recent. deciſ.*221. *num.*1. *par.* 19.

Sed fieri ſolent Texerę, quarum uſus tra-
xit originem à Gentilibus occaſione hoſpi-
30 talitatis, ut tradit *Pacichell. de Jure hoſpi-
talit. univer.* & notat. *Federic. de Marſeler. de
Legato lib.* 2. *diſſert.* 6. Earumquè uſus anti-
quitùs practicatus etiàm fuit occaſione mi-
31 litiæ, ut teſtatur *Polybius*, & ad eumdem
*Juſtus Lipſius de Militia Romana lib.*5.*dialog.*9.
Romani enim conſueverunt inter milites ad
32 vigilias deſtinatos diſtribuere aliquod ſi-
gnum, quo ſe ſe ab hoſte noſcerent, quod
texeram appellabant à tabella, cui inſcribe-
batur; Erat namquè texera militaris pro-
priè tabella latiuſcula è ligno, cui inſcri-

ptum

ptum erat ſignum nocturnum, aùt dictum,
quod vellet *Imperator*; Solebat enim Tribu-
nus ſignum ex ore *Imperatoris* acceptum ta-
bellæ inſcribere, & texeram dare, quam ip-
ſe ad Centurionem ſuum deferebat. Centu-
rio ille acceptam proximi manipuli Centu-
rioni dabar, iſte iterùm proximo, donèc ad
omnes perventum eſſet. Ipſi porrò Centu-
riones lectam militibus enunciabant, quo-
rum vigilandi vices erant juxtà præciſa ver-
ba *Fritſch. in Appeudic. ad partem tertiam Exercitat. variar. exercit.* 5. *num.* 81. ubi al-
legat *Lipſium* Fiebant etiàm texeræ frumen-
tariæ, de quibus *Amaya in tit. Cod. de Colla-
tion. æris uum.* 87. *lib.* 10.

Texeræ, ſeù taleæ practicantur etiàm in-
33 ter ruſticos, & idiotas, qui nèc legere, nèc
ſcribere ſciunt, ac à Cauponis, ut advertit
Balmaſed. de Collect. quaſt. 15. *num.* 4. *& Do-
minus meus Raynald. Obſervat. crim. cap.* 29.
§. 4. *num.* 30. qui uſum texerarum valdè lau-
dat *tom.* 3.

Hujuſmodi texeræ Piſtorum, licèt ſint
probationes extraordinariæ, tamèn de con-
34 ſuetudine quaſi ſcripturæ, & tamquàm ſpe-
cies inſtrumenti probant, ut firmant *Lau-
reut. de Comparat. literar. cap.* 11. *de affinib.
ſub* §. 17. *Giurb. obſervat.* 81. *num.* 13. *Coſt. de
Remed. ſubſid. remed.* 70. *illat.* 3. *uum.* 15. *Card.
de Luca de Credit. diſcurſ.* 73. *num.* 3. *Coueiol.
ad Statut. Eugub. lib.* 5. *rubr.* 14. *uum.* 3. *Bal-
maſed. de Collect. loc. cit. Gargiar. deciſ. Bono-
nieu.* 6. *par.* 2. *Novar. deciſ.* 76. *uum.* 1. *cum
ſeq. & Gratian. deciſ.* 68. *num. final.* & habet
35 executionem paratam, ut relato *Beſold.* fir-
mat *Laurent. ubi ſuprà.* Quotieſcumquè ta-
36 mèn conſtet de identitate, ſint integræ, &
ſimul conveniant, ut advertit *Coſt. & Con-
ciol. loc. cit.*

Ad evitandas autèm fraudes, & ut utri-
què parti ſit conſultum fieri ſolent duæ te-
37 xeræ, una videlicet quæ appellatur *la Ma-
ſculina*, & in Urbe *il Ceppo*, & retinetur per
Piſtorem, altera verò *la Feminina*, & in Ur-
be *il Scontro*, quæ remanet penès debitorem,
& qualibet vice, qua traditur panis, notatur
quantitas mediante ſigno, ſeù ſignis in utra-
què, ut tradit *Novar. cit. deciſ.* 76. *in princ.*
Et cum ſimùl junctę optimè correſpondeant,
38 nèc creditor plùs in cippo incidere, nèc de-
bitor inciſa ibi ſigna radere valet, alioquin de
fraude conſtaret, ut notat *Laurent. loc. allegat.*

Conſtito texeras fuiſſe confectas, tùnc ad
inſtantiam unius ex partibus cogitur altera
39 ad ſuam edendam, ut cum *Forell. & Viſcont.*
docet *Novar. dicta deciſ.* 76. *num.* 3. Undè pra-
xis in Urbe introducta eſt in Tribunali Præ-
40 fecti Annonæ, quod per Piſtorem exhibita
ſua texera, ſeù cippo, proùt illam exhibere
tenetur, cùm in illa ſe fundet *Rot. in recent.
deciſ.* 384. *num.* 6. *par.* 16. agitur contrà de-
41 bitorem ad exhibendum Scontrum, aliàs vi-
dendum mandari ſtari Cippo: Nèc non ci-
tatur ad recognoſcendum texeram, vèl me-
42 dio juramento negandum, aliàs pronuncia-
ri pro recognita, & quamvìs in contuma-
ciam partis Judex illam pronunciaverit pro
recognita, ſi antequàm in cauſa ad ulteriora
43 procedatur, Reus poſteà medio juramento
eam negaverit, adhùc Actor tenetur illam
formitèr recognoſci facere inter plures te-
xeras mediantibus teſtium depoſitionibus
juxtà ſtylum ejuſdem Tribunalis.

Nèc debitori ad ſe eximendum ab exhibi-
tione Scontri ſuffragatur allegare illius a-
44 miſſionem, dùm eam concludentèr non
probat, cùm alioquin contrà eum oriatur
præſumptio fraudolentæ occulationis *Giurb.
dicta obſervat.* 81. *uum.* 13. *verſ. ſi illas affert
cum ſeq. & Novar. allegat. dec.* 76. *num.* 4.

Sicuti nèc ei ſuffragatur juramentum ſu-
45 per amiſſione, quotiès contrà illum con-
currit aliqua ſuſpicio, reſpondit *Giurb. ubi
ſuprà uum.* 15. *verſ reſpoudetur*, *Novar. dicta
deciſ.* 76. *num.* 5. *verſ. nam reſpondebam, &
Rot. coram Cavaler. deciſ.* 82. *num.* 9. Secùs ve-
rò ſi eſſet vir integer, & juſtus, & adducat
46 veriſimilia, ut declarat *Giurb. cit. obſervat.* 81.
num. 15. *verſ. ſecùs.*

Multotiès etiàm fiunt pacta, & conven-
tiones cum Piſtoribus mediante ſcriptura
publica, vèl privata tradendo eis tot rubra
47 frumenti. ad hoc, ut reddant certam quan-
titatem panis, quæ conventiones ſunt ſer-
vandæ, & tùnc Piſtor cenſetur depoſitarius,
ut firmat *Eſcobar. de Ratioc. cap.* 35. *uum.* 17.
verſ. quinimò cum ſeqq. & alii, quos refert, &
ſequitur *Salgad. labyriut. credit. par.* 1. *cap.* 13.
§. 1. *num.* 25. *cum ſeq.* Quod videtur verum,
quando panis conficiendus eſſet ex eodem
frumento, ità ut in alium uſum, tanquàm
48 depoſitum regulare, non poſſit converti.

Nec piſtor, qui recepit frumentum, aut
pecuniam, ut reddat tantumdèm ſingulis
49 diebus in pane cocto, liberatur reſtituendo
frumentum, aut pecuniam, cum ſit obliga-
tio ob rem dari, undè inſtante creditore te-
netur panem præſtare, vèl ad intereſſe, quià
in obligationibus facti ex tacito conſenſu
partium ſuccedit obligatio ad intereſſe, quæ
50 novat præcedentem in favorem creditoris,
in cujus electione ſtat, quod ſi id, quod pro-
miſſum eſt, non præſtetur, poſſit petere id,
quod intereſt, non autèm in electione debi-
toris reportare liberationem ſolvendo inte-
reſſe, cùm aliud pro alio invito creditore
ſolvi non valeat, ut tenet *Emanuel Mendoz de
Caſtro in Rubr. de Aunon. Civil. num.* 11. *jun-
cto num.* 16.

Non ità ſervanda erit conventio inter Pi-
ſtores, & Tabernarios, Locandarios, ac ſi-
52 miles, ſi iſti vendant panem album majori
prètio, quàm quod ſolvant Piſtori ad for-
mam Taxæ, expreſsè prohibente *ſau. mem.
Alexandro VII.* in ſequenti ejus Chirographo
emanato ſub die 13. Martii 1660.

„ Monſig. Pallavicino Preferto dell'Anno-
„ na, Eſſendoci ſtato eſpoſto il pregiuditio
gra-

grave, che ricevono i Fornari decinanti dagli Osti, Bettolieri, Locandieri, Magazzinieri, e simili, che vendono il Pan bianco à decina otto quatrini la pagnotta, & à i Fornari sopradetti la pagano à minor prezzo, anzi con varie arti procurano ogni giorno di maggiormente diminuirlo in util proprio, e non del Popolo, mentre li Decinanti per sodisfare la Camera, & i Mercanti si sforzano di accrescere lo spaccio del Pane etiamdio à prezzo vile, e forse non corrispondente al prezzo del Grano che comprano; disordine, che può facilmente ridurre i Fornari predetti in cattivo stato, e rendergli inhabili à sodisfar la Camera, e i Mercanti, e volendo Noi perciò applicarvi opportuno rimedio. Ordiniamo à Voi, che tassiate il prezzo del Pan bianco à Decina, che per l'avvenire i Fornari decinanti daranno à gli Osti, & altri sopradetti al prezzo, che questi lo rivendono, cioè quatrini otto la Pagnotta. e di bajocchi diciannove, e un quatrino la Decina, quando i Decinanti paghino il Grano alla Camera scudi nove il rubbio, & alterandosi il prezzo del Grano predetto si debba anche alterare il prezzo del Pane à proportione, poiche non è dovere, che gli Osti faccino guadagno sù le fatiche de' Fornari, volendo Noi, che in questo prezzo per l' avvenire inviolabilmente si osservi da tutti gli Osti, & altri predetti, non ostante che tutti ò alcuno di loro havessero fatte co i Fornari conventioni diverse, e à minor prezzo, alle quali vogliamo, che non si debba dare esecutione alcuna, ancorche siano giurate, e con obligo Camerale, assolvendo le parti, mentre ve ne sia di bisogno dall'osservanza di tal giuramento per essere dette Conventioni pregiuditiali al ben publico, e parimente vi ordiniamo, che per l'avvenire alla sudetta ragione sempre anche tassiate il Pan bianco à Decina, che si darà à i particolari, quando non vi sia conventione, ò partito diverso, intendendo Noi, che le Conventioni fatte, e da farsi trà i Decinanti, e particolari restino sempre salve, & illese per la quantità convenuta, & in conformità delle cose sudette darete gli ordini opportuni, publicarete Bandi, & Editti, e farete Inhibitioni sotto pene pecuniarie, e corporali à vostro arbitrio, con facoltà di eseguirle, che Noi d'adesso approviamo, e confermiamo quanto sarà da Voi in ciò fatto, & eseguito, che tale è mente, e volontà nostra espressa. Decretando, che il presente Chirografo vaglia, & habbia effetto, esecutione, e vigore, ancorche non s' ammetta, e registri in Camera, e nelli suoi libri, e che non siano stati sentiti, nè chiamati qualsivoglia, che vi havessero, ò pretendessero havere interesse, e vogliamo, che non possa mai darsi di surrettione, obrettione, ò difetto della nostra Intentione. Non ostante la Constitutione, ò Bolla di Pio IV. nostro Predecessore de Registrandis, e qualsivoglia altre Costitutioni, & Ordinationi Apostoliche nostre, e de' nostri Predecessori, e qualsivoglia Privilegj, esentioni, concessioni, e gratie concesse, confermate dalla Sede, e Camera Apostolica, & anco da Noi, e qualsivoglia Nostri Predecessori, etiamdio che havessero clausule insolite, e derogatorie di derogatorie, e che per loro derogatione bisognasse farne espressa, e specifica mentione, & anco la nostra Regola de Jure quæsito non tollendo, e qualsivoglia usi, stili, consuetudini, & altre cose, che facessero in contrario, alle quali tutte, e singole havendo il tenore di esse per espresso in questo à sufficienza per questa volta solamente deroghiamo. Dat. &c. nel nostro Palazzo Apostolico in Vaticano questo dì 13. di Marzo 1660.

Alexander Papa VII.

In prædicto *Chirographo* etiàm disponitur, quomodò taxandum sit pretium panis per
53 Pistores traditi Particularibus, quotiès nulla præcesserit conventio, sed multotiès contingit, quod Pistor remanet creditor alicujus pro pretio panis traditi post completum partitum jam factum de tradēdo tot decinas panis pro singulis rubris frumenti traditi, & hinc intèr eos oriri solet controversia circà solutionem, prætendente debitore illum solvere in frumento ad rationem tot decinarum panis juxtà formam præcedentis partiti, seù conventionis, contendente verò Pistore illud recipere, ex quo ei debeatur pretium ad rationem obulorum decem, & novem, ac uno quadrante pro qualibet decina panis juxtà dispositionem dicti Chirographi *Alexandri VII.* Pro decisione hujus controversiæ, si debitor, qui agriculturam, seù mercaturam frumenti exercet, est solitus convenire cum Pistore de solvendo debitum in frumento ad rationem tot decinarum pro rubro, tùnc videtur Pistorem teneri recipere solutionem in frumento ad eandem rationem pacti præcedentis, maximè quandò non fuerunt facta computa, nec renovata texera, cum censeatur concurrere tacitum consensum utriusquè partis eo modo, quo procedit in tacita reconductione, licèt postmodùm ex aliqua supervenienti mendicata causa Pistor mutaverit propositum, & ità audivi à *D. meo Amato Jacometo* nemini Romanæ Curiæ Advocatorum secundo, à fel. rec. Innocentio XII. in sui, & deindè Sacræ Rotæ Auditorem electo, & ab omnibus laudatis Viris laudato fuisse ipso tamquàm Auditore consulente judicatum per bon. memor. *R. P. D. Manfronum* iàm *Cameræ Apostolicæ Clericum, & Annonæ Præfectum* favore *Excellentissimi D. Principis Burghesii*, ejusquè sententiam approbatam à *Tribunali Cameræ*.

Occurrit etiàm aliquandò, quod initum fuerit pactum cum Pistore de coquendo pa-

54 ne

Digitized by Google

54 ne pro Titio, ejusquè familia pro certa mer-
cede, quod idem Pistor adimplere tenetur
pro mercede conventa, quamvis aucta fami-
lia fuerit, ut examinato articulo hanc opi-
nionem tenet *Cepoll. de servitut. Urban. præd.*
cap.50. nu. 5. ad 10. juncto *num.21. vers. Ego*
autem in ista quæstione ità concluderem cum seq.
tradit *Muta in Consuetud. Panormit. cap. 82.*
55 *num. 4.* Quod declara primò procedere,
quando augumentum familiæ provenit casu,
vel natura; Secùs autèm si ex facto proprio
Titii, ut potè quia Baro, vel miles evaserit;
vel quià supervenit hæreditas opulenta, prop-
tèr quàm incæpit tenere plures famulos, cum
de isto casu non potuerit verisimilitèr cogi-
tare Pistor, ut distinguendo docent *Cepoll.*
ubi suprà num.22. vers. & prædicta intelligo,
& Jo: Marcus Aquilinus in ejus Allegat. im-
press. penès Donat. Anton de Mariu. allegat.18.
num. 5. De Angelis de delict. par. 2. cap. 43.
num.4.
56 Declara secundò teneri eo casu coquere
panem pro filiis simùl habirantibus cum
Patre; secùs si seorsim, quia familia dicitur,
quæ simùl habitat, ut declarat *Cepoll. ubi su-*
prà sub d. num.21. vers. & hoc intellige.
57 Declara tertiò non procedere, quandò
promisit coquere panem pro tota familia
gratis, vel pro annua minima pensione, &
deindè post aliquod tempus familia in im-
mensum creverit, reducitur res ad æquita-
tem, ità ut non teneatur nisi pro familia,
quæ extabat tempore initæ conventionis, ut
docet *Thesaur. decis. 226. num. 2.*
Si autèm facta fuerit promissio sub nomi-
ne generali videlicèt coquendi panem pro
58 Titio, & omnibus liberis suis, & tùnc aut
promissio facta fuit ad certum tempus limi-
tatum, & tenetur pro eodem pretio conven-
to pro omnibus liberis, qui pro tempore
reperiuntur, sivè crescant, sivè decrescant:
sed si promissio facta est simplicitèr non ex-
presso aliquo tempore, puta promisit Pistor
coquere Titio, & liberis suis panem pro de-
cem libris in anno, & eo casu paritèr sivè
crescat, sivè decrescat familia in uno anno,
non tamèn debet crescere, vel decrescere
pretium, sed post annum non cogitur Pistor
coquere pro eodem pretio, si crevit familia,
sed Titius cogitur illud solvere si decrevit;
Imò in fine cujuslibet anni potest unusquis-
que ex contrahentibus contractum dissolve-
re tanquàm ad annum: At si promissio fa-
cta est sub nomine indefinito, videlicèt pro-
misit Pistor coquere panem Titio, & ejus fi-
liis, & tùnc tacitè videtur actum de filiis,
qui reperiuntur tempore contractus, ut exa-
minata materia egregiè distinguit *Cepoll. lo-*
co allegat. num.21. vers. tertio casu cum sequent.
Quoniàm non desunt Pistores, qui in eo-
59 rum exercitio delinquunt ponendo oleum,
vel calcem, vel terram in pane, vèl aquam,
in qua infusa fuerit terra vulgò nuncupata
Tufo, ut crescat, & augeatur pondus, ut
advertit *Thomas Garzonus in princip. allega-*
tus circà finem, vel lavando manus cum ace-
to, ut panis exaltetur, & major appareat, ut
advertit *Cobell. ad Bull. boni Regim. cap. 21.*
num.45. quem refert *D. meus Raynald. Obser-*
vat. crim. tom.2. cap.18. §.29. num. 42. Caput.
de Regimin. Reipub. cap.17. §.14. num.47. Oter.
de Official. par.2. cap. 7. sub num. 6. & sic alte-
tando pondus, & qualitatem panis, ut di-
ctum fuit supra in *Observ. ad Rubr.41. nu.231.*
cum seq. lib.4. ubi registrantur verba præcisa
Bannimentorum Generalium circà pœnam illis
infligendam. Isti tanquàm falsarii, & fures
sunt puniendi, ut tradit *Cobell. ubi suprà*,
quem sequitur *D. meus Raynald. loc. mox alle-*
gat num. 40. cum seqq. ubi nedùm allegat *DD.*
determinantes pœnam imponendam, verùm
etiàm docet praxim ad effectum probandi pa-
60 nem non esse bonæ pastæ, vel non coctum,
vel ut vulgo dicitur *ben staggionato*. Et qui-
dèm tàm ab Illustrissimo Gubernatore, quàm
61 ab Ædilibus, seù Abundantiariis Civitatis,
quibus incumbit onus invigilandi circà hu-
jusmodi ex *Caput. & Oter. loc. allegat.* ac dis-
ponitur in Capitulis editis supèr Annona à
fel. recor. D. Cardin. Raggio Provinciæ Romand.
à Latere Legato de anno 1678. impress. in appen-
dice pag.112. num. 13. & est de jure, itàut sit
locus præventioni, ut concordantibus cu-
62 mulatis, respondit *D. meus Raynald. ubi su-*
prà num. 49. qui *num. sequent.* tenet contrà
Ciriacum, quod Gubernator possit punire
63 Pistores fraudulentos pœna Bannimento-
rum, seù Juris communis deficiente Statuto,
non autèm pœna conveta intèr ipsos, & Com-
munitatem, ea fortissima ratione, quia Ma-
gistratus inferior non potest abrogare leges
Principis.
Tabernarii proprie sunt, qui recipiunt co-
B medentes, non qui hospitantur secundùm
64 *Mænoch. cons.798. num.33. & Gratian. discept.*
898. num. 2. Confunduntur tamèn ista nomi-
na, & pro Synonimis accipiuntur Caupones,
65 Tabernarii, Hospites, & similes ut cum *Re-*
buff. in tract. de Hospitib. docet *Carpan. supèr*
Consuetudin. Mediolan. cap.434. num.37. quem
refert, & sequitur *Gratian. ubi suprà num. 3.*
Salvis bonis, & timoratæ conscientiæ, qui
66 summoperè commendantur tanquàm ho-
spitalitatem exercentes à *Thoma Garzono in*
ejus opusculo inscripto Piazza universale di-
scurs. 99. in princip. regularitèr cœteri Ta-
67 bernarii censentur pessimum genus homi-
num, & personæ infames, ut prosequitur i-
dem *Garzon.* ubi latè, & egregiè eorum
fraudes describit, & tradunt *Houded. cons.93.*
num.49. lib.2. Almont. Ciacc. discept. crim.175.
Muta in Consuetud. Panormitan. cap.29. nu. 15.
Fontanell. decis.525. num.27. ac viles, ut dicit
Fragos. de Regim. Reip. par. 1. lib.7. disput. 19.
§. 1. num.25. & de quibus plura utilia haben-
tur penès *Knipschild. de Jurib. & privileg. Ci-*
vit. Imperial. lib.5. cap.26. num. 20. cum seqq.
& Fontanell. mox cit. num. 21. cum sequent.

68 Nec veniunt sub nomine Mercatorum, quan-
dò in eorum Hospitiis Mulieres se prosti-
tuunt, secùs in honestis Hospitiis, ut decla-
rat *Muta ubi suprà num.15. cum seq.*

Eorum Exercitium est necessarium com-
mercio humano, unde ii, qui semèl hospi-
69 tium tenuerunt, possunt compelli ad conti-
nuationem, ut notat *Bart. in leg. 1. §. 1. Naut.
Caupon. & stabul. & in l. Licitatio ff. de Public.
Stracc. de Naut. part. 1. vers. quæri posset nu. 1.
Fontanell. ubi suprà num. 25.* Nec non possunt
70 taxari, & limitari Tabernæ, seù Cauponæ,
& Tabernarii cogi ad recipiendum hospites,
ut firmant *Fragos. de Regim. Reipubl. par. 1.
lib. 7. disput. 19. §. 1. sub num. 29. vers. Ideò.*

Varia medicamenta solent vinis adhiberi
per Tabernarios in maximam salutis huma-
71 næ perniciem, & præsertim ut illa citiùs
clarescant, proùt dicit *Cobell. ad Bull. boni
Regim. cap. 21.*

Ac multotiès vendunt unam speciem vini
pro alia, & sic occultè alterando pretium,
72 qua ratione possunt puniri à Judice, ut do-
cet *Oter. de Officialib. par. 2. cap. 7. sub num. 6.*
Ideòquè taxatur pretium ab Ædilibus, & po-
lizantur dolia, proùt etiàm servatur in no-
73 stra Civitate impositis certis pœnis contra-
venientibus, ut in *Capitulis grasciæ* de quibus
in *Appendice pag. 83. num. 44.*

Et quandoquè alterant pretia victualium,
undè ad tollendas querimonias, & conque-
stiones itinerantium, & occurendum mali-
tiis Tabernariorum, qui ut plurimùm sunt
rapaces, & plus solent exigere à Peregrinis,
74 quàm sit justum *Gratian. disceptat. 898. n. 23.*
taxanda sunt pretia rerum, & Tabella taxæ
apponi debet in loco, ità ut omnibus pareat,
ut admonet *Fontanell. d. decis. 535. num. 24.*

Ad probandum eorum creditum, illudquè
consequendum possunt ipsi, prout Macella-
rii, & similes de consuetudine uti taleis,
75 seù texeris, quas facere, & tenere solent
cum debitis rincontris, retinere pignora,
& personas propria auctoritate, quandò re-
cusatur pretii vini ebibiti, vel cibi solutio,
ultimum epulantium, qui remansit in taber-
na pro omnibus retinere, ut docent *Sabell.
in Summa tractat. in verbo Caupones num. 5.
Manson. de Caus. execut. ampl. 26. num. 28.* quos
refert, & sequitur *Romaguer in addit. ad Conciol.
ad Statut. Eugub. lib. 5. rubric. 12. num. 10.*
Circà quàm materiam videndi sunt *Giurb.
76 observat. 81. num. 12. cum seq. Berlich. con-
clus. 74. num. 33. & Peeb. de Jure sistendi cap.
35. num. 2.*

Notandum est, quod licèt Vassalli graven-
tur, si illis prohibeatur accessus ad tabernas,
77 ut advertit *Novar. de Gravamin. Vassall. tom. 3.
78 gravam. 2.* attamèn quia Taberna, quæ dici-
tur illa domus, in qua panis, vinum, & car-
nes coctæ venduntur juxtà *gloss. in Clement.
cap. 1. verbo Tabernariorum de Vità, & honest.
Cleric. ibique Barbos. nu. 5.* tradit *Muta in Con-
suetud. Panormit. cap. 29. nu. 5.* cum sit locus,
& fomentum intemperantiæ, & incontinen-
79 tiæ, ut per *tex. in l. Qua in adulterium in princ.
ibique gloss. Cod ad Leg. Juliam de Adulter. l.
Atletas §. ait prætor ff. de His, qui not. infam.
l. Palam §. si quæ cauponam. ff. de Ritu nupt.* no-
tat *Barbos. de Offic. Paroch. par. 1. cap. 6. n. 21.*

Cives tabernam frequentantes voluptatis
causa, & præter necessitatem, puniri possunt
80 *Sabell. loc. citat. nu. 2. vers. non tamèn, Roma-
guer. ubi supra nu. 8.* Nam detestabile est hujus-
modi vitium tabernas frequentantium, bono-
81 que publico damnosum *Pegas ad Ordinat. Regn.
Portugall. tom. 3. gloss. 9. ad §. 7. tit. 21. num. 1.
Fragos. de Regim. Reip. par. 1. lib. 7. dicta dispu-
tat. 19. §. 1. num. 25.* quos refert, & sequitur
Romaguer. loc. cit. nu. 9.

82 Eoquè magis in Clericis, ut dictum fuit
suprà in *Observat. ad Rubr. 30. n. 20. lib. 4.* ubi
plura de crapula, & ebrietate, quibus nisi
longioris itineris causa ingredi non licet, ad
*tex. in cap. non oportet cum duob. seqq. 44. dist.
gloss. in dicta Clement. de Vita, & honestat. Cle-
ric. loc. cit.* docet *Barbos. de Offic. & Potestat.
Paroch. par. 1. cap. 6. nu. 20. Bellett. Disquisit.
Clerical. tit. de disciplin. Cleric. §. 20. n. 1. cum
seq. & Graff. decis. par. 2. lib. 3. capit. 8. num. 8.
cum seq.*; Undè continuo frequentantes taber-
83 nam dicuntur Propinones, & Tabernarii, &
repelluntur à testificando, ut censuit *Rot. in
recent. decis. 289. nu. 5. par. 17.*

Quia Coqui, de quorum origine laudibus,
84 prærogativis &c. plura habentur penes *Gar-
zon. in dicto ejus Opere inscripto la Piazza Uni-
versale discurs. 94. & Boer. decis. 222. num. 9. cum
seqq.*, & ad propositum valdè conferunt ea,
quæ habentur in *lib. 1. Regum cap. 9. num. 23.
cum seq.* sunt instrumenta omninò necessaria
comessationibus, & illi, qui in arte sunt
excellentes valde excitant crapulam, maximè
hodiernis temporibus, in quibus usque ad lu-
xuriam, & miraculum varios conficiunt ci-
bos, ut dixit *Heringh. de Molend. quæst. 4. n. 27.*
non incongruum visum fuit de illis mentio-
nem facere, eosquè in tres species, prout di-
stinxit *Boer. cit. dec. 222. nu. 10.* quem sequitur
Cobell. ad Bull. boni Regim. cap. 47. nu. 92. divi-
85 dere, nempè alii coquunt cibos grossos, pro-
ùt sunt Coqui Scholarium, Fratrum, seù Re-
gularium; Alii inserviunt Principibus, & Ma-
gistratibus, ut Papæ, Imperatori, & isti di-
86 cuntur habere dignitatem *Roman. singular. 655.*
quem refert, & sequitur *Heringh. dicto tractat.
quæst. 1. sub n. 20. & nu. 23.* firmat quod coqui
ad honesta officia admitti debent, unde isti
non debent connumerari intèr Artifices, pro-
ut Coquos appellat Artifices *Loter. de Re bene-
87 fic. lib. 2. quæst. 5. nu. 51.*; Et alii, qui locant
operas suas in comessationibus, conviviis
privatorum, & isti habent aliquam similitu-
dinem, seù connexionem cum Propinariis
vulgo *Pastieccieri*, qui publice retinent carnes,
& obsonia comestibilia, ut dixit *Peguer. de-
cis. 44. num. 10.* & quoad istos interest Reipu-
88 blicæ illos habere, præsertim in magnis, &
popu-

Digitized by Google

populosis Civitatibus, nt ciborum copia in promptu ad necessitatem Incolarum, & Advenarum adsit, ut relato *Kloch. de Ærar. lib. 2. cap. 10. num. 5.* tradit *Knipschild. de Jurib. & Privil. Civit. Imperial. lib. 5. cap. 26. nu. 30.* secus si tantummodo vitium Civibus, & Oppidanis parant gulæ, & luxuriæ inquinamenta nutriendo, nàm isto casu potius sunt expellendi à Civitate, nt distinguendo declarat *Cobell. ad Bull. boni Regimin. d. cap. 47. nu. 93.*

Retenta bae divisione Coqnorum, si imposita fuerit gabella exereentibus artem, de-
89 bebitur dumtaxàt à prædicta tertia specie Coquorum, ut tenet *Boer. dicta dec. 222. n. 10.* quem sequitur *Cobell. ubi supra eod. n. 93.*

ADDIT. AD RVBR. XI. LIB. VI.

SVMMARIVM.

1 Pistores Artifices, non Mercatores dicuntur.

2 Potioritas competit Pistoribus Urbis pro credito panis.

3 Solventi Pistori pretium panis cum subingressione in ejus jura competit prælatio aliis Creditoribus.

4 Pistoribus Districtus Urbis competunt eadem privilegia, quæ competunt Pistoribus Urbis & n. 7. cum seqq. Contrarium n. 5.

6 *Constantin. ad Statut. Urbis lib. 2. Annot. 30. art. 1. nu. 82.* reprobatur.

8 Districtuales, & Incolæ Comitatus comprehenduntur in privilegio, quo gaudet Civitas, quando Princeps in concessione privilegii usus est verbo genitivo. Almæ Urbis, Florentiæ, Neapolis &c. secus si usus fuerit verbo ablativo cum dictione *in*.

10 Privilegium Civitati concessum competit etiam Districtualibus in materia indifferenti, & proportionabili tam Civibus, quam Districtualibus.

11 Pistores districtus Urbis subsunt jurisdictioni Præfecti Annonæ.

13 Districtuales veniunt sub nomine Civium in privilegiis favorabilibus.

15 *Eminentissimus Cardinalis Nuptius laudatur.*

Observantia interpretativa inducitur ex unico actu nu. 15.

16 Observantia interpretativa non requirit præscriptionem, cum facilius inducatur.

17 Observantia interpretativa probatur levioribus probationibus.

18 Observantia interpretativa probatur ex quo fuerit aliquando observatum.

19 Maxime quando actus emanavit circa concernentia idem Tribunal.

20 Diseretiuus modus loqnendi demonstrat contrariam voluntatem legislatotis disponendi.

21 Manus Regia competit Pistoribus Urbis pro pretio panis.

Manns Regia competit Rev: Cameræ Apostolicæ contra Pistores Urbis pto pretio grani eis dati *nu. 21.*

22 Pistores Urbis se submittunt manui Regiæ pro solutione pretii frumenti illis tradendi à Rev. Camera.

23 Romulus ante constitutionem Curiarum controversias de facto decidebat.

24 Principi competit facultas procedendi de facto, ita etiam competit Magistratibus illum representantibus.

25 Judex in Causa Fisci non lata sententia potest jubere res capi, & distrahi.

26 Fisco, & Cameræ competit privilegium incipiendi de facto à Captura, & ab executione quando constat de credito.

27 *Card. de Luca de regal. disc. 44.* reprobatur.

Annona Urbis gaudet privilegiis Fisci n. 27.

Peculium Annonę Urbis est peculium Principis, prout sunt gabellæ n. 27.

Annonæ Urbis peculium est destinatum pto conservanda ubertate panis pro populo num. 28.

29 Texera panis exhibita per Pistorem agitur contra debitorem ad exhibendum Scontrum, alias mandari stari texeræ Pistoris.

Texera panis exhibita per pistorem citatur ad illam recognoscendam alias pronunciari pro recognita, & si illam negat debitor, tenetur Pistor illam formiter recognosci facere nu. 29.

30 Debitor Pistoris ad se eximendum ab exhibitione scontri potest allegate illius amissionem.

31 Delictorum Pistorum, & de vigilantia in eis detegendis, & de condemnatione in pænas Bannimentorum, & num. 32.

33 Tabernariorum qui Hospites vocantut, vide ibi remissivè.

34 Coquorum materiam vide ibi remissivè.

35 Officii majoris Coquinæ Collegii Ecclesiæ Exordien. collatio an spectet ad Abbatissam Canonissarum, seù comitissarum, an verò Capitulo Canonissarum, vide remissivè ibi.

36 Coqui inservientes Magnatibus, & Principibus nempe Imperatori, Papæ, dicuntur habere dignitatem.

Cardinalis Baronius Coquinæ munns exercuit, & titulum Coqui perpetui sibi ascivit.

Num. 1. Pistores Artifices dicuntur non merca-
1 tores, quia frumentnm emunt, ut ex eo in farinam redacto panem conficiant, & vendant, ut firmat *Bonfin. Nepos ad Bannimeut. General. in Suppletion. cap. 17. n. 26.* & comprobatur ex firmatis per *Rot. coram Pamphilio decis. 454.*

Num. 8. Pistoribus Urbis competit privilegium potioritatis pto credito panis, ut etiam [a] di-

Digitized by Google

2 xit *Rot. in Romana Pecuniaria 14. Martii 1701. coram R. P. D. Anfaldo §. finali, & in Romana Cambii, seu relevationis à molestiis 27. Junii 1710. coram Reverendiss. Molines §. Non officiente.*

Ac etiam solvens Pistori pretium panis cũ subingressione in ejus jura habet prælationem
3 aliis creditoribus ut respondit *Rot. in Romana Cambii, seu relevationis 11. Junii 1706. coram R. P. D. Kaunitz. sub §. Relevationis, & in d. Romana 27. Junii 1710. coram Reverendiss. Molines loco citato ubi de cessionario.*

Occasione discussionis alterius Articuli contigit dubitatio an Pistores districtus Urbis gaudeant iisdem privilegiis competentibus *
4 Pistoribus Urbis, & proposita Causa coram Reverendiss. Molines 27. Junii 1710. emanavit resolutio favorabilis Pistoribus Districtus ut ex rationibus adductis in decisione, unica tamen parte informante, tenoris sequentis.

R. P. D. MOLINES DECANO.

Romana Cambii, seù relevationis à Molestiis.

Veneris 27. Junii 1710.

PRo evitandis executionibus &c.

Nec ad declinandam præfatam dispositionem *Brevis Urbani VIII.* quidquam obesse valuit exceptio, quod illud emanaverit favore universitatis, & Pistorum Almæ Ur-
5 bis, * proindeque suffragari non poterit Pistoribus, qui panem dederant pro servitio Tenutæ Turris in Petra, & qui furnariam artem exercebant in TerraCeræ ex adductis per *Constantinum in Commentariis ad Statuta Urbis tom. 1. lib. 2. annotat. 30. art. 1. n. 82.*

Quidquid enim dixerit *Constantinus loco superius citato* crediderunt Domini prælauda-
6 tum *Breve Sa: me. Urbani VIII.*, * sive attenta litera ejusdem, sivè Causa finali, & ratione motiva, sivè denique maxima congruentia, & æquitate, indistinctè opitulari debere, tam
7 Pistoribus in Urbe existentibus, * quam etiam aliis Pistoribus artem exercentibus in districtu Urbis.

Attenta inquàm litera *Brevis* quia illud loquitur de Pistoribus Almæ Urbis ibi: *Universitas, & homines Artis Pistorum Almæ Urbis nostræ &c.* unde comprehendere debet etiam Pistores districtuales Urbis; quando
8 enim Princeps * in concessione privilegii usus est verbo genitivo Almæ Urbis, Florentiæ, Neapolis &c. tunc districtuales, & Incolæ Comitatus debent esse participes in eodem Privilegio, quo gaudet civitas, ut magistralitèr declarat *Bartol. in l. 1. §. Cum verbis nu. 11. ff. de Offic. Præfect. Urbis*, cum concordantibus relatis in *decis. 489. tom. 6. & 7. parte 9. tom. 4. recent*; ubi quod tunc dispositio non restringitur ad locum præcisum Civitatis, sed Capit etiam suburbia, & Territorium; Ad differentiam alterius casus, in quo Princeps usus fuisset verbo ablativo cum dictione *in*, quæ denotat intrinsicitatem, & inhærentiam loco, & coarctat amplitudinem nominis loci ad solum locum præcisum, puta si dixisset *in Alma Urbe, in Civitate Florentiæ &c.* Tunc enim Privilegium restringi deberet ad solos Cives intra Civitatem existentes, nec posset extendi ad illos de districtu, ut ex *Theorica* ejusdem *Bart. in l. Gallus §. Illi casus num. 2. vers. adde, Jas. nu. 21. & seqq. ff. de liberis agnoscen.* monuerunt *Marant. Respons. 36. n. 5., & 6. par. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 4. cap. 126. num. 5. &* prosequitur *Rot. d. decis. 489. num. 8. & seqq. par. 6. tom. 2. rec.*

Constitutioni literæ accedit causa finalis, & ratio motiva concessionis Privilegii prędicti per providum Pontificem explicata * in
9 *§. Cum itaque* illis verbis: *Ut facilius, & cum minori dispendio Jura sua consequi possint in omnibus, & singulis eorum causis litibus, controversiis, & differentiis ac prætensionibus ratione panis per eos crediti &c.*, quæ quidem causa finalis, & ratio motiva adequatissimè, & æqualiter convenit tàm Pistoribus Urbis, qui panem dant pro Alimonia Civium, quàm Pistoribus districtus qui panem dant pro Alimonia Agricolarum, & laborantium in cultura Agri Romani & recollectione fructuum necessariorum prò alimonia eorumdem Civium, sub quorum nomine idcirco Districtuales compræhendi probat *Antolinus in d. Thesauro artis Pistoriæ par. 1. in Commentar. ad dictum Breve Urbani VIII. à num. 15. ad 22.*, & signanter *sub nu. 20.* Ibi: *Proùt nec ambigi potest, quin proposita, & subiecta materia, ita congruat Districtualibus, sicuti Civibus, Immò magis applicari potest Districtualibus, cum illi occasione Agriculturæ majora Commercia, ac negocia gerant cum Pistoribus Urbis, & majorem quantitatem panis, aliarumque rerum ad artem spectantium accipiant pro agrorum Cultura, & armentorum conservatione.* Regulare autem est quod in materia indiferenti, ac proportiona-
19 bili tam civibus, quàm districtualibus * Privilegium Civitatis, omnes æque complectitur, eo quia tunc Causa dicitur Communis tam Civibus, quàm districtualibus, ut distinguendo monet *Felin. in cap. Rodulfus 25. col. 9. post. med. nu. 9. vers. quarta Conclusio de Rescriptis* cui unanimitèr adherent *Castren. Cons. 307. col. 2. vers. nullus enim lib. 3. Abbas, Cons. 52. n. 6. vers. quoad secundum lib. 2. Gratian. discept. for. Cap. 217. n. 10. & seqq. & cap. 893. nu. 35., & decis. March. 96. num. 1., 2., & 5. Scoppa in obser, theoric. pract. ad eumdem Gratian. dicta decis. 96. nu. 3. & seqq. junctis num. 14., 15., & seqq.*

In eumdem denique sensum compræhensionis Pistorum Districtus in Privilegio *Urbani VIII.* confirmabat Dominos, * maxima con-
11 gruentia, & æquitas, in eo fundata, quod prædicti Pistores Districtus subiiciuntur Jurisdictioni *R. P. D. Præfecti Annonæ* omnibusque regulis, Statutis, pœnis, & oneribus impositis dictis Pistoribus Urbis, ut patet ex Bannimen-

nimentis datis in Summario D. Victoriæ n.5.
& 6. & firmat Reverendissimus Zaulus in Com-
mentariis adStatutumFaventinum tom.1.Rub.41.
lib.4. nu.226. fol.615. eaque propter justitiæ,
ac æquitati consonum omnino videbatur,
quod fruantur etiam Privilegiis competenti-
bus iisdem FurnariisUrbis, quorum oneribus
12 gravantur * ad Text. in l. secundum naturam ff.
de reg. jur., & tradita per Alexand. cons.47.
num.4. lib.5. Menoch. cons.738. num.9. Bellett.
disquisit. Cleric. par.1. tit. de favore Cleric. §.2.
nu.8., & magis in specie per Gizzarell. dec.71.
nu.3. vers., & verè opinio Angeli. & nu.4.
Præsertim quia agitur de Privilegio gra-
tioso, & favorabili, ut paret ex verbis ibi;
13 Specialibus favoribus, & gratiis * prosequi vo-
lentes, & ibi, nec non privilegiis, gratiis, &
indultis hujusmodi inherentes &c; Exinde enim
sequitur, quod in eo comprehendi debeant
etiam Pistores districtuales, qui veniunt sub
nomine Civium in favoribus, gratiis, & be-
neficiis, à Principe concessis, ut per Text. in
l.1. §. Cum verbis ff. de Offic. Præsid., & distin-
guendo adnotarunt Gratian. discept. forens.
cap.217. n.3. ibique Carol. Antonius de Luc. n.2.,
3., & 8. Barbos. appellat.48. n.1. vers. ubi quod,
& appellat.49. n.1., & 4. Menoch. de Arbitr.
Judic. lib.1. quæst.99. nu.12. 23. & seqq. Marc.
decis. Delphin. 365. nu.30. par.1. Prædicta sunt
verba decisionis.
Comprobari etiam potest ex observantia
interpretativa desumpta ex prælatione con-
cessa de anno 1704. per acta Galloppi in Causa
14 concursus creditorum * Dionisii de Silvestris,
Josepho Castellano & Sociis Pistoribus Terræ
Ceræ Creditoribus pretii panis super frumen-
to recollecto à R. P. D. Nuptio tunc Annonæ
15 Præfecto, * qui post laudabiliter exercitum
Rev. Cameræ Apostolicæ Commissariatum,
Sac. Congregationis Concilii Secretariam, de-
inde Assessoratum S. Officii postea Annonæ
Præfecturam, cum Cameræ Apostolicæ Cle-
ricatu (qua occasione edidit eruditissimum
Discursum typis impressum de cultura, & po-
pulatione Agri Romani) Pro Thesaurariatum,
Consultoratum S. Officii, & postmodum Sa-
cræ Congregationis Episcoporum, & Regu-
larium, ac Aquarum Secretarias tandem
die 16. Decembris 1715. cum omnium plau-
su ad Sacram Purpuram promotus est, & de-
inde ad Episcopatum Urbevetanum, ad quem
se contulit de mense Novembris 1716. dum
hæc scribo, & incomparabili Zelo, pietate,
Justitia, & charitate administrat, gravi mor-
bo hidropis aggressus Animam suam red-
didit omnipotenti Deo in Civitate Urbeve-
tana cum universali omnium dolore die 1.
Decembris 1717. Et merito promotus fuit ad
prædictas dignitates, nam præter insignem in
legali, & Canonica Scientia peritiam, in eo
refulgebant illibati mores, amenitas, facilitas,
ac Summa prudentia in negotiis peragendis,
& inviolabilis integritas in administranda ju-
stitia. Ex hoc enim actu licet unico inducitur
observantia interpretativa, cui deferendum
est ad tollendam ambiguitatem circa com-
prehensionem Pistorum districtus, nam ea non
16 requirit præscriptionem, * ut declarando tra-
dit Decian. cons.51. sub num.55. Gratian. di-
scept.756. nu.25., & probatur levioribus pro-
17 bationibus * ut concordantibus relatis fir-
mat Sabell. sum. divers. tract. in Verbo Consue-
tudo nu.5. Ac sufficit, quod ita aliquando fue-
18 rit observatum * Rot. coram Cavaler. dec.497.
num.5.
Eo magis quia agitur de interpretatione
Motus Proprii Pontificii concernentis idem
19 Tribunal Annonæ, in qua resolutio * prædi-
ctæ Causæ emanavit, ut advertit Rot. in rec.
decis.58. nu.15. par.19. & in Melevitana Prio-
ratuum 15. Juni 1705. coram Eminentissimo Ca-
prara §. Hæc omnia.
Nihilominus remanet indecisus articulus,
nam concessa à Sac. Rota nova audientia, &
reproposita Causa die 5. Decembris ejusdem an-
ni 1710. emanavit rescriptum iterum propona-
tur: Denuo proposita causa coram eodem Re-
verendissimo Molines die 9. Februarii 1711 pa-
riter rescriptum fuit iterum proponatur, & vi-
deant quintus, & sextus Auditor.
Num.9. Disertetiuus modus loquendi demon-
20 strat contrariam voluntatem disponendi le-
gislatoris in aliis casibus ut etiam dixit Rot.
in legionen. Parochialis 2. Julii 1706. sub §.
Fortius coram R. P. D. Kaunitz.
Num.26. Competit manus Regia tam ex motu
proprio Sa: mem: Urbani VIII. expedito sub
die 20. Decembris 1634., in quo ea concessa
fuit R.P.D. Annonæ Præfecto * favore Pistorum
21 Urbis pro prætio panis prout in exactione pe-
cuniarum pretii grani eisdem Pistoribus ab Offi-
cialibus ejusdem Cameræ Apostolicæ pro tempore
dati contra eosdem Pistores procedi solet, quę ver-
ba, cum supponant favore Annonæ manum
Regiam, & fuerint prolata ab habente pote-
statem statuendi, disponunt ad text. in l. cum
proponebatur 66., ibique gloss. juxta secundam
signrationem casus, & gloss. marginalis ff. de le-
gat.2. Casanat. cons.15. sub nu.9. cum seq. Rot.
in rec. decis.360. nu.6. par.17., & decis.56. n.9.
par.18. tom.1.
Quam ex stilo procedendi manu Regia fa-
vore Annonæ pro pretio frumenti contra
Pistores in Tribunali Annonæ Præfecti pro
prætio grani eis traditi.
Ultra quod Pistores occasione aperitionis
22 Furni solent se submittere manui Regiæ * pro
solutione pretii frumenti illis tradendi me-
diante Instrumento publico quod cum Reve-
rendissima Camera mediante persona Annonæ
Præfecti stipulantur.
Quotiescumque autem competit manus Re-
gia sicut Romulus ante Constitutionem Cu-
23 riarum Controversias de facto decidebat, *
ut ait Aristotel. lib.3. Politic., quem sequitur
Marta de Clausul. par.1. claus.71. nu.2. Rot. co-
ram. Coccin. decis.729. nu.3. in fin. Ita creatis
postea magistratibus competit Judicibus vi-
gore

gorè manus Regiæ eadem facultas proceden-
24 di ut Principi * de facto, ac abſque ullo Ju-
ris ordine *Marant. de ordin. judic. par.4. di-
ſtinct.9. nu.8. Scannarol. de viſit. carcerat. lib.1.
§.10. cap.1. nu.25. Rot. cor. Coccin. d. dec.729.
eod. n.3. & in rec. decis.499. n.4. par.18. tom.2.*

Et iſto caſu Judex etiam non lata Sententia
25 poteſt jubere res capi, & diſtrahi, * licet hoc
potius ſit de natura executionis, quam con-
demnationis, ut firmavit *Rot. coram Coccin.
loc. allegat.*, *juncta dec.1680. nu.88. cum duo-
bus ſeqq.*

Et quidem nulla præcedente citatione quo-
ties conſtat de credito, cum hoc ſit peculia-
26 re * privilegium Fiſci, & Cameræ incipiendi
de facto à Captura, & ab executione, ut in-
quit *Bald. in l.1. ſub nu.18. C. de hæred. vel act.
vendit.*, *& in Conſ.434. nu.1. vol.3.* ubi ulte-
rius advertit, quod malè facta publica expe-
direntur ſi abſque citatione, & Proceſſu non
poſſet exigi, ac interim Reſpublica periclita-
retur *Fran. Lucanus de privileg. Fiſci nu.59. in-
ter tract. Magn. tom.12. fol.19. Peregr. de Ju-
re Fiſci lib.6. tit.7. num.6. cum ſeq.* ubi teſta-
tur ita de conſuetudine ſervari *Alfar. de Offic.
Fiſcal. gloſ.16. privil.31. num.1. Gratian. di-
ſcept.375. nu.12. cum duobus ſeqq. Gutierez de
gabell. cap.164. num.5. & Borell. ſumma deciſ.
par.1. tit.44. nu.283.*

Accedit quod quoties per annonam diſtri-
buitur granum Piſtoribus prout olim diſtri-
bui conſueverat in fine cujuſlibet menſis affi-
gitur liſta impreſſa, continens etiam citatio-
nem, ſeu interpellationem ad ſolvendum pre-
tium frumenti recepti infra terminum de-
cem dierum, cum comminatione alioquin
procedendi ad executionem perſonalem, &
realem abſque alia citatione, per quam ceſſat
prætenſus defectus citationis; Quicquid ra-
tiocinando dicat *Card. de Luc. de Regal. diſc.44.*,
quod Annona Urbis non gaudeat privilegiis
27 Fiſci, * cum Peculium Annonæ ſit Peculium
Principis, prout tributa Gabellæ quæ exigun-
tur manu Regia, licèt particulariter, & di-
ſtinctè adminiſtretur, ea ratione quia eſt dum-
28 taxat deſtinatum pro conſervanda * Uber-
tate panis pro populo, abſque eo quod diver-
tatur ad alios uſus, cæteri verò introitus in-
ſerviunt, tam pro ſalariis Miniſtrorum, &
Officialium, quam pro omnibus aliis indigen-
tiis Principatus.

Num.40. Exhibitá texera per Piſtorem agitur
contra debitorem ad exhibendum ſcontrum
29 alias videndum mandari * ſtari texeræ Piſto-
ris, nec non citatur ad illam recognoſcen-
dum, alias pronunciari pro recognita, & ſi
debitor illam negaverit, tenetur Piſtor il-
lam formiter recognoſci facere, ut etiam fir-
mat *Seta de officio Locumtenentis cap.25. nu-
mer.38.*

Alia de Coquis vide *n.34. cum duobus ſeqq.*

Num.44. Debitori ad ſe eximendum ab exhibi-
30 tione ſcontri texeræ ſuffragatur allegare * il-
lius amiſſionem ut tradit *Seta d. cap.25. nu.38.
in fine.*

Num.59. De Piſtorib., & eorum delictis vide
31 etiam multa penes *Bonſin. Auum*, * *& Nepo-
tem ad Banniment. General. cap.18.*

Num.61. Rectoribus Civitatum, ac etiam offi-
cialibus Communitatum incumbit onus in-
32 vigilandi circa fraudes Piſtorum * qui con-
demnandi ſunt in pœnis *Bannimentorum* in ca-
ſu contraventionis *Campell. ad Conſtit. Ducat.
Urbini decret.36. nu.360. cum ſeqq.*

Num.83. De Tabernariis qui Hoſpites vocantur
33 vide *Hermannum Hermes * in faſcicul. Juris pu-
blic. cap.35. nu.47.* ubi quid de vendentibus
vinum proprium.

Num.48. De coquis vide *Hermannum Hermes in
34 faſcicul. * Juris publici cap.35. nu.33.*

Officium majoris coquinæ in celebri Exor-
dien. Eccleſiæ Collegio tanquam magnæ
35 exiſtimationis diſceptatum fuit * an ad Col-
lationem Abbatiſſæ Canoniſſarum, ſeù Co-
mitiſſarum, an vero Capitulo Canoniſſarum
ſpectaret, in qua controverſia emanavit *deci-
ſio* inſcripta *Colonien. ſeu eſſendien. Officii Co-
quinæ majoris ſuper bono Jure 1. Dec.1713.
coram R. P. D. Anſaldo fauore Abbatiſſæ.*

Num.86. Idemque firmat *Barra controv.54. n.2.*
36 Habent Coqui præterea de quo admodum
glorientur, factum Cardinalis Cæſaris Baro-
nii Scientia & Pietate celebris, qui ſtudio
Humilitatis inter S. Philippi Nerii Diſcipulos
apud Ecclæſiam S. Joannis Nationis Floren-
tinæ in Urbe tunc commorantes, non ſolum
Coqui munus exercuit, ſed & titulum ſibi in
perpetuum aſcivit, ſcribens in pariete Co-
quinæ *Ceſar. Baronius Coquus perpetuus*, ut re-
fert. P. Joannes Jacobus Ricci in vita S. Phi-
lippi præfati. *lib.1. cap.14. & ſeqq.*

De Mercedibus Artificum, & Laboratorum.

RUBRICA XII.

FAbri lignarii pro Magiſtris matriculati, & Muratores pro eorũ diurna opera à Kalendis Martii uſque ad Kalendas Novembris accipere poſſint ſolidos ſeptem bonon. Servitores autem eorum, ſeu Famuli ſolidos quinque, alio autem tempore præfati Magiſtri, & Muratores ſolidos ſex, & famuli ſolidos quatuor, conducentes vero eos ſub dictis ſalariis eiſdem Operaris expenſas victus condecentes præſtare teneantur. Si vero conducerentur eorundem Operariorum expenſis, Magiſtri in artibus prædictis accipere poſſint ſolidos no-

gem

Digitized by Google

vem à mense Maii, usque ad mensem Novembris, famuli vero solidos septem; alio vero tempore Magistri solidos octo, Famuli vero solidos quinque, & non ultra.

Cultoribus Vinearum, vel Lazariarum pro ligonizando quolibet tempore solvantur solidi quinque qualibet die.

Putatoribus vero pro opera eorum diurna solvantur solidi quatuor, nec aliud à conducente petere possint.

Rei rusticæ operarii pro quolibet diutno tempore solidos quinque tantum exigant, nec aliud petere possint, & hoc à mense Martii usque ad mensem Novembris, alio verò tempore solidos quatuor.

Messoribus, & trituratoribus pro qualibet opera solvantur solidi sex bonon. cum expensis victus condecentibus.

Salva semper in prædictis omnibus partium conventione, quæ inviolabiliter observetur, executionique debitæ mandetur.

S U M M A R I U M.

1 Taxatio mercedis Operariorum, & Artistarum est valdè utilis Reip.
2 Consuetudo pro lege servanda est.
3 Conducentes, & locantes operas censentur se conformare cum consuetudine loci.
4 Conventio in locatione operarum est inviolabiliter observanda. Declara nu. 6.
5 Pacta habent vim legis.
7 *INNOCENTII XII.* exaltatio ad Pontificatum, & laudes.

O B S E R V A T I O.

Quia postquam præstitas operas quandoque desatigantur Operarii in solutione eorum mercedis, vel sæpè ipsi eam excessivè
1 prætendunt, meritò Statuentes ad evitandas hujusmodi controversias taxarunt illorum mercedem, prout taxandam esse admonet *de Ponte de potest. Proreg. tit. 10. §. 1. num. 11.* Et quod ad frænandam aviditatem, & avaritiam hominum taxanda sit merces Artistarum, nempè Sutoris, Celceolarii, Magistri lignaminum, & similium cum *Bald. Afflict. & Bovadil.* tradit *D. meus Rayuald. Observ. crimin. to. 3. cap. 29. §. 7. n. 62. cum seq.*

Et dispositio hujus *Statuti* est attendenda, quotiès non probetur consuetudo diversa,
2 quæ pro lege servanda est, ut in specie firmant *Gratian. discept. 257. n. 31. cum seq.* & aliis relatis *Zacch. de Salar. quæst. 102. n. 18. Rot. coram Coccin. decis. 376. nu. 4. cum seq.* cùm contrahentes in locatione, & conductione operarum præsumantur se conformare cum consuetudi-
3 ne loci, ut cumulatis concordantibus prosequitur *Zacch. ubi suprà num. 19. Giurb. decis. 13. num. 2. Rot. in recen. decis. 10. num. 15. par. 6.* etsi probetur consuetudo varia, & difformis quænam attendenda vide *D. Advocatum Pacionum de Locat. & conduct. cap. 17. n. 15. cum seq.* qui de more egregiè materiam examinat.

Pariterque non erit attendenda dispositio *Statuti*, si inter partes fuerit diversimodè conventum, nam tunc conventio est inviolabili-
4 tèr attendenda per *Text. in l. Ea lege 63. in princ. vers. Respondi. ff. Locat.* cum pacta habeant
5 vim legis *Paris. consil. 79. num. 18. lib. 3. Beccius cons. 46. num. 25. cum seqq. D. Pacion. dicto tract. cap. 23. num. 130.* ubi tamen subdit procedere,
6 quandò conventio est licita, & honesta.

Dùm hæc scribebam, nunciatum fuit sub die 12. *Julii currentis anni* 1691. post Sedem vacantem spatio quinque mensium, & dierum in Summum Pontificem electum fuisse cum nomine *INNOCENTII XII. Eminentiss. D. Cardinalem Pignatellum Patritium, & Archiepiscopum Neapolitanum*, qui post multa Gubernia in Statu Ecclesiastico laudabilitèr administrata, *à fa: me: Alexandro VII.* Inquisitor in Insula Melitensi, deindè Nuncius Apostolicæ Sedis ad Magnum Hetruriæ Ducem, mox ad Regem Poloniæ, & posteà ad Cæsarem missus fuerat, in quibus Legationibus tali exemplaritate, constantia dexteritate, & prudentia se gessit, ut Fidei Catholicæ venerationem, & ejusdem Sanctæ Sedis auctoritatem non solùm conservaverit, sed etiam auxerit, Romam post è Germania reversus ad Liciensem Infulam admotus est, ad cujus regimen illicò evolavit; Evocato iterùm tanquàm Ministro apprimè necessario ad Regiam, *sa: mem: CLIEMENS X.* Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium esse voluit à Secretis, & deindè Præfectum ejus Cubiculi; Tantùm, & talem Virum omnis virtutis laude cultum ac in Aula Romana, & extrà tot muneribus peractis probarissimum *sa: mem: INNOCENTIUS XI.* dùm ejus Cubiculi Præfecturam per sexennium exercuerat, in prima Cardinalium creatione mediante ejus promotione Sacrum Collegium ornavit, ab Episcopatu Liciensi, quod jam dimiserat, ad Ecclesiam nostram Faventinam transtulit, & mox Bononiæ Legationis gubernium ei adjunxit: In quibusvis muneribus nihil à sua Charitate, Prudentia, Iustitia, & Religione desiderari passus fuit, quod ad concrediti Gregis, & Subditorum curam, ac ad Divini obsequii rationes pertineat, uniendo mediante ejus summa Vigilantia, incompatabili Zelo, & Pietatis ardore Iustitiam cum Charitate. Et quia æquum est, ut modestissimi Principis pudori parcam, qui more magnorum ingeniorum maximæ laudis loco duxit, laudem non appetere, sed mereri; ideò ulteriùs non immoror, sed *Deum Optimum Maximum* in meis quotidianis Sacrificiis instantissimè precor, ut perfectam sanitatem ei imperiatur, incolumemque diù servet ad majorem *DEI* gloriam, & mei, ac omnium Christi Fidelium consolationem.

De

De Ponderibus, & Mensuris.

RUBRICA XIII.

CUpientes neminem in pondere, vel mensura fraudari, statuimus, & ordinamus, quod Officiales gabellarum, quandocunque eis videbitur expedire, expensis Communis teneantur, & debeant se certificare de justis, & consuetis ponderibus, & mensuris Civitatis Bononiæ, & secundùm eas metiri, & regulare omnia, & singula pondera, & mensuras Civitatis Faventiæ, & Districtus, ac talem ponderum, & mensurarum certitudinem in regulam in loco tuto conservare tàm ad usum Officialis ordinati, vel ordinandi, quàm cujuscunque volentis pondera, vel mensuras comparare, adæquare, vel regulare. Pro communi etiam omnium commodo, & utilitate teneant præfati Officiales expensis Communis justa pondera, & mensuras cujuslibet generis, quibus quilibet liberè uti possit, & valeat. Officialis quoq;perDD.Antianos ordinatus,signum,& impressionem teneat,quo justa,& legitima tantùm pondera, & mensuras signet, pro mercede denarios quatuor tantùm pro singula mensura, lance, libra,vel statera recepturus, qui possit, & debeat semel quolibet anno per publicum Edictum Communis monere, ut pondera, & mensuras ad regulandum, & signandum perferant in tempus, sub pœna per Dominos Antianos declaranda. Nullus audeat, vel præsumat cum ponderibus, vel mensuris non justis, non regulatis, & signatis per publicum Officialem vendere, & contrafacìens, bilances, pondera, vel stateras qualibet vice, & pro qualibet mensura, vel pondere amittat, & nihilominus puniatur in solidis 20. bonon. pro tertia Officiali, & pro residuo Communi Faventiæ applican.

SUMMARIUM.

1 Author ponderum, & mensurarum, qui nam fuerit, & n.2.
2 Pondera, & mensuræ principium duxerunt ab ipsa natura.
3 Ius statuendi mensuras, & pondera tanquàm de Regalibus spectat ad Principem.
4 Observantia ponderum, & mensurarum ad Universitatem pertinet, postquàm à Principe fuerunt instituta.
5 Æneæ, vel lapideæ, vel alterius similis materiæ debent esse pondera, & mensuræ, nè corrumpi valeant.
6 Pondera, & mensuræ prævio signo publico, signatæ collocandæ sunt in loco publico, & quarè.
7 Pondera, & mensuræ in unoquoque Principatu, vel saltèm in singulis Provinciis debent esse uniformes, & quarè.
8 Pondera, & mensuræ variæ sunt in Provincia Romandiolæ, & quarè.
9 Officialis, cui incumbit onus sigillandi, seu bullandi pondera, & mensuras constituitur à Communitate.
Mensurare, & ponderare volentes solvere solent certum quid Communitati, vel ejus Officiali n.9.
Proventus,quod solvitur pro pondere,& mensura locari solet à Communitatibus n.9.
Rubbiarella in Urbe locatur n.9.
Gabella nuncupata *della stadera grossa* in Urbe locatur n.9.
Officium ponderum, & mensurarum à nullo alio potest exerceri, quàm ab eo, qui fuit electus n.9.
10 Cereales apud Romanos erant ii, qui cibariorum, & mensurarum habebant rationem, jus de mensura dicendo, & vasa minora frangendo.
11 Prætori, seu Præfecto cujuslibet Civitatis incumbit providere, ut victus, & utensilia moderatis, & justis pretiis vendantur, & ne in ponderibus,& mensuris fraudes committantur.
12 Grasseriorum officium quale sit.
13 Officialis electus super ponderibus, & mensuris non potest alias mensuras, & pondera tradere populo, quàm ea, quæ à Supremo Principe fuerunt determinata.
14 Vigilantia super ponderibus, & mensuris confert ad augumentum, & conservationem Reipublicæ, sicut negligentia affert damnum.
15 Abominabilis est, qui falsis ponderibus, ac mensuris utitur ad fraudandum secum contrahentes.
16 Statera dolosa abominatio est apud Dominum.
17 Utens falsis ponderibus, vel mensuris scientèr,& dolosè gravitèr delinquit.
18 Et tenetur pœna falsi, & furti.
19 Utens falsis ponderibus, vel mensuris dolosè condemnatur in duplum, & in Insulam relegatur, & jejunium injungitur.
20 Et quod pœna sit arbitraria tenent alii.
21 Nisi adsit dispositio particularis Statuti, vel Constitutionis.
22 Utens ponderibus, vel mensuris diminutis non bullatis, & non publicis absque fraude, & dolo nullam pœnam incurrit.
23 Utens falsis ponderibus, & mensuris ignorantèr, punitur per Judicem Civilem, non Criminalem.
24 Delictum utentis falsis ponderibus, & mensuris est mixti fori.

25 Li-

25 Limita si staterę, vel mensuræ sint Ecclesiæ, vel Clericorum, nam tunc spectant ad Forum Ecclesiasticum.

26 Judex Sæcularis visitare, & perqnirere non potest molendina Ecclesiasticorum, & Ecclesiarum sub prætextu, quod in illis committantur fraudes cum mensuris vulgò nuncuparis *Scudelle*, etiamsi Molendinarii sint Laici.

27 Amplia etiamsi molendina locata fuerint laicis, qui correspondeant, vel in quota, vel in certa quantitate frumenti.

28 Contrahentes non possunt uti aliis mensuris, quàm publicis, quando alioquin mensuratio redundaret in præjudicium Appaltatoris.

29 Frumentum, aliæque bladæ in Vrbe non possunt mensurari, nisi cum mensura nuncupata *Rubiatella* Appaltatoris.

30 Appaltator *Rubiatellæ* in Vrbe non potest cogere ad mensurationem frumenti, & bladarum, quæ extrà Vrbem mensuratæ introducuntur, & sic eò minùs ad solutionem mercedis.

31 Appaltus Rubiatellæ in Vrbe quomodò fuerit erectus, & quibus clausulis.

Appaltator Rubiatellæ habet privativam mensurandi, & fuit subrogatus in omnibus, & per omnia Bajulis, qui jàm ad mensurandum conducebantur n.31.

Subrogatus sapit naturam ejus, in cujus locum subrogarur n.31.

32 Lex, Constitutio, seu statutum loquens de falsificante mensuras, non extenditur ad utentes illis jàm falsificatis.

Casus pœnalis non extenditur de casu ad casum n.32.

33 Clerici fraudem committentes vendendo cum falsis mensuris non possunt puniri à Iudice Sæculari, sed tantùm à Judice Ecclesiastico pœna arbitraria, Vide n.34.

O B S E R V A T I O.

AUthot ponderum, & mensurarum quinam
fuerit valdè est controversum, nàm alii
1 volunt fuisse *Cainum*, alii *Palamedem*, alii *Py-
thagoram*, alii *Moysen*, alii *Phidonem*, & alii
alios, ut videre est penès relatos per *Gonza-
lez Tellez in cap. & mensuræ nu.6. de empt. &
vendit. Giballin. de Vniversf. negotiat. lib.1. cap.6.
Novar. de Gravam. Vassall. to.3. gravam.72. n.18.*
quem refert *Raynald. Observat. crim. t.2. cap.18.
§.29. nu.3. Rocca Disput. Juris selecti t.1. cap.70.
sub num.3. Fragos. de Regimin. Reip. par.1. lib.7.
disput.19. §.2. nu.65. vers. Porrò*. Et quod pon-
dera, & mensuræ duxerint principium ab ipsa
2 natura juxtà illud *Sapientiæ cap.11.* ubi tra-
ditur *Deum Optimum Maximum* omnia in pon-
dere, numero, & mensura disposuisse, & se-
cundùm *Proverb. cap.16.* ibi: *Pondus, & sta-
tera judicia Domini sunt, Levit. cap.19. in fine*,
ibi: *Statera justa, & æqua sint pondera. Deu-
teron. cap.25. num.13. & duobus seqq.* ibi: *Non
habebis in sacculo diversa pondera majus, & mi-
nùs, nec erit in domo tua modius major, & mi-
nor, pondus habebis justum, & verum, & mo-
diùs æqualis, & verus erit tibi* tenet *D. Tho-
mas lib.2. de Regim. Princip. cap.14.* quem lau-
dat *Fragos. ubi suprà*, & comprobatur ex *Con-
cilio Moguntino*, ut in *dicto cap. & mensuræ,
& pondera justa fiant, sicut in Divinis Legibus
sancitum est*.

Ius statuendi mensuras, & pondera, ut ęqua-
litas in contractibus servetur, tanquàm de
Regalibus spectat ad solum Principem haben-
3 tem altum, & supremum dominium per *Text.
in l. Modio*, ibi: *Jussimus collocari C. de Suscept.
Præposit. & Arcar. lib.10.* comprobat *Myler. in
Metrolog. tit. de Jure statuen. mensur. & ponder.
cap.2. §.3. & cap.3. §.4. num.4. D. meus Raynald.
Observat. crim. ubi suprà num.12. Roccb. loc. cit.
sub num.3. cum seqq. Antunez Portugal. de Do-
nat. Reg. lib.3. cap.42. nu.95.* ubi subdit de hoc
jure agere *Ripol. de Regal. cap.20.* Postquàm
verò mensuræ, & pondera à Principe sunt in-
4 stituta, tunc ad Vniversitatem pertinet illa-
rum observantiam procurare *Khinken. de Jure
Territor. cap. 4. num.378. Roccb. loco allegat.
num.4. & 7.*

Nè pondera, & mensuræ corrumpi valeant,
5 debent esse æneæ, vel lapideæ, vel ex alia simi-
li materia incorruptibili compositæ *Bart. in
dicta leg. Modios num.1. Muta ad Consuetud. Pa-
normit. cap.61. num.8. Myler. eodem tit. cap.7.
§.2. num.1. & Raynald. loc. cit. nu.15. Roccha dict.
cap.70. nu.3. Cyriac. controv.131. n.2. cum seqq.
Guidopap. dec.490. n.1.*

Et ut cuicunque pateant, & quisque ad sui
6 libitum valeat ex illis formam sumere, & sibi
in contractibus prospicere prævio signo pu-
blico, signatæ collocandæ sunt in loco publi-
co, juxtà *Tex. in dicta leg. Modios, Gonzalez.
loc. cit. sub n.6. Petr. Gregor. in Syntagm. Jur. uni-
ver. lib.36. cap.1. sub nu.9. Cyriac. ubi suprà nu.3.
cum seqq.* prosequitur *Raynald. num. 19. Fra-
gos. loc. cit. n.66. Cyriac. & Guidop. loc. alleg.*

Ac valdè utile esset commercio, ac evita-
retur confusio, & periculum controversia-
rum, quæ quandoque succedere possunt inter
contrahentes, ut de nonnullis casibus à *Fra-
7 gos. ubi suprà num.67. cum seqq.* si in uno quo-
que Principatu, vel saltem in singulis Provin-
ciis pondera, & mensuræ essent uniformes,
ut de simili lege Castellæ advertit *Fragos. loco
citat. num.66.* quod absurdum præcipuè viget
in Provincia Romandiolæ, in qua varia sunt
8 pondera, & mensuræ, idque facilè evenire
potuit ex eo, quia quælibet Civitas circà hoc
continuavit vivere sub dominio Sedis Apo-
stolicæ, prout vivebat anteà sub diversis Do-
minis, seu Tyrannis.

Constituitur etiam in quamplurimis locis
Officialis, vel cui incumbit sigillare, seu bul-
9 lare pondera, & mensuras, prout in nostra
Civitate, ut dictum est suprà in *Observat. ad
Rubr.16. num.37. lib.1.* vel cui incumbit pon-
derare, & mensurare, & quidem à Commu-

nitate, ut tradit *Roreb. loc. cit. num.9.* sed ut
plurimùm constituitur certa contributio bul-
lare volentibus, qui proventus locatur, prout
in variis Civitatibus Status Ecclesiastici, &
in Vrbe *Rubiatella*, & gabella nuncupata
della stadera grossa, quo casu à nullo alio pri-
vato potest istud officium exerceri, ut firmat
Rocrb.loc.cit.n.7.

Ne in mercibus, & ponderibus fraudes
committerentur, erant it apud Romanos à
Julio Cæsare olim creati, qui *Cereales* nuncu-
10 pati cibariorum, & mensurarum habebant
rationem, jus de mensura dicendo, & vasa
minora frangendo &c.& licèt hodiernis tem-
poribus regularitèr ad Prætorem, seu Præfe-
11 ctum cujuslibet Civitatis, vel loci spectet
summo jure providere, ut victus, & utensi-
lia moderatis, & justis pretiis vendantur,
ac ne in ponderibus,& mensuris fraudes com-
mittantur ad *Text.in leg.1. §.De cura carnis ff.
de Offic.Præfect.Vrb.Roland.a Vall.cons.*80.*nu.*1.
*cum seq.vol.2. Oter.de Official.par.2.cap.7.nu.1.
Guidopap.decis.*304. & 406. Attamèn in no-
stra Civitate eliguntur Grasserii, ut diximus
12 suprà in *Observ. ad Rub.16. num.23. lib.1.* qui
invigilare tenentur, ut res cum debito pon-
dere, & mensura vendantur, ut diximus suprà
in *Obsrrv.ad Rubr.51.num.38.lib.4.* Ipse tamen
Officialis non potest alias mensuras, & pon-
dera tradere populo, quàm ea, quæ à Supre-
13 mo Principe fuerunt determinata, ut admo-
net *Fragos. de Regim.Reip. par.1. lib.7. disp.19.
§.2.sub n.65.circa finem.*

Cùm hæc politica, ac diligentia plurimum
conferat ad augumentum, & conservationem
14 Reipublicæ, ea è converso neglecta magnum
ei affert detrimentum, ut cum *Dambonder.*
docet *Knipschild.de Jur. & privil. Civit. Impe-
rial.lib.5.cap.23.n.15.vers.Eorumque.*

Et cùm abominabilis sit, qui falsis ponde-
15 ribus, & mensuris utitur ad fraudandum se-
cum contrahentes, ut relatis variis locis *Sa-
cræ Scripturæ* tradit *Korben.de Jur.virin.par.2.
cap.4.num.14.* & statera dolosa abominatio sit
16 apud *Dominum*, & pondus æquum voluntas
ejus juxta præcisa verba *Proverb. cap.11.nu.1.*
proindè utens falsis ponderibus, vel mensuris
scientèr, & dolosè, vel adulterans eas, gravi-
17 tèr delinquit, ut advertit *Cassiodor. lib.11.
Var.Epist.16.* ibi: *Quia grave scelus esse judi-
camus, aut mensuras modum excedere, aut li-
bram æquissimi ponderis justitiam non habere.
Infidelis, proditique hominis est fallere eum, qui
læsus non fuisset, nisi credidisset. Gonzalez Tel-
lez in dicto cap.Ut mensuræ num.7. de Empt. &
vendit.* Et tenetur pœna falsi, & furti, ut fir-
18 mat *D.Raynald.Observat.crim.to.2.cap.18.n.21.
Barbos.de Offic. & potest.Episc.par.3.allegat.51.
nu.46.* pro qua ex dispositione *Legis Corneliæ*
19 condemnantur in duplum, & in Insulam rele-
gantur *l.Hodiè ff.ad L.Cornel.de Fals. Barbos.ubi
suprà sub num.48.vers.Hi enim Episcopus Anto-
nellus de Regim. Eccles. lib.6.cap.39.nu.5.* & se-
cundùm *Canones* pœnitentia jejunii triginta
dierum in pane, & aqua eis injungenda est,
ut in *dicto cap. Ut mensuræ, ibique Gonzalez
Tellez, aliique Scribentes*, ut prosequitur *Bar-
bos.ubi suprà.*

Quod autem pœna sit arbitraria docet *Ray-
nald.loc.cit.sub n.78.Menoch.de Arbitr.cas.317.*
20 *num. 2. Matth. in Annotat. ad Guidopap. de-
cis.490.*

Nisi adsit dispositio Statuti, vel particula-
21 ris Constitutionis, prout in hac Civitate vi-
get dispositio præsentis Rubricæ, & Capitula
Officii Grasciæ, de quibus infrà in *Appendice
pag.76.cum seqq.*

Secùs autem si sine dolo, fraude, & dece-
ptione usus fuerit, utpotè quia partes inter se
22 talitèr convenerunt de mensurando cum illa
mensura, nàm tunc nulla pœna instat, quam-
vis mensura sit diminuta, & non publica, ut
declarando firmat *D. meus Raynald. ubi suprà
num.22. cum duob. seq.* & quod falsis ponderi-
bus, & mensuris ignorantèr utens puniatur
23 per Judicem Civilem, non autem per Crimi-
nalem, ut cum *Rir.in Prax.remission.delinquen.*
firmat *Scyaloja de Foro competent. capit. 37.
num.28.*

Notandum prædictum delictum esse mixti
Fori, quia ab utroque *Iure* tàm *Canonico*, quàm
24 *Civili* punitur, ut tradit *Antonell.de Regimin.
Eccles.lib.6.cap.39.n.1.*

Verùm si steteræ, vel mensuræ sint Eccle-
siæ, vel Clericorum tunc causa hujusmodi, ra-
tione rerum ad Ecclesiasticum Forum privati-
25 vè spectat, ut declarat idem *Antonell.ubi sup.
num.2.*

Hinc non potest Judex sæcularis visitare,
& perquirere Molendina Ecclesiarum, & Ec-
clesiasticorum sub prætextu, quod in illis
26 committantur fraudes cum mensuris vulgò
nuncupatis *Scudella*, etiam si Molendinarii
sint laici, juxta resolutiones *Sacræ Congrega-
tionis Immunitatis*, registratas per *Episcopum
Antonell.loc.cit.num.2. & Panimoll. in annot.4.
n.17.cum duob.seqq.ad ejus dec.26.*

Idque procedit, quamvis molendina loca-
ta fuerint laicis Personis, qui tamen corre-
27 spondeant affictum, vel in quota, aut etiam
in certa quantitate ejusdem frumenti, quod
mediante eodem molendino acquiritur ad
tradita per *Bellet.Disquisit.Cleric.tit.de exempt.
Cleric. & eorum bon.à mun.publ.§.8.sub num.1.
vers.Si tamen pro fictu solverrt conductor par-
tem illorum fructuum*, & resolvit *Sac.Congr.Im-
munitatis in Verulana molendinorum die 2.Octo-
bris* 1691. ut ex tenore sequentis resolutionis
mihi directa.

Illustre, e Molto Reverendo Monsig.
come Fratello.

*Nella Controversia, che verte tra il Clero
della Collegiata di S. Paolo, e le Monache di
cotesta Città da una parte, ed il Governatore
della medesima dall'altra, per conto di avere
questo fatto visitare li molini da grano, spettanti
a'su-*

Digitized by Google

a'sudetti Ecclesiastici con farne levare le misure, e scudelle, col pretesto fossero alterate. Questi Eminentissimi miei Signori della Sagra Congregatione dell'Immunità Ecclesiastica dopo sentito dall'informatione di V.S. quel tanto è stato dedotto da ambedue le parti, sono venuti in questa risolutione, cioè, che si diano li Decreti nella conformità, che ella vedrà nel qui unito documento (quæ sunt eadem resolutiones emanatæ in Viterbien.13. Augusti 1647. & in Veliterna 12. Januar. 1649. impressæ penès Panimoll. dict. annot.4.num.18.cum seqq.) che si abolischino gli atti, che in occasione di visita delli sudetti molini saranno stati fatti, tanto dal presente Governatore, quanto dagl'altri suoi Predecessari in cotesto Governo, ed in fine, che a lei si communichi, come per la presente lettera se le communica la facoltà di assolvere il medesimo Governatore anco in forma privata dalle Censure incorse. Sarà dunque cura di V.S. di far eseguire in conformità di tal risoluzione, e Dio la prosperi,

Roma 2. Ottobre 1691.

Di V.S.

Come Fratello .
Il Cardinal Carpegna.
N. Grimaldi Secret.

In executionem præfatæ resolutionis Dominum Gubernatorem sub die 17. ejusdem à censuris privatim absolvi, ac die 6. Decembris prævijs urbanis, & extrajudicialibus monitionibus, quibus imprudenter abusus fuerat contra eum relaxavi mandatum de gravando donec tradidisset omnia acta in suo Tribunali gesta, vel medio juramento declarasset non extare, prout sub die 15. dicti Mensis declarationem juratam super non existentia actorum tandem exhibuit.

Notandum quoque, quod contrahentes tunc non possent uti aliis mensuris, quàm pu-
28 blicis, quandò alioquin mensuratio redundaret in præjudicium Appaltatoris mensurarum, prout in Urbe præjudicaret Appaltatori
29 Rubiatellæ, si cum alia mensura mensuraretur frumentum, si autem introduceretur frumentum, seu bladæ extra Urbem jam mensuratæ, tunc non possent cogi contrahentes per
30 Appaltatorem ad mensurationem, minùsque ad solutionem mercedis pro mensuratione alioquin debitæ, cùm iste casus non comprehendatur in Chirographo erectionis hujusmodi Appaltus, in quo *sa:mem: ALEXANDER VII.* expresse protestatus fuit nolle imponere aliquod pedagium, seu gabellam, sed
31 tantummodò concedere Appaltori privativam mensurandi subrogando in omnibus, & per omnia eum Bajulis, qui ad mensurandum conducebantur; Undè sicuti Bajuli neminem cogere poterant ad mensurandum, ità nec Appaltator in eorum locum subrogatus, nàm regulariter subrogatus sapit naturam ejus, in cujus locum fuit subrogatus *ad Text. in leg. Si eum, §. Qui injuriarum, ff. Si quis caut.* cum aliis plenè adductis per *Barbos. axiomat. usu freq. 213. n.1.* etsi aliter practicaretur, esset extorsio animadversione digna præter restitutionem faciendam, absque eo quod Appaltator possit se excusare sub prætextu consuetudinis, & observantiæ juxta firmata supra in *Observ. ad Rubr. 18. n.4. cum seqq. lib.4. & ad Rubr. 9. lib. 6. n. 29.*

Notandum etiam, quod si Lex, Constitutio, vel Statutum loquatur tantùm de falsificante mensuras, non extenditur ad utentes
32 illis jàm falsificatis, nàm cùm casus sit pœnalis, non extenditur ad alios casus non expressos, ut advertit *Barbos. de Offic. Episcop. par.3 allegat. 51. n. 47.*

Notandum tandèm, quod Clerici fraudem committentes in vendendo cum falsis mensuris non possunt puniri à Judice sæculari, sed solùm à Judice Ecclesiastico pœna arbitraria,
33 ut reprobata contraria opinione tenet *Mart. de Jurisdict. par.4. cas.3. n.16. cum seqq.* quem sequitur *Fragos. de Regim. Reip. dicta par.1. lib.7. disp.19. §.2. num.73. vers. Sed omninò respondendum.* Judex tantùm Ecclesiasticus procedere
34 potest contra hujusmodi falsarios, licèt procedere non soleat, ut cum *Petr. Gregor. Syntag. Juris univ. lib.15. cap.11. nu.37.* docet *Gonzalez Tellez loc. cit. n.8. ver. Et licet.*

Alia circa hanc materiam ponderum, & mensurarum desiderans adeat *Cod. in tit. de*
35 *Ponderator. lib.10. ubi Lucas de penn. aliique Scribentes. Arism. Tepat. Var. sent. tit. 175. de mensur. & ponder. Novar. de Gravam. Vassal. to.3. gravam.72. Cyriac. controvers. 131. Giballin. de Univers. negotiat. tom.1. lib.1. cap.7. art.3. cum seqq. Novar. super pragmat. Regn. tit. de ponder. & mensur. Carpzov. prax. crim. par.2. quæst.93. num 78. cum seq. Cobell. ad Bull. boni Regim. c.42. num.93. Card. de Luca de Regal. discurs. 130. Lagunez de Fruct. par.1. cap.16. num.91. cum seqq. Mylar. in Metrolog. cap.1. & seqq. tit. de Jure statuendi de mensuris, ponderibus, & moletrinis. Bibliothec. nummaria*, ubi recensentur omnes *Authores* tractantes materiam de monetis, ponderibus, & mensuris penès *Salder. de Num. Bannimenta General. Status Eccles. c.16. ibique Bonfin. & Raynald. cit. cap.18.*

De Porticibus, Viis, & locis publicis.

RUBRICA XIV.

STatuimus, & ordinamus, quod omnes Viæ, (A) & Stratæ intùs Civitatem, & Burgum Portæ Pontis debeant lapidibus sterni, seu asilicari per omnes habentes domos, vel muros ab utraque parte eorum, propriis eorum expensis pro latitudine domorum, vel mu-

rorum eorum, pro modo, qualitate, & quantitate, quæ videbitur Dominis Antianis, & ipsas asilicatas manutenere, & conservare, & similiter Porticus antè eorum domos, vel muros eorum expensis fieri facere, (B) & asilicari debeant pro altitudine, & qualitate, quæ ipsis Dominis Antianis videbitur, & de novo etiam fieri facere, & asilicari, & manutenere pro communi omnium usu, ut commodè, & decentèr iri possit per eos in Civitate absque impedimento, vel immunditia aliqua, & hoc intelligatur de Porticibus discoopertis, Nulli etiam liceat Porticum de novo super columnis ligneis, vel lapideis construere, vel erigere in Civitate, & ejus Suburbiis, nisi cum licentia Consilii generalis Civitatis Faventiæ obtenta ad partitum fabarum. Nullus etiam possit Pontem (C) super Vias publicas facere, aut fieri facere, etiamsi domos ab utraque Viæ parte haberet, pœna librarum quinquaginta bonon. Communi Faventiæ applican. & de facto exigenda, & nihilominus Porticus, & Pons penitùs destruantur, & auferantur.

SUMMARIUM.

1 Strata differt à via.

Strata dicitur, quæ lapidibus sternitur, n.1. Vide num.2.

Via dicitur, quæ aperitur in terra absque lapidibus num.1.

2 Strata appellatur via Regalis, seu Consularis, sive terra, sive opere manufacto quis eam straverit.

3 Stratores appellabantur, qui Castra præibant, ut loca accomodatiora ad traducendum Exercitum pararent.

4 Statuto disponente, quod committens delictum in strata pœna dupli puniatur, non intrat duplicatio pœnæ, quotiès Accusator dixit maleficium commissum fuisse in via.

5 Omnia cum tempore conteruntur.

6 Refectio, restauratio, & reparatio viarum spectat ad quemlibet Dominum, juxtà latitudinem domus propriæ.

7 Conductor coactus facere expensas reparationis viæ, poterit eas compensare cum pensione.

8 Reparatio viæ publicæ antè domum emphyteuticam, spectat ad Emphyteutam.

9 Clerici, Ecclesiæ, & Ecclesiastici non sunt exempti à reparatione viarum publicarum.

10 Vicini tenentur contribuere ad reparationem viæ, si Dominus domus vicinæ non sit solvendo.

11 Si posteà efficiatur solvendo, vel detegatur aliquid ejusdem Domini domus, tunc vicini, qui expensam fecerunt, præferuntur pro rata eos tangente omnibus aliis quamvis anterioribus, & potioribus.

12 Dominus tenetur purgare viam publicam antè propriam domum ab immunditiis.

13 Nec satisfacit auferendo lutum de medio, illudque projiciendo in partibus lateralibus viæ.

14 Refectio, reparatio, & expurgatio viarum publicarum requirit celerem expeditionem.

A decreto, seu sententia super refectione, expurgatione, & reparatione viarum non datur appellatio suspensiva à n.14.

15 Quod maximè procedit in viis Urbis ex dispositione Chirographi Pontificii, de quo ibi.

16 Etsi Judex admitteret appellationem suspensivam, & inhiberet, nullitèr procederet, tanquàm contrà casum legis, & inhibitio non esset attendenda, ac si non emanasset, & num.17.

Sententia lata contrà casum legis est nulla num.16.

16 Clausula *Sublata*, & *Decretum irritans* operantur, quod si Judices secus judicaverint eorum judicium, & sententiæ sint ipso jure nullæ.

19 Viæ, & Stratæ publicæ sunt de Regalibus.

Pons super via publica de una ad aliam domum fieri non potest nu.19. Ampl. nu.21. & num.22.

20 Et illum fabricans punitur pœna sacrilegii, vel saltem pecuniaria.

23 Porticus domus deprimi non valet, & quarè.

OBSERVATIO.

A Stratæ differunt à viis; nàm strata dicitur, quæ lapidibus sternitur; Via verò,
1 quæ aperitur in terra absquè lapidibus, ut probat *text. in l. 1. ibiquè gloss. in verbo de strata ff. de Via publica, ut in l.absit. §. igitur* ibiquè *Joan. de Platea & Bart. C. de Privileg. dom. August. lib.11. Peregrin. consil. 103. num.7. volum. 1.* ubi advertit, quod quamvis strata propriè sit via facta lapide manu strata, tamèn de communi usu appellatur via
2 regalis, seu Consularis, sive terra, sive opere manufacto quis eam straverit, undè Stratores
3 appellabantur, qui Castra præibant, ut loca accomodatiora ad traducendum exercitum pararent, aggeres, & tumulos æquando, pontes struendo, & similia agendo *Cobell. ad Bull. boni Regim.cap.28. sub num.52. Antunez Portugal. de Donat. Reg. tom. 2. par. 3. cap. 3. num. 8. D. Pacichell. de distant. cap. 6. memb. 10. sub num.1.* & comprobatur ex inscriptione jussu *sanct. mem. Alexandri VII.* apposita in muro Monasterii Sanctæ Catherinæ de Senis Urbis, ibi; *Arduo lenito Clivo facilior strata ad Quirinalem viam &c.*

Hujus distinctionis notitia, quam habebant etiàm nostri Statuentes, ut patet ex

Rubr. 1. tirè à finem lib. 2. ubi fit mentio de via, & strata, omninò est necessaria, nàm, si Statutum disponat, quod committens de-
4 lictum in Strata pœna dupli puniatur, non intrat duplicatio pœnæ, quotiès accusaror dixit, maleficium commissum fuisse in via, ut notat *Bar. loc. cit.* quem refert, & sequitur *Antunez. Portugal. ubi suprà.*

Nihil vel natura, vel arte conditum, tàm
B solidum esse, quod continuo, & nunquam interrupto usu non conteratur, experientia
5 comprobat, & quia inter talia connumerari possunt viæ intrà Civitatem, harum refectio, restauratio, & reparatio spectat ad quemlibet Dominum juxtà latitudinem do-
6 mus propriæ *l. Ædiles §. construat*, ibi: *construat autem vias publicas unusquisquè secundùm propriam domum ff. de Via publ.* distinguendo docet *Bart. in l. Per Bythiniam nu. 3. C. de Immunit. nemin. conced. l. 10. Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 10. num. 279. & nu. 181.* subdit, quod si conductor coactus fuerit ex-
7 pensas reaptationis facere, poterit eas compensare cum pensione, idemque firmat *Antunez Portugal. loc. cit. num. 59. Scyaloja de Foro compet. cap. 26. num. 120.* ubi etiàm subdit quod hoc onus spectat ad Emphyteutam, si
8 domus sit emphyteutica *Kochen de Jure viciniæ par. 2. cap. 2. num. 26. cum seq. Brugiott. in Epitom. viarum cap. 4. num. 11. cum seqq. Pigant. ad Statut. Ferrar. lib. 6. rubr. 9. n. 18. to. 2. Cancer. Variar. resolut. par. 3. cap. 4. nu. 273.*

Nec ab isto onerè sunt exempti Clerici,
9 Ecclesia, & Ecclesiastici, juxtà *tex. in l. Ad instructionem C. de Sacrosanct. Eccles.* & firmant *Barbos. in d. l. Ad instructionem num. 2. & de Jure Ecclesc. univers. lib. 2. cap. 39. n. 45. Gutierez Pract. qq. lib. 1. quæst. 3. & allegat. 10. num. 2. Antunez ubi suprà num. 55. Kochen. loco cit.* alioquin Ecclesia, & Ecclesiastici locupletarentur cum aliena jactura, quod non potest permitti ex vulgatis.

Et si contingat, quod Dominus domus non sit solvendo, tunc cæteri vicini tenen-
10 tur contribuere, ut firmat *Kochen. ubi suprà Viv. decis. 488. num. 16. cum seq. lib. 3.*

Advertendo, quod si posteà efficiatur solvendo, & detegatur aliquid illius, qui reaptationem facere tenebatur, tùnc vicini, qui
11 expensam fecerunt, præferuntur pro rata eos tangente omnibus aliis, quàmtumvis anterioribus, & potioribus propter publicum favorem commercii, negotiationis, & salubritatis aeris, ut prosequitur *Pigant. loc. cit. num. 19.* ubi testatur ità decisum fuisse de anno 1649. ab *Eminentissimo D. Cardinali Odescalco* tùnc Ferrariæ Legato à Latere, & posteà *Summo Pontifice cum nomine Innocentii XI.*

Tenetur etiàm unusquisque purgare viam publicam antè propriam domum ab immun-
12 ditiis juxtà dispositionem *text. in l. 1. ff. de Via public. Conciol. ad Statut. Engub. lib. 5. rubr. 24. num. 1. cum seq. Antunez Portugal. dicto cap. 3. num. 59. cum seq.*

Nec satisfacit auferendo lutum de medio,
13 illudque proiiciendo in partibus lateralibus viæ ad *text. in dicta l. 1. §. purgare ff. de Via public.* & prosequitur *Antunez ubi suprà n. 60. & Conciol. dicto num. 2.*

Cæterùm cum agatur de materia requirente celerem expeditionem, & in qua damnum, & periculum est in mora, à senten-
14 tia, seù decreto super refectione, restauratione, & expurgatione viæ non datur appellatio suspensiva, ut firmat *Joannes Baptista Cost. de Portione rata quæst. 15.* quem refert, & sequitur *Cancer. Variar. resolut. par. 3. cap. 4. num. 272.* & pro solutione taxæ pro viis Urbis convenit expressa dispositio amplissimi *Motus proprii sanct. mem. Alexandri VII.* emanati *de anno 1661.* & registrati à *Brugiott. in*
15 *ejus epitom. variat. cap. 4. num. 147.* & confirmati mediante alio simili Chirographo à *sanct. mem. Clemente X*, qui habet vim legis inviolabilis, ibi: *Quale vogliamo, che habbia forza di legge perpetua, & inviolabile &c.* Et tollit: *alla Camera, & ad ogn'altro Giudice la facoltà, e giurisditione d'ammettere l'appellatione, ò ricorso all'effetto sospensivo &c. dichiarando, e decretando, che la cognitione delle sopradette cause, e loro annessi, incidenti, & emergenti, quanto all'effetto sospensivo non spetti in modo alcuno alla nostra Camera, nè ad altro Tribunale. riservando però alla detta Camera facoltà, e giurisditione d'ammettere, e conoscere l'appellationi, e ricorsi quanto all'effetto devolutivo solamente, e non in altro modo, con conditione prima d'ammettere la detta appellatione, ò ricorso in devolutivo, li debba constare legitimamente che il ricorrente, ò appellante habbia effettivamente pagata tutta quella somma, alla quale sarà stato condannato &c. dichiarando, e decretando nullo, & invalido tutto ciò, che da qualsivoglia persona si facesse, ò attentasse contro la forma del presente nostro Moto proprio, e levando la facoltà, e giurisditione alla Camera, & ad ogn'altro Giudice di dichiarare, & interpretare, ò giudicare altrimente.* Quæ verba cum sint undequaq; clara, & pregnantissima, nullam admittunt ambiguitatem, & interpretationem, & si contra dispositionem prædicti Motus proprii admit-
16 teretur appellatio suspensiva, seù inhiberetur, Judex procederet uti privatus absquè ulla jurisdictione, & proindè ejus inhibito, seù admissio appellationis tanquàm contrà expressum casum legis esset nulla juxta clarum *text. in l. Si expressim 19. ff. de Appellat. Scacc. de Sentent. & re judic. gloss. 14. qu. 24. nu. 11. & quæst. 30. num. 8. Capyc. latr. consultat. 6. num. 54. cum seq.* respondit *Rot. in recent. decis. 130. num. 16. par. 16. & decis. 52.*
17 *num. 13. par. 19.* & perindè ac si non emanasset per *text. in l. Si cum 2. C. Quando provoc. non est necess.* & prosequitur *Rot. dicta decis. 130. num. 47. cum seq.* Eoquè magis cum dictus Chyrographus munitus sit clausula *Sub-*
18 *lata*, & *decreto irritanti* operantibus, quod si le-

si secùs Judices judicaverint, eorum judicia, & sententiæ sint irritæ, & nullæ ipso jure, ut in terminis similis Constitutionis censuit *Rot. in allegat. decis.* 52. *num.* 14. *cum seq.* ubi subdit, quod ideò uti notoriè nulla, & injusta non indiget revocatione, & *eodem Buratt. decis.* 337. *num.* 8. Post hæc scripta emanavit *Constitutio Summi Pontificis Innocentii XII.* impressa supra in *Observat.* 33. *lib.* 5. *hoc eodem to. num.*23. *cum seq.* pariter prohibens appellationem suspensivam.

Viæ, & Stratæ publicæ cum sint de Rega-
C libus, ut firmatum fuit suprà in *Observat. ad*
Rubr. 35. *lib.* 5. *num.* 1. non potest super illis
39 de una ad aliam domum fieri pons *Surd.*
cons. 137. *num.*1. *cum seq. volum.*1. *Mastrill.de*
*Magistrat. lib.*3. *cap.* 10. *num.* 275. ubi *num.*
seq. subdit, quod aliàs punitur pœna sacri-
30 legii, vel saltem pecuniaria *Gratian. discep-*
*ptat.*84. *num.* 24. *cum seq.* ubi ampliat proce-
21 dere etiàm si nemini noceat *Thesaur. QQ.*
*forens. lib.*2. *quæst.*89. *num.* 4. *Tondut. QQ. &*
*resolut. civil. par.*2. *cap.* 133. *num.* 23. *Autu-*
nez Portugal. dicto cap. 3. *num.*47. *Surd. decis.*
42. *num.* 9. & cum aliis adductis in *Observat.*
*ad Rubr.*33. *num.*3. *lib.*5.

Maximè si ex eo claritas viæ offuscaretur,
22 & deformior redderetur, ut firmat *Silvan.*
*cons.*60. *num.*8. quem refert *Ciriac. controvers.*
28. *num.*25.

Eademque ratione non potest deprimi
porticus domus, nam quandò est altior, Ci-
vitas redditur speciosior, & via utilior, ac
23 pulcrior, è conversio autèm ex illius depres-
sione deformatur Civitas, & damnificatur
via propter offuscationem luminis, ac etiàm
quia non licet ità commodè sub ea transire
equitando, ut respondet *Ciriac. dicta contro-*
vers. 28. *num.*26.

ADDIT. AD RVBR.XIV. LIB.VII.

SUMMARIUM.

1 STrata differt à via.
2 Vicini tenentur ad reparationem viæ pro convicino qui non est solvendo.
3 Et solvendo pro eo præferuntur pro rata.

Num. 1. Strata differt à via ut tradit *Seta de*
1 *Officio Locumtenentis* * *cap.* 27. *num.* 1.
*Num.*10. Si Dominus, sivè is, qui de jure tene-
tur ad reparationem non est solvendo, vi-
2 cini arctari * possunt ad onus reparatio-
nis subeundum ut etiàm firmat *Castellin.*
ad Bannimenta Romandiolæ observat. 15.
num. 21.
Num. 11. Vicini, qui expensam fecerunt pro
convicino in reparatione viarum præfe-
3 runtur pro rata * eum tangente aliis credi-
toribus *Seta de Officio Locumtenentis cap.*
27. *num.*3. firmat *Castellin. d. Observat.* 15.
num. 23.

De Pontibus non faciendis super Canali, & Viis sine licentia.

RVBRICA XV.

NUlli de cætero liceat facere aliquem Pontem (A) super Viis, seu Canali Communis Faventiæ, licet haberet domos ab utraque parte Viæ, & quamvis haberet domum propè Canale, & Viam ab alio latere Canalis, nisi priùs habita licentia à Magnificis Dominis Antianis cum adjunctis, videlicet quatuor pro qualibet porta qui sint de numero quadraginta octo Antianorum, pœna librarum vigintiquinque bonon. cujuscunquè qui secùs facere præsumpserit, qui Pons ejus sit, & esse debeat latitudinis; altitudinisue, quæ præfatis Dominis Antianis, ac adjunctis videbitur. Liceat tamen Tinctoribus, & Caligariis tenere banchas (B) in, & supra Canale publico pro eorum usu & artis, dummodò cursus aquæ non impediatur, quas ad omne libitum Antianorum removere teneantur, quilibet etiàm Canale à latere suo purgare, & effodere debeat arbitrio Antianorum, sub pœna per ipsos declaranda.

SUMMARIUM.

1 POns suprà viam publicam à nemine auctoritate privata fieri valet.
2 Via publica est de Regalibus.
Usus viæ publicæ est communis num.2.
3 Ballæ, merces, sbarræ, & similia non possunt poni in via publica, per quam impediatur liber transitus. Lim. ut ibi.
4 Inhiberi solet per Judices, ne ab Artificibus, ac aliis ponantur tabulata, banchæ, ballæ, & res similes in via publica. Ampl. num.5.
6 Et pro hujusmodi inhibitione potest instare quilibet de populo etiàm non habens interesse tanquàm actio popularis.
7 Fabri lignarii possunt retinere in via publica lignamina pro eorum exercitio, dum-

Digitized by Google

dummodò illius uſus non impediatur.

OBSERVATIO.

A PONS ſupra viam publicam à nemine au-
ctoritate privata fieri valet, ut firma-
1 rum fuit in *Obſervat. antecedenti*.
Via publica cùm ſit de Regalibus, & il-
B lius uſus ſit communis, ut dictum fuit ſupra
2 in *Obſervat. ad Rub.* 35. *num.* 1. *lib.* 5. non
poſſunt in ea poni ballæ, merces, ſeù sbar-
3 ræ, & ſimiles, ex quibus impediatur liber
tranſitus juxta diſpoſitionem *text. in l. Pretor. ait2. §. Si quis nemine verſic. Pretor*, ibi:
*in via publica, itinerevè publico facere, im-
mitterevè quid, quo ea via, itervè deterius
ſit veto. ff. Nè quid in loc. public.* firmat *Gra-
tian. diſceptat.* 84. *numer.* 27. ubi limitat
in viis Villarum, *Surd. deciſ.* 42. *ſub num.*
9. *cum ſeq.* Undè paſsim inhibetur per Ju-
4 dices, nè Artifices, aut alii ponant ta-
bulata, Bancha, Ballas, aut res ſimiles,
quæ impediant uſum privatum vicinorum,
quatenùs prætenditur juxtà eorum domos,
ſeù prædia, ut firmat *Gratian. diſcept.* 658.
*num.*14.*& num.*15. ſubdit procedere, quam-
5 vis nemini ſit nociva, ac *num.* 16. firmat
pro iſtis impedimentis amovendis licitum
eſſe cuilibet de populo, etiàm non habenti
6 intereſſe agere, & inhibitiones obtinere,
cum hæc actio ſit popularis, & cuilibet de
populo competat, ac concordantes adducit.
poſſunt tamen Fabri lignarii retinere in via
7 publica lignamina pro eorum exercitio,
dummodò illius uſus non impediatur, ut di-
ſponitur in *Rub.* 10. *hoc eodem Libro*.

ADDIT. AD RVBR. XV. LIBR. VII.

SVMMARIVM.

1 USus viæ publicæ non poteſt impediri,
nec in ea quidquam imponi.
2 Limita reſpectu Dominorum uſquequo ſe
extendit ſtillicidium Domus.

*Num.*3. Viæ tamquàm publici juris non poſſunt
impediri quoad uſum, nèc in eis quidquàm
1 imponi, * ut etiàm firmat *Caſtellin. ad Ban-
nimenta Romandiolæ obſervat.*15. *num.*29. *cum
ſeqq.* ubi *ſub num.* 30. declarat procedere quo
ad ipſum liberum ambitum viarum non ve-
2 rò ſe extendit ad Areolas, * & ſtillicidia do-
morum, in quibus cum ſint juris privati jux-
ta eorumdem extenſionem non interdicitur
uſus, & appoſitio mercium ad commodum
Dominorum, ſivè conductorum.

De Cloacis.

RVBRICA XVI.

INſuper quàm ſit neceſſarium Civitatem per publicas Cloacas, & diſcurſus aquarum bene, & decenter diſcurrere ab aquis pluvialibus, cum ob hoc plurima, & enormia damna, & domorum ruinæ evenerunt. Ordinamus quod per præfatos Dominos Antianos omnis debita proviſio, & cura adhibeatur ut debeant eas facere teneri purgatas cum curſibus ſuis aquarum ad illas, ut aquæ ſtatim poſſint labi, & currere extrà Civitatem abſque aliquo publico, vel privato detrimento. Poſſint etiam præfati Domini Antiani de novo alias Cloacas Pontes curſus aquarum, tam in Civitate, quàm Comitatu, & Diſtrictu fieri facere ordinate, & labi facere pro ut eis videbitur expedire etiàm per terrenum privatorum, contradictione eorum aliqua non obſtante pro bono, & utilitate publica. Nemini verò liceat in Civitate, vel extrà Cloacam aliquam facere in Via publica, vel etiàm in ſuo, vel abruptionem aquarum adverſus convicinos, vel alios ulterius bona habentes, niſi cum licentia obtenta à Dominis Antianis, quàm concedere poſſint cum eis videretur conveniens fore pro utilitate tam publica, quàm etiàm privatorum. Liceat etiam in Civitate, & Burgis cuilibet pluviales aquas, ac puteorum aquas, quæ pro uſu domorum pro pannis lavandis, & vegetum purgatione hauriuntur per Cloacas uſquè in Viam publicam deducere abſquè ulla prohibitione, aut aliqua ordinatione in contrarium faciente, quæ ſi aliqua reperiretur, caſſa, & irrita ex nunc habeatur. Non poſſit tamen aliquis aliquas fœtentes aquas, vel imunditias aliquas, aut aquas lavaturarum utenſilium coquinæ modo aliquo per dictas Cloacas deducere ſub pœna ſolidorum viginti bonon. pro qualibet vice, qua contrafactum fuerit Communi Faventiæ applicanda. Teneantur etiàm omnes Cloacas habentes, & diſcurrentes in vias publicas, tenere illas benè purgatas apud Vias, ità & taliter quod non fiat ibi aliqua putredo, fœtor, vel immunditia, ſub dicta pœna ſolidorum viginti pro qualibet vice, ut ſuprà agplicanda.

SUM-

SVMMARIVM.

1 CLoaca est locus cauus, prr quem colluvies quædam fluat.

2 Cloacarum usus inventus est ad mundas Urbes conservandas.

3 Cloaearum diligens cura habenda est.

4 Cloacę publicę, & privatę in locis necessariis fieri debent, aliàs raró evitatur pestis.

5 Aer sæpè redditur pestifer ex impuro cloacarum halitu, & vaporibus angiportuum fætidis.

6 Cloacæ expurgandæ sunt, & expurgatæ servandæ.

Fætida proiici in cloacis prohiberi debet mediante ædicto pænali, de quo num. 6.

7 Vicinus cogi potest ad expurgandam Cloacam, nè malus odor Convicino noceat.

OBSERVATIO.

CLoaca est locus cauus per quem collu-
vies quædam fluat, ut docet *Vulp. in*
l. 1. §. cloaca ff. de Cloac. ibiquè Bartol. ceteri-
1 *què Scribentes Conciol. ad Statut. Engub. lib.*
5. Rubr. 25. num. 1. earum usus inventus est ad
mundas Urbes conservandas, *dicto §. cloaca,*
2 *Cardin. Gastald. de Averten. & profligan. pest.*
3 *cap. 258. num. 23. ubi num. 24.* subdit, quod
4 dùm illis diligenti cura usa est, sanum fuit,
ac salubre ibi habitare secundùm *gloss. in ca-*
pit. qualitèr 7. quæst. 1. Cepoll. de Servit. Urb.
præd. tit. de cloacis. undè *Franciscus Ripa* suis
Avenionensibus consulit, ut in locis necessa-
riis cloacas publicas, & privatas fieri curent,
aliàs raró eos sine peste futuros.

Ex impuro namquè cloacarum halitu, &
vaporibus angiportuum fœtidis aer sæpè red-
5 ditur pestifer, ut ait *Vulp. in dicta l. 1. Præ-*
videll. de Peste sub tit. de cæter. ad salubr. per-
tinent §. sciendum num. 3. Marchin. de Peste
cap. 1. num. 9. Card. Gastald. d. tract. cap. 249.
num. 50.

Propterea ad evitandam insalubritatem
aeris expurgandæ sunt Cloacæ, & expurga-
6 tæ servandæ prohibendo ad hujusmodi effe-
ctum, ne fætida inibi proiiciantur, ut præ-
ter allegatos in *Observ. ad Rubric. 62. num. 2.*
cum seqq. lib. 4. docet *Cardin. Gastald. allegat.*
tract. cap. 3. num. 12. juncto *cap. 45.* ubi regi-
stratum legitur Edictum pęnale circa hanc
materiam. Er prædicta comprobantur ex
firmatis per *Zacch. QQ. medicolegal. lib. 5. tit. 4.*
quæst. 7. per tot. & Carpan. ad Statut. Mediola-
nen. tom. 2. cap. 256. apud quos alia de hac
materia.

Vicinus etiàm cogi valer ad expurgandam
Cloacam, nè malus odor convicino noceat,
7 juxtà *text. in l. Si quando 17. §. final. ff. Si serv.*
vend. & firmat *Conciol. ad dictam rubr. 25. n. 3.*

De Custodiis Civitatis, & Suburbii.

RVBRICA XVII.

ITem ad evitandas fraudes, Statuimus, & ordinamus, quod de cætero Officiales custodiæ dictæ Civitatis Faventiæ habere, & tenere debeant unum librum, in quo scripti sint omnes fumantes, & Capellani dictæ Civitatis, Suburbii, ac Comitatus ejusdem, summaque diligentia curent, ut in dicto libro omnes idonei ad custodiam describantur, videlicet omnes majores decem, & octo annorum, & qui non excesserint annum sexagesimum, & cum dictis Officialibus injunctum fuerit per Magnificum Dominum Gubernatorem, & Dominos Antianos ut custodias præcipiant, tunc debeant sono tubę præmisso omnes Capellanos, & Capitularios Scholarum ad se vocare, & eis sub pœna librarum quinque bonon. imponere, ut tot custodias ordinare velint, quos ipsi Officiales expedire cognoverint, & Notarius dictorum Officialium eas in libro alio super hoc deputato seriatìm describere teneatur distinguendo quarteria, & Capellas, & insuper curare debeant ne aliqui plus graventur, quàm cæteri, & quod Capellæ majores numero, plus custodias dent quàm minores, & non venientes ad custodiam præfati Officiales punire valeant in solidis quinque pro quolibet, & tamen sequenti nocte custodiam facere compellantur. Capellani autem non ordinantes suas custodias debitis temporibus, prout eis congruis temporibus injunctum fuerit in solidis viginti bonon. puniantur, & dicti Officiales custodiæ teneantur singula nocte, qua fiunt custodiæ ire, aut mittere Notarium ad videndum an custodiæ sint ad eorum loca designata, & omnes custodias recensere, & non inventas ut suprà punire, & si eis expedire videbitur de novò alias loco deficientium ponere, & idem in diurnis Custodiis observari volumus. Declarantes insuper quod dictis minoribus decem & octo annorum, & septuagenariis, & infirmis, aliisque miserabilibus personis, & viduis nullo modo aliquod onus custodiæ imponatur, etiàm si contigerit super hoc ex causa custodiæ aliqua collecta imponi,

sive

sive in Communi, sive in Capellis, aut Scholis, cum ab iis oneribus tales immunes esse deceat. Volumus etiàm, quod copia dicti libri, in quo descripti sunt omnes idonei ad custodias stare debeat penes Scribam majorem dictorum Dominorum Antianorum ne contingat aliquem de eo deleri sine ipsorum licentia.

SUMMARIUM.

1 Custodiæ Civitatis hodiernis temporibus fiunt solùm tempore belli, aut pestis.
2 Custodiæ portis Civitatis tempore pestis quomodò fiant.
3 Deputati portis Civitatis occasione pestis eligi debent ex Patritiis, & Nobilioribus.
4 Advenæ, & Peregrini tempore pestis non habentes syngrapham sanitatis, arcendi sunt.
5 Etsi illam habeant non sunt excipiendi si ab infectis locis veniunt.
6 *Ravenna* Civitas ut custodita remaneat Custos Turris hora tertia noctis illam ascendit, & exclamat curiosa formula, ut ibi.

OBSERVATIO.

Custodiæ Civitatis hodiernis temporibus non fiunt, nisi tempore belli, aut pestis;
1 Tempore enim contagii constructis cancellis, ac ædiculis ligneis singulis Portis pro Militi-
2 bus, seu Commissariis, vel Deputatis, qui ab exteris, & peregrinis excipiant, & recognoscant sanitatis syngraphas, ut docet *Card. Gastald. de Averten. & proflig. pest. cap. 260. nu. 11. cum seq.* Et tales Deputati eligi debent ex Pa-
3 tritiis, & Nobilioribus Civitatis, qui non sordido quæstui, sed solis gloriæ stimulis, & amori Patriæ intenti sint *Marchin. de Bello Divin. par. 7. cap. 4. num. 12. & prosequitur Card. Gastald. ubi suprà n. 13.*

Advenæ, & Peregrini autem non habentes syngrapham sanitatis arcendi sunt, cùm per
4 illam probetur sanitas *Rip. de pest. rub. de remed. ad conserv. ubert. num. 268. Mascard. de probat. conclus. 248. num. 1. & conclus. 1295.* Quinimò etsi habeant sanitaris syngrapham,
5 adhùc non sunt excipiendi, si ab infectis locis venerint *Rip. loc. cit. num. 273. Intrigliol. singul. 44. num. 42. Mascard. dicta conclus. 248. nu. 2. cum seq.* & utramque conclusionem firmat *Card. Gastald. loc. alleg. n. 14. cum seq.*

Occasione custodiæ Civitatis existimavimus tanquàm testis de proprio auditu hic pro curiosis adnotare, quod practicatur in antiquissima, & celeberrima Civitate *Ravennæ*; Ibi enim tertia hora noctis Custos Turris illam ascendit, & prima voce versus Portam Juliam vulgò nuncupatam *Porta serrata* alta voce exclamat *guarda ben Porta Giulia*; secunda vice versùs Portam Adrianam exclamat *guarda ben Porta Adriana, e la Torre Romana*, tertia vice versùs Portum exclamat *guarda ben' il Porto, sopra Porto*; quarta vice versùs plateam exclamat *guarda ben la Piazza*, & cuilibet exclamationi subdit *at vegb at vegb*; Idque secundùm communiorem opinionem post jam depopulatam Civitatem introductum judicatur ad Præsidium, seu Vigilias vigilantiores reddendas.

Quod Fabri lignarii retinere possint ligna in viis publicis impunè.

RUBRICA XVIII.

Carpentarii, & Artifices lignaminis, & volentes ædificare, & alii conducentes lignamina pro usu suo, & familiæ in Civitate, vel Burgis, possint ipsa lignamina impunè retinere in viis publicis, dummodò non impediatur usus viarum tàm personarum, quàm curruum, etsi impedirent cursum viæ, personarum, vel curruum incidant in pœnam solidorum decem pro qualibet vice, & nihilominùs lignamen aptare debeant ne cursus impediatur: Insuper omnes prædicti teneantur dicta lignamina de viis in partem, vel in totum removere, & exportare quandò videtur Rectori, aut Dominis Antianis, vel Prætori ex suo arbitrio pro aliqua rationabili causa, sub pœna qua commissum, vel mandatum fuerit.

SUMMARIUM.

1 Via publica occupari, vel impediri à nemine potest.
2 Lapides, & rudera in via publica, ut retineantur temporaliter ab Ædificante licentia concedenda est, vel tolerandus est.
3 Dummodò id fiat sine alterius injuria.
4 Licentia Artificibus tenendi antè propriam apothecam res ad usum eorum exercitii ac pergulas amovibibiles positas ad se defendendum à vento, Sole, & pluviis, concedenda est.

OBSERVATIO.

1 Licèt via publica à nemine possit occupari, vel impediri, ut notat *Calvin. de Æquit.*

Æquit.lib.1.cap.25.num.7.Cyriac.controv.667. num.31.Afflict.de Jure prothomis.§.9.nu.9.cum seq. cum aliis allegatis per *Conciol,ad Statut. Eugub.lib.6.rub.17.n.3.*

Attamèn ædificare volens debet tolerari, vel ei concedi licentia, si temporalitèr repo-
2 nat in via publica lapides, & rudera, ut ex *Avendan.* & *Rovit.* tradit *Caput.de Regim.Reip. cap.7.§.16.num.13.ubi num.16.* declarat dum-
3 modò id fiat sine alteriùs injuria, & *nu.seq.*

Paritèrque danda licentia Artificibus, aliisque similibus tenendi antè propriam apothe-
4 cam res ad usum proprii exercitii, necnon pergulas amovibiles positas ad se defendendum à vento, Sole, & pluviis, quæ de manè eriguntur, & in vesperis tolluntur per *Text. in leg.Ædiles 3. circa finem vers.Studeant autem, ibique gloss. & Scribentes ff.de Via public.* tradit *Scyaloja de Foro compet. cap.26. num.125. & Caput.cit.§.16.n.13.vers.Debet cum seq.*

De Muro divisorio, seu Clausura inter convicinos construenda,

RUBRICA XIX.

Statuimus, & ordinamus, quod quicumque habuerit domum, cortile, hortum, aream, seu aliquod discoopertum domibus contiguum in Civitate Faventiæ, Suburbiis, Comitatu, seu Districtu ejusdem in confinibus cum suo convicino, quæ ex parte, vel latere aliquo sit aperta, & non totalitèr clausa; teneatur communibus expensis ipsius, ac convicini facere parietem, seu murum divisorium, arbitrio tamen boni viri, si fuerit domus, seu cortile, si verò fuerit hortus, area, vel aliud discoopertum, si ibi aliàs fuerit murus, tunc clausura fieri debeat de muro inter ipsos convicinos simili modo expensis communibus eorumdem. Si verò aliàs non fuerit ibi paries, tunc sepe ex convenienti materia clausura fieri debeat, etiam communibus expensis ipsorum. Si verò alter eorum convicinorum renueret parietem, & clausuram ut suprà facere, seu fieri facere, tunc alter desiderans clausuram fieri, possit, & valeat ut suprà claudere, seu claudi facere expensis propriis in confinibus ipsorum convicinorum capiendo de terreno cujusl ibet ipsorum pro dimidia, & tunc talis clausura cujuscunque conditionis fuerit, sit & esse intelligatur communis inter ipsos vicinos quantumcunque expensis alterius tantùm facta fuerit. Liceat ei tamen, qui talem clausuram fecerit propriis expensis, alterum vicinum juris remediis sine aliqua juris solemnitate compellere, & compelli facere ad hujusmodi clausuram construendam, vel factam convicino eidem pro dimidia expensæ satisfacere. Et teneatur Dominus Potestas, & alius quilibet Jusdicens, qui aditus fuerit, alterum ut suprà de facto compellere, & hoc Statutum sit præcisum.

SUMMARIUM.

1 Murus divisorius censetur, quandò constructus fuit cum merlis, seu corona in superiori parte illius, vel paries factus sit in superiori superficie ad dorsum asini.

2 Vel si sit ità tenuis, & debilis, ut commodam superædificationem non accipiat.

3 Vel si tectum habeat super impositum.

4 Murus divisorius non censetur, si habeat vasta, & profunda fundamenta, & magnam altitudinem, & deficiant signa, de quibus num.1.2.& 3.

5 Murus divisorius, seu destinatus pro clausura non dicitur destinatus ad fabricandum.

Consocio prohiberi potest, nè superædificet super muro divisorio n.5.

6 Consocio, & Vicino prohiberi potest, nè suis sumptibus propè parietem communem ædificet, ut illam stabiliorem reddat, ad hoc ut possit super ea ædificare.

7 Elevatio muri divisorii impediri potest vicino, quando ædificanti nulla resultat utilitas, & è converso concurrit damnum notabile vicini.

8 Vites, & pergulæ sine Sole remanent infructiferæ.

9 Faventiæ viget consuetudo prohibens elevationem muri divisorii ultrà sex pedes, dummodò vicinus nolit illum cooperire, & lodiam, seu mansiones ædificare.

10 Expensæ voluptuariæ factæ in ædificando super re communi à consocio non repetuntur, secùs si necessariæ.

Statutum Faventiæ Rub.19. lib.7. strictè est intelligendum num.10.

11 Consocius contribuere non tenetur pro expensis refectionis, seu reparationis non necessariæ rei communis.

12 Consocius reficere rem communem recusans, privari potest commodo ejusdem rei, aut agi contra eum pro expensis, & interesse.

13 Consocius reparationi rei communis reparatione indigentis recusans contribuere partem impensæ, alter socius, cujus expensis facta fuit reparatio, non solùm potest repetere impensam pro rata unà cum inte-

intereſſe à conſocio, ſed acquiret etiam dominium partis ejuſdem Socii, niſi intra quatuor menſes ſatisfecerit.

OBSERVATIO.

Murus diviſorius cenſetur, quando conſtructus fuit cum merlis, ſeu corona in ſupe-
1 riori parte illius, vel paries factus ſit in ſuperiori ſuperficie ad dorſum Aſini, quæ ſunt ſigna communia diviſorii parietis, ut docet *Theſaur.deciſ.41.ſub num.24.Rot.in rec.deciſ.50.num.13.verſ. Et tamen cum ſeq. par.19. Votum bon:mem: Matthæi Præſidis viarum impreſs. in rec.dec.252.n.12.par.7.*

Prout ſi murus ſit ità tenuis, & debilis, ut commodam ædificationem non recipiat, ut
2 cum *Gabriel.conſ.149.lib.1. & Burſat.conſ.57.* proſequitur *Theſaur.ubi ſupra*. Vel ſi rectum habeat ſuper impoſitum, ut dicit *Corn.conſ.74.*
3 relat.per eumdem *Theſaur.loc.cit.*

Nàm deficientibus prædictis ſignis, & ſtantibus vaſtis, & profundis fundamentis muri, et illius magna latitudine ſupra terram non
4 cenſetur diviſorius, ut advertit *Gratian. diſcept.562.num.47.* quem ſequuta fuit *Rot.dicta dec.50.num.15.*

Quotieſcumque verò murus eſt diviſorius, ſeu deſtinatus pro clauſura non dicitur deſti-
5 natus ad fabricandum, & conſequenter prohiberi poteſt conſocio, nè ſuperædificet, ut per *Burſatt. conſ.57.per tot. & conſ.ſeq.num.2. vol.1. de Luca in ejus Animadverſ. ad Gratian. cit.diſcept.572.num.9.verſ.Oppoſitum puto*, qui cum *Molpheſ.* contra *Gratianum* tenet, quod poteſt prohiberi vicino, nè ſuis ſumptibus
6 propè parietem communem ædificet, ut illum ſtabiliorem reddat ad hoc ut poſſit ſuper eo ædificare, cùm non poſſit in alium uſum, præter deſtinatum converti *Franciſc. Marc. deciſ.398.nu.17. Magon. deciſ.Florentin.46.n.6. Sperell. deciſ.54.num.30. & num.final. in fine*, ubi agebatur de muro dividente Cortile & manſione depreſſa. Maximè quandò clauſura horti non indigeat majori elevatione, quo
7 caſu ceſſante ædificantis utilitate, concurrente notabili damno vicini, intrat præſumptio æmulationis, quâ ſtante prohiberi poteſt muri elevatio, ut reſpondit *Rot. in recen.deciſ.61.num.18.cum ſeq.par.17.* ubi impediebatur proſpectus vicini, & pergula Solis beneficio privabatur, ſine quo vites, & per-
8 gulæ remanent infructiferæ *ex ibi allegatis*.

Advertendum in noſtra Civitate vigere conſuetudinem prohibentem elevationem
9 muri diviſorii ultra ſex pedes, dummodò vicinus nolit illum cooperire, & lodiam, ſeu manſiones ædificare.

Io propoſito præſentis *Rubricæ* advertendum eſt illius diſpoſitionem videri contra *Text. in leg. Ex duobus 28. ff. de Negot. geſt.* in quo deciditur, quod expenſæ voluptuariæ factæ in ædificiis ſuper re communi à conſo-
10 cio non repetantur, ſecùs autem neceſſariæ, ut firmat *Mithalor. de Fratr. par.3.cap.36. num.28.* Ideòque ſtrictè eſſe intelligendam *Cepoll.de Servit.Urb.præd. cap.40.num.27.verſ. Aut ille, qui priùs ædificavit.*

Et comprobatur ex eo, quod conſocius non tenetur contribuere pro expenſis refectionis, ſeu reparationis non neceſſariæ, ut
11 diſtinguendo firmat *Sperell. deciſ.56.num.31. & 33.* ſed ſi renueret rem communem reficere, tunc privari poteſt commodo rei, aut agi contra eum pro expenſis, & intereſſe, ut do-
12 cet idem *Sperell. ubi ſuprà num.33.* & quod ſi duo habeant rem communem, nempè domum reparatione indigentem, & unus eorum velit reparare, alter verò nolit contri-
13 buere partem ſuam impenſæ, ſocius, cujus ſumptibus facta fuit reparatio, non ſolùm poteſt repetere impenſum pro rata una cum intereſſe à conſocio, ſed acquiret etiam dominium partis ejuſdem ſocii, niſi intra quatuor menſes ſatisfecerit, ut aliis allegatis firmat *Fenzon.ad Stat.Urb.lib.1.cap.108.*

De Pariete, ſeu Muro communi.

RUBRICA XX.

Quicunque habuerit Parietem, ſeu Murum communem (A) cum aliquo vicino ſuo, vel cum aliqua Univerſitate, Collegio, ſeu etiam cum Communi Civitatis Faventiæ poſſit, & valeat in tali Pariete, & Muro ædificare, & elevare, & in eo tigna imponere ad voluntatem ſuam, & quotiès ei videbitur non obſtante vicini contradictione, et ſi talem Parietem elevaverit tale ſuperædificatum efficiatur commune inter ipſos convicinos, quantumcumque expenſis alterius tale ſuperædificatum factum fuerit, ità tamen quod non liceat alteri convicino in tali ſuperædificato aliquid ædificare, facere, vel rurſùm elevare, niſi priùs ſatisfecerit alteri vicino dimidiam expenſæ, quam fecerit in ſuperædificato hujuſmodi, quo ſatisfacto poſſit in eo ædificare, & rurſùm talem Murum elevare ſub eiſdem conditionibus quotiès ei videbitur. In Muro tamen communi non liceat ſcapham, latrinam, ſeu cloacam, aut clavitam habere, niſi priùs ibi eſſe conſuevérit, vel niſi de voluntate expreſſa vicini id fiat. Nullo tamen modo liceat vicino for-

naeem (B) aliquam, seu furnum construere, seu quoquomodo habere, nisi habita priùs expressa licentia convicini, vel nisi idoneam cautionem de damno infecto vicino præstiterit, nulla præscriptione etiam longissima obstante.

SUMMARIUM.

1 Communio muri ex quibus probetur remissivè.

2 Communio muri probatur ex vestigio coronidis apparentis in inferiori illius parte, & ex antiquis foraminibus in forma angulari existentibus. Ampl.num.3.

4 Communio muri probatur prò indiviso, ex quo ab utraque parte apparent immissæ trabes ultra dimidium muri penetrantes.

5 Commúnio muri pro diviso, & quandò pro indiviso dicatur remissivè.

6 Communio muri probatur, si ille existat in confinio utriusque domus, utramque domum claudat, & conjungat.

7 Communione muri probata in extremitatibus, censetur etiam communis in medio.

8 Consocius trabem, seu tignum in muro communi immittere potest etiam invito altero socio, & ibi ædificare, si murus ad ædificandum est destinatus, secùs è converso, & num.9.

9 Maximè si ædificat jure communionis, & prætendit superædificatum effici commune.

10 Ædificans super muro communi facit murum de recenti elevatum communem.

11 Socius uti potest muro communi, etiam ad usum non destinatum, animo tamen ut efficiatur commune id, quod in re communi additur, quandò socio prohibenti non interest.

12 Socio ædificare licet in muro communi ad ædificandum destinato invito consocio, si ei non noceat, secùs è converso, & quare. Decl. nu.14.

13 Contrarium quod imò liceat ædificare etiamsi consocio præjudicet, dummodo non ædificet ad æmulationem, & quare. Decl. num.14.

15 Damnum grave quando dicatur, & quando leve, remittitur arbitrio Judicis.

16 Socius superædificare non potest super muro communi à consocio elevato, nisi prius solverit medietatem impensæ ab eodem consocio factæ.

17 Et quid si consocius non vult extollere murum. nisi pro una tantum parte,

18 Caminum in muro communi, non est permissum socio facere, quia debilitatur. Decl. num.19.

Latrina in muro communi à socio fieri non potest, & facta debet tolli nu.19.

20 Fenestra in muro communi an fieri possit remissivè.

21 Porta aperiri an possit in muro communi remissivè.

22 Fornax fieri non potest absque licentia convicini.

Furnus fieri non potest absque licentia convicini num.22.

23 Fornax construi an possit tàm in muro communi, quàm proprio remissivè.

OBSERVATIO.

Communio muri probatur ex variis si-
gnis, de quibus *Altograd. conf.100.vol.1.*
A *Manzius de Servitut. præ d. Urban. & rustic. in*
1 *appendic. de muro communi* præter adductos
per *Andreol. in addit ad Cepoll. de Servit. vers.*
murus an sit communis impress. penès ejus, Con-
trovers. præcæteris autem ex vestigio coroni-
dis apparentis in inferiori parte muri, & ex
antiquis foraminibus in forma angulari exi-
2 stentibus, ut in specie firmat *Cepoll. de Ser-*
vitut. Urb. præd. cap.40. nu.14. vers. itèm co-
gnoscitur per fenestrellas. Surd. conf.126. nu.28.
ubi etiamsi foramina hujusmodi totum mu-
3 rum non penetrent *Roccha Disput. Juris select.*
cap.163. nu.49. volum.2.

Nec non ex eo, quod ab utraque parte ap-
parent immissæ trabes ultra dimidium muri
4 penetrantis, nam exinde probatur, parietem
esse communem, & quidèm pro indiviso *l. In*
communis parietis ff. de Damn. infect. Surd. di-
cto consil.126. nu.9. Castr. conf.334. sub nu.32.
lib.2. Altograd. dicto conf.100. num.35. Roccha
loc. cit. nu.51. & Sperell. decis.54. nu.1. & n.9.
5 adducit *DD.* tractantes materiam quando mu-
rus dicatur communis pro diviso, & quando
pro indiviso.

Prout si murus existat in confinio utriusque
domus, utramque domum claudat, & co-
6 niungat *l. Parietem ff. de Servit. Urb. præd.*
Soc. sen. conf.44. num.2. lib.1. Surd. ubi suprà
nu.6. Rocch. loc. cit. nu.52. & Rot. coram Duran.
decis.450. num.4.

Et si probetur communio muri in extremi-
tatibus, censetur etiam communis in medio
7 *Gratian. disceptat.263. nu.3.*

Probata verò communione, permissum est
socio etiam invito consocio trabem, seù ti-
gnum immittere secundum dispositionem no-
stri *Statuti*, quod est conforme dispositioni
8 Juris communis secundum *Fenzon. ad Statut.*
Urbis idem disponens *lib.1. cap.107. nu.2.* Sed
est intelligendum juxtà declarationes *Cepollæ*
de Servit. Urb. præd. cap.30. quæst.4. ut subdit
ibidem *Fenzon. n.3.* Et ædificare in muro com-
muni ad ædificandum destinato, ut respondit
Rot. in recent. decis.50. num.6. juncto num.16.
par.19.

Maximè quando ædificat jure communio-
nis, & prætendit superædificatum effici com-
9 mune, ut cumulatis concordantibus distin-
guendo inter ædificium ad usum destinatum,
& non

Digitized by Google

& non deſtinatum firmat *Sperell. dec.54. n.11. & deciſ.56. num.20.* Ulterius ſtantibus ſignis
communionem arguentibus in parte infe-
rioti parietis is, qui ſuper muro communi
10 ædificat, facit murum de recenti elevatum
communem, ut ex *Teſaur. deciſ.23. nu.2.* tra-
dit *Rocch. loc. cit. num.56.*

Imò ſocius poteſt uti muro communi etiã
ad uſum non deſtinatum, animo tamen ut effi-
11 ciatur commune id, quod in re communi
additur, quandò ſocio prohibenti non inte-
reſt, ut firmat *Sperell. deciſ.56. num.37.*

Quod autem permiſſum ſit ædificare in mu-
ro communi ad ædificandum deſtinato invito
ſocio procedit ſecundum unam opinionem,
12 ſi conſocio non noceat; Secus è converſo,
nam ſi uni prodeſt, & alteri nocet, melior eſt
conditio prohibentis *l. Sabinus ff. de Damn.
infect.* reſpondit *Sperell. deciſ.54. num.18. cum
ſeqq.* ubi per elevationem muri luminibus do-
mus conſocii officiebatur, & *deciſ.56. num.7.*
ubi de aperitione feneſtræ, per quam debi-
litabatur murus, ac mutabatur facies parie-
tis; Secundum vero aliam opinionem proce-
13 dit, etiamſi conſocio præjudicet, dummodò
non ædificet ad æmulationem, ex quo ſolum
attendatur utilitas facientis, ut tenet *Theſaur.
deciſ.41.* quem ſequitur *Votum Viarum Præſi-
dis impreſſ. in recent. deciſ.252. nu.70. par.7. &
Rot. in recent. deciſ.113. nu.6. cum ſeq. par.19.*

Sed prædictæ contrariæ opiniones videntur
conciliandæ, nempè admittendo primam
procedere in caſu gravis; ſecundam vero in
14 caſu levis damni, ut declarat *Rocch. ubi ſupra
nu.46. & Sperell. cit. deciſ.54. num.4.* ubi *cum*
15 *ſeq.* ſubdit remitti Judicis arbitrio, quando
damnum dicatur grave, & quando leve.

Non licet tamèn in tali ſuperædificato pro-
priis ſumptibus à conſocio aliquid alteri ſo-
16 cio facere, & ſuperædificare, niſi prius ſol-
verit medietatem impenſæ à conſocio factæ,
ea ratione, quia quando conſocius vult ſu-
perædificare agnoſcit ædificium fuiſſe utilitèr
factum à ſocio, cui proindè competit actio
negotiorum geſtorum, ut de conſuetudine
Veronæ noſtro *Statuto* uniformi docet *Cepoll.
de Servit Urb. præd. cap.40. num.29. in fine cum
ſeq.* qui teſtatur ibidem ità juxta hujuſmodi
conſuetudinem ſervari vidiſſe, & *nu.32.* exa-
minat, quid dicendum, ſi ſocius non vult ex-
tollere murum, niſi pro una tantùm parte,
17 & de alia ſimili conſuetudine vigente in Ci-
vitate Taurini, ſecundùm quam fuiſſe pluriès
judicatum, teſtatur *Theſaur. deciſ.41. num.7.
verſ. ſed huic.*

Pariter ſocio non eſt permiſſum facere ca-
18 minum in muro communi, quia debilitatur
*Soccin. ſen. conſ.44. poſt num.3. lib.4. Gabriel.
conſ.150. per tot. lib.1. Sperell. deciſ.56. nu.53.*
qui docet contrariam opinionem *Cepolla. de
Servit. Urb. præd. cap.64.* nõ procedere in pariete
19 debili, ſecus in valido. Minuſque latrinam,
& facta debet tolli *Petrus Antonius Anguiſciol.
conſ.29. lib.3.* ſi damnum vicino inferatur *Ce-
poll. de Servit. Urb. præd. cap.65. n.2. cum ſeq.*

Quid dicendum de feneſtra in muro com-
muni an fieri poſſit vide *Cepoll. de Servit. Urb.
præd. cap.63. nu.3. Surd. conſil.233. & 387.*
20 *Altograd. conſ.100. num.45. cum ſeqq. Burſat.
conſil.57. cum ſeq. Laurent. de Pinu. conſil.164.
Coſta de Ration. rat. quæſt.50. num.1. Thomat.
dec.119. Theſaur. deciſ.219.* & quid de aperi-
21 tione portæ in muro communi vide *Altograd.
dicto conſ.100.*

B Fornacem, ſeù furnum fieri abſque licen-
22 tia convicini vetitum eſt à Statuto, & ex tali
prohibitione ſublata eſt quæſtio, an fornax
poſſit conſtrui, tam in muro communi, quam
23 proprio examinata per *Cepoll. de Servit. Urb.
præd. cap.51.* & an volens facere fornacem,
poſſit prohiberi à vicinis propter periculum
ignis, ſuper quo articulo videndi ſunt *Mar-
cabrun. conſil.57. per tot. & Rimin. jun. con-
ſil.828.*

ADDIT. AD RUBR. XX. LIB. VII.

SUMMARIUM.

1 Eccleſiaſticis competit jus aperiendi fur-
num pro explanando frumento recol-
lecto in propriis bonis.
2 Limita quando Communitas, vèl illius Ap-
paltator ſe offert emere frumentum pro
pretio currenti cum augumento vigeſimæ.
3 Et quod debeat ſolvere pretium rigoroſum.
4 Quid diſpoſuerit Cardinalis Cibo legatus à
latere Provinciæ Romandiolæ in hac ma-
teria.

Num.22. Occaſione furni non abs re exiſtima-
vi adnotare quod Eccleſiaſticis competit jus
1 aperiendi furnum * ad effectum explanandi
frumentum recollectum in propriis terris, ita
ut nec per edicta, aliaſque prohibitiones laico-
rum valeat illis interdici in præjudicium im-
munitatis, & libertatis Eccleſiaſticæ *per text.
in cap. final. de Immunit. Eccleſ. in 6. Gratian.
diſcept.564. nu.48. cum ſeqq. Panimoll. dec.26.
Annot.4. nu.1. cum ſeqq. Rot. in Bononien. ma-
nutentionis 2. Decembris 1707. coram Eminen-
tiſſimo Scotto, & in Tolentina Aperitionis Fur-
ni 20. Martii 1713. coram R. P. D. Aldrovando
§. Quod enim.*

Et hujuſmodi Immunitatem Eccleſiaſtico-
rum defendit *Sac. Congregatio Immunitatis* niſi
Communitates, vel eius Appaltatores ſe
2 promptos offerant * emere illorum frumen-
tum pretio currenti cum augmento vigeſimæ
juxta ejus reſolutiones relatas à *Riccio in Sino-
pſi Decret. dictæ Congregationis verbo Furnus
nu.3., 6., & 13., & Rot. in d. Bononien., &
Tolentina §. Quam quidem.*

Et quod ſolvendum ſit pretium rationabile
3 frumenti, quod cenſetur pretium rigoroſum*
quo

Digitized by Google

quo venditum fuit frumentum de mense Novembris tradit *Seta de Offic. locumtenentis cap.25. nu.28.* ubi refert resolutiones,

Quid dispositum fuerit à clar. me: Cardi-
4 nali Cibo Provinciæ Romandiolæ * Legato à latere in hac materia vide ejus *Ordinationes infra in Appendice impressas nu.27. & seqq.*

Quod nullus possit domum propriam destruere.

RUBRICA XXI.

NE Urbs ruinis deformetur, Statuimus, & ordinamus, quod nulla singularis persona cujusvis conditionis extiterit, vel etiam Universitas possit, aut valeat domum propriam funditus destruere, aut destrui facere in Civitate Faventiæ, aut ejus Suburbiis, nisi eam reficere, seu reædificare voluerit sub pœna librarum quinquaginta bonon. ipso facto incurrenda, & nihilominus eam reædificare cogatur, & præsumatur non habere animum reædificandi si infrà sex menses tunc proximè futuros eam non cœperit reædificare, & infrà alium annum eam non cooperverit, & quilibet possit accusare, & habeat tertiam partem pœnæ prædictæ.

SUMMARIUM.

1 ÆDificia conservari, & non destrui publicè expedit ad Urbium decus.
2 Demolitione ædificiorum Urbs deformatur.
3 Ædificium vetus quis reformare non potest, quando Civitas deformatur, vel via publica deterior redderetur.
4 Magistratus compellere debet ad refectionem ædificii, ex cujus demolitione Civitas deformatur.
5 Dominus reficere non valens domum ob ejus paupertatem, potest cogi ad eam vendendam alteri, qui eam reædificare valeat, & si justo pretio vendere nequiverit, poterit à Republ. petere quantum sufficiat ad reparationem, quod tamen est difficile practicari.
6 Domus demoliri potest ob crimen læsæ Majestatis, de qua materia remissivè.
7 Domus communis omnibus fratribus an tota demoliri valeat ob crimen læsæ Majestatis unius remissivè.
8 Domus, seu tugurium, seu capanna in Territorio *Faventiæ* ædificari non possunt etiam pro usu propriæ familiæ super petia Terræ minore tornatutarum decem.

OBSERVATIO.

1 PUblicè expedit ædificia conservari ad Urbium decus *l. Prætor ait §. hoc interdictum prohibitorium ff. de Oper. novi nunciat Surd. decis.168. nu.9.* & non destrui, ne ex eorum
2 demolitione Urbs deformetur *l. Negotiandi C. de Ædific. privat. Gratian. Disceptat. forens. cap.32. nu.19. Ciriac. controvers.160. num.10. Antunez Portugal. de Donat. Reg. lib.3. cap.39. num.3. & 8. Surd. loc. cit.* & statutum fuit ab *Eminentissimo Cybo in Capitulis Officii Grasseriorum, de quibus in Appendic. pag.92. cap.129. cum seq.* Undè nec vetus ædificium quis reformare potest, quando Civitas deformaretur,
3 vel via publica deterior redderetur *Cravet. consil.94. nu.1.* quem refert, & sequitur *Ciriac. controvers.38. num.25.*

Et cum ratio non reformandi Civitatem sit juris publici, proindè Magistratus Dominos causa cognita compellere debet ad refectio-
4 nem; detrectantemque competenti remedio compellere *l. Singularem 8. C. de Ædific. privat.* & prosequitur *Antunez Portugal. loc. cit. nu.4.* ac demandatum legitur in dd. *Capitulis Officii Grasseriorum loco cit.*

Sed quia quandoque Dominus ob paupertatem nequit domum reficere, tunc cogi potest ad illam vendendam alteri, qui eam refi-
5 cere valeat, & si justo pretio vendere nequiverit, poterit à Republica petere, quantum sufficiat ad reparationem, ut originaliter docet *Specul. in tit. de Satisdat. §. hoc quoque,* quod singulare aureum appellat *Cepoll. de Servit. Urb. præd. cap.59.* & sequitur *Roman. cons.336.* licet id difficile practicari vocet *Marsil. singular.470.*

Ad demolitionem tamen devenitur ob crimen læsæ Majestatis, circa quam materiam
6 vide *Farinac. de Crim. læs. Majest. quæst.116. nu.28. cum seq. & Massin. de Confiscat. bonor. quæst.4. nu.69.* Eo casu contingere potest disputatio, an uno ex fratribus tale delictum committente, per quod destruenda sit domus,
7 demolienda sit tota, etiam in prejudicium aliorum fratrum, cum quibus viget Communio bonorum, qui articulus latè examinatur à *Michalor. de Fratrib. par.3. cap.3. cap.36. n.31. cum seqq.*

Aliquando etiam ob bonum publicum prohibentur nova ædificia, prout sub die 15. *Novembris* 1577. à publico *Consilio* resolutum
8 fuit, quod nullus in Territorio *Faventiæ* possit ædificare domum, seu tugurium etiam pro usu propriæ familiæ super aliqua petia terræ minore tornaturarum decem, ex quo expererientia comprobatum fuerat similes domus, & tuguria vulgo nuncupata *Capanne* gravia pluribus intulisse damna quæ resolutio eadem die approbata, & confirmata fuit à *bo: mem: Francisco Sangiorgio Provinciæ Præside, &* per

per *Edictum sub die* 8: *Januarii* 1578. publicata, & iterum sub die 17. *Aprilis* 1583. mediante rescripto confirmata à *bo: mem. Annibale de Grassis Episcopo Faventiæ, & Pro Legato Romandiolæ*, & deinde sub die 22. *ejusdem mensis* publicata mediante alio *Edicto*.

ADDID. AD RVBR. XXI. LIB. VII.

SVMMARIVM.

1 Ædificia conservanda sunt ad decus Civitais.
2 Ædificium nec nouum extolli, nec vetus reformari porest, quandoCivitas deformatur,
3 Vel via deterior reddatur.

Num. 1. Ad decus Civitatis spectat ut ædificia
1 conserventur, & Sarta, tectaque maneant * ut etiam tradit *Campell. adConstit. Ducatus Vrbini decret.* 80. *nu.* 86. *pag.* 486.

Num. 3. Non licet ædificium novum extolli,
2 quin nec vetus reformari * si vel Civitas ex eo
3 deformatur, vel via publica deterior reddatur* *l. 2. §. Item Labeo scribit si vicinus ff. ne quid in loco public.*, & prosequitur *Campell. loc. cit. num.* 96.

De Proclamationibus.

R V B B I C A XXII.

Ut certa sint loca ubi Proclamationes, (A) & bannimenta fieri debeant, Statuimus, & declaramus, proclamationes illas, quæ fiunt, & fieri debent, pro citando aliquem, seu aliquo ex forma Statutorum nostrorum, seu alium effectum in ipsis Statutis expressum, fieri debere in illis locis, & eo modo, & forma in quibus, & prout in dictis Statutis disponitur. Aliæ autem proclamationes, & bannimenta maximè pœnalia ut omnibus innotescant quotiescunque fiunt, & fieri contingет. Fiant primo loco in Platea magna Civitatis Faventiæ, deinde in strata publica antè Cæmeterium Ecclesiæ Santi Francisci, & etiam in strata publica Portæ Imolensis ante domum Hospitalis Domus Dei, (B) & in via publica Portæ Montanariæ aute, & propè Cæmeterium Ecclesiæ Sancti Joannis Evangelistæ de Faventia. Quæ Proclamationes, & bannimenta sic factæ, & facta in omnibus prædictis locis habeantur pro legitimè factis, & præsumantur verisimiliter ad omnium notitiam, & proclamariones, & bannimenta aliter factæ, & emissa nullius sint roboris, vel momenti.

SVMMARIVM.

1 Citatio contra multitudinem, & personas incertas facienda est perPræconem Notario dictante, vel per solum Præconem. Banni, & Ædicti publicatio ubi, & quomodo facienda sic, & de ejus relatione num. 1.
2 Citatio personæ certæ, sed absentis per proclama quando sit facienda.
3 Hospitalitatem exercere piissimum opus est. Hospitalitatem exercere iniunctum est omnibus, & præcipuè Presbyteris, & Ecclesiasticis num. 3.
4 Hospitalis, & hospitalitatis materiam tractantes remissivè.
Texera dimidiata occasione hospitalitatis tradebatur num. 4.
4 Hospitalis *Domus Dei Faventiæ* fundatio remissivè.
Hospitale, in quo Expositi aluntur, est opus à *Christo Domino Nostro* commendatum n. 5.
6 Hospitale, in quo aluntur Infantes, præsertim expositi, appellatur *Bethotrophium*.
7 Hospitalitas infantium expositorum exercebatur ab Ethuicis, & Romanis.
Romani in Foro Olitorio lactеariam portam habebant, ubi infantes exponebantur, & petita ab omnibus eleemosyna nutriebantur nu. 7.
8 *Trajanus* Imperaror celebrem domum ædificavit in Monte Cœlio, & quamplurimis prædiis diravit, ut expositi nutrirentur.
9 Alere infantes expositos, ad quos spectet, an ad Principem, an ad Ecclesiam, an ad Communitatem, & quando sit imponenda collecta remissivè.
10 Hospitale an, & quando possit à Patre facultatibus idoneo repetere alimenta tradita ejus filio exposito, vide ibi.
11 Parentes exponendo, & abiiciendo proprios filios impietatem committunt, & evadunt feris pejores.
12 Et puniendi sunt Judicis arbitrio, quod extendi valet usque ad mortem, quando ex expositione sequuta est mors infantis, & num. 13.
14 Limita si ex necessitate, vel ob timorem infamiæ, vel morris exposuerunt, Vide ibi.
15 Pater exponens filium privatur patria potestate, & jure filiationis. Decl. n. 16. & 18.
17 Patrem filius expositus occidens parricidii reus non est. Decl. n. 18.
19 Expositi, Cives illius Civitatis, & loci, ubi expositi sunt, censentur.

Ex-

19 Expositi, legitimi, ac successionum, Ordinum, & Dignitatum capaces esse censentur, & quare.

OBSERVATIO.

A Quando citanda est multitudo, & personæ incertæ, vel publicandum Bannum,
1 vel Edictum, tunc publicatio citationis, Banni, vel Edicti fit per solum Præconem, vel per ipsum Præconem Notario dictante, seu legente Specul. de Citat. §. Sequitur num.4. & 12. qui Præco debet alta, & intelligibili voce proferre, & clamare ad hoc, ut quilibet ex adstantibus possit audire, in relatione deber referre præconizasse, & publicasse in locis solitis, & consuetis, ut docet Gratios. Ubert. de Citat. cap.12. num.346. cum seq. ubi subdit, quod quoties citatur persona certa,
2 deber proclama publicari antè domum, & in vico, seu in loco, ubi habitare consuevit, & in loco judicii, & ità referre publicasse.

Hospitalitatem exercere piissimum est
B opus, ut tradit Franciscus Amostaz. de Causis piis lib.4.cap.11.lib.1.quod est omnibus injunctum, & præcipuè Presbyteris cap. Presbyter.91. dist. cap.1. deCelebrat. Missar. ac Ecclesiasticis Beneficia Ecclesiastica possidentibus cap. volumus 89.distinct. & sancitum fuit à Sac. Concil.Trident.sess.25.cap.8. de Reformat. & tradit Amostaz. d. cap.11. sub. nu.1. Qui de Hospitali, & hospitalitate plura desiderat, adeat
4 Gratian. discept. 898. nu.20. qui refert materiam tractantes, & nu.23. notat, quod secundum morem antiquum dabatur texera dimidiata, ut possent agnosci, & Deus Hospitalis erat Jupiter, & tale jus erat honorarium, & sicut erat necessitudo hospitii, ità violari non poterat Mattheù de Regim. Regn. Valent. cap.4. §.3. nu.125. cum seqq. Conciol. Allegat. civil.& crimin.35. & Amostaz allegat. cap.11. cum nostrum non sit hic de hac materia tractare, sed solum occasione mentionis factæ in præsenti Rubrica nostri Hospitalis Domus Dei nuncupa-
5 ti, cujus fundationis meminit Tondut. in ejus Historia Faventina in probem. & in quo aluntur infantes expositi, quod est opus à Christo Domino Nostro commendatum, ut in Matth.cap.18. ibi: Qui susceperit unum parvulum in nomine meo me suscepit, quæ verba intelligenda sunt, nedùm domi excipiendo, verùm etiam aliis modis beneficando, ut aliis relatis firmat Amostaz cit. cap.11. num.50. Lara de Anniversar. lib.1. cap.21. nu.67. cum seq. & Balmased. de Collect. quæst.57. nu.1. quicquid dicat Pater Llamas in sua Methodo par.3. tenens mediantibus his Hospitalibus causam, & licentiam peccandi & exponendi subministrari, quem reprobat D. Advocatus Ageta in Annot. ad decis. Moles §.8. de Civitate Neapol. acq. quæst.5. num.16. ubi etiam optimas rationes adducit par.2. & hujusmodi Hospitale, in quo aluntur infantes,
6 præsertim expositi appellatur Bethotrophium ut in l. Illud, quod 17. & in l. Sancimus 19.Cod. de Sacrosanct. Eccles. Kuipschild. de Jurib. & privil. Civit. Imperial. libr.5. capit.24. num.19. & Amostaz dicto capit.11. nu.3.

Piissima hæc causa nedum à Christianis, verum etiam ab Ethnicis exercita fuit; Nam
7 Romani in Foro Olitorio Lactearium portam habuere, ubi infantes exponebantur, & petita ab omnibus eleemosyna nutriebantur Alex.ab Alex. Dier. genial. lib.1. cap.12. Trajanus Imperator postmodum celebrem domum quo-
8 què ædificavit in Monte Cœlio, & quamplurimis prædiis ditavit, ut expositi alerentur, ut tradunt Escobar. de Ratioc. cap.25. num.46. discept.267. nu.9. Amostaz ubi supra nu.51. & Cobell. ad Bull. boni Regim. cap.39. nu.13. cum seq. & de antiquissimo exponendi infantes more, ac hujusmodi Bethotrophiorum vetustissima institutione plenè, ac eruditè à D. Advocato Ageta loco cit. nu.1. cum pluribus seqq.

Attenta existentia dicti Hospitalis in nostra civitate cessat occasio discutiendi illam controversam quæstionem, cuinam incumbat
9 onus alendi infantes expositos, nempè an ad Principem, an ad Ecclesiam, an ad Communitarem, & quandò sit imponenda collecta, quam latissimè examinant Amostaz d. cap.11. num.50. cum pluribus seqq. Munoz Escobar. de Ratioc. dicto cap.25. n.44. cum seqq. Capiblanch. de Baron. lib.2. cap.100. nu.13. Fragos. de Regim. Reip. par.3.lib.1.disp.2.§.3. n.129.& 131. Sanchez Consil. moral. lib.1. cap.6. dub.8. n.14. Zacc. de Salar. quæst.80. la prima num.14. cum seqq. Antonell.de Reg.Eccl. lib.6.cap.38. qui fuit dignissimus Episcopus Ferentinus Vulp. Prax. cap.47. nu.33. Barbos. de Offic. & potest.Episcop. par.3. allegat.51. num.143. cum seqq. Cobell. ad Bullam bon. Regim. cap.39. Carpzov.Prax.crim. p.1. quæst.10.Balmased.cit. quæst.57.Kuipschild. de Jurib. & privil. Civit. Imper. cap.44. nu.9. Thesaur. dec.118, ibique Adden. Phœbus dec.34. num.12.

Restat solum discutiendum, an Hospitale possit à Patre facultatibus idoneo repetere
10 alimenta tradita ejus filio exposito, circa quem articulum variæ sunt opiniones recensitæ per Azor.Instit.moral.par.2.lib.2.cap.5.quæst.7. Dian. par.3. tract.6. resol.40. Boss. de Aliment. cap.9. §.2. nu.606. Leoncill. de Privil. pauper. par.1. quæst.3. nu.67. Carp. de Executor. testam. lib.3. cap.12. nu.31. & Amostaz. dicto cap.11. nu.6. cum seqq. Sed pro decisione præcipuè inspicienda est mens fundatoris Hospitalis; Etenim si simpliciter illud fundaverit absquè aliqua declaratione, tunc alimenta possunt repeti, quia præsumitur fundasse dumtaxat ad sublevandos parentes pauperes, ut cum Molina de Just. & Jur. tract.3. disput.103.num.4. tenet Amostaz. d. cap.11. nu.70. Prout si fundator dixerit pro pauperibus fundare, ut relato Less. de Just. lib.2. cap.19. dub.2. n.69. tradit Amostaz. loc. cit. nu.71. Si verò ex verbis, vel ex conjecturis constat, quod Fundator vo-
11 luerit redditus liberaliter expendi in alendis pauperibus expositis, inspecta tantummodò co-

eorum præsenti necessitate absque aliqua considerazione ad Parentes, & isto casu non competit repetitio à Patre quamvis divite, quia alimenta censentur liberaliter donata expositis, ut docet *Villalobos in Summa par.2. tract.41. diff.7. nu.10.* quem sequitur *Amostaz. ubi supra num.70. vers. verum*.

Non omittendum magnam videri Parentum impietatem & crudele scelus exponere, &
11 abiicere proprios filios à se progenitos, feris pejores evadentium, dum illos exponendo necare dicuntur juxta *tex. in l. Necare, ff. de Liber. agnosc. Novar. de Elect. for. sect.2. quæst.10. nu.4. Barbos. de Offic. & potest. Episcop. part.3. allegat.51. num.543.* & pluribus exornat *Card. Paleott. de Noth. & Spur. capit.63.* quem refert, & sequitur *Cobell. ad Bullam boni Regim. d. cap.29. nu.12.* & plene comprobat *Ageta loc. cit. nu.6.* Vnde sunt puniendi arbitrio Judicis *Gloss. in l.2. C. de Infant. exposit. Otcr. div. QQ. par.3. quæst.11. num.3. Velasch. de Privileg. pauper. par.2. quæst.65. §.2. n.184. Barbos. loc. cit. nu.144.* Quæ pœna aliquando poterit
13 extendi usque ad mortem, scilicet quandò ex expositione sequuta est mors infantis *Decian. tract. crim. lib.9. cap.8. n.9. Velasch. d. quæst.65. §.2. nu.1. & Amostaz. d. cap.11. nu.77.* Pœna
14 tamen non intrat, quoties vel ex necessitate, vel ob timorem infamiæ, vel mortis exposuerit, nàm in istis casibus excusabitur, ut explicat *Velasch. d. §.2. nu.205. Boss. cit. cap.9. §.2. per tot.* quos refert, & sequitur *Amostaz. loc. allegat. sub. n.78.* cum aliis allegatis ab *Ageta ubi supra nu.7.* licet ipse *nu.8.* cum *Caranza de Partu cap.4. n.97. cum seqq.* teneat quod in totum non liberetur à pœna, sed mitiùs puniatur.

Hinc licèt regulariter Pater filium exponens privetur patria potestate, & jure filiatio-
15 nis, *cap.1. de Infant. exposit. d. l.2. C. eodem tit. Novar. loc. cit.* cum non conveniat, ut qui crudeliter se gessit cum filio, habeat in eo jura *Azor. Instit. moral. par.2. lib.2. cap.26. qu.1. Menoch. de Arbitr. lib.2. centur.4. cas.396. n.11. Gratian. discept.276. num.1. cum seqq.* juncto *nu.35. cum seq.* ubi subdit procedere quidem
16 circa sibi utilia, non autem damnosa, seu onerosa, prout onus dotandi, & eum sequitur *Barbos. de Offic. & potest Episcop. par.3. allegat.51. nu.145. cum seq.* Ita ut si filius Patrem
17 occidat, parricidii Reus non sit, ut tradit *Menoch. loc. cit. nu.14.* quem sequitur *Cobell. loc. cit. nu.11.* Nihilominus id procedit, quando Pater exponens hàbet unde partum alere pos-
18 sit, nec damnum loco pio resarcit, ideoque prædictæ pœnæ non subiicitur Pater inops, ut optimè declarat *Barbos. loc. allegat. num.147.* & sequitur *Amostaz. dicto cap.11. nu.78.*

Cæterum hujusmodi expositi censentur Cives illius Civitatis, & loci, ubi exponuntur,
19 cum nullam aliam originem habere videantur, ut docet *Knipschild. de Jurib. & Privil. Civit. Imperial. lib.2. cap.29. nu.100. Amostaz d. cap.11. nu.76. in fine, Capon. discept.55. n.27. & Hurtad. tom.2. resol. moral. tract.8. cap.6. resol.51. nu.247.* Necnon censentur legitimi,
20 ac successionum, Ordinum, & Dignitatum capaces, quia in dubio sumenda est conjectura, quæ delicti præsumptionem excludat, quod sane necessario supponunt, qui filios naturales, aut spurios judicant, ut relatis pluribus concordantibus hanc opinionem tamquam magis communem tenet *Barbos. loc. cit. num.150.*

ADDIT. AD RVBR. XXII. LIB.VI.

SVMMARIVM.

1 Hospitale expositorum an, & quando possit repetere alimenta expositi, Num.10. Hospitale alimenta expositi an, &
4 quando repetere possit? à Patre vide *Stephanum Abbate; in ejus tractat. cui titulus, Theologus Principis seu Politia Moralis cap.3. dub.6.*

De Represaliis.

RUBRICA XXIII.

STatuimus, & ordinamus, quod si aliqua Communitas, seu Universitas, vel singularis persona cujuscunque gradus, vel qualitatis, etiàm si esset Ecclesiastica, detineret aliquas personas, terras, possessiones, bona, seu jura Communis Faventiæ, seu alicu us Civis, Comitatini, vel districtualis, aut ejus debitor esset, vel reperiretur in futurum ex aliqua causa, Potestas, seu Rector Faventiæ teneatur ad petitionem ejus, vel habentis interesse, & etiàm ex ejus mero officio quandocunque sibi denunciatum fuerit moneri, seu requiri facere hujusmodi detentores, seu debitores, Vniversitatem, homines, & Commune talium detentorum, seu debitorum ad restituendum, & solvendum eidem Communi, Civi, Comitatino, seu Districtuali Faventiæ, personas, terras, possessiones, seu pecunias, res, bona, vel jura ad eum spectantes, seu spectantia, seu ei quoquomodo debitas infrà certum terminum competentem arbitrio prædicti Potestatis, seu Rectoris præfigendum habita consideratione rei, causæ, & personarum de quibus agitur, quod si tales sic moniti, seu requisiti prædicta non observaverint, & cum effectu non adimpleverint infrà dictum terminum, vel ubi terminus præfixus non esset, infrà unum mensem, à die monitionis, seu requisitionis hujusmodi, Potestas, seu Rector prædictus teneatur facere poni infrà octo dies tunc proximè sequentes tales detentores, seu debitores, Vniversitatem, Commune, & homines, ac personas singulares loci, seu locorum

Digitized by Google

dictorum detentorum, seu debitorum in banno Communis Faventiæ pro Commune, Civibus, Comitatinis, seu Districtualibus Faventiæ ex causis hujusmodi, & etiam pro damnis expensis, & interesse per eos propterea passis, seu patiendis. Et insuper quod Potestas, seu Rector antedictus servatis prædictis, & habita fide de præmissis, & maximè de tali detentione, seu credito saltèm per unum testem fidedignum cum juramento conquerentis, seu creditoris teneatur dare licentiam, fortiam, sive brachium tali Communi, Civi, Comitatino, seu Districtuali recuperandi, vel aprehendendi, & sequestrandi de bonis Communis, seu Vniversitatis, ac singularium personarum loci, & locorum præfatorum detentorum, seu debitorum, & etiam detineri faciendi res, ac personas singulares hujusmodi, & illas, ac illa sequestratas, & sequestrata, ac detentas ut suprà retinendi usque ad integram satisfactionem talis Communis, Civis, Comitatini, seu Districtualis Faventiæ, dum tamen talis aprehensio, sequestratio, seu detentio fiat per aliquem ex Militibus, Officialibus, seu Executoribus Potestatis, seu Rectoris prædictis, & dum tamen aprehensio, sequestratio, vel detentio hujusmodi non fiat contrà Ecclesias, vel Ecclesiasticas personas, nisi ipsis detinentibus res, seu bona, vel jura illius, cui data esset talis licentia, vel ei debentibus, & tunc etiàm interveniente auctoritate, & consensu Reverendissimi Domini Episcopi Faventini, seu ejus Vicarii in spiritualibus.

Declarantes quod ubi talis retentio, seu sequestratio de mandato Potestatis, seu Rectoris Faventiæ pro credito Communis, seu alicujus Civis, Comitatini, seu Districtualis Faventiæ, quod tunc præstita pro parte talis detenti, seu cujus persona, vel res aliqua sequestrata esset, idonea satisdatione in dicta Civitate Faventiæ pro debito talis creditoris, & loco ejus de judicio sisti, & judicatum solvendo coràm dicto Potestate, seu Rectore, relaxetur persona detenta, & similiter res sequestrata, & præstita satisdatione prædicta, Potestas, seu Rector antedictus de, & super allegato credito, seu debito hujusmodi sit, & intelligatur Judex competens, & cognoscat, ac decidat condemnando, vel absolvendo justitia mediante, aliqua exceptione fori, seu incompetentiæ ipsius Potestatis, seu Rectoris non obstante.

Insuper decernimus quod si aliqua Universitas, seu Communitas alicujus Terræ, seu loci, vel quæcunque alia singularis persona abstulerit, vel auferri fecerit, aut damnum dederit, vel molestaverit, seu quovis modo detinuerit, seu occupaverit, turbaverit, seu inquietaverit res, seu personas, aut bona, vel jura Communis, aut alicujus Civis, seù Comitatini, vel Districtualis Faventiæ, Potestas, seu Rector Faventiæ teneatur desuper denunciatos, seù requisitos ab eo cujus interesset, vel cujus nomine per nuncium, seu literas quoties opus fuerit, monere, & requirere Universitates, seu Communitates, & personas hujusmodi infrà octo dies à die requisitionis de, & super restitutione, & dimissione, sic ablatorum, vel detentorum, & ad cessandum, ac desistendum ab hujusmodi turbatione, detentione, seu molestia, & si infrà dictum terminum post requisitionem hujusmodi prædicta non fecerit, & exequutioni demandaverit, tùnc idem Potestas teneatur dare licentiam, & facultatem Communi, Civi, seu Comitatino, aut districtuali dictæ Civitatis Faventiæ perquirendi de bonis, vel rebus illius Terræ, seu loci, vel personarum singularium eiusdem desupèr requisitorum, seu requisitarum, & dare, ac concedere eisdem Communi, Civi, Comitatino, seu Districtuali Faventiæ fortiam, & auxilium ad recuperandum. & sibi satisfaciendum, & providendum de oportuno juris remedio de, & super præmissis, & tam in dicta Civitate Faventiæ, & ejus Comitatu, seu Districtu quàm extrà, & ubi oportunum fuerit pro suo esse, accedente tamen ad hoc voluntate Consilii generalis dictæ Civitatis, & Potestas, seu Rector antedictus teneatur dare, & consignare de rebus, & bonis Terræ, seu loci, vel personarum singularium illius superinde, ut præfertur, requisitarum, & non satisfacientium, ut suprà, infrà dictum terminum eis præfixum in tantum quod Communi, Civi, seu Comitatino, & Districtuali Faventiæ, seu ejus districtus reperiantur, alioquin contrà Universitates, seu Communitates, & singulares personas Terrarum, seu locorum prædictorum, & contrà eorum, ac earum res bona, & jura ab banni dationem, & ad repræsalias concedendas damnum, seu iniuriam passis. & eis quorum interest procedatur per ipsum Potestatem, seu Rectorem, & Commune Faventiæ. Decernentes etiam quod Forenses habentes continuam habitationem cum sua familia in dicta Civitate Faventiæ, seu eius Comitatu, vel Districtu, si ibi habuerint, & habeant, ac possideant possessiones, seu bona immobilia per eos acquisitas, & acquisita non possint, nec debeant molestari, vel quovis modo inquietari in eorum personis, seu bonis, causa, vel occasione aliquarum repræsaliarum contrà quoscunque Forenses concessarum.

Volumus etiàm & ordinamus, quod si aliunde concessæ fuerint repræsaliæ contrà Commune Faventiæ, sive contrà aliquas singulares personas dictæ Civitatis, Quarum repræsalia-

liarum caufa, feu prætexru dictum Commune Faventiæ, vel ejus quæcunque fingularis perfona, in perfona, vel rebus damnum, læfionem, feu jacturam quomodolibet paffum feu paffa fuiffet, teneatur Poteftas, feu Rector, & etiam Commune dictæ Civitatis fi dictæ reprefaliæ conceffæ fuerint ex caufa, facto, culpa, feu defectu dictæ Communiatis Faventiæ, feu fingularium perfonarum eiufdem, dummodò conftet de vera, & jufta caufa conceffionis dictarum reprefaliarum quò ad merita negotii de quo allegetur etiàm fi ritè non fuiffet proceffum in decernendo dictas reprefalias, facere, & curare cum effectu ejus, feu earum fumptibus, & expenfis, & de ejus, ac earum rebus, & bonis, etiàm per retentionem perfonarum, damnum, feu læfionem, vel jacturam quomodolibet, ut fuprà paffo fatisfieri fummariè, fine figura judicii, fola facti veritate infpecta, & abfque aliquo juris ordine, feu quavis folemnitate ad omnem petitionem talis damnum, læfionem, feu jacturam paffi, vel fuorum hæredum. Si verò abfquè jufta caufa tales repræfaliæ, quod præfumatur in dubio, alio non docto, quo ad rectitudinem, & juftam caufam, conceffæ fuerint idem Poteftas, feu Rector, & Commune Faventiæ fimili modo, & nullo juris ordine fervato, & omni folemnitate prætermiffa ad petitionem talis damnum, feu læfionem paffi, vel ejus hæredum teneatur ei fatisfieri facere de rebus illius Communis, feu Univerfitatis, & etiam fingularium perfonarum undè dictæ reprefaliæ emanaverint ufquè ad integram fatisfactionem Communis, & perfonarum fingularium Civitatis Faventiæ, feu ejus Comitatus, & Diftrictus, & quorumcunque damnorum, expenfarum, & intereffe illius, feu illarum. Ità tamen quod Forenfes ut fuprà in dicta Civitate Faventiæ, feu ejus Comitatu, vel diftrictu habitationem habentes, & ibi ut præfertur poffidentes ex caufa repræfaliarum hujufmodi non moleftentur, vel inquietentur ut fuprà.

Declarantes etiàm quod in nullo cafuum prædictorum, vel quocunque alio poffit dari, vel concedi aliqua repræfalia contrà aliquam Communitatem, feu Univerfitatem, vel locum, aut quemcunque alium per Poteftatem, feu Rectorem, vel quemlibet Officialem Communis Faventiæ fine provifione, & confenfu Dominorum Antianorum, & Confilii generalis Communis Faventiæ. Et quia difficilè eft aliquandò citare, feu monere, & requirere folemnitèr, & proùt à jure requiritur, Communitates, feu Vniverfitates Terrarum, & locorum forenfium, & fimiliter perfonas fingulares Terrarum, & locorum hujufmodi, Statuimus, & ordinamus, quod in cafibus præmiffis, & quolibet eorum, & ad finem, & effectum præmifforum omnium. & fingulorum dumtaxàt fufficiat una citatio, monitio, feu requifitio facta de dictis Communitatibus, feu Vniverfitatibus, & fingularibus perfonis, fi facta fuerit per literas Poteftatis, feu Rectoris Faventiæ fubfcriptas per aliquem ex ejus Notariis, feu Scribis, fub impreffione figilli dicti Poteftatis, feu Rectoris per quemlibet ex Nunciis Communis Faventiæ infolidum præfentatas, feu dimiffas, feu Poteftati, feu Officiali Jurifdictionem ordinariam habenti in eo loco, feù Terra ubi citatio, feu requifitio fieri debuerit cum intimatione in fcriptis, feu ottenùs per eundem Nuncium eidem Poteftati, feu Officiali facienda per dictas literas fic præfentatas, feù dimiffas Communitati, feù Vniverfitati illius Terræ feù loci, vel ejus Sindico, feu Agentibus, ac Præfidentibus, five fingularibus perfonis, cui, vel quibus diriguntur, dari, & denunciari faciat. Ita tamèn quod fi ipfe Nuncius quò ad fingulares perfonas (ut fuprà) citandas, vel requirendas commodè, & abfquè metu perfonæ ipfius Nuncii eas citare potuerit, teneatur illas citare perfonalitèr, vel ad domos fuarum habitationum, & quod idem Nuncius commodè, & abfquè metu potuerit, vel non, eafdem fingulares perfonas fic citare, foli relationi ejufdem Nuncii abfquè alia fide, & teftimonio credatur cum ejus juramento, & quod unica citatio, feu requifitio de fingularibus perfonis perfonalitèr, vel ad dictas domos, ut fuprà facta tùnc fimilitèr fufficiat. Addentes etiàm quod ubi tutus aditus Nuncio citare, feù requirere debenti non pateret ad Terras, feù loca de quibus fupra, fuper quo fimilitèr Nuncio referenti fub ejus Sacramento credatur abfquè alia probatione, fufficiat unica tantùm citatio, feù requifitio de talibus Communitatibus, feù Vniverfitatibus, & earum fingularibus perfonis facta in aliqua Terra, feu loco ex proquinquioribus Terris, feu locis ubi facienda effet talis citatio, feu requifitio, dummodò fiat per dictum Nuncium cum affixione, & dimiffione literarum citatoriarum ut fuprà fubfcriptarum, & figillatarum ad valvas Ecclefiæ majoris, feù Palatii, vel Domus folitæ Refidentiæ Prætoris, feu Officialis ordinarii, feu Terræ, feu loci huiufmodi ex propinquioribus, ut fuprà. Et prædicta omnia, & fingula, quæ in hoc Statuto continentur, & in quolibet Capitulo ipfius præcisè, & inviolabilitèr obferventur, non obftante quocunque Statuto, feu Reformatione forsàn in contrarium, vel alitèr difponente, & fic præcifum in qualibet fui parte.

Digitized by Google

SUMMARIUM.

1 Represaliarum usus vigente Romano Imperio ignotus erat.
2 Romano Imperio collapso, repræsaliæ introductæ fuerunt, & quare. Vide nu. 4.
3 Androlepsia Græcorum erat jus quoddam pignorandorum hominum; quandò occisor à Civitate, in quam refugerat non tradebatur iis, ad quos commissi sceleris punitio spectabat, nam tunc licebat ex ejus Civitatis Civibus tres capere, & retinere quousque Reum traderent.
4 *Numa Pompilius* secundus Rex Romanorum constituit Collegium Fecialium.
5 Fecialium Officium erat custodire nè alicui confœderatæ Urbi bellum à Romanis injustum inferretur, & si fortè ab aliis fœdera violarentur repetere res, & si non redderentur bellum decernere.
6 Usus repræsaliarum initium sumpsit à vetustissimis Romanorum legibus.
7 Romani usi sunt represaliis.
8 Illyrici infestarunt navigantes, qui Romanæ ditionis erant, num. 8.
9 Antiqui represalias appellabant *Clarigationes*, Courtarium, num. 10. & 11.
11 Clarigationes quid significet, & an conveniat cum repræsaliis.
12 Pignorationes appellantur de jure civili, & Canonico repræsaliæ.
In Gallia repræsaliæ vocantur *droict de marque*.
Represaliæ, & pignorationes valdè differunt inter se, num. 14.
Represaliæ odiosæ, & exorbitantes sunt à jure communi, & ideò strictè intelligendæ num. 16.
15 Prohibitæ sunt represaliæ tàm de jure Divino, quàm Canonico, & Civili. Contrarium num. 17. & 18. Decl. num. 26.
18 Civitas, Provincia, & Regnum punitur pro delicto Administratorum, & Gubernatorum.
19 De consuetudine represaliæ sunt permissæ.
20 Regum delictum subditis imputatur.
Ex communione politica represaliæ sunt permissæ num. 20.
21 De jure Divino, & in foro Conscientiæ represaliæ sunt permissæ, & nu. 23. Declara num. 24.
Servus captivus apud Turcas, qui subditus est Principis Christiani pacem, & confœderationem habentis cum Turca, an possit compensationem damnorum à quocumque subdito Principis infidelis occultè accipere, quamvis ab illo nullum passus sit damnum, num. 22.
23 Conceduntur represaliæ à Principe in satisfactionem damni.
Represaliæ relaxari non possunt contra eum, qui originem trahit ab illa Natione, contrà quam justè possunt relaxari, sed aliundè domicilium contraxit, num. 23.
Innocentes tanquàm partes Reip. possunt cogi ad satisfactionem damni illati num. 23. Vide ibi.
Bona innocentium pertinent ad Remp. quæ in illis habet alium dominium, num. 23.
25 Naturali æquitati Represaliæ non repugnant.
Represaliæ sunt species justi belli num. 25.
27 Princeps solus potest concedere represalias.
Bellum, & pacem facere ad solum Principem spectat, num. 27.
28 Causa justa, & necessaria requiritur ad concessionem represaliarum.
29 Plura requiruntur ad validitatem represaliarum, de quibus ibi remissivè.
30 Interpellatio cum comminatione facienda est Judici vel Superiori, qui justam præbet represaliandi causam.
31 Contrarium de consuetudine servatur, sed sufficit simplex requisitio.
32 Causa concedendi represalias potest esse publica, & privata.
33 Conceduntur represaliæ ob publicam causam contra alium Principem, quandò injustè occupata fuissent bona, loca, & Castra ipsius Principis.
Vel pro redimenda vexatione propriis subditis illata, num. 34.
35 Princeps est Pater, Tutor, & Conservator subditorum suorum.
36 Princeps defendere tenetur suos subditos.
37 Vel quandò latrones, Piratæ, aut quicunque similes alii homicidia, & alia scelera perpetrauerint, & Principes, quibus scelerum Authores subiiciuntur in justitia ministranda negligentes fuerint.
38 Vel quandò inter Principes, & Reges vigeat bellum publicum, & justum.
39 Ex causa privata represaliæ conceduntur, quandò creditor, vel spoliatus, vel alio quovis modo læsus, injuriatus, & vexatus impetrata à Superioribus potestate captæ sunt res, aut homines eius loci, vel territorii in quo ipsi fuit injùria facta, protracta, neglecta, aut denegata justitia Limita num. 40.
41 Exequi possunt represaliæ tàm contrà res mobiles, & immobiles, quàm contrà homines liberos. Vide num. 63.
42 Ac etiam contra innocentes, & singulos illius Communitatis, & Civitatis, quæ damnum, vexationem, & injustitiam intulit, & quare, num. 43.
43 Bellum indici potest contra totam Civitatem, & subditos illius Principis, qui justitiam denegavit.
Subditi Domini causam sequuntur, nu. 47.
44 Contra personas Ecclesiasticas, earumque bona non possunt concedi represaliæ, & num. 65.
Extendi non possunt represaliæ ad personas Ecclesiasticas, earumque bona num. 44.
45 Exempti quinam sint à represaliis remissivè.
46 Concessis represaliis contrà personas Ecclesiasticas, earumque bona, si intrà mensem

sem non revocentur si concedentes erunt personæ singulares, erunt excommunicatæ, si Universitates erunt interdictæ. Limita num. 47.

48 Concessis represaliis contra subditos alicujus Regis, vel Principis non censentur comprehensi illi, qui in Regno, & Principatu concedentis incolatum, & domicilium contraxerunt, nec onera Regis, & Principis contrà cujus subditos fuerunt concessæ non substinent, licet essent origine ejus subditi.

49 Bona pro represaliis capta non fiunt capientium, sed prævio inventario consignari debent Superiori, qui eas concessit, ut easdem res diligenter custodiri faciat, donec damnum emendetur, vel vendantur, & ex illarum pretio satisfiat creditoribus, & damnum passis. Decl. num. 60.

50 Personæ pro represaliis captæ tradendæ sunt Judici, seù Superiori, qui mandat in publicam custodiam poni. Decl. num. 51.

Naves, & bona Pyratarum, Turcarum, aliorumque hostium Christiani nominis capi possunt, & fiunt capientium, num. 51.

52 Passus represalias pro alio potest repetere tam solutum, quàm refectionem damni ab eo, qui illis causam dedit, Decl. nu. 53. Vide num. 54.

55 Injustè, & indebitè obtinens represaliss tenetur ad refectinem totius damni, & interesse parti læsæ.

56 Contrà Cives relaxari possunt, & relaxantur represaliæ pro gabellis, & aliis oneribus Cameralibus, ac debitis Communitatum Status Ecclesiastici, & num. 60. Vide ibi.

57 Amplia etiamsi non fint de Consilio. Vide ibi.

58 Populo Romano competit jurisdictio concedendi represalias.

59 Grasciam deferentes ad Urbem non possunt vigore represaliarum molestari. Vide ibi.

60 Cardinalis Camerarius, & Clerici Cameræ non possunt etiam pro debitis fiscalibus concedere represalias, nisi de expresso mandato Papæ.

Contra Communitates Status Ecclesiastici à quibus concedantur, & quæ requirantur, num. 60.

60 In Provincia Romandiolæ non relaxantur à Thesaurarila, seù Appaltatoribus contrà Communitates absque consensu *Eminentissimi Cardinalis Legati*.

Intimatio, seù interpellatio per decem, vel quindecim dies præcedere debet relaxationem represaliarum, num. 60.

61 Cives, qui in obligatione se submiserunt represaliis possunt singuli pro debito Communitatis represaliari.

62 Communitates Status Ecclesiastici possunt sub represaliis obligare earum Cives tàm pro solutione onerum Cameralium, quàm pro debitis cum privatis personis.

63 Boves aratorii, plaustra, & instrumenta fundi instructi, aut Agricultores non possunt pro represaliis capi.

Vestes, jocalia, & mobilia ad usum muliebrem non possunt capi pro represaliis, num. 63.

Extra Civitatem Faventiæ in territorio non possunt exequi represaliæ, num. 63.

64 Magistratus, & Officiales durante eorum Officio non possunt vigore represaliarum molestari.

Milites non possunt vigore represaliarum molestari, num. 64.

Non sustinens onera Civitatis, & qui alibi moratur non potest vigore represaliarum molestari num. 64.

Super vestibus jocalibus, & aliis mobilibus ad usum muliebrem non possunt exequi represaliæ, num. 63.

Mulieres non possunt vigore represaliarum molestari, num. 63.

Legati, seù Oratores non possunt vigore represaliarum molestari, num. 64.

66 Officiales Episcopi non possunt vigore represaliarum molestari.

67 Cives, qui passi sunt represalias pro debito Communitatis relevandi sunt ab omni damno unà cum interesse ab ipsa Communitate, & de publico, & num. 70. Decl. num. 71.

68 Vel ab eo, qui fuit causa represaliæ, exigendo etiam quadruplum ejus, quod solvit.

69 Et si Communitas non erat in mora solvendi, tunc Thesaurarii, & Exactores tenentur relevare eum, qui passus est represalias.

70 Solvens in vim represaliarum repetere potest à debitore nedum sortem, sed etiam omnia damna. Decl. num. 71.

72 Solutio facta vigore represaliarum non constituit in quasi possessione exigendi.

73 Represaliarum materiam tractantes remissivè.

OBSERVATIO.

INter alios casus, inter quos quis pro alio condemnatur, recensetur illeRepræsaliarum, quarum usus, etsi vigente Romano Im-
1 perio ignotus, cum ad ipsum tanquam ad universalem Monarcham in casum Injustitiæ, vel violentiæ haberetur recursus, nihilominùs posteà prostrato, ac collapso eodem Romano Imperio, & variis, & diversis occupatia
2 Regnis, Principatibus, & Civitatibus, præsertim in Italia, adeòut de facto in temporalibus Dominum non agnoscerent, & sic de injustitiis ad Superiorem non posset haberi recursus, proindè repræsaliæ introductæ fuerunt, ut docet, *Bart. in ejus tractat. de Repræsal. num. 1.* quem sequuntur *Gobb. Consult. decis. 104. num. 10. vers. Scisso cum seq. Marta de Jurisd. par. 4. centur. 1. cas. 41. num. 19.*

Ad instar Androlepsiæ Græorum, quæ erat jus quoddam pignorandorum hominum
3 quando occisor à Civitate, iu quam refugerat non tradebatur iis, ad quos commissi sceleris punitio spectabat; Tunc enim licebat ejus

Digitized by Google

ex ejusCivitatis Civibus tres capere,& retine-
re quouſq;Reum traderent, ut ex *Demoſthene*,
& Julio Polluce lib.8.cap.1. docent *Petr. Gre-
gor.Syntagm.lib.38.cap.8.num.1.Amaya in leg.
Providendum ſub num.37.verſ.Hujuſmodi genus
Cod. de Decurion. lib.10. Ayala de Bello lib.1.
cap.4.num.1.Arias de Meſa lib. 2.cap.22.num.4.
Gobb.conſult.104. nu.9.verſic.Et adinventæ, &
num.ſeq.Tiraquell.in leg.Si unquam in verbo ſu-
ſcepit liberos num.147.verſ.Alexandrum C.de
Revocat.donat. AhaſveriusFritſchius Exercitat.
var.Juris publici par.2.exercit.13. membr.5.in
princ.* ubi tamen tenet differre à Repræſaliis
*Hurtad. Reſolut.moral.par.1.tractat.8.cap.4. re-
ſolut.36.num.438.Peguer.deciſ.11.num.3. Pila-
ja Deciſ. lib.1. deciſ.12.num:129. Rocch. diſput.
Juris ſcelect.tom.2°cap.180.num.6.*

Sed *Zaſ. in leg. Neceſſarium 2. §.1. num.17.
verſ.Fuere cum duob.ſeqq.ff. de Origin. Jur.* im-
pugnando *Bartolum* tenet *Numam Pompilium*
4 ſecundum Regem Romanorum , & ſic valdè
antè Imperium Romanum conſtituiſſe Colle-
gium Fecialium, cujus Officium erat cuſtodi-
re , ne alicui confæderatæ Urbi bellum à Ro-
manis injuſtum inferretur , quod ſi fortè ab
5 aliis fædera violarentur repetere res,et ſi non
redderentur, bellum decernere, & hinc emer-
ſiſſe uſum repreſaliarum , initium ſumendo à
vetuſtiſſimis Romanorum legibus , atque
6 exemplis , & opinionem *Zaſii* ſequuntur *Bur-
ſatt.conſ.138.num.61.vol.2. Antunez Portugal.
de Donat.Reg.lib.1.par.2.cap.27.num.3. Gotho-
fredus de Peſchvvitz de Repreſaliis cap.1.nu.49.*
ubi plures concordantes cumular *Gobb. dicta
conſult.104.num.9.* qui videtur in hoc ſibi ipſi
contrarius , & alios refert *Epiſcopus Roccha*
poſt hæc ſcripta impreſs. *diſput. ſelect. vol,2.
cap.180.num.4.cum ſeq.*

Et quod Repreſaliis uſi fuerint Romani
7 comprobatur ex eo , quod cum Illyrici infe-
ſtarent navigantes , qui Romanæ ditionis
8 erant , priùſquam Romani adversùs eos arma
moverent Theucam Reginam per Legatos in-
terpellarunt,ut dictis navigantibus emendare
juberet illatum damnum , quod cùm id face-
re contempſiſſet , bellum contra ipſos Illyri-
cos ſuſceperunt , ut tradit *Polybius in lib.2.
Hiſtor.* quem referunt *Petr. Gregor. Syntagm.
lib.38.cap.8.num.8. & Menoch.de Arbitr.judic.
lib.2.centur.6.caſ.527.n.3.verſ.Repreſaliis .*

Apud antiquos Repreſaliæ appellabantur
clarigationes , ut docet *Barboſ. in auth. Sed om-
ninò nu.4 Cod.Ne Uxor pro marito*,et ſi præſtan-
9 da eſt fides *Alciato in leg. Provinciales ff. de
Verb.ſignif.* quem ſequuntur *Ramirez de Lege
Regia §.26. num.64. in fine , Caſtill. de Tertiis
cap.41. num.94. Gail. de pignor. obſer.2. num.8.
Antunez Portugal. dicto cap.27. num.3. verſ.Et
antiquitus, Hurtad.d.reſolut.36.n.438.*

Nàm aliter ſentiunt *PetrusCrinitus de Hone-
10 ſta diſciplina lib.7.c.4.Tiraq.in leg.Si unquam in
verbo ſuſceperit liberos ſub n.147.Cod. de Revoc.
donat.Schilter.de jur.Obſidum c.2.n.15.*dùm *cla-
rigatio* quid diverſum ſignificat, nempè de-
nunciationem , quæ ſolemnitate magis quàm
11 violentia conſtabat, immiſſo in hoſtium fines
telo, vel haſta, verbis conceptis à Legatis Ro-
manis,& Fecialibus,ut docet *Amaya in d.l.Pro-
videndum 15. verſ.Sed clarigatio* : licèt inter ſe
in aliquo conveniant,ut concludit *Fritſchius, in
ſuis Exercit.var.Juris publici par.2. exercit.13.
memb.5.circà med.*

De *Jure* verò *Civili* Repreſaliæ appellantur
pignorationes, ut in *Auth.Ut non fiant pignora-
tiones §.1. & in auth. Sed omninò Cod. Ne uxor
pro marito ubi Barboſ.num.3.* ubi tradit , quod
latinè dicuntur pignorationes rerum , & per-
ſonarum ad injurias ulciſcendas,quando unus
13 pro re alterius apprehenditur , & in Gallia
vocantur , *droict. de marque, Barthol.de Repre-
ſal.quæſt.1 num.2. D.Senator Gobbius conſult.de-
ciſiv.104.nu.6.* alios cumulat *Marotta Diſcept.
forenſ.cap.8.num.4.* Pater *Verricell.de Miſſionib.
Apoſtolic. tit.5.quæſt.100.num.5.* cui adhæret
Jus Canonicum, ut in *cap.1.de injuriis in 6.* ibi:
*Et ſi pignorationes , quas vulgaris alloqutio
repreſalias nominat , in quibus alius pro alio
prægravatur .*

Quamvis Repreſaliæ,& pignorationes mul-
14 tum inter ſe differant , cùm Repreſaliæ ob
denegatam juſtitiam antiquitùs publica au-
ctoritate , & Principis ſuperioris conſenſu
concederentur ; Pignorationes verò ob tur-
batam juriſdictionem, vel poſſeſſionem fiant ,
idque privato arbitrio , ut aliis relatis docet
*Marotta dicto cap.8.ſub num.4. Schilter.de Jure
obſidum cap.2.num.16.*

Repreſaliæ omni *Jure* , tàm *Divino* , quàm
15 *Canonico, & Civili* , ſunt prohibitæ, ut in *dicto
cap.unic. de injur.in 6. & auth. Sed omninò Cod.
Ne Uxor pro marito , & Auth. Ut non fiant pi-
gnorationes §.1.* & tradunt *Amaya in alleg.leg.
Providendum num.35. Cod. de Decurion. lib.10.
Rocch.reſponſ.96.num.2.lib.1.* pleniſſimè tenet
Marta de Juriſdict. par.4. centur.1.caſ.41. ubi
probat Repreſalias , quæ exercentur ex cauſa
privata valdè differre à bello , & reſpondit
Reverendiſſimus *Roccha loc.cit. nu.8. cum ſeqq.*
16 ubi *num.12.* firmat , quod tanquàm odioſæ ,
& ſubſidiariæ , ac exorbitantes ſtrictè ſunt in-
telligendæ , & priùs diverat *Marott. Diſcept.
forenſ.cap.8.num.12.juncto num.18.*

Contrarium vero , quod ſint licitæ, & per-
miſſæ ità exigentibus humanis neceſſitatibus
17 ad conſervandam ſocietatem civilem,eo mo-
do , quo permiſſa ſunt bella juſta tàm de *Jure
Gentium* , ut tradit *Barboſ. in auth. Sed omninò
ſub num.8.verſ.naturali Cod. Ne Uxor pro mari-
to , Barthol.de Repreſal. quæſt.1.nu.5.* latè *Coth-
man.reſponſ.3 .nu.180.cum ſeqq. volum.3. Frit-
ſchius, in ejus Exercit. Juris publ.par.2. exerci-
tat.13. membr.6. Peſchvvitz de Repreſal. cap.2.
num. 53. cum ſeqq.* juncto *num. 95. cum ſeqq.*
Etiamſi *habet aliquid ex iniquo omne magnum
exemplum , quod contra ſingulos utilitate publi-
ca rependitur* ſecundùm *Tacit.lib.14.Ann.c.44.*
quem in propoſito allegat. *Peſchwitz d. cap.2.
ſub num.97. & de Iure Civili* tenent *Barthol. de
Repre-*

Digitized by Google

Represal.quæst.1.num.4.& 6. ac num.7. & testa-
tur hanc esse opinionem communem *Iacobus
de Canibus eodem tractat.par.1.nu.16.Fritschius
dicto memb.6. Cothman.ubi suprà*: Et de *Iure*
Canonico affirmat *Barbos.in dicta auth.Sed omni-
nò sub num.8. vers.Canonico. Cod. Ne Uxor pro
marito, Jacobus de Canib.citat. par.1.num.16.
vers.Sic quartò similitèr* subdens rationem, eo
quia lex ipsa Pontificia permittit, quod ob
18 delictum Administratorum, & Gubernato-
rum puniatur tota Provincia, Civitas, & Re-
gnum *cap.Non est.de Sponsal.& cap.Si sententia.
de Sent.excomm. Cothman.dicto consil.33.n.153.*
sequitur *Menoch.de arbitr.judic. lib.2.centur.6.
cas.527.num.5.* ac de *Jure non scripto, & con-
suetudinario*, ut firmat *Barbos.loc.cit.sub eodem
num.8.vers.Consuetudine, Cothman.dicto cons.33.
num.154. Fritschius in suis Exercit.Iuris publici
19 par.2. exercit.13. memb.6.post med.vers.quinto
demonstrandum erit, Gobb. consultat. decis.104.
sub num.12.* & ex communione politica, ratio-
ne cujus delictum Regum Subditis eorum
20 imputatur, quia totum Regnum res quædam
unica, ac quasi Truncus, & Compages cen-
setur, cujus caput Rex, & Magistratus est,
quod autem facit caput in Corpore politico
toti corpori adscribitur, ut optimè compro-
bat *Peschwit.de Represal.cap.2.num.71.* Verùm
etiam de *Iure Divino*, hoc est in Foro con-
21 scientiæ, ut per *Text.in can. Dominus noster
Caus.23.quæst.2.* tenet *Barbos.loc.cit.nu.8. Coth-
man.dicto Cons.33.num.151.& 175.*comprobat
*Barthol.dicta quæst.1.num.5. Diana Resol.moral.
quæst.4.tractat.4.resol.82. vers.Verùm, Gobb.d.
consult.104.num.12. Fritschius sub memb.6.post
princip.vers.Habemus exempla in Sacro Codice
pag.mihi 399. Peschwvit.de Represal.dicto cap.2.
num.107.* ubi paritèr refert auctoritatem *Sa-
cræ Scripturæ in variis locis, Hurtad. Resolut.
moral. par.1. tract.8.cap.4.resolut.36.num.439.
Verricell. de Mission.Apostolic.quæst.100.num.5.*
in qua *quæstione* examinat an servus captivus
22 apud Turcas, qui subditus est Principis Chri-
stiani pacem, & confæderationem habentis
cum Turca, possit compensationem damno-
rum à quocumque Subdito Principis infidelis
occultè accipere, quamvis nullum ab isto
passus sit damnum *Guidop.dec.32.n.1.*

Et ea est ratio, quia hujusmodi Repræsaliæ
conceduntur à Principe in satisfactionem da-
mni, ad quam possunt cogi innocentes, qua-
23 tenùs sunt partes Reipublicæ inferentis da-
mnum; nàm bona innocentium etiam perti-
nent ad Rempublicam, quæ in illa habet do-
minium altum; undè possunt capi in satisfa-
ctionem tàm res, quàm personæ, si alitèr re-
paratio, ac refectio haberi non valeat, ut do-
cet *Hurtad.dicta resolut.36.num.439.vers.Ratio.*
& firmat *Illustrissimus Ansald. de Commerc. &
Mercatur.discur.11.num.29.vers. Mà anco, cum
seq.* in quo discursu egregiè firmavit, quod
Repræsaliæ, quæ practicari licitè valent con-
trà certam Nationem, non possunt relaxari
contra eum, qui originem quidem traxit ex
illa Natione, sed aliundè domicilium contra-
xit. Quoties ultra legitimam auctoritatem,
& causam in concedente, intentio ejus, qui
habet Represalias sit justa, & recta, ut putà
24 quia animus illius non sit iniquus, & sic non
concurrat nocendi cupiditas, nec ulciscendi
crudelitas, nec affectus debellandi, nec libi-
do dominandi, nec animus implacabilis, ut se-
quendo *Divum Thomam 2. 2. quæst.40. cap.2.*
docet *Salycet. in auth. Sed omninò in fine, C. Ne
Uxor pro marito, Passerin.in cap.unic.num.4.de
injur. & damno dato in 6.* ubi sex conditiones
à *Diana Resolut.moral. par.4.tract.4.resolut.72.*
requisitas ad prædictas tres reducit, nempè
primò quod à legitimo Superiore sint con-
cessæ, secundò ex justa causa, & tertiò quod
intentio ejus, cui conceduntur sit justa, ac re-
mota à vindicta, & affectu ulciscendi *Cothman.
cit.respons.33.num.175. cum seq.vol.3. Gobb.loc.
cit.n.13.cum seq.Fritschius sub d.memb.6.*

Nec Represaliæ naturali æquitati ullo mo-
25 do repugnant, cum is, qui in eis gravatur
ratione Reipublicæ cujus est pars, cuique
bona sua devincta sunt huic gravamini sit ob-
noxius, & sic earum concessio est species just
belli, ut ratiocinando respondit *Diana dicta
resolut.72.* quem sequitur *Marotta Disceptat.
forens.cap.8.num.11.& num.8.cum seqq.* firmat
quod Represaliæ in Foro Poli, ac Jure Gen-
tium, naturali, & Divino validæ sunt, &
Fritschius sub dicta memb.6.

Prædicta tamen jura inter se pugnantia
possunt ad concordiam reduci animadverten-
do, primam opinionem procedere, quandò
26 deficit auctoritas Supremi Principis, & justa
causa, secundam verò quandò utrumque con-
currit, sequendo *Bald.in dicta auth.Sed omninò
in tertia oppositione*, ubi etiam *Salyc. num.2.
vers.In contrarium videtur* declarat *Menoch. de
Arb.judic.lib.1.cen.6.cas.527.n.6.Fritschius cit.
memb.6.& membr.7.cum seq.* tradit qualis de-
beat esse auctoritas Superioris, & causa.

Eatenùs autem sunt permissæ, quatenùs au-
ctoritate publica Principis Supremi fiant,
nàm sicut ad solam supremam Majestatem
27 pertinet bellum facere, & pacem, ità, & Re-
presalia concedere *Bart. de Represal. quæst.1.
num.4. Scanarol. de Visit.Carcerat. lib.3.cap.14.
nu.8.* concordantibus relatis firmat *Peschwitz
de Represal.cap.5.num.1.ubi num.19.& 20.* tra-
dit idem censendum de Ducibus Sabaudiæ,
Mantuæ, Parmæ, Mutinæ, & de Civitatibus
omninò liberis, quales sunt Venetiæ, Janua,
& Lucca *Arias de Mesa Variar. resolut. lib.2.
cap.22.num.1.cum seqq.* ubi etiam extendit ad
Proreges Regni Neapolis *Peguer. dec.11.nu.6.
cum seqq. Guidopap.decis.32.sub num.1.Roccha
loc.cit.num.15.cum seqq.*

Nec non copulativè concurrit justa, & ne-
cessaria causa, ut docent *Amaya in dicta leg.
28 Providendum num.39. Bart. de Represal.num.4.
PeschWitz de Represal.cap.3.num.1. Peguer.de-
cis.11.num.6.cum seqq. Guidopap. dicta decis.32.
sub num.1.Episcopus Rocch.ubi suprà.*

Vt

Et quamvis plura alia deſiderari ad validi-
29 tatem, & juſtitiam Repreſaliarum tradant
Menoch.cit.caſ.527.num.8.cum ſeqq. Arias de
Meſa Variar.reſol.lib.2.cap.24. præſertim quod
Judici, vel Superiori, qui juſtam præbet re-
preſaliandi cauſam, fiat interpellatio cum
comminatione, quod aliàs devenietur ad re-
30 preſalias Burſati.conſ.345.ſub num.53.verſ.Imò
ſecundùm aliquos, Menoch. dicto caſ.527.nu.14.
Rocced.reſponſ.95.ſub num.5.volum.1.Peguer.de-
ciſ.11.num.7. Nihilominùs tales præmonitio-
nes cum hujuſmodi comminatione de con-
31 ſuetudine non obſervantur, cùm ſufficiat ſim-
plex requiſitio, ut tenet Gobb.dicta conſul.104.
num.16.verſ.Iſta cum ſeq. Imò quod nec requi-
ratur aliqua monitio Principis hoſtis firmat
Arias de Meſa dicto cap.24.n.9.cum ſeqq.

Cauſa autem concedendi repreſalias poteſt
eſſe duplex, nempè publica, & privata, ut
32 declarat Antunez Portugal. de Donat.reg. to.1.
par.2.cap.27.num.4.in fine, verſ.Repreſalia.

Conceduntur enim à Principe ob publicam
cauſam contra alium Principem, & ſuos ſub-
33 ditos, quandò injuſtè occupata fuiſſent bona,
loca, & Caſtra ipſius Principis Arias de Meſa
Variar.reſolut.lib.2.cap.23.num.1. Vel pro re-
34 dimenda vexatione propriis ſubditis illata
Bart.in tract.de Repreſal. quæſt.1.num.6. Kloch.
de Contribut.cap.3.num.205. Tranchedin.in con-
ſult.5.num.56. & Gobb. loc.cit. num.27. cùm
Princeps ſit Pater, Tutor, & Conſervator Sub-
35 ditorum ſuorum Cravett. conſ.9. num.37. &
conſ.241. num.8. Salgad. de Reg. protect. par.1.
cap.1.prælud.2.num.76.cum ſeq. Tranchedin.loc.
citat.num.52.cum duob.ſeqq. & Gobb. ubi ſuprà
num.24.verſ.Cum ergò. Ejuſque peculiare Of-
36 ficium in illorum defenſione verſetur cap.Re-
gum officium Cauſ.23.quæſt.5.Marta conſ.1.n.58.
Tranchedin.loc.cit.nu.55. & Gobb.ubi ſup.n.26.
Vel quandò latrones, Piratæ, aut quicunque
ſimiles alii homicidia, & alia ſcelera perpe-
traverint, & Principes, quibus ſcelerum Au-
37 ctores ſubjiciuntur in juſtitia miniſtranda
negligentes fuerint, poterit indici bellum,
& motu proprio concedi Repreſaliæ, quæ
tunc continent vindictam publicam, & quan-
dam ſpeciem punitionis criminum, ut cum
Divo Auguſtino quæſt.10. ſuper Joſuè relato in
can. Dominus noſter 23. quæſt.2. tenet Arias de
Meſa Variar.reſolut.lib.2.cap.23.num.19. & do-
cet Antunez Portugal. dicto cap.27.num.5.verſ.
Vel quandò cum ſeq. Vel quandò inter Princi-
38 pes, & Reges vigeat bellum publicum, & iu-
ſtum Caball. Reſol.crim.caſ.291.num.24. Antu-
nez Portugal. dicto cap.27. num.8. Card.de Luca
in ejus Conflictu legis, & rationis impreſ.in Supple-
ment.lib.16. par.3. obſervat.17.pag.mihi 18. &
ità quotidiè practicatur, ut referendo caſus
teſtatur Amaya in leg.Providendum in fine, C.de
Decurion. lib10. Antunez loc.cit. ſub eodem n.8.
Peſchvvitz de Repreſal. cap.3. num.5. Et talis
conſuetudo eſt attendenda, ut obſervat Card.
de Luca in loc.mox allegat.

Ex cauſa verò privata iuſtè conceduntur,
quandò creditor, vel ſpoliatus, aut alio quo-
vis modo læſus, iniuriatus, & vexatus impe-
39 trata à Superioribus poteſtate, captæ ſunt
res, aut homines eius loci, vel Territorii, in quo
ipſi fuit iniuria facta, protracta, neglecta, aut
denegata iuſtitia, non obſtante, quod ipſi cum
ſpoliato, aut cum creditore nihil contraxe-
rint, vel contra eum non deliquerint, ſed ut
læſus, quod ordinariis remediis conſequi non
poterat, tandèm hoc extraordinario conſe-
quatur, ut pleniſſimè diſcuſſo articulo reſpon-
dit Cothman. reſponſ.33. num.151. cum pluribus
ſeqq. ubi etiam confutantur omnia in contra-
rium facientia vol.3. & firmat Burſat.conſ.345.
num.49.volum.4. Vermigliol.conſ.367.nu.1.cum
ſeq. Roman. conſ. 169. num.2. Corn. conſ. 160.
num.5. Silvan.conſ.34.nu.30.Bart.dicta quæſt.1.
num.4.cum ſeq. Schrader. de Feud.par.10.ſect.4.
num.165.cum ſeq.Creſp.de Valdaur.obſervat.75.
num.3. Ciriac.controverſ.318.num.53. Scanarol.
de Viſitat.Carcerat. lib.3. cap.14.num.9. & 10.
Myſinger. obſervat.1. in princip. centur.6. plenè
Fritſchius Exercitat.variar.Juris publici par.2.
exercitat.13.memb.2. circa princip.memb.8. ad-
40 vertit, quod ſi eo tempore, quo fuit requiſi-
tus Magiſtratus à creditore debitor non erat
ſolvendo, tunc non competunt Repreſaliæ
Gobb.cit.conſultat.104.num.19. juncto num.26.
verſ.Hinc cum ſeq.Peſchvvitz de Repreſal.cap.3.
num.2. Guidopap. deciſ.32. num.2. Roccha poſt
hæc ſcripta impreſſ. Diſputat. ſelect. volum.2.
cap.180.n.13.Peguer.dec.11.n.2.cum ſeq.

Huiuſmodi Repreſaliæ exequi poſſunt ne-
dùm contrà res mobiles, & immobiles exi-
41 ſtentes in Territorio Principis, à quo con-
ceduntur, ſed etiam contra homines liberos,
ut firmant Bart.dicto tract. quæſt.9.num.1.cum
ſeq. Coſta de Remed. ſubſid.remed.7.ſub num.10.
Vermigliol. conſil.367.nu.1.cum ſeqq. Gobb.dicta
conſult.104. num.27. verſic. & hujuſmodi cum
ſeq. & Peguer.deciſ.11.num.9. Ac etiam con-
tra innocentes, & ſingulos illius Communi-
tatis, & Civitatis, quæ damnum, vexatio-
42 nem, & iniuſtitiam intulit Bart. de Repreſal.
quæſt.6.num.6. cum ſeq. ac num.9. Bald. in auth.
Sed omninò nu.6.cum ſeq.ibique Salycet.ſub n.2.
verſ.Sed attende C.Ne Uxor pro Marito, Creſp.de
Valdaur.obſervat.75.num.6.cum ſeq. Dian.Reſol.
moral.par.4.tract.4.reſol.72.verſ.His ergò, Gobb.
loc.cit.num.29. Arias de Meſa Variar.reſol.lib.2.
cap.23.num.11.cum ſeqq.

Nam quoties Princeps iuſtitiam denega-
verit, & iniuriam intulerit, ſicuti poteſt indi-
ci bellum contra totam Civitatem, & Sub-
43 ditos illius Principis tanquam hoſtis, ita
omnes etiam eius ſubditi, Domini cauſam ſe-
quuntur, vel unum corpus cum eo conſtituen-
tes, & pro omnibus habiti, cum univerſalis
culpa derivetur in omnes, qui non poſſunt à
corpore ſeparari, ut reſpondit Arias de Meſa
d.cap.23.num.11.verſ.Quæ ſententia.

Non tamen concedi poſſunt contra perſo-
nas Eccleſiaſticas, ac eorum bona, & con-
ceſſæ ad eas non poſſunt extendi, ut definitum
fuit

Digitized by Google

44 fuit à *Gregorio V. in Concilio Lugdunensi*, *ut in*
cap.unic.de injur.& damno dato in 6. ubi Anca-
ran.Barbos.Passer.cæterique Scribentes, Fritschius
Exercit.juris publici par.1.exercit.12.memb.12.
ubi etiam agit de aliis exemptis à Represaliis
45 *Antunez Portugal. de Donat. Reg. tom.1.par.2.*
lib.1.cap.27. num.16. & 19. Marta de Jurisdi-
ctione par.4. centur.1. cas.31. num.26.cum seqq.
Roccha loc.cit.n.23.

Et si fuerint concessæ, si intrà mensem concedens illas non revocaverit, si sunt personæ
46 singulares erunt excommunicatæ, si Univer-
sitates erunt interdictæ, ut tradunt *Ancaran.*
Barbos.Passerin. & Marta loc.cit. Cobell.ad Bul-
lam boni Regim.cap.12.num.76.ubi num.seq. ad-
47 ducit duas limitationes, & alias sequitur *Gui-*
dopap.dec.34.

Paritèr si Represaliæ concessæ fuerunt v.g.
à Rege Hispaniarum contra Subditos Regis
48 Galliarum, vel Reipublicæ Januensis, & si-
milium non censentur comprehensi illi, qui in
Regnis Hispaniarum incolatum, & domici-
lium contraxerunt, nec onera Regis Gallia-
rum, seu Reipublicæ Jannensis sustinent, cum
illi non dicantur propriè Galli, aut Jannenses,
sed Subditi, Cives, & Incolæ Regni Regis Ca-
tholici, qui sicut tenetur ab injuriis eos defen-
dere, ità multò minùs censetur voluisse ipsos
gravare, ut respondit *Negusan.in Sylva respons.*
quæst.20. num.4. & quæst.60. num.26. Hurtad.
Resol.moral.par.1.tract.8.cap.4.resol.36.nu.440.
vers.Sed quamvis cum seqq. Fritschius cit. exer-
citat.13.membr.12.post princip.Gothofredus de
Peschvvitz de Represal. cap.8.num.2. cum seqq.
Dexart.dec.85.per tot.

Animadvertendo, quod pro Represaliis bo-
na capta non fiunt capientium, sed prævio in-
ventario consignari debent Superiori, qui eas
49 concessit, ut easdem res diligentèr custodiri
faciat, donèc damnum emendetur, vel ven-
dantur, & ex illarum pretio satisfiat creditori-
bus, & damnum passis *Menoch.de Arbitr.judic.*
lib.2.centur.6. cas.527.num.23. quem sequitur
Gobb. dicta consultat.104.num.34. vers.Caterum
Marta de Jurisdictione par.4. centur.1. cas.41.
num.10. Antunez Portugal. de Donat.Reg.citat.
cap.27.num.24.

Sicuti personæ captæ tradendæ sunt Judici,
seu Superiori, qui mandat in publicam custo-
50 diam poni *Bart.de Represal.quæst.9.num.2.Frit-*
schius Exercit.Juris publici par.2.exercitat.13.
membr.13. post med. versic. De personis pag.mihi
662.

Prædicta tamen procedunt in Represaliis,
quæ fiunt inter privatos ad instantiam alicu-
jus ob damnum illatum, vel specialem inju-
51 riam ad privatum commodum, & satisfactio-
nem; Si autem concessæ fuerint à Principe ad
vindictam publicam, & ut fiant capientium,
isto casu ad eos spectant, ut declarando firmat
Antunez Portugal. cit. cap.27. num.25. Prout
occupare licet bona, & naves Piratarum, Tur-
carum, aliorumque Christiani nominis ho-
stium, & occupanti conceduntur *Auth. Navi-*
gia.post med.C.de Furt. Castill.de Tertiis cap.41.
num.94.Rot.in Romana Pecuniaria, seu Mercium
10.Martii 1664. §.final.coram R.P.D.Ottalora,
& Episcopus Roccha loc.cit.num.22.

Qui autem passus est Represalias pro alio
potest repetere tàm solutum, quàm refectio-
52 nem damni ab eo, qui illis causam dedit
Alberic.in auth. Sed omninò nu.3.C.Ne Uxor pro
Marito, Costa de remed.subsid. remed.17.num.15.
cum.seq. ubi quod repetitur a Communitate
Menoch. consil.244. num.58. cum pluribus seqq.
Surd. consil.12.num.41. Gobb.dicta consult.104.
num.30.Fritschius Exercitat.Iuris publici par.2.
exercit.13. membr.14.circa med. ubi admonet
primò quod passus Represalias antequàm sol-
var, petat ut sibi cedantur jura contra princi-
palem debitorem, exemplo correi & fidejus-
soris; & secundò quod, & de facto se non
sublevet, sed mediante via judiciaria, & aucto-
ritate Superioris *Chartar. de pœnis innocent.*
artic.1.num.80.Mastrill.decis.164.num.9. Rota
coràm Seraphin. dec.453.num.1.cum seq. Roccha
loc.cit.num.27.

Quod procedit, quotiescunque Represaliæ
fuerunt justæ, alioquin si injustè, & indebitè
concessæ fuissent non repeteret, cùm tunc ad-
43 scribendæ essent soli casui fortuito *Vermigliol.*
cons.468.num.13.Chartar.de pœn.innocent.art.1.
num.80. Gobb. loc.cit. num.30. vers.Quod aliqui
declarant. Rot.coram Seraphin. dicta decis. 453.
num.3.

Quotiès tamen nulla penitùs negligentia
commissa est ab eo, cujus causa concessæ fue-
54 runt Represaliæ, utpotè quia adhibuerit om-
nem diligentiam, ne concederentur, ut de-
clarando respondit *Menoch. cons.244. num.68.*
Chartar.d.tract.art.5.n.10.

Quemadmodùm è converso is, ad cujus
instantiam injustè, & indebitè concessæ fue-
55 runt Represaliæ tenetur ad refectionem totius
damni, & interesse parti læsæ ad quadruplum,
ut respondit *Menoch. dicto consil.244. num.72.*
cum seqq.Gobb.cit.consult.104.n.32,

Quæ dicta sunt suprà de Represaliis con-
cessis tàm ad vindictam publicam, quàm ad
refectionem damni privati, applicari etiam
56 possunt illis, quæ conceduntur contra singu-
los Cives Communitatis pro Gabellis, & aliis
oneribus Cameralibus ejusdem Universita-
tis, nam cùm pro tali debito singuli teneantur
unusquisque potest detineri, ut tradit *Frit-*
schius Exercitat. Iuris publici par.2. exercit.13.
memb.6, post med.vers.E contrario pag.mihi 606.
de Represaliis, quæ conceduntur contra Com-
munitates Status Ecclesiastici tenet *Cobell. ad*
Bullam boni Regim.cap.12.num.44.cum seqq.ubi
num.67. testatur, quod capiuntur etiam illi
57 Cives, qui non sunt de Consilio, nec ullam
rerum publicarum notitiam habent licet *Sca-*
narol.de Visit.Carcerat.lib.3.cap.14.num.13. tra-
dat, quod isto casu eatenùs fiunt legitimè
Represaliæ, si carcerentur Sindici, & Admi-
nistratores rerum Communitatis, qui inter-
pellati ad imponendam, & exigendam col-

lectam intra certum tempus, facere neglexerint.

Quod comprobatur ex jurisdictione concedendi Represalias competente Populo Ro-
58 mano ex dispositione *Bullæ Pauli IV. in Bullario veteri la* 15. ibi: *Nec non represaliæ à à præfato Paulo prædecessore sublatæ juxta formam Statutorum dictæ Urbis relaxari, & exequi debeant, cum tamen facta priùs notificatione Communitatibus, contra quas represaliæ prædictæ pro tempore erunt decernendæ, & quod propter antedictas represalias pro tempore decer-*
59 *nendas nullo modo impediantur afferentes Grasciam cujuscunque generis ad Urbem*, & testatur *Scanarol.de Visit.Carcer.lib.3.cap.14.nu.16.* qui tamen *num.*18. subdit, quod quandoque etiam contra portantes Grasciam ad Urbem fit executio. Ac ex quotidiano stylo concedendi Appaltatoribus, & Thesaurariis Provinciarum mediante particulari Capitulo Appaltus à Summo Pontifice cum ejus Chirographo confirmato facultatem relaxandi Represalias contra Communitates Status Eccle-
60 siastici: In Provincia tamen Romandiolæ non relaxantur à Thesaurariis, seu Appaltatoribus absque consensu *Eminentissimi Legati* tàm ex dispositione *Constitutionis Ægidianæ*, quàm particularis Brevis Legationis, ut testatur *D. meus Advocatus Peregrinus Maserius de Avenion.Æmil.& Legat.à Later.lib.1.c.57. num.3. cum seq.* post hæc scripta impressus. Undè non obstat dispositio *Bullæ Pii IV.la* 55. §.10. prohibentis Eminentissimo Camerario, & Clericis Cameræ, etiam pro debitis Fiscalibus concedere Represalias, nisi de expresso mandato Pontificis, ut firmat *Cobell. in dicto cap.12.num.63.*

Antequàm autem relaxentur præcedere debet intimatio Communitatibus per decem, vel quindecim dies, ut prosequitur *Cobell. ubi supra sub num.44.* & advertit quoque *Roccha loc.cit.num.14.* ac etiam disponit in *Ordinationibus recol. mem. Cardinalis Petri Aldobrandini S.R.E.Camerarii Aldobrandina* vulgaritèr nuncupata, *impressa in Appendice pag.124.* & innovata per bo:me:Bonacursum Thesaurarium Generalem posteà Cardinalem in *Appendic.d. pag.124.* Advertendo, quod prædicta intimatio fieri nequit antequàm dies solutionis venerit, ut ex sequenti resolutione *Sacræ Consultæ* scripta Illustrissimo Gubernatori Campaniæ, & Maritimæ: *Essendosi rappresentato à Nostro Signore le doglianze, che fanno le Communità dello Stato Ecclesiastico, che da' Tesorieri Camerali si faccia l'intimazione ordinata nell'Aldobrandina per trasmettere i Commissarj Cavalcanti prima che sia venuto il giorno del pagamento, ha la Santità Sua ordinato, che si rinovino le Lettere scritte dalla Sagra Congregazione de' Sgravj il dì 23. Novembre 1658. nelle quali si dice, che l'intimazione da farsi alle Communità, e loro Ministri dalli Tesorieri, ed altri Esattori de' Pesi Camerali per quindici giorni avanti di trasmettere il Cavalcante per esigere i sudetti pesi a tenore della Constituzione Aldobrandina, si devono presentare doppo maturato il debito in modo tale, che arrivato che sia il giorno del pagamento le Communità godino di più quindici giorni di dilazione prima di soggiacere al Cavalcante; Onde V.S. in esecuzione de' santi voleri di Sua Beatitudine darà gli ordini opportuni, perche le dette Lettere siano onninamente osservate, e perche non si possa mai da alcuno sopra di ciò allegare ignoranza, farà, che le copie di questa lettera si tenghino affisse nelle Cancellarie de' luoghi subordinati al suo Governo con ingiungere pene a suo arbitrio a' Cancellieri, che contraverranno a quest'ordine; E Dio la prosperi. Roma 14. Giugno 1670.*

Come Fratello.

Il Cardinal Altieri.

Francesco Falconieri Segretario.

Eòque certiùs contra singulos justè possunt relaxari Represaliæ, quandò in obligatione
61 illis se submiserunt, ut firmat *Cothman. respons.31.n.154.& seqq.volum.1.*

Prout Civitates, seu Communitates Status Ecclesiastici possunt sub Represaliis obligare earum Cives, tàm pro solutione onerum Ca-
62 meralium, pro quibus cùm sit radicata obligatio in singulis Civibus, licet Communitates ratione facilioris exactionis se se obligaverint favore Cameræ, possunt isto casu censeri concessæ represaliæ ex ipsa obligatione Civium, ut firmat *Cobell.dicto cap.12.num.36. cum seqq.*

Quam etiam pro debitis cum privatis contractis per Communitatem ex causa publicæ, & extremæ indigentiæ, ac necessitatis, ut tenet *Cobell. ubi suprà num.52. cum seqq.* ubi testatur de quotidiano usu, & experientia.

Non tamen possunt exerceri represaliæ in bobus aratoriis, plaustris, & instrumentis
63 fundi instructi, ut per *Text.in leg.Agricultores C.quæ res pign.obligar.poss.*tenet *Cobell.citat. cap.12.num.90.cum seq.* & disponitur in dicta *Aldobrandina*. Ac contra Agricultores; & extra Civitatem Faventiæ, ut ad tollendas extorsiones mandavit *Eminentissimus Cardinalis Cybus à Latere Legatus Provinciæ Romandiolæ de anno* 1650. ut in *Appendice pag.74. num.20.* & de Agricultoribus in prædicta *Aldobrandina*, ubi etiam prohibetur fieri executiones super vestibus, jocalibus, & aliis mobilibus ad usum muliebrem, & de iis, qui sunt in actu arandi loquitur *Scanarol. de Visit. Carcer.lib.3.cap.14.n.25.*

Prout etiam nec contra Magistratum, & Officiales durante eorum officio, ut ex resolutione *Sacræ Consultæ* in *Anagnina*, cujus executio injuncta fuit Illustrissimo Gubernatori Campaniæ, & Maritimæ: *Affinche li presenti Conservatori di Anagni possino attendere all'aggiustamento dell'interessi della Communità, & a procurare l'esigenze in servizio della Reverenda Camera, V.S. non permetta, che si eseguiscano contro di loro le represaglie, dovendo essi provedere di liberare tutto il Popolo con l'assistenza*

di

di lei; ma se essi non fauno il debito loro, ne dia avviso, e Dio la conservi. Roma 11. Novembre 1662.

Come Fratello.

Il Cardinal Flavio Chigi.

Marco Faui Segretario.

Sicuti nec contra Milites, Mulieres, Ora-
64 tores, seu Legatos, ut latè de prædictis fir-
mat *Cobell. allegat. cap.12. unm.78. cum seqq. Fritschius Exercitat. Juris publici par.2. exercit.13.membr.12.* Nec contra eum, qui non sustinet onera Civitatis, sed alibi moratur, ut tenet *Marott. Discept. foreus. cap.8. num.13. cum seqq.*

Neç contra Clericos, eorumque bona, ut
præter *citatos suprà num.44.* tradie *Pignatell.*
65 *Consult.Canouic.par.1.consult.449.* ubi etiam refert resolutionem *Sacræ Congregationis Immunitatis.*

Ac nec contra Officiales Episcopi, ut rela-
66 ta resolutione *Sacræ Congregationis Immunitatis* tradit *Pignatell. dicta par. 1. consultat.452.*

Qui autem passus est represaliam pro de-
bito Communitatis relevandus est ab omni
damno unà cum interesse ab ipsa Communi-
67 tate, & de publico, ut tradit *Costa de Remed. subsid. remed.17. num.15. cum seq. Scanarol. de Visitat. Carcerat. lib.3. cap.14. num.32. Fritschius Exercitat. Juris publici par.2. exercit.13. membr.6. post med.vers.E' contrario pag. mihi 606.*

Vel ab eo, qui fuit causa represaliæ, exigendo etiam quadruplum ejus, quod solvit,
68 ut per *Text.in §.1.Auth.Ut non fiant pignorat. Barbos. in auth. Sed omninò num.1. C. Ne Uxor pro Marito*, ubi quod qui pro debito unius sua auctoritate gravat alium, punitur in quadruplum,& cadit à jure suo, *Surd. cons.12. num.41. Bursatt.cons.138. num.64. & cons.345. num.56.* tradit *Cobell. dicto cap. 12. num.48. & num.49.* firmat quod si Communitas non
69 fuit in mora solvendi, & sic contra ipsam non potuerint relaxari represaliæ, tunc tenentur Thesaurarii, & Exactores Provinciarum, & quod concessis represaliis solvens repetere possit à debitore nedùm sortem, sed
70 etiam omnia damna firmant *Mastril.dec.164. num.9. & Rot. coram Seraphin. dec.453.num.2.* ubi *num.3.* declarat procedere, quandò justè
71 fuit illatum damnum; Secùs si injustè,& eandem distinctionem tenent *Vermigl.cons.367. num.5. ac cons.468.num.13.& Gobb.consul.104. num.30.in fine cum seq.*]

Solutiones tamen extortæ per vim compulsivam mediantibus represaliis spretis inhibitionibus non constituunt in quasi pos-
72 sessione exigendi collectas, aliaque onera ad *Text. in leg. Cura 4. ff. de muner. & honor.* ibi: *Nec si per vim extortum munus fuerit, excusationem, quam habet ab aliis muneribus aufert*, & concordantibus relatis respondit *Episcopus Roccha Disput.Jur.select. cap.86.num.19. volum.1.*

Alia de represaliis vide penès *Scanarol. de*
73 *Visitat. Carcerat. lib.3. cap.14. præter supra allegatos.*

ADDIT. AD RVBR. XXIII. LIB. VII.

SUMMARIUM.

1 Represaliæ concedi non possunt contra personas Ecclesiasticas,& eorum bona.

2 Judex Secularis relaxans represalias contra Ecclesiasticos incurrit excommunicationem.

Communitas relaxans represalias contra Ecclesiasticos incurrit Interdictum ab Ingressu Ecclesiæ nu.2.

3 Milites terrestris, & equestris militiæ non possunt reptesaliis gravari.

4 Ministri, seu Patentati S. Officii non possunt Represaliis gravari etiamsi sint simplices Familiares.

5 Represaliæ materiam remissivè.

Num.44; & 45. Peptesaliæ contra personas Ecclesiasticas, & eorum boua non possunt con-
1 cedi * *Pignatell. Consult.82. nu.15. tom.7.*

Et qui relaxavit Represalias si Secularis erit
2 excommunicatus, & si Communitas erit * interdicta ab ingressu Ecclesiæ *Pignatell. ubi supra.*

Num.64. Sicuti milites terrestris, & equestris militiæ non possunt represaliis gravari *l. Stipendia C. de execut. rejudic.*, & firmat *Card.de Albicis de Inconstant. in fide cap.29. n.88.Cobell. ad Bull. Boni Regim. cap.12. nu.79.*

Multo minus possunt gravari Milites Sacratæ Militiæ, quales sunt non solum Ministri nempè Vicarius, Procurator Fiscalis, Advocatus Reorum Cancellarius, & Mandatarius; Verum etiam Familiares Sanctæ Inquisitionis licet non gaudeant privilegio Fori ut pluries fuisse resolutum testatur *Card.de Albic.ubi sup. num.86. cum duobus seqq., & à Sac. Congregatione Eminentiss. Cardinalium S. Inquisitionis in Spoletana, & Perusina die 29. Novembris 1702.*

Num.73. Alia de Represaliis vide *Pignatell.consult.82. vol.7. Campell. ad Constitut. Ducatus Urbini Decret.32.*

Quod Uxor indotata, Viro non succedat, nisi ut infra.

RUBRICA XIV.

STatuimus insuper, & sancimus, nulli Mulieri etiam inopi, & indotatæ, vel forsàn parvam dotem ad ejus alimenta non idoneam habenti, & etiam nou habenti undè & à quo possit ali, jus, aut actionem aliquam de cætero ex Juris communis censura acquiri, aut competere in bonis, seu hereditate ejus Mariti divitis prædefuncti, aut contra ipsius Mariti hæredes quosvis suos, vel extraneos; nec partem aliquam in, & de bonis, & hæreditate hujusmodi possit, aut valeat modo aliquo habere, consequi, retinere, vel petere, sed ab eis, & ea penitus, & omnino sit virtute præsentis Statuti exclusa, solumque dicto casu jus dictæ Mulieri competat petendi, & consequendi ab hæredibus dicti sui Mariti usumfructum ejus portionis, quæ sibi alias de Jure debeatur pro toto tempore ejus vitæ vidualis castæ, & honestæ, & non ultra, interimquè quamdiù dicta Mulier dictum usumfructum voluerit prædictam ejus parvam dotem, si eam idem Maritus habuisset, petere, aut exigere non possit à dictis heredibus. Quod Statutum inviolabiliter observari volumus, & mandamus in singulis ejus partibus, dicti Juris communis censura, & dispositione non obstante.

SUMMARIUM.

1 UXor in marrimonio esse dicitur, dum in viduitate maner.
Uxor Vidua corruscat radiis Mariti, & io suo servitio manere censetur, illiusque privilegiis poritur nu.1.

2 Uxor mortuo viro si matrimonium absque dote cóntractum fuerir consequitur quartam partem bonorum Viri prædefuncti, si filii tres, vel pauciores sint, si verò plures in virilem portionem una cum filiis succedat, reservata proprietate filiis si adsint, sin minus acquirit etiam dominium.

3 Ex dispositione verò *Statuti Faventiæ*, restricta est ad usumfructum. Vide ibi, & oum.4. & 5.

4 Statutum restringere potest dispositionem, *auth. Preterea C. Vnde Vir, & Vxor.*

5 Legitima Uxori in bonis Mariti non datur.

6 *Auth. Praeterea C. Vnde Vir, & Vxor*, quamvis loquatur de Muliere indotata attamen ejus beneficium extensum fuit ad Mulierem, quæ cum parva dote se nupsit, & quare.

7 *Auth. Preterea C. Vnde Vir, & Vxor* dispositio habet locum, quamvis dos de tempore Matrimonii fuisset congrua, si de tempore obitus Viri fuerat consumpta.

8 Pars parva, quam mulier habet imputatur in quartam ei debitam vigore *auth. Praterea C. Vnde Vir, & Vxor.*

9 Legatum factum Uxori per Maritum imputatur in quartam ei debitam vigore, *auth. Praterea C. Vnde Vir, & Vxor.*

10 Remedium *auth. Praterea C. Vnde Vir, & Vxor*. Cessat, quando Couiux habet alimenta sufficientia, ex quibus necessitati naturæ valeat subvenire, licet non sint condecentia ad statum personæ Vide ibi.

11 Mulier humilis conditionis si nupsit cum dote congrua paris conditionis Viro, eo defuncto valdè auctis constante matrimonio facultatibus non potest consequi quartam vigore *auth. Praterea C. Vnde Vir, & Vxor.*

12 Remedium *auth. Praterea C. Vnde Vir, & Vxor* tanquam odiosum, exorbitans, & contra jus conceditur solùm in subsidium

13 Paupertas non probatur ex testibus non coarctantibus negativam.

14 Mulier habens tantam dotem, cum qua possit ad secundas Nuptias convolare noo gaudet beneficio *auth. Praterea C. Vnde Vir, & Vxor.*

15 Mulier postquam consecuta fuit quartam vigore *auth. Praterea C. Vnde Vir, & Vxor*, illam oon amittit ex supervenientibus divitiis, & facultatibus:

16 Marito inopia laboranti debetur quarta vigore *auth. Praterea C. Vnde Vir, & Vxor* io bonis Uxoris divitis prædefunctæ. Limita num.17.

17 *Statutum Faventiæ* nihil disponit circa quartam debitam Viro inopi in bonis Uxoris prædefunctæ, unde remanet sub dispositione Juris communis, & sic ei debetur.
Casus ommissus à Statuto, remanet sub dispositione Juris communis n.17.

18 *Auth. Praterea C. Vnde Vir, & Vxor* materiam tractantes remissivè.

19 Fœminæ a masculix exclusæ, si incongrue dotatæ fuerint petere possunt ex dispositione *Statuti Faventiæ lib.2. Rubr.27.* congruæ dotis supplementum solum usque ad quantitatem legitimæ de Jure debitæ.

20 *Statutum Faventiæ lib.3. Rubr.28.* disponit, quod fœminæ dotatæ à Patre, Avo, vel ab aliis Ascendentibus, adeò contentæ esse debeant dote constituta, ut quidquam aliud petere oon valeant.

21 Dos ex dispositione *Statuti Faventiæ* succedit loco legitimæ, & nu.28.

22 Dona paraphernalia, seù Acconcium esse intelliguntur, & sunt quinta pars dotis datæ, promissæ vel legatæ juxta dispositionem *Statuti Faventiæ lib.3. Rubrica 24.*

23 Et

23 Et cum dote adeo ſunt connexa etiam quan-
do à Patre una cum dote ſunt titulo inſti-
tutionis Filiæ relicta , ut de utroque idem
ſit judicium , & pro eis ſicut pro dote de-
bentur fructus à die mortis Patris tam con-
ſtante , quam ſoluto matrimonio non tan-
quam uſuræ dotales , ſed uti fructus legiti-
mæ , & nu.24. & 29.
25 Fructus pro paraphernо non debentur . Li-
mita nu.26.
27 Fructus debentur ex dote , quæ filiæ relicta
fuit titulo inſtitutionis .
28 Fructus debentur ex dote , quæ ex diſpoſi-
tione Statuti ſuccedit loco legitimæ .

OBSERVATIO.

IMperator conſulere volens Uxori indotatę,
nè ob prædeceſſum Mariti mendicare co-
gatur , quod in dedecus, & contemptum ejuſ-
dem Viri etiam redundaret , dum ipſa dicitur
1 eſſe in Matrimonio , quoties in viduitate per-
manet , & adhuc corruſcat radiis Mariti , ac
in ſuo ſervitio manere cenſetur , illiuſque pri-
vilegiis potiri , ut latè comprobat *Merlin. de
Pign. lib.2. quæſt.23. nu.1. cum ſeqq.* decrevit ,
2 quod Uxor mortuo Marito , ſi Matrimonium
abſque dote contractum fuerit conſequatur
quartam partem bonorum Viri prædefuncti, ſi
liberi ſint tres , vel pauciores, ſivè ex commu-
ni , ſivè etiam altèrius matrimonii ; Si vero
plures , in virilem portionem ſuccedat una
cum filiis , ita tamen, ut ejuſdem Matrimonii
liberis proprietatem ſervet , ſi extiterint , his
autem non extantibus , vel ſi nullos habuerit,
potiatur etiam dominium, ut in *Auth. de Ex-
hiben. & introducen. reis &c. §. Quoniam vero
collat.5. & in Auth. Ut liceat Matri , & Aviæ
§. quia vero il 2. collat.8.* à quibus deſumpta
eſt vulgata *auth. Præterea C.Unde Vir,& Uxor,*
ut præter antiquiores docent *Berlich.conſul.26.
n.12.par.3.Amoſtazz.de Cauſis piis lib.4.cap.10.
nu.1. cum duobus ſeqq.* plene dixit *Rot. coram
Coccin. deciſ.1564. nu.1. , & in Viterbien. Lega-
ti 28. Martii 1664. coram Card.Taya impreſ.pe-
nes Zuff. de Legitim. proceſſ. deciſ.103. num.15.*
ſed ex diſpoſitione præſentis *Rubricæ* reſtricta
fuit indiſtinctè ad ſolum uſumfructum illius
3 portionis , quæ de Jure eidem Mulieri debe-
tur, & quidem pro toto tempore ejus vitæ vi-
dualis , caſtæ , & honeſtæ , & non ultra , in-
terdicta interim ei exactione , ſeù reſtitutione
parvæ dotis., ſi illam Maritus habuiſſet,quod
Statuentes. determinare potuerunt reſtrin-
4 gendo diſpoſitionem prædictæ *auth. Preterea*
maximè cum ejus diſpoſitio exorbitet à Jure
communi a quo non datur legitima Mulieri in
5 bonis Mariti , ut relatis *Roland. conſ.14. circa
princ. & Rot. coram Cæſar. de Graſſis deciſ.1.
nu.32. de Succeſſ. ab inteſtat.* animadvertit *Rota
coram Coccin. dicta deciſ.1564.*

Et quamvis prædicta *Authentica* loquatur
de Muliere indotata,cui hujuſmodi beneficium
6 impertitur, prout ad literam , & rigoroſe fue-
runt ſemper intellectæ,& practicatæ antè tem-
pora *Baldi* . Attamen deindè extenſæ etiam
fuerunt ad Uxorem , quæ cum parva dote ſe
nupſit , quia parum pro nihilo reputatur , &
hanc opinionem communitèr ſequntur *DD.* ut
plenè tradit ut *Fontanell. de Pact. nupt. clauſ.5.
gloſſ.8.p.9.n.3.Merlin. de Pign. loc.cit. n.21.Rot.
penes Pacific.de Salvian.deciſ.174. n.1. cum ſeqq.*
Potiſſima enim ratio , & cauſa finalis tri-
buendi Uxori quartam prædictam non fuit
deficientia dotis , ſed inſufficientia alimento-
rum, & nè cum dedecore mendicare cogatur,
quæ ratio æquè benè militat etiam favore
Mulieris nuptæ cum parva dote inſufficienti
pro ſubminiſtratione neceſſariorum alimen-
torum , ut reſpondit *Rot. d. deciſ.174. n.6.* &
dixit *cor. Coccin. ubi ſupra nu.2. verſ. nam poſ-
ſet reſponderi cum duobus ſeqq.*

Eadem ratione ſi de tempore Matrimonii
dos erat congrua , ſed de tempore obitus Viri
7 fuiſſet conſumpta , adhuc ob ſupervenientem
inopiam impellitur ad talem pietatem exer-
cendam, ut rejecta contraria opinione , hanc
uti æquiorem tenet *Amoſtazz.loc. cit. num.10.
cum duobus ſeqq.* Proùt ſi exiſteret illa parva
dos de tempore obitus,ſed eſſe inſufficiens ad
alimenta ex pluribus *DD.* cumulatis per. *Rot.
coram Coccin. loc. cit. nu.5.*

Bene verum eſt , quod illa parva dos in
8 quarta imputatur *Honded. conſ.93. in fine lib.1
Gabriel. conſ.142. n.33.lib.2. Amoſtazz.loc.cit.
n.3.Rot. coram Coccin. ubi ſupra n.6. cum ſeq.*

Sicut imputatur legatum illi per Maritum
9 factum,ut expræſsè diſponitur in d. §. *quoniam
Auth. de Exhiben. & auth. Præterea*, & firma-
vit *Rot. in rec. deciſ.123. nu.4. par.10.*

Dum autem Coniux habet alimenta ſuffi-
cientia , ex quibus neceſſitati naturæ ſubve-
10 nire poſſit , licet non ſint condecentia ad ſta-
tum perſonæ tanquam inducta propter pieta-
tem , ceſſat prædictum remedium, ut aliis re-
latis reſpondit *Rot. coram Celſ. deciſ.115. nu.9.
cum ſeq. & num.4.* refert *Bellapert.* dicentem
ſufficere , quod habeat panem , & aquam .

Gravitèr agitatur diſputatio , quæ contin-
gere ſolet , quando Mulier humilis conditio-
11 nis nupſit cum dote congrua paris conditio-
nis viro , quo defuncto valde auctis conſtan-
te Matrimonio facultatibus , illa petit quar-
tam , ſuper quo articulo diſcuſſo occaſione
litis vertentis inter Catharinam de Lucatellis
Bononienſem,& hæredes ſui Viri Piſtoris poſt
reſponſa inſigniorum Italiæ Juriſconſultorum
emanavit *Deciſio Rotæ Bononienſis* luculentèr
materiam *auth. præterea* explicans, cujus me-
minit *De Luca ad Gratian. animadverſ.120.n.1.*,
& in ſimili cauſa emanavit *d. deciſio 1564. co-
ram Coccino* , in qua *Rota nu.11. cum ſeqq.* re-
ſolvit contra Mulierem , quia cum Conjuges
eſſent humillimæ conditionis , & laborarent
egeſtate , ac Mulier congrue dotata fuiſſet ,
quamvis Maritus de tempore obitus ſine filiis
ſatis opulentam hæreditatem reliquiſſet,nihil
ominus ei denegata fuit quarta , quoniam
Mulier non dicebatur conſtituta in magna ino
pia , dum poterat ex ſuarum manuum indu

ſtri

ſtria ali, & victum ſibi quærere, quemadmo-
dum coninge ſupetſtite facere conſueverat
abſque eo quod mendicare cogeretur in de-
decus Viri, & tradit *Hodiern. ad Surd. dec.61.*
nn.3. & late *Barz. deciſ.*129. cum predictum
12 remedinm tanquam odioſum exorbitans, &
contra jus in ſubſidium tantum concedatur,
ut concordantibus relatis utramque conclu-
ſionem firmat *Rot. coram Celſo deciſ.*115. *nu.*2.
& 3. ubi *nu.*5. etiam cenſuit, quod ex teſti-
13 bus non cenſetur probata paupertas, dum
non coarctant negativam, nec concludunt
non poſſe habere alia bona, quin ipſi ſcirent.
Prout etiam excluditur ab hujuſmodi be-
neficio, ſi Uxor habet talem dotem, cum qua
poſſit ad ſecundas nuptias convolare, ut fir-
14 mant *Fontanell. de Pact. nupt. clauſ.5. gloſſ.8.*
par.9. nu.28.
Poſtquam verò Mulier conſecuta fuerit
quartam, illam non ammittet ex ſupetvenien-
15 tibus divitiis, & facultatibus, ut tenent *Sal-*
gad. Labyrint. credit. par.3. cap.4. nu.30. Amo-
ſtazz. loc. allegat. nn.15.
Marito quoque ſumma paupertate, & ino-
pia labotanti debetur quarta in bonis Uxoris
divitis, cum non debeant ad imparia judica-
16 ri, dùm militat eadem ratio in utroque, &
tanquam corelativis, ut communitèr tradunt
DD. in eadem *auth. præterea*, & tenent *Ho-*
diern. ad Surd. deciſ.61. nu.4. Fontanell. de Pact.
nupt. clauſ.5. gloſſ.8. par.12. num.38. cum ſeqq.
qui teprobat *Scotum* contrarium ſentientem,
& reſpondit *Rot. coram Celſo deciſ.*115. *n.*1.
Sed limitatur quotieſcumque ex Uxore
præmortua habeat filios, qui Matri ſuccedunt,
17 & ipſi uſusfructus debeatur, vel habeat ali-
quod officium, ſeu exercitium, ex quo ſibi
victum quærere valeat, ut declarant *Fontanell.*
loc. cit. & Hodiern. ubi ſupra n.5. & 6.
Cum autem noſtrum *Statutam* in præſenti
Rubrica nihil diſponat circa Maritum Uxore
prædefuncta, remanet quo ad eum ſub diſpo-
ſitione Juris communis tanquam caſus omiſ-
ſus ad *tex. in l. Commodiſſimè* 10. *ff. de Liber.*
& poſthum. Carpan. ad Statut. Mediolan. in
*prælud. nu.*351. juncto *nu.*483. & dixit *Rot. cor.*
Coccin. dec.1641. nu.4. coram Cerro deciſ.352.
nu.22. & alibi paſsim.
Et magis cenſendum eſt, Statuentes noluiſ-
ſe in hoc prejudicare Viro, cujus nulla facta
fuit mentio, cum Statuentes favore proſecuti
fuerint magis viros, quam fæminas, ut in *Ru-*
brica 25. *lib.*3. de Lucro dotis diſponente, una
enim pars Statuti aliam declarat, & recipit
interpretationem, ab alia ut cumulatis concor-
dantibus firmat *Conciol. ad Statut. Engub. in præ-*
lud. n.16. Rota in recent. deciſ.499. n.23. par.18.
*tom.*2.
Cæterum circa hanc materiam *auth. præ-*
terea contingere valent variæ controverſiæ, &
diſputationes, quę videri poterunt penès *DD.*
18 *ad eandem auth. Cephal. conſ.78. volum.5. Ho-*
diern. in tract. leg. Hac edictali Cod. de Secund. nupt.
quæſt. ultim. Gratian. diſcept.120. ibique de Luca,
Fontanell. de Pact. nupt. clauſ.5. gloſſ.8. par.8.
cum ſeqq. Merlin. de Legitim. lib.2. quæſt.23.
Merlin. Pignatell. Controverſ. cap.47. t.2. Fa-
chin. controv. lib.10. cap.72. Ripa Selectar. ob-
ſervat.385. nu.4. cum ſeqq. Caſtill. de Uſufruct.
cap.45. nu.23. Solorzan. de Jure. Indiar. tom.2.
lib.2. cap.21. num.11. & 44. Farinac. Repert.
ultim. volunt. quæſt.73. Vericell. QQ. moral.
tom.1. tract.1. quæſt.3. Amoſtazz. loc. cit. Dec.
Bonon.4. cum ſeqq. Rot. coram Coccin. dicta
deciſ.1564. penès Pacific. de Salvian. deciſ.174.
coram Cæſar. de Graſſ. deciſ.1. per tot. de ſucceſſ.
ab inteſtat. coram Celſo deciſ.115. & in recent.
deciſ.347. par.18. tom.1.
Poſt impreſſum primum volumen, habita
notitia infra recenſendarum reſolutionum Sa-
cræ Rotæ emanatarum in *cauſa Faventina*, &
ſumpta illius occaſione neceſſarium exiſtimavi
addere, quod quoties maſculi excludentes fę-
19 minas, ſpreta diſpoſitione noſtri *Statuti lib.3.*
Rubr.27., mandantis eas congruè dotari, ha-
bito reſpectu ad facultates, ad eorum, &
Agnatorum dignitatem, ac ad communem
obſervantiam, & conſuetudinem. illas incon-
gruè dotaverint, eo caſu petere poſſint con-
gruæ dotis ſupplementum ſolum uſque ad
quantitatem legitimæ eis de Jure debitæ, ut
ibi diſponitur; Dotatæ vero à Patre, Avo,
vel ab aliis Aſcendentibus adeo contentæ eſſe
debeant dote conſtituta, ut quidquam aliud
20 petere non valeant, prout in *Rubrica ſeq. ejuſ-*
dem lib.3. diſponitur, cum hac diſtinctione
intelligenda eſſe quæ diximus ſupra in *Obſer-*
vat. ad dict. Rubr.27. nu.41. cum ſeq.
Et cum dos juxtà diſpoſitionem Noſtri *Sta-*
21 *tuti* ſuccedat loco legitimæ, & dona paraphet-
22 nalia, ſeù Acconcium eſſe intelligantur, &
ſint quinta pars dotis datæ, promiſſæ, vel le-
gatæ, ut diſponitur in eodem *Statuto lib.3. ru-*
bric.24., ac cum ipſa dote ſint connexa, ſicuti
23 pro dote debentur fructus à die mortis Pa-
tris, tàm conſtante, quàm ſoluto matrimo-
nio per mortem viri, aut mulieris non tan-
quam uſuræ dotales, ſed uti fructus legitimæ,
ut reſpondit *Rot. in Faventina Dotis 3. Aprilis*
1693. *coràm Reverendiſſimo Manuel*, ut in ſe-
quenti particula, ita & pro Acconcio.
Mandata jàm diù relaxata, ac in parte exe-
cuta pro ſatisfactione dotis à Patre Annæ de
Naldis decreverunt hodiè DD. coram me ſuffe-
cto in locum bon: mem: Veroſpii exequenda etiam
eſſe pro ſumma reſiduali librarum 5424., & aliud
de novo relaxandum pro illius fructibus &c.
Atquè hinc excluſa reſidualis hujus ratæ dotis
ſolutione viſum eſt DD. relaxandum eſſe novum
mandatum pro illius fructibus, nam cum iſta tam
ex teſtamento Patris, qui illam Annæ filiæ reli-
quit honorabili titulo inſtitutionis, quam ex di-
42 *ſpoſitione* Pattii Statuti, *de quo in ſpecie teſta-*
tur Pariſ. conſ. 36. num. 19. lib. 3. *ſucceſſerit*
loco legitimæ, utiquè illius fructus debentur à
die mortis Patris, non tanquàm uſuræ dotales,
ſed uti fructus legitimæ, idque ſivè conſtante, ſi-
vè diſſoluto matrimonio per mortem Viri, aut
Mu-

Digitized by Google

mulieris, ut relatis concordantibus firmat, Card.
de Luca de Dote discurs. 161 sub num. 62. vers.
Patre verò & §. seq. Leoteard. de Usur. quæst. 30.
num. 31. Rot. decis. 68. num. 2. post Torr. de
Pact. futur. succeff.

Nullatenùs suffragante, quod hic non agatur
de residuo dotis, sed de parapherno, proquo fru-
25 *ctus non debentur ex adductis* per Rot. decis.
94. num. 8. penès *Merlin. de Pign., Cum enim*
ex lectura testamenti pateat, dotem unà cum pa-
26 *rapherno conjunctim fuisse relictam: hoc casu*
idem judicium fit de dote, ut de parapherno, quic-
quid dicendum foret ubi divisim fuisset promis-
sum ut *benè distinguendo firmat* Rot. decis. 177.
num. 3. cum seqq. par. 18. recent. Quæ decisio
confirmata fuit *die* 6. *Februarii* 1694. *coràm eo-*
dem tenoris sequentis.

Reproposita causa super resolutis coràm me
sub die 3. *Aprilis anni proximè elapsi, Rota per-*
stitit in decisis &c.

Exclusa ex his crediti satisfactione dubitatum
non fuit, quin novum relaxandum veniat man-
datum pro fructibus capitalis consistentis in li-
bris 671. 10. *ad rationem quatuor pro centena-*
rio: Cùm enim dos, à qua illud provenit succes-
27 *serit in hoc casu loco legitimæ tàm ex disposi-*
tione Patris illam in Testamento filiæ relinquen-
tis honorabili titulo institutionis, quàm ex præ-
28 *scripto* Statuti Faventiæ, *procùl dubio ex ea*
fructus debentur ad tradita per Leotard. de U-
sur. quæst. 30. num. 31. & Rot. apud Torr. de
Pact. futur. succes. decis. 68. num. 2. *sivè illud*
residuum sumatur ex capitali lib. 16. *m. sivè ex*
parapherno, quod cum in præsenti non sit quid
29 *distinctum ab ipsa dote, sed cum ea omnino con-*
nexum tùm ex dispositione Statuti *supradicti,*
quod mandat, ut bona, dona paraphernalia in-
telligantur esse, & sint quinta pars, dotis datæ,
promissæ, vel legatæ, tùm ex dispositione testa-
toris, qui conjunctim dotem legavit, & para-
pherum, nec illud taxavit ad aliquam quanti-
tatem, sed implicitè se referendo ad Statutum
legavit per verba conjunctiva ibi: nec non ejus
dona, & bona paraphernalia spectantia ad
dd. libras 16. mil. *intrat propterea conclusio fir-*
matu in prima decisione §. Nullatenùs refragan-
te, *quod idem sit judicium de dote, ac de para-*
pherno.

„ Non refragante responsione, quod ad hunc
„ effectum debeat priùs per Actorem probari
„ bona hæreditaria debitoris reddere tot fru-
„ ctus ad d. rationem quatuor pro centenario;
„ quoniam facilis fuit replicatio, quod cum
„ supèr debito fructuum, eorumque taxa adsit
„ res judicata, in qua prævia disputatione du-
„ bii particularis coràm bon: mem: Verospio
„ ad eam condemnatus fuit Joseph Naldus, sem-
„ per urget ejus justitia, donec in gradu resti-
„ tutionis in integrum contrarium per debito-
„ rem probetur ex allegatis per *Rot. coràm Card.*
„ *Cerro dec.* 316. *num.* 1. & 2.

ADDIT. AD RUB. XXIV. LIB. VII.

SUMMARIUM.

1 Jus commune attenditur, quando disposi-
tio Statuti est dubia.
2 *Auth. Preterea C. Unde Vir, Uxor* materiam
tractantes.

Num. 17. Jus commune attenditur quando Sta-
tutum relinquit ansam dubitandi ut, etiàm
1 firmavit *Rot.* * *in Romana, seù Savonen. Suc-*
cessionis 13. *Martii* 1705. §. *Verùm nullate-*
nùs coram R.P.D. Ansaldo.
Num. 18. De eadem materia, *Auth. Præterea* vide
Reverendiss. Petram Commentar. in Constitut.
2 *Apostolicas* * *Constit. unic. Honorii II. sect.* 2.
num. 24. *cum seqq. pag.* 490. *cum seqq. tom.* 1.
Tartaglia de Restitut. Statutaria art. 7.
Num. 23. In eadem Causa *Faventina* emanarunt
decisiones confirmatoriæ *sub diebus* 12. *Jan.*
1696; & 10. *Jan.* 1698. *coram Eminentiss.*
Caprara omnibus Auditoribus Votantibus
in postrema propositione.

De Contractibus, & Obligationibus Mulierum.

RUBRICA XXV.

Cum sæpissimè Mulieres decipi (A) variis modis consueverint prout experientia docuit; Statuimus, & ordinamus, ne Mulieres indotatæ (B) remaneant, quod de cætero nulla Mulier possit, seu modo aliquo, aut quovis prætextu, titulo, seu causa se obligare alicui, seu contractum, renunciationem, aut obligationem aliquam facere de, & super ejus dote in bonis, vel in pecunia consistente, aut super hypoteca sibi pro dicta dote competenti, vel competitura in bonis ejus Mariti, ex qua obligatione renunciatione, & contractu posset remanere indotata, etiàm accedente assensu ejus Mariti, nisi in hujusmodi obligatione, contractu, & renunciatione interveniat consensus expressus, & auctoritas duorum agnatorum ex propinquioribus dictæ Mulieris bonæ conditionis, & possidentium immobilia in Civitate, seu Comitatu Faventiæ, etiàm jurantium id expedire, (C) aut necessarium esse dictæ Mulieri, & nisi interveniat Judicis competens decretum cum legitima causæ cognitione interpositum, & agnatis hujusmodi non existentibus, id fiat cum assen-

su,

Digitized by Google

su, & auctoritate duorum propinquorum ex latere Matris dictæ Mulieris, si extant, bonæ tamen conditionis, & similiter possidentium, & jurantium ut suprà, & eis non extantibus duorum vicinorum immobilia ut suprà possidentium, & dicto modo jurantium, & bonæ conditionis, & famæ, dicto Judicis decreto semper interveniente, & non aliter. Et omnis obligatio, renunciatio, & contractus aliter facta, & initus etiàm jurata, & juratus præsumatur meticulosa, & meticulosus, doloque vi, & metu extorta, & extortus, & in aliquo non opituletur illi ad cujus favorem talis obligatio, contractus, & renunciatio emanaverit, & in contrarium probatio non admittatur, & admissa non prosit, nec valeat, nec teneat. Liceat tamen dictis mulieribus sine tali solemnitate dotem (D) pro ejus filia, seu alia quavis Muliere promittere, & pro ea se obligare, & quemlibet contractum, & renunciationem facere.

SUMMARIUM.

1 Mulierum obligatio, contractus, & renunciatio ad hoc ut valeat, quæ requirantur.

2 Mulierum obligatio, contractus, & renunciatio non servatis solemnitatibus Statuti non sustinetur.

3 Nec ulla obligatio civilis, aut naturalis oritur.

4 Statutum disponens, quod in Contractibus, & obligationibus Mulierum majorum serventur certæ solemnitates exorbitat à Jure Communi.

Mulieres majores annorum vigintiquinque possunt contrahere, donare, vendere, conducere, mutuò accipere, & se obligare absque ulla solemnitate, & causa num. 4.

5 Mulier fidejubere non potest. Limita nu. 11. Sublim. num. 12. & 14.

6 Amplia etiamsi pro filio mutuam pecuniam acciperet.

7 Uxor non potest fidejubere pro Marito.

8 Uxor jocalia, & vestes tradens Executoribus ad hoc, ut Maritum ad carceres ducentes relaxent, ac illa in pignus retineant juvatur Vellejano.

9 Uxor fideiubere potest pro liberando Marito à Carceribus, & ab imminenti carceratione.

10 Mulier fideiubere potest pro excarcerando filio.

11 Statutum laicale contractus iuratos non compræhendit. Limita num. 14. & 17.

15 Facilitate illa, qua quis fuit inductus ad contrahendum; eadem facilitate censetur inductus ad iurandum.

16 Contractus, & obligatio Mulieris non servatis solemnitatibus Statutariis, quandò fit ipso iure nulla.

17 Contractus, & obligatio etiam iurata Mulieris non sustinetur, quandò non fuerunt servatę solemnitates præscriptæ à Statuto ob publicam utilitatem.

18 Statutum laicale adimens fidem instrumento, in quo non fuerunt servatæ solemnitates præscriptæ in contractibus, & obligationibus Mulierum, tunc super iuramento præstito nullum potest fieri fundamentum.

19 Si tamen aliundè constaret de iuramento, contractus, & obligatio sustineretur.

20 Limita quandò præsumptio metus, vis, & doli est Juris, & de Jure, ac per Statutum adempta fuit facultas contrariū probandi.

21 Statutum favorabile est, dùm præscribit certas solemnitates servandas in contractibus Mulierum.

22 Confirmatio Statuti Laicalis in forma communi, ut suffragetur sufficit, quod non sit odiosum odio irrationabili, sed habeat motivum rationis.

23 Mulier indotata ne remaneat multa contra Juris rigorem admittuntur, & quare.

24 Indotata dum mulier remanet, tractatur de obligatione contrà publicam utilitatem.

25 Publicè expedit, Mulierem non remanere indotatam.

Obligatio, seù fideiussio Mulieris, per quam in totum, vel ultrà dimidium dotis remanet læsa est nulla in totum. num. 27.

Contrarium quod in parte excedente medietatem tantum sit nulla, in alia verò parte sustineatur. num. 27. Limita. num. 28.

26 Amplia etiamsi obligatio, & fideiussio munita sit iuramento.

29 Obligationes plures contractæ à Muliere diversis temporibus, quarum quælibet de per se eam non reddit indotatam in totum, nec ultrà dimidium, sed solùm omnes simul coacervatæ, tùnc omnes obligationes sunt invalidæ.

30 Contrarium, quod solum posteriores sint invalidæ excedentes dotis dimidiam.

31 Mulier, eiusque hæredes possunt agere, & excipere adversus obligationem, per quam remansit in totum, vel in maiori parte dotis læsa.

Transmissibilis est ad hęredes actio dicēdi de nullitate obligationis Mulieris, per quam in totum, vel ultrà medietatem dotis remansit læsa num. 31.

32 Juramentum expressè præstandum est ultrà consensum ab Agnatis, seù Cognatis, vel Vicinis in Contractu, & obligatione Mulieris super necessitate, & cognitate causę.

33 Non præsumitur ex interpositione decreti Judicis. Vide ibi.

34 Statutum si disponat, quod proximiores in contractu, & obligatione mulieris debeant jurare nullum habere interesse, illumque expedire, vel esse utilem, si ex instrumento appareat primum fuisse præstitum, ac in scriptis redactum, nequaquàm verò secundum, cessat præsumptio juramenti circà necessi-

cessitatem, congruitatem, vel utilitatem.
35 Causa in contractu, & obligatione mulieris debet esse expediens, aut necessaria, & super ea jurari à duobus Agnatis, vel Cognatis, vel Vicinis.
36 Causa in contractu, obligatione, & renunciatione mulieris debet exprimi.
Decretum Judicis, & causa copulativè requiruntur in contractu, & obligatione mulieris num. 36.
37 Causa in contractu, & obligatione mulieris debet esse sufficiens, & vera.
38 Causa in contractu, & obligatione mulieris apposita cognoscenda, & examinanda est à Judice.
39 Cognitio causę facienda est juris ordine servato à Judice antè interpositionem decreti in contractu. Vide ibi, & num. 40.
40 Judex præsumitur plenè informatus à proximioribus de causa narrata in contractu,& obligatione mulieris.
41 Causa individualis exprimi debet in contractu,& obligatione mulieris,& minoris.
Causa falsa, aut vaga aut inepta expressa in contractu, & obligatione mulieris, vel minoris, tunc actus impugnari valet. nu. 41.
42 Amplia procedere quamvis ex alia causa non expressa posset sustineri.
43 Decretum Judicis in contractu, & obligatione mulieris interpositum in dubio facit præsumere causam sufficientem;secùs quandò expressè apparet inepta,& inefficax.
44 Decretum Judicis interpositum servatis solemnitatibus à Statuto requisitis adeò facit præsumere veritatem, & sufficientiam causę expressę, ut transferat onus probandi contrarium in allegante.
45 Causa partim vera,& partim falsa in contractu expressa,ratione individuitatis decreti Judicis, totus contractus remanet nullus. Limita num. 46.
47 Causę plures cumulativè expressę in contractu, si una de per se est sufficiens, & vera sustinetur obligatio, licet aliæ sint falsæ.
48 Contrarium quandò plures causæ copulativè fuerunt expressæ.
49 Mulier pro dote alterius mulieris obligare se potest. Ampl. num.50. & 51. Subampl. nu.53.Decl.num.53.& 54.Limita num. 55.
50 Amplia procedere non obstante Statuto requirente in contractibus mulierum certas solemnitates, quibus non servatis adhùc obligatio pro dote sustinetur.
51 Amplia procedere etiam pro antephato, & augumento dotis. Declara num. 52.

OBSERVATIO.

Providi Statuentes ad occurrendum malitiis, & fraudibus, quibus mulieres ob
A earum imbecillitatem subjacent, & ne indo-
1 ctatæ remaneant, certas præscripserunt solemnitates in illarum contractibus, obligationibus, & renunciationibus servandas, etiàm relatas à *Bero consil.* 37. *in princ. & num.* 22.
2 *vol.*1. quibus non servatis, contractus non sustinetur, ut in puncto respondit *Bero. dicto num.* 22. *cum seqq.* nec ulla obligatio civilis,
3 aut naturalis oritur, ut firmat *Andreol.contr.* 377.*num.*10.& ad saturitatem cumulatis concordantibus respondit *Adden. ad Rot. in rec. decis.* 81. *num.*26. *cum seqq. par.*8.

Hæc dispositio Statutaria respicit publicam utilitatem, quamvis exorbitet à Jure communi quò ad mulieres majores annorum
4 viginti quinque, quæ possunt contrahere, & se obligare absquè ulla solemnitate, & causa sed sola voluntate per *text. in leg. Frustra* 2. *C. ad S. C. Vellejan.* firmavit *Rot. coràm Coccin. decis.*1975. *num.*7. *& in rec. dec.*338. *num.*22. *par.* 17. *& decis.* 732. *num.* 4. *par.* 18. *tom.* 2. etiàm donando prout de donatione à muliere facta disponit *tex. in l. Velles.Cod.de Revoc. donat.* & respondit *Rot. coràm Dunozet. jun.decis.* 608.*num.*7. de venditione suorum prædiorum est *text. in l. Senatus Consultum* 4. *C. ad S. C. Vellejan.* de conductione pariter est *text.in l. Si adversarius,in eodem tit.* de mutuo quamvis in usum mariti converso *in l. Si fænebris. eod. tit.*

Excepta tamèn fidejussione, adversus quàm mulier iuvatur beneficio *Senatus Consulti Vel-*
5 *lejan.* cum fidejubere non valeat per *text. in leg.* 1.*& tot tit.C. ad S.C. Vellejan.* concordantibus cumulat *Post resol.*89. *num.*1.

Etiàmsi pro filio mutuam pecuniam acci-
6 piente fidejusserit juxtà *text.in l. Si cum ipse* 3. *C. ad S. C. Vellejan.*

Idemque procedit in fidejussione facta pro marito ex dispositione *tex. in auth.Si qua mu-*
7 *lier C. ad S.C. Vellejan. ibique Barbos. num.*1.*&* 4. *Post dict. resolution.* 89. *num.* 2. *Thesaur. decis.* 223. *num.*1. *Rot. coràm Ludovis. dec.* 333. *num.* 3. Imò iuvatur Velleiano etiàm quandò propria iocalia, & vestes tradidit Executori-
8 bus ad hoc ut maritum ad carceres ducentes relaxarent, ac illa in pignus retinerent, cum non minùs iuvetur *Vellejano* mulier, quæ pro aliena obligatione pignus dat quam quæ fidejubet, ut docet *Lucas Pet. Prax. for. Capitol. lib.*8. *de Execut. rei judic. in ordin.num.*25. ubi etiam testatur ita vidisse practicari.

Verùm si agatur de obligatione, seù fidejussione non omninò voluntaria nempè facta pro liberando Viro à Carceribus, ac etiam
9 ab imminenti carceratione, tùnc sustinetur, non obstante *Vellejano* quia mulier tunc exercet officium pietatis, & cum sint duo in carne una, tenetur illi in necessitate posito subvenire, & eundem relevare secundùm receptiorem sententiam *DD.* quos refert, & sequitur *Andreol. controv.*376. *num.*1. plenè respondit *Surd. consil.* 367. *Staiban jun. resol. forens.*4. *à num.*1. *ad* 24.*Post resolut.* 89. *num.*25. *cum seqq. De Luca ad Gratian. discept.*108. *n.*1. sequitur de Comitibus *decis.Rot. Senen.tom.*1. *par.*1. *dec.* 36. *num.*4.

Idemquè procedit in obligatione facta pro excar-

excarcerando filio ſecundùm veriorem opi-
nionem, quam reprobata contraria & cumu-
10 latis concordantibus tenet *Andreol. cit. contr. 376. num. 8. Merlin. de Pign. lib. 2. queſt. 20. n. 3.*

Valet etiam obligatio ſi concurrat iura-
mentum mulieris, nam tunc illius virtute,
11 ſuſtinetur fideiuſſio *Auth. Sacramenta pubcrum C. Si adverſ. vendit.* plenè *Conciol. allegat. forenſ. 48. num. 15. cum ſeq.* ubi teſtatur de com-
muniſſima opinione etiamſi obligatio ſit ipſo
iure nulla *Rot. in recent. deciſ. 719. n. 3. par. 2. & dec. 86. num. 8. par. 16.* quotieſcuuquè ta-
12 mèn juramentum oon ſit nutritivum pecca-
ti, & ſic non vergat in diſpendium ſalutis æ-
ternæ, nt declarando contrarium tenentes
docet *Torre de Pact. futur. ſucceſſ. lib. 1. cap. 5. num. 24. verſ. & dato etiam.*

Nec Statutum Laicorum præſcribens cer-
tas ſolemnitates in contractibus mulierum
ſervandas compræhendet contractus juratos
13 ex defectu poreſtatis ex latè cumulatis per
Conciol. dicta nllegat. 48. num. 23. cum ſeq. Adden. ad Buratt. deciſ. 422. num. 16. Rot. in recent. dec. 179. num. 24. cum ſeqq. par. 9. in Imolen. Dotis 19. Martii 1665. coràm bon. mem. Verospio impreſſ. penès Torre de Pact. futur. ſucceſſion. deciſ. 182. nu. 7. & in Anconitann Dotis 8. Aprilis 1669. coràm Eminentiſſimo V. Comite penès eund. dec. 197. num. 4.

Verùm quandò Statutum, proùt noſtrum,
præſumit renunciationem, obligationem, &
contractum etiam iuratum, in quo ſervatæ
14 non fuerunt ſolemnitates præſcriptæ, metu,
vi, & dolo extortum, & in aliquo non opi-
tuletur illi, ad cuius favorem talis obligatio,
contractus, & rennnciatio emanaverit, tùnc
iuramentum non ſuffragatur ad effectum va-
lidandi actum, ut ſequendo *doctrinam Bart. in leg. Omnes populi num. 25. ff. de Juſt., & jure* tradunt communitèr *DD.* & præ ceteris *Roman. conſ. 12. num. 1. Tob. Non. conſ. 108. n. 22. verſ. nec eſſet, Ciroch. diſcept. 73. num. 27. cum ſeq. Seraph. de Privil. juram. privil. 73. nu. 55. Thomat. dec. 162. nu. 12. Rot. cor. Duran. dec. 18. nu. 5. junctn dec. 155. nu. 10. cor. Buratt. dec. 612. nu. 8. ibiq; Adden. nu. 20. in recent. deciſ. 98. n. 5. par. 11. & dec. 3. nu. 8. cum ſeq. par. 19.* pleniſ-
ſimè cumulatis concordantibus reſpondit in
Ravennaten. Donationis 20. Junii 1678. coràm Eminentiſſimo V. Comite §. Quin placuit, & penès Salgad. Labyrint. crèdit. dec. 22. nu. 34.

Nam eadem facilitate, qua quis fuit indu-
15 ctus ad contrahendum, & ſe obligandum,
eadem facilitate cenſetur inductus ad iuran-
dum, ut advertit *Rot. dicta dec. 3. loc. cit.*, &
priùs *dec. 42. nu. 7. cum ſeq. par. 18. tom. 2.*

Maximè, cum contractus, renunciatio, &
obligatio ſint ipſo iure nullæ, attentis illis
verbis Statuti ibi *in aliquo non opituletur illi,*
16 *nd cujus favorem talis obligatio, contractus, & renunciatio emanaverit,* quæ tanquam latæ ſen-
tentiæ nullitatem ipſo iure important, ut de
ſimilibus verbis latè comprobando reſpondit
Sperell. deciſ. 47. nu. 27. cum ſeqq. quo caſu nul-
litas etiam à tertio allegari valet *Gratian. diſcep. 691. num. 2. cum ſeqq. Rot. in rec. dec. 130. num. 12. cum ſeqq. p. 16. & coràm Dunoz. jun. dec. 595. nu. 4. Vide de Comitibus dec. Florentin. tom. 2. deciſ. 36. n. 35. & 37.*

Eo magis cum Statutum emanaverit ad
fraudes evitandas, & in odium contrahentium
cum mulieribus, & ſic ad publicam utilita-
17 tem, quo caſu contractus, & obligatio per
iuramentum non validatur, ut docet *Pigant. ad Stat. Ferrar. lib. 1. rubr. 90. n. 37. verſ. tu autem* reſpōdit latè *Cancer. Var. reſol. lib. 1. cap. 8. n. 61. cum ſeqq. Ciroch. loc. cit. n. 30. Thomat. dec. 162. n. 13. cum ſeq. Sperell. dicta deciſ. 47. nu. 8. cum ſeq.* reſpondit *Rot. coràm Duran. dec. 18.* repetita in
rec. dec. 1. n. 3. cum ſeqq. par. 5. & in dicta Ravennaten. 20. Junii 1678. §. Præcipuè, confirmata 23. Junii 1679. & 13. Junii 1681. coràm eodem.

Cæterum ſi Statutum ſolùm adimeret fi-
dem inſtrumento, quod facere poſſunt Sta-
tuentes quotiès ſolemuitates præſcriptæ non
18 fuerunt ſervatæ, tùnc ſupèr iuramento nul-
lum fieri poteſt fnndamentum, non quidèm
ex eo quod laici poſſint directè, aut indirectè
lædere religiouem Juſiurandi ſupèr ea expreſsè
diſponendo, ſed quia adempta ſide inſtru-
menti, non conſtat juramentum fuiſſe adhibi-
tum, & ſic tota vis Statuti verſaretur circà
probationem, quæ tanquàm juris poſitivi ſu-
biicitur juriſdictioni Statuentium, ut cumu-
latis concordatibus limitat *Adden. ad Buratt. dicta deciſ. 422. num. 18. Cancer. Var. reſol. lib. pr. cap. 8. num. 63. in fine* reſpondit *Rot. coram Dunozet. jun. dec. 81. num. 7. cum ſeq.*

Si tamèn aliundè nempè per teſtes, per
Confeſſionem partis, vel alitèr conſtaret de
veritate conrractus, & præſtatione juramenti,
ſuſtineretur obligatio, & ſnum conſequere-
tur effectum etiam non ſervatis ſolemnitati-
19 bus Statutariis, ut proſequitur *Adden. ad Buratt. ubi ſuprà nu. 19. Ciroch. dicta diſcept. 73. nu. 29. verſic. nec eſt verùm, Rot. coram. Dunoz. jun.* ubi *ſuprà nu. 8. in fine.*

Sed hoc non procedit, quandò præſumptio
metus vis, & doli eſt juris, & de jure non ad-
mittentes probationem in contrarium, proùt
20 præſumit noſtrum *Statutum*, quod etiam ul-
teriùs expreſsè ademit facultatem contrarium
probandi. Etenim licèt in eo facta fuerit enun-
ciativè mentio juramenti, attamèn cum di-
ſpoſitio tantummodò cadat ſuper ſcriptura,
& contractu, qui à Statuto una cum juramen-
to præſumitur doloſus, & fraudulentus intrat
propterea diſpoſitio *Juris Canonici* non per-
mittentis juramentum quidquam operari, ne
ſit vinculum iniquitatis, ut firmarunt *Gabriel. conſ. 13. ſub nu. 8. lib. 1. & Soc. jun. conſ. 3. num. 38. lib. 2.* reſpondit *Rot. in rec. deciſ. 293. num. 5. cum ſeqq. par. 4. tom. 2. deciſ. 262. num. 9. verſ. quia cum Statuta. cum ſeqq.* iuncto *num. 26. cum duobus ſeqq. par. 9.* ubi de ſimili *Statuto Ravennæ*, & rejecta contraria opinione, & ſe-
quendo hanc uti communiorem, & in Tribu-
nalibus magis receptam plenè in allegata *Ra-*
venna.

Digitized by Google

vennaten. Donationis 20. *Junii* 1678.§. *Nec re-*
levat, *confirmata* 23. *Junii* 1679. & 13. *Junii*
1681. *coram eodem Eminentiſſimo V.Comite.*
Quamvis, ut dictum eſt ſupra, noſtrum
Statutum exorbiter à Jure communi, attamèn
eſt favorabile, cum reſpiciat bonum publi-
21 cum, uti tendens ad obviandum fraudibus,
ut aliis adductis plenè firmat *Conciol.ad Sta-*
*tut. Eugub. lib.*2. *rubr.*45.*num.*3. & *rubr.*56.*ac*
*rubr.*57.*utrobique nu.*1., ideoque valet, & ſi
in forma communi tantummodò ſit confir-
matum, ut reſpondit *Rot. coràm Pamphil. de-*
ciſ. 32.*num.*8. *coram Duran. deciſ.*36.*num.*42. *in*
recent. deciſ. 438. *num.* 4. *tom.* 2. & *dec.* 169.
*num.*11. *cum ſeq. par.* 11.
Addendo, quod ad hoc, ut confirmatio
Statuti in forma communi ſuffragetur ſufficit;
22 quod non ſit odioſum odio irrationabili, ſed
habeat motivum rationis, ut reſpondit *Rota*
coram Merlin. deciſ. 853. *num.* 9. *verſ.* & *con-*
firmatio; & *in rec. deciſ.* 428. *num.* 18.*par.*13.
Ne Mulier remaneat indotata, multa
B contrà juris rigorem admittuntur ad evitan-
23 dum periculum, ne ſoluto matrimonio, illa
non habens dotem, cum qua nubat, incidat
in tentationem, ut cum *Cardin.* & *Monter.*
advertit *Fontanell. de Pact. nuptial. clauſ.* 7.
*gloſſ.*2. *par.*6. *nu.*8. Ultrà quod quandò Mulier
remanet indotata, tractatur de obligatione
contrà publicam utilitatem, ut proſequitur
24 *Fontanell. ubi ſuprà nu.* 10. *verſ.conſiderat*, &
Rota penes Pacific. de Salvian. dec. 115. *num.*2.
Cum igitur publicè expediat Mulierem
non remanere indotatam, ideò ſi ex contra-
25 ctu, & obligatione, ac fidejuſſione per ip-
ſam facta læſa remaneat in tota dote, vel ul-
trà dimidiam illius, ut potè quia non ſit ſal-
va ſaltèm dotis medietas, ſeù non habeat re-
levatorem, nec indè tuta ſit pro ejus dote,
vel pro dimidia, tùnc illius obligatio, & fi-
dejuſſio in totum eſt nulla ratione individui-
tatis, & doli tanquàm enormiſſimè læſiva, ut
communitèr tenent *DD.* & omiſſis aliis *Pic.*
ad Statut. Urb. gloſſ. 7. *nu.* 286. *cum ſeq. Gait.*
de Credit. cap. 4. *quæſt.* 7. *nu.*961. *cum duobus*
ſeq. Gratian. diſcept. 763. *num.*7. *verſ. idem di-*
cendum, juncto *nu.*11.*cum ſeqq.* examinato ar-
ticulo, & reprobata contraria opinione plenè
*Fontanell. de Pact.Nuptial.clauſ.*7.*gloſſ.*2.*par.*6.
*nu.*7.*cum ſeqq.* iuncto *nu.*30. *cum ſeqq. Poſt re-*
*ſolut.*89. *num.* 37. *cum ſeqq. Hodiern. ad Surd.*
*dec.*86. *num.* 16. *cum ſeqq. Botsilier. de Succeſſ.*
theorem. 88. *ſub nu.* 20. *Noguerol. allegat.* 29.
*nu.*183. *Bonden. collectat.*6.*nu.*9. *cum ſeqq.Tor-*
re de Pact.futur.ſucceſſ. lib. 3. *cap.* 5. *num.* 99.
verſ. & *ſicuti.* Etiamſi obligatio, & fidejuſ-
26 ſio munita ſit juramento; *Adden.ad Ludoviſ.*
*deciſ.*321. *nu.* 12. *Poſt. loc. cit.nu.* 45. *Hodiern.*
*ubi ſuprà nu.*18. *cum.ſeq. Rot. in recent. dec.*97.
num. 10. *par.*15.
Verùm quod obligatio in parte tantùm ex-
27 cedente medietatem ſit nulla, in alia verò par-
te ſuſtineatur, ea præſertim ratione, quia
cum ex æquitate contra iuris rigorem intro-
ductum ſit ſubvenire Mulieribus ne rema-
neant indotatæ, talis æquitas non debet tam
magnâ iniquitatem operari, ut contractus in
totum reſcindatur in grave creditoris præiu-
dicium, ut tenent *Merliu.de Pign. lib.*2. *quæſt.*
18. *num.*71. & *ſub num.*73. *Tondut. QQ.* & *re-*
*ſolut. civil. cap.*45. *num.*22. *lib.*1. *Theſaur. jun.*
qq. forenſ. 65. *num.*4. *lib.*2. & *Theſaur. ſen. de-*
ciſ. 223. & hæc opinio paſſim in Tribunalibus
Urbis amplectitur relaxando mandata, &
procedendo ad executionem favore credito-
rum, ſalva medietate dotis.
Sed ſi dos ſit modica, ità ut non ſufficiat ad
alimenta, & onera Matrimonii, tùnc enim
28 nec pro medietate valere dicunt *Ciriac. con-*
*trov.*216. *num.*20. *Noguerol. allegat.*30.*nu.*16.
quem refert *Andreol. controv.*376. *un.*6. quam
opinionem ſequitur *Card. de Luca de Dote diſ-*
*ſcurſ.*95. *num.*8. & *D. Carolus Antonius de Lu-*
*ca ad Gratian. diſcept.*108. *num.*5. *contra Mer-*
liu. de Pign.
Sæpè etiam contingit quod Mulier plures
contraxit obligationes diverſis temporibus,
quarum qualibet de per ſe eam non reddit
29 indotatam in totum, nec ultrà medietatem
dotis, ſed ſolùm omnes ſimul iunctæ, adhùc
iſto caſu omnes obligationes ſunt invalidæ
ſecundùm opinionem *Noguerol. allegat.* 29.
*num.*7. *cum pluribus ſeqq.*
Sed ſecundum aliam opinionem æquiorem, &
communiorem non omnes obligationes ſunt
annullandæ, ſed dumtaxat poſteriores exce-
30 dentes dotis dimidiam, ut tenent *Gaſpar. An-*
ton. Theſaur. in Addit.ad deciſ. Antonii Patris
*deciſ.*223. & *lib.*2. *QQ. forenſ.* 65. *num.* 4. *Fon-*
tanell. de Pact.nupt. clauſ. 7. *gloſſ.*2.*par.*6.*n.*37.
*cum ſeqq. Andreol. d.controv.*376. *nu.*4. *Salgad.*
*Labyrint. credit. par.*2. *cap.*4. *nu.*68. *cum ſeqq.*
ubi etiam *Noguerolum* reprehendit, *Torre de*
*Pact. futur. ſucceſſ. lib.*3. *cap.* 5. *num.*98.
Notandum, quod non ſolum Mulier poteſt
conqueri adverſus contractus, & obligatio-
31 nes, ex quibus in totum, vel in maiori par-
te dotis remanſit læſa, & indotata, quæ actio,
& exceptio intentata poteſt continuari ab eius
hæredibus; verùm etiam iſtud ius eſt tranſ-
miſibile ad hæredes quoſcumque, ità ut ipſi
quoque poſſint petere reſciſſionem, & oppo-
nere nullitatem obligationis; nam cum ea
tam notabiliter remanſerit læſa, tunc lex præ-
ſumit contractum, & obligationem meticu-
loſam, & reſciſſio illius peti valet actione,
quod metus cauſa, quæ exerceri poteſt etiam
ab hærede metum paſſi, ſicut poſſet ſi ipſe vi-
veret, ut rejecta contraria opinione conſtan-
ter tenet *Fontanell.de Pact.nupt. clauſ.*7.*gloſſ.*2.
*par.*6.*num.*44. *juncto num.*48. *cum ſeqq.*
Circa conſenſum ab Agnatis, Cognatis, &
C vicinis reſpectivè præſtandum in contracti-
bus Mulierum videnda erunt *adducta ſupra in*
*Obſervat. ad Rubr.*17. *num.* 18. *cum ſeqq. lib.*3.
Et cum conſenſu copulativè iurare debent id
32 expedire, aut neceſſarium eſſe Mulieri, quod
iuramentum expreſsè præſtandum eſt, ut di-

ctum fuit suprà in *dicta Observat.17. num.34.*
& eo deficiente contractus, & obligatio non
valet, ut dixit *Rot.coram Pamphil. decis.455.*
num.6. Nec præsumitur ex interpositione
33 decreti Iudicis, ut respondit *Rota coram Bu-*
ratt.decis.924.nu.13. ubi etiam advertit, quod
ad hoc ut hujusmodi præsumptio intret, sal-
tem requiritur enunciatio talis juramenti in
Instrumento: Et si Statutum disponeret, quod
proximiores deberent iurare nullum habere
34 interesse in contractu, illumque expedire,
vel tendere in utilitatem Mulieris, si ex in-
strumento constet primum fuisse dumtaxat
præstitum, & in scriptis redactum, nequa-
quam verò secundùm, cessat præsumptio præ-
stationis iuramenti circà necessitatem, con-
gruitatem, vel utilitatem contractus, & obli-
gationis, nàm sicuti unum, quod fuit præsti-
tum in scriptis redactum fuit, ita verisimili-
ter idem observatum fuisset, quoad aliud iu-
ramentum, si præstitum fuisset, ut respondit
Rota coram Buratt. dicta decis.924. num.24. &
coram Pamphilio dec.955.n.8.cum seq.

Circa verò causam videnda sunt adducta
suprà *in Observat. ad Rub.17.num.35.cum seqq.*
lib. 3.

Addendo hic solum, quod cùm ex disposi-
tione *Statuti* in contractu, obligatione, &
renunciatione Mulieris requiratur causa ex-
35 pediens, vel necessaria, circà quam cùm ju-
rare debeant duo Agnati, vel Cognati, vel
vicini, & subindè legitimè illa cognita, à
Judice interponi decretum, pernecesse expri-
36 menda est causa, ad hoc ut super illa prædi-
ctis Agnatis, vel Cognatis, vel vicinis deferri
valeat juramentum, & sic copulativè requiri-
tur decretum Iudicis cum expressione causæ,
& quidem sufficientis, ita ut solum decretum
absque causa non suffragetur, ut censuit *Rota*
coram Dunozett. jun.dec.805. num.6. quæ causa
cùm debeat esse vera, aliàs decretum nullum
remaneat, & contractus non sustineatur *leg.*
37 *Et si Præses Cod.de Præd.min. ibique Barbos.n.1.*
cum seqq. ubi concordantes *Fenzon. ad Statut.*
Urb. lib.1.cap.113.num.24. Rot.coram Ludovis.
decis.496. num.10.cum seq. & decis.624.num.4.
par.1.divers. consequenter cognoscenda, dis-
cutienda, & examinanda erit per Judicem
antè interpositionem decreti, alioquin illud
38 remaneret nullum, ut cumulatis concordan-
tibus firmat *Gratios. Ubert. de citat. cap.10.*
num.149.Rota dec.458.num.2.par.1.divers. quæ
quidem cognitio causæ debet legitimè fieri,
videlicèt iuris ordine servato, attentis illis
39 verbis Statuti: *Cum legitima causæ cognitione*
interpositum ex firmatis per *Barbos. de Diction.*
dict.188. nu.1.cum seqq. & Rot.coram Seraphin.
dec.290. num.2. Quod fieri nequiret absque
quo causa, nedùm in Instrumento exprimatur,
tur, sed etiam probaretur, ac excuteretur in
scriptura separata, ut cum *Text. in leg. Mino-*
rum Cod.de Præd.min. & Menoch.de recuper.re-
med.15. num.148. dixit *Gratian. discept.409.*
num.30. nisi per consuetudinem introductum
esset, quod circa veritatem, & sufficientiam
40 causæ narratæ Judex præsumatur plenè infor-
matus ab Agnatis, seu Cognatis, aut vicinis,
de quorum consilio, ac præstito eorum iura-
mento circa congruitatem, aut necessitatem
initus fuit contractus, etiamsi informatio su-
per veritate, & sufficientia causæ in scriptis
ab ipsis non fuerit redacta, per quam consue-
tudinem tollitur ius positivum, seu Statutum
contrarium disponens, ut in puncto respon-
dit *Gratian.dicta discept.409. num.30. vers.Ta-*
men de consuetudine, cum duobus seqq. & priùs
discept.153.num.11.cum seqq. ubi *num.22.* tra-
dit procedere, quandò stylus, seu talis con-
suetudo est præscripta, idemque firmat *Surd.*
dec.334.num.5. vers.Quamvis autem cum pluri-
bus seqq.Rot.cit.dec.458.num.2.par.1.divers. &
isto casu sufficit quod cognitio causæ enuncia-
ta fuerit, ut advertit *Gratian. cit. discept.153.*
num.16.cum seqq.

Eòque magis convincitur necessitas expres-
sionis causæ in obligatione, contractu, seu re-
nunciatione Mulierum, & quidem individua-
41 lis, & particularis ad hoc ut si falsa, vel inef-
ficax, ac inepta detegatur, actus impugnari
valeat, ut dictum fuit supra in *Observat. ad*
Rub.17. num.44. lib.3. & respondit *Rota coram*
Cels.dec.233.num.5.cum seqq. Nam sicuti si illa
esset vaga, vel inepta non suffragaret, dùm
non posset fieri illius discussio, nec Judex co-
gnoscere, an esset expediens, aut necessaria
pro interpositione decreti, & clausa remane-
ret via impugnandi contractum, & obliga-
tionem, ut censuit *Rot. coram Priolo dec.224.*
num.5.coram Celso ubi suprà, in Ravennaten.Re-
levationis Indemnitatis 1.Iunii 1661. cor.bo:me:
Ninot. §.Est autem cum seqq. inter ejus impress.
dec.3. & in recen.dec.167.num.19.par.17. Ita
multò magis, si nullo modo exprimeretur
causa; Imò si falsa, aut insufficiens expressa
fuisset, contractus, & obligatio non substine-
42 retur, quamvis ex alia causa non expressa
substineri potuisset, cùm certum sit ex ea tan-
quàm ignota Judicis animum ad interpositio-
nem decreti elici non potuisset, dùm atten-
dendum sit quod Judici expressum fuit, non
quid inter contrahentes actum fuit, ut re-
spondit *Rota in recen. decis.331. num.19. cum*
seqq.par.17.

Nulla habita ratione decreti à Judice in-
terpositi super causa vaga, vel inepta; Nàm
præsumptio ex eo resultans habet locum tan-
tùm in dubio, secùs quando expresè patet
inepta, & inefficax causa, cùm illa præsum-
43 prio cedere debeat veritati, ut cum *Alciat.*
de præsumpt.regul.3.præsumpt.10.num.11. pro-
sequitur *Rota dicta decis.172. num.9. par.11.*
Benè verum est, quod decretum Iudicis in-
terpositum servatis cæteris solemnitatibus à
44 Statuto requisitis, adeò facit præsumere ve-
ritatem, & sufficientiam causæ in instrumen-
to expressæ, ut transferatur onus probandi
contrarium, & quidem plenè, & concluden-
ter in allegante nullitatem obligationis, ut
firma-

Digitized by Google

firmavit *Rot. coram Vbald. dec. 342. num. 2. cum seq. coram Cavaler. decis. 479. num. 2. in recentior. dec. 345. num. 1. vers. Ità ut in contrarium, part. 4. tom. 1. decis. 23. num. 4. par. 4. tom. 2.*

Et si causa in contractu expressa partim
est vera, & partim falsa, tunc ratione indivi-
duitatis decreti, totus contractus remanet
45 nullus, ut tradit *Adden. ad Rot. in rec. dec. 81.*
num. 21. par. 8. respondit *Rota in recen. decis. 97.*
num. 7. par. 15. & in Romana Locorum Montium
1. Februarij 1664. §. Sed clarior coràm bon: mem:
Ninot. intèr ejus impress. decis. 59. in rec. decis. 63.
num. 5. & 6. par. 12. & decis. 163. num. 15. cum
seq. par. 14. si tamen constat, quod pars pecu-
niæ versa est in extinctionem debitorum, pro
46 quibus Mulier pramebatur, vel ad quæ te-
nebatur, eo casu cum æquitas non patiatur,
quod locupletetur cum alterius jactura, te-
netur pro illa rata, saltem actione in rem ver-
so ad restitutionem pecuniarum, ut respon-
dit *Rota in recent. d. decis. 163. num. 16. cum duobus sequent. par. 14.*

Quandò autem plures causæ fuerunt cu-
mulativè expressæ, tunc si una de per se est
47 sufficiens, & vera, sustinetur obligatio, licèt
aliæ sint falsæ, ut declarat *Adden. ad Rot. in rec.*
dec. 81. num. 108. par. 8. cum alijs adductis per
Rot. in recen. dec. 221. num. 3. par. 14. secùs verò
quandò plures causæ copulativè expressæ fue-
48 runt, adeò ut Mulier ex omnibus causis simul
mota fuerit ad se obligandum, etenim eo ca-
su nedùm ratione individuitatis decreti, sed
etiam quia ex omnibus causis Mulier inducta
est ad se obligandum, cessante ejùs voluntate
ob defectum alicujus ex causis expressis, obli-
gatio non sustinetur, ut cumulatis concordan-
tibus distinguendo respondit, *Rot. in recentior. dec. 171. num. 10. par. 11.*

Sicuti ex peculiari privilegio dotis sustine-
tur illius promissio, & obligatio facta à Mu-
49 liere, etiamsi de Jure illi interdictum sit à
Sen. Cons. Vellejano pro alio se obligare
per *Text. in leg. finali* ibi: *Vel spoponderit pro qualibet muliere, cum qua Matrimonium licitum est, omninò compellatur suam obligationem adimplere C. ad S.C. Vellejan. & in leg. Promittendo ff. de jure dotium.*

Ita non obstante Statuto disponente, quod
50 in contractibus Mulierum requirantur certæ
solemnitates ad supplendam earum imbecilli-
tatem, pro dote efficaciter obligantur etiam
non servatis solemnitatibus Statuti, ut tenent
Petrus Barbos. in par. 1. leg. 1. num. 26. vers. Sed his non obstantibus ff. Solut. Matrim. latissimè
discusso articulo, & reprobatis contrariis re-
spondit, & ita decisum fuisse testatur *Altograd. cons. 34. num. 8. cum seqq.* qui etiam *nu. 48. vers. Et licèt cum seqq. vol. 1.* & post eum *Ciroch. discept. 35. num. 24. cum seqq.* examinat, quid
dicendum quandò Mulier se ipsam dotat *Conciol. allegat. 48. num. 51. cum seqq. Adden. ad Buratt. dec. 924. num. 17. Rot. divers. decis. 264. nu. 5. par. 4. post Pic. ad Statut. Vrb. decis. 13. coram Dunozet. jun. decis. 561. num. 3. & decis. 919. num. 1. coram Royas decis. 450. num. 4. coram Coccin. decis. 433. num. 1. in recen. decis. 240. num. 1. cum seqq. par. 7. & decis. 13. num. 7. cum seqq. par. 15. & decis. 306. num. 7. par. 17.* & procedit non
solùm pro dote, sed etiam pro illius antepha-
to *Barbos. in allegat. leg. final. num. 4. C. ad S.C.*
51 *Vellejan.* Et augmento *Rota coram Coccin. d.*
decis. 433. num. 2. & dicta decis. 919. num. 4. ubi
num. seq. limitat, quandò augumentum fuit
52 assignatum post contractum Matrimonium,
& sic quasi ad defraudandum Statutum.

Quæ principalis conclusio procedit quidem
in Muliere majori, quæ potest obligari pro
53 dote; non autem in minore tàm masculo,
quàm fœmina, cùm dos isto casu non repe-
riatur privilegiata, sed Statutum indistinctè
loquens circa solemnitates servandas in con-
tractibus minorum comprehendit etiam cau-
sam dotis, ut declarando firmant *Barbos. in dicta leg. final. num. 4. cum seq. Adden. ad Rot. in recent. decis. 460 num. 228. par. 4. tom. 2. Conciol. loc. cit. Rot. divers. ubi supra num. 5. in recen. dicta decis. 240. num. 8. cum seqq. par. 7. dicta decis. 13. num. 9. par. 15. coram Royas dicta decis. 450. nu. 3. vers. Nam objectum coram Dunozet. cit. dec. 561. num. 4. penès Torre de pact. futur. succesi. dec. 117. num. 3. cum seqq.* Juxta tamen sublimitationem
54 adductam supra in *Observat. lib. 3. Rubric. 17. num. 62.*

Sicuti quoque non sustinetur obligatio Mu-
lieris pro dote, sed rescinditur, quandò re-
55 manet penitùs indotata, non obstantibus
solemnitatibus statutariis, & Juramento, ut
tenent *Cyriac. controv. 41. num. 9. in fine juncta controv. 295. num. 39. cum seq. Pic. ad Statut. Vrb. gloss. 7. num. 240. Bonden.* alios cumulans *collect. 6. n. 27. ac 29.* & advertit *Altograd. cons. 34. num. finali, volum. 1.* qui loquitur de Muliere, quę totam suam dotem pro alia dotanda obligavit, seu alienavit: Quod intelligendum est cum modificatione præservationis medietatis dotis juxta opinionem adductam *sub n. 27.*

Hinc licèt ex dispositione nostri *Statuti* expressè permissum sit Mulieribus se obligare posse tàm pro dote filiæ, quàm cujusvis Mulieris; attamen non sustineretur obligatio, nisi salva medietate dotis, si ipsa Mulier alioquin remaneret penitùs indotata.

ADDIT. AD RVBRICAM XXV. LIB. VII.

S V M M A R I V M.

1 Statutum *Faventiæ lib. 7. Rubric. 25.* habet locum tantummodò, quandò agitur de contractu, obligatione, & hypoteca super dote, vel re dotali, non autem de re extra dotem.
2 Obligationis Uxoris pro Viro remissivè.
3 Uxor, vel Mater dans Executoribus jocalia, seu vestes pro debito Mariti, & filii respe-
ctivè

Digitized by Google

ctivè potest agere pro restitutione vide num. 4.

6 Obligatio Mulieris, ob quam redditur in totum, vel pro majori parte indotata non valet. Limita, & declara num. 9. & 12. Amplia num. 11.

Præsertim quandò concurrit præsumptio metus, & tunc nullitas peri debet actione quod metus Causa num. 8.

7 Hæredes Mulieris impugnare possunt obligationes Mulieris per quas redditur in totum, vel pro majori parte indotata. Limita num. 9. & 12.

8 Maximè concurrente præsumptione metus, vel doli, quod ex enormissima læsione præsumitur, & num. 10. Ampl. nu. 11. declara num. 12.

10 Dolus præsumitur ex enormissima læsione. Declara num. 12.

13 Nullitas obligationis Mulieris, quæ ab ipsa vivente non fuit deducta non potest à tertio allegari.

14 Mulier major validè sine solemnitatibus statutariis obligatur pro dote tàm ex causa voluntaria, quàm necessaria.

15 Mulier obligans se favore Generi pro dote filiæ non juvatur Vellejano. Decl. n. 16. Mulier obligare se potest cum Viro pro dotanda communi filia n. 15.

Num. 1. Dispositio huius *Statuti* habet locum tantummodò quandò agitur de contractu, &
2 obligatione, seu * hypotheca super dote, vel dotali re, non autem quando agitur de re extra dotem, ut in terminis donationis rei mulieri proventæ jure hæreditario respondit *Bero cons. 63. sub num. 25. tom. 3.*

Num. 7. De obligatione Uxoris pro Viro vide
2 *Balduc. Observat. ad Ramon.* * *cons. 96. vol. 3.*

Num. 8. Uxor dans ejus jocalia, & vestes executoribus pro debito filii, seu Mariti potest age-
3 re ad restitutionem * illorum, cùm non minùs juvetur Vellejano pro aliena obligatione dando pignus, quàm fidejubendo, ut respondit *Rot. Maceraten. penès Gratian. decis. March. 118. num. 1. cum seqq.* & hanc opinionem secutus sum in judicando quandò casus evenit, dùm munus Vice-Gerentis Vrbis per duodecim annos exercebam.

Circa prædictam opinionem dubitat *Mi-*
4 *chalor. de fratr. par. 1. cap. 281. num. 4.* * quandò agitur de Creditore, cui antecedenter fuerant hypothecata jocalia.

Num. 31. Quamvis asseratur nulla *lege* caveri,
5 quod Mulieri tanquàm per viam privilegii * competat Jus impugnandi propriam obligationem, seu contractum, per quem reddatur
6 indotata * in totum, vel pro majori parte, sed id solùm ex rationabili *DD.* sensu inducatur ob publicam utilitatem, ne mulieres remaneant indotatæ, & per consequens ne præcludatur via secundis nuptiis, ac ne alimentis priventur ut advertit *Card. de Luca in annot. ad ejus discurs. 95. de dote, & Fontanell. de pact. nuptial. clauf. 7. gloss. 2. par. 6. num. 45.* Negari tamen non potest, quin prohibitum sit mulieri facere conditionem suam deteriorem *ad Text. in leg. de die ff. de pact. dotal.* tradit *Merlin. de pign. lib. 2. tit. 1. q. 18. num. 69. vers. Primo exregu la*, ex quo deducitur quòd eius obligationes, quæ ipsas in totum, vel pro maiori parte reddunt indotatas ratione enormissimæ læsionis sint ipso iure nullæ, & ius dicendi de nullita-
7 te etiam ad illarum hæredes * transeat cum lex præsumat contractum, & obligationem meticulosam, *ut in leg. dotale prædium la prima §. Hæredi. ibi Hæredi quoque mulieris idem auxilium præstabitur quod mulieri præstatur ff. de fundo dotal.* firmat *Andreol. controv. 237. nu. 2. cum seqq.*

Maximè concurrente metu, qui præsumi valet, quandò obligatio facta fuit favore eo-
8 tum * in quibus cadere potest præsumptio metus ratione reverentiæ prout quando obligatio, seu alienatio facta fuit favore, seu intuitu Mariti, vel Patris, vel aliorum, in quibus cadere potest talis præsumptio metus, nam tunc rescissio, seu nullitas peti debet actione, quod metus causa, quæ competit etiam hæredi Mulieris, nepotè quia concurrat infectio in radice contractus, & in his terminis loquitur *Fontanell. de pact. nuptial. clauf. 7. gloss. 2. par. 6. num. 48. cum seq.* & declarat *Card. de Luca de dote discurs. 96. num. 5. cum seqq. Rot. in Lauretana Dotis 27. Januarii 1697. coram R. P. D. Molines impress. inter recollect. ad Card. de Luca super materia de dote decis. 3. num. 15. & 17. vers. Quidquid esset cum seq.* Secùs autem si
9 obligatio facta sit ex motivo prudenti, * & laudabili favore personæ, erga quam non potuit cadere timor metus, & circumventionis, quo casu sicuti mulier non impugnavit suam obligationem, ita nec illius hæres impugnare valet, ut declarat *Card. de Luca cit. discurs. 96. ubi suprà, & Rota allegata decis. 3.* & in hunc sensum loquitur, & est intelligenda *decisio in Spoletana Bonorum 29. Ianuarii 1683. coram Cardinali Matthæjo impress. inter recollect. ad eumdem Card. de Luca super materia de dote dec. 56. num. 10.* in qua nec obligatio excedebat medietatem dotis, & cessabat quælibet suspicio fraudis, *ibidem num. 11. & in Romana Census 5. Decembris 1595. coram R. P. D. Scotto impressa ibidem decis. 8.* in qua pariter cessabat omnis dolus, & fraus, & concurrebat legitima causa liberandi unum filium ab imminenti carceratione, & alterum ab arresto, nec non aderant bona, super quibus mater consequi poterat suam indemnitatem; Prout etiam *decisio in Romana Pecuniaria 3. Decembris 1696. coram R. P. D. Ursino impress. inter easdem recollect. ad eund. Card. de Luca decis. 57.* in qua censuit huiusmodi privilegium esse personale, & non transitorium ad hæredes mulieris, cùm in eo casu non concurreret ullus dolus, vel metus, & causa obligationis erat iusta, & rationabilis, quæ distinctio eo certiùs est amplectenda, cùm post emanatas prædictas *decisiones* etiam am-

Digitized by Google

amplexa fuerit *Rot. de anno* 1697. *in d. decis.*3. *n.*17.*vers.Quidquid esset cum seq.*

Vel concurrente dolo, qui ex enormissima læsione præsumitur re ipsa, & dolo ex propo-
10 sito * æquiparatur, ut tradunt *Menoch. de arbitrar.cas.*71.*nu.*28. *Magon.decis.Florentin.*64. *num.*61. *Franch.decis.*247. *Rot.diversf.decis.*102. *par.*2. & inficit obligationem, adeòut non sustineatur quamvis concurrat iuramentum, ut respondit *Gratian. discept.*108. *num.*8. *cum*
11 *seqq.* & *Rot. penès Pacific.de Salviau. decis.*15. *num.*1.& *per tot.* ubi agebatur de obligatione facta ab Uxore in executionem decreti Vilitæ de repræsentando maritum in carceribus sub pœna debiti, & *Rot. in Eugubina Prædii.*4. *Julii* 1659. *coram bo:mc:Bevilaqua impress. penès Urceol.de transact.dec.*6.*num.final.* ubi de obligatione mulieris, ex qua remanebat quasi indotata: Nam licet alienationes dotium, & donationes propter nuptias à mulieribus factæ, & iuramento firmatæ *de Jure Canonico* servandæ sint,& Judices contra præfatas alienationes, eas audire non possint, itaut eosdem Judices ad *hoc Jus Canonicum* servandum per locorum Ordinarios Censura Ecclesiastica compelli mandaverit *Innocentius III. in capit. Cum contingat de jure juran.* & *Bonifacius VIII. in cap.Licet eod.tit. in* 6. Attamen ibidem excipiuntur alienationes vi, vel dolo factæ,ibi, & *non vi, nec dolo cum juramento firmatis*.

Verùm præsumptio doli ex enormissima læsione resultans tunc sufficere videtur ad effe-
12 ctum infringendi obligationem, * quandò etiam concurrit aliqua alia circumstantia, & coniectura dolum arguens; Secùs verò quandò huiusmodi præsumptio extinguitur, vel saltem debilitatur contraria probatione, seu præsumptione, utpote quia concurrat aliqua contraria præsumptio, nempè quod obligatio facta fuerit ex causa honesta, pia, & laudabili, ex qua excludatur quivis dolus, & circumventio, ut distinguendo animadvertit *Card.de Luca d.disc.*96.*loc.cit.* & *Rot.in allegata decis.*3. Prout si obligatio contracta fuisset ad effectum occurrendi propriæ magnæ, & extremæ necessitati, cui aliter succurri non poterat cùm publicè expediat vitam humanam conservari, utique obligatio sustineretur, ut cum *Lup. advertit Gratian. dicta disceptat.*108. *num.*15. & sicuti non posset mulier illam impugnare ira nec eius hæres.

Non omittendo etiam addere quod quandò pretensa nullitas obligationis mulieris re-
13 sultans ex eo quia * absorbeat integram dotem non fuit ab eadem muliere, dum vixit deducta non potest à tertio allegari,ut respondit *Rot. in Asculan. Dotis*, & *legitimæ* 16. *Ian.* 1699.*coram R.P.D.Lancetta*, §.*Nec relevat.*

*Num.*53. Mulier ætate maior sine solemnitatibus statutariis validè obligatur pro dote ram ex causa voluntaria, quàm necessaria, ut respondit *Rot.in Lauretana Dotis* 28.*Iannar.*1697. *coram R.P.D. Molines impress. inter resolut. ad Card.de Luca super materia de Dote decis.*3.*nu.*4. *vers.Verùm.cum seq.vol.*1.*secund.impress.Lugdunen.*

Mulier obligans se favore Generi pro Dote
15 filiæ non iuvatur Velleiano *leg.Si dotare* * *C. ad S. C. Vellejan.* & quod Mulier pro dotanda communi filia potest cum viro se obligare, respondit *Rot.in rec. dec.*490. *num.*7.*vers. Quia contraria opinio. par.*4.*to.*1.

Declara procedere in subsidium nempè,
16 quando filia indotata remaneret * ut explicat *Bero cons.*48.*nu.*13.*lib.*1. *Faber.in Cod.lib.*5. *tit.*5.

De Bonorum communium divisione.

RUBRICA XXVI.

AD removendas difficultates, discordias, (A) necnon rixas, quæ evenire solent causa, & occasione divisionis bonorum communium, utquè divisio ipsa facilius, quietius, ac expeditius fieri valeat. Statuimus, quod ad instantiam cuiuslibet volentis dividere, aut dividi bona sua sibi communia quoquo modo aut pro quacunque parte cum aliquibus coniunctis, sive non, & quæ de iure dividenda essent, per Iusdicentem statuatur terminus octo dierum cuilibet ex consortibus prædictis, infrà quem convenire debeant inter se omnes ad partes cuique eorum contingentes faciendas, & assignandas, aut in modo faciendæ divisionis, aut per se ipsos, aut unum, vel plures ex eis, aut per alium, vel alios eligendum, vel eligendos ad hoc infrà terminum inter eos statutum, quod si non convenerint ut suprà in eo termino, vel ab eis electi sive unus, sive plures dictas partes non fecerint in eo termino ut suprà statuto, tùnc ad instantiam cuiuscunque ex his divisionem fieri volentis consortes ipsi omnes detineantur in Palatio ipsius Iusdicentis, ità quod ex eo loco nullus exire queat sine licentia Iudicis ipsius donèc statuerint divisionem, & partes esse faciendas per unum ex eis, quem maior pars saltèm, omnibus tamèn vocatis, elegerit pro magis idoneo ad hunc effectum, vel ratione maioris ætatis, aut maioris intelligentiæ, seu experientiæ, aut quavis alia ratione, quo non electo infrà octo dies à die eorum detentionis prædictæ, aut partes non faciente postquàm electus fuisset infrà terminum quindecim dierum tùnc immediatè sequentium, tùnc partes faciat, & facere teneatur, & cogatur omni iuris remedio ille, quem sors ad faciendum elegerit,

Digitized by Google

seu deputaverit, quod si etiàm sortitus ipse infrà alios quindecim dies partes ipsas non fecerit, qui prius ad divisionem provocaverit, vel voluerit bona dividi, partes ipsas facere teneatur, ac cogatur, ut suprà, & quando plures concurrerent æquè, vel aliter esset dubium, aut altercatio, qui priùs provocaverit, vel voluerit bona dividi, si ex eis non sit qui velit partes facere, tunc sorte dirimatur quis ex his partes faciat, & quem sors declaraverit, partes ipsas facere teneatur, & cogatur ut suprà, hoc tamen semper prædictis addito, & declarato, videlicet quod minores vigintiquinque annis non teneantur, nec eorum agentes partes facere, nec ad id cogi valeant. Inter duos autem tantùm consortes volumus debere, & cogi facere partes provocantem ad divisionem, nisi aliter provocatus vellet partes ipsas facere, & ipsis pariter provocantibus, vel existentibus in controversia, non existente in promptu quis primò provocaverit, sorte ut suprà dirimatur, & declaretur quis partes facere debeat, & cogatur ut suprà, minoribus ut suprà non cogendis ad partes faciendas, & quod in omnibus casibus prædictis divisio fieri debeat, sive partes ipsæ fieri debeant bona fide, & non ad injuriam; & beneficium unius potiùs quàm alterius, & consideratis circumstantiis, quæ considerari solent, & debent de jure ad partes faciendas æqualiter, etiam in dividendo res pro rata quandò commodè dividi possunt, (B) vel assignando rem integram pro re, & e contrà, & supplendo in pecunia quandò, & prout æquum esset, & aliter disponendo, & faciendo, prout videtur melius sinceritati boni divisoris, colloquio, & consilio etiam peritorum adhibito, ubi dividens, & partes faciens non haberet sufficientem cognitionem, & præstito per eum dividentem juramento solemniter de observandis, & considerandis prædictis, cujus juramento etiam stari debeat se bona fide, & secundùm conscientiam suam, & secundùm consideranda ut suprà usum fuisse. Factis insuper partibus in omnibus, & singulis casibus prædictis sorte dirimatur quis primò, & qui successivè optare habeat unus post alium usque ad ultimum inclusivè, & habeantur pro uno consorte etiam quoad omnes effectus plures hæredes, vel successores in jure primi consortis, qui habuisset ut suprà dividere, vel in divisione esse, si jus tempore divisionis penès eumdem durasset, & prædicta divisio mittatur executioni, tradita etiam unicuique possessione, vel quasi partis suæ, aut sibi acquisita, quam etiam propria auctoritate, volumus unumquemque sibi acquirere posse, remota in prædictis omni appellatione (C) etiam legitima, quoad effectum suspendendi executionem prædictam, necnon salvis infrascriptis, omni querela, ac recursu, aut reclamatione remotis, donec dicta divisio sortita fuerit effectum ut suprà, recepta portione sua per quemcunque volentem dictæ divisioni, & dictis partibus factis acquiescere. Declarantes tamen, ac volumus quod non obstante quod aliquis acquieverit, quisquis fuerit, dictæ divisioni, & partibus ut suprà, liceat ipsi, & unicuique ex prædictis consortibus querelare, & de nullitate, ac injustitia dictæ divisionis, dictarumque portionum factarum proponere, & etiam in judicio agere coram Iudice competenti, aut si voluerit, vel coram Arbitris, & Arbitratoribus eligendis, & qui eligi debeant modo, & forma, de quibus, & prout in Statuto de compromissis inter conjunctos eligendos infrà biennium à die factæ dictæ divisionis, & partium prædictarum numerandum pro quacunque læsione, (D) etiam modica, quæ tamen excedat valorem, aut æstimationem decem pro centenario, pro eo maximè, quod non fuit facta æqualiter, aut non servatis prædictis, aut aliis de jure considerandis, & ex quibus consideratis æquior divisio fieri potuisset, quod tamen biennium non currat minoribus durante eorum minori ętate, hoc tamen semper declarato, quod partes factæ stare debeant, nec alterari etiam docto, aut ostenso de lęsione allegata, & tunc, & eo casu, illi & cuicunque, qui minus haberet, & qui lęderetur, ut suprà, reficiatur per alium, vel alios pro rata, quatenùs plùs unus haberet, quàm alius in pecunia, vel rebus prout magis voluerit reficere legitimè, ubi autem querelans, vel de lęsione dicens fateretur aliquam portionem non habere lęsionem, & illa sibi officere cum effectu permutanda cum sua, tunc omninò sit exclusus à dicta querela, & lęsione proponenda. Per prędicta tamen non intelligimus esse derogatum quin dici possit de lęsione secundùm terminos Juris communis considerabili infrà tempora pręscriptionum à Iure communi, vel aliter quàm à præsenti Statuto inductarum. Et quia de modo sortiendi posset etiam esse discordia dicimus, & volumus in casibus prędictis modum esse debere, quem major pars voluerit, aut in defectum majoris partis, quem Iudex declaraverit, & hoc Statutum de novo additum, sit pręcisum, & servari debeat inviolabiliter.

SUM-

SUMMARIUM.

1 Divisio bonorum inter fratres splendorem, & decus familiæ destruit, & est ad instar divisionis membrorum corporis humani, & nu.2.
Membra corporis divisa deformitatem inducunt, & debitas functiones non faciunt num.1.
2 Divisio facienda inter quos sit vel non.
3 Divisio inter fratres quando sit necessaria.
4 Divisione inter fratres promota variæ controversiæ deinde solent evenire circa modum dividendi.
5 Statutum in divisione facienda est servandum.
Consuetudo in divisione facienda est servanda num.5.
6 Divisio de bono, & æquo facienda est.
Bona fides in divisione exuberare debet, num.6.
Sine strepitu, & figura judicii proceditur in divisione inter fratres nu.6.
Juramento super communione bonorum inter fratres statur n.6.
7 Socius habens fundum proprium continuum alteri dividendo, tunc illi debet assignari sua portio ex illa parte contigua, & n.20.
8 Divisio per saltus singulos agros dividendo non est facienda.
9 Major in divisione facienda debet facere partes, & minor eligere secundum Canonistas.
10 Intellige de majori, qui diù administravit non de majore natu.
11 Secundum Legistas nulla competit prærogativa majori in dividendo, nec minori in eligendo, sed quomodo, sit facienda divisio controvertitur.
12 Divisio facienda est per assignationem arbitrio Judicis prævia æstimatione.
13 Sorte, mediantibus bollectinis dirimitur controversia, quæ super electione in divisione emergit post factas partes æquales.
14 Vel Judex assignat.
15 Sortis judicio sæpè fiunt divisiones.
Divisio inter fratres rusticos, qui susceperunt prædia ad laborerium quomodo sit facienda remissivè nu.15.
16 Commoditas in divisionibus etiam spectanda est.
17 Permittenda non est divisio, quando rei substantiam corrumpit.
18 Impossibilis divisio judicatur, quando si res divideretur, longe minùs valeret.
Rei individuæ facienda est divisio per partitum, assignando uni rem, & alteri pretium, vel per alium modum congruentem n.18.
Habenti domum, vel fundum vicinum assignanda est in divisione res vicina nu.20.
19 Præferendus est in re, qui habet majorem partem in eadem re dividenda.
21 Licitatio in divisione admittitur, quando consortes in re indivisibili habent æqualem partem.
22 Officii Notarii Capitolini divisio si facienda sit, uni debet adiudicari, & consocio æstimatio solvenda est.
23 Libri, & scripturæ communes, apud quem ex hæredibus conservari debeant remissivè.
24 Appellatio suspensiva ad effectum impediendi divisionis executionem non admittitur per statutum. Sed solum in devolutivo post datam illi executionem nu.25. Vide ibi.
26 Contractus bonæ fidei est divisio,
Æqualitas est servanda in divisione n.26.
27 Læsio quælibet sufficit in divisione.
28 Læsio in sexta parte sufficit, quando divisio facta fuit ab arbitris, vel judicialiter.
Læsio ultra dimidiam sufficit ad rescindendam venditionem factam à partibus, n.28. Vide ibi.
29 Scienter acceptans in divisione bona feudalia, emphyteuticha, vel fideicommissaria, dum consocio obvenerunt bona libera, non potest prætextu læsionis eam impugnare.
30 Divisio per errorem facta debet retractari.
31 Divisio dolo, aut fraude facta debet retractari.
32 Divisio per sortem facta, læsionis causa retractari non potest.
33 Nec per appellationem impediri.
34 Potest tamen implorari officium Judicis ratione enormis læsionis. Declara n.35.
36 Solemnitates statutariæ circa contractus minorum requiruntur etiam in divisione, quamvis sit actus necessarius.

OBSERVATIO.

Divisio bonorum inter fratres splendorem,
1. & decus familiæ destruit, ut animad.
A vertit *Gizz. in Addit. ad Capyc. latr. decis.28. nu.10. cum seq.* & est quasi ad instar divisionis, & separationis membrorum Corporis humani, quæ unita constituunt, & componunt unum Corpus integrale, & perfectum, divisum verò, vel carens aliquo membro deformitatem inducit, nec æquè benè suas functiones prout anteà operatur. Undè *Diu. Bernardus in Epistola*, quam scripsit *Raymundo de Divisione intèr fratres fienda super hæreditate*
2 ita respondit *si sunt Nobiles, melior quandoque aliorum filiorum dispersio, quam hæreditatis divisio; si sunt laboran.ei faciant, ut velint; si sunt Mercatores, tutior est divisio, quàm communio, ne unius infortunium alteri imputetur*, ut refert *Fab. de Giocchis in auth. Novissima in fine C. de Inoffic. testam.* Verùm quia genia, & temperamenta etiam inter fratres, & sanguine coniunctos quandoque sunt adeò varia, & antipatica,
3 ut in inimicitias capitales convertantur, & aliquando ob communionem ad arma deveniatur, ut prætèr quotidianam experientiam comprobat *Gizz. ubi supra nu.1. cum seq.* proinde ad evitandum majus malum, divisio tunc est necessaria, & medicinale remedium etiam à prudentibus Viris judicatur, ut admonet

Digitized by Google

Capyc. latr. decis.168. nu.10. in fine.
Parum etiam esset si capta resolutione de-
veniendi ad divisionem, ad eam concorditer,
& animo sedato, & composito ad eam deve-
nirent, sed discordias discordiis addendo, ut
plurimum suscitantur variæ disputationes tam
4 circa res, & bona, quæ sub divisione contine-
ri debeant, quam circa modum eam faciendi
& ut status domus, eò magis omnibus pate-
fiat, non erubescunt ad judicium contentio-
sum provocare, & acerrimè disputare.
Omissa discussione eorum, quæ sint di
videnda, ac occasione divisionis conferenda,
cum determinatio regulanda sit secundum
qualitatem, patrimonium, & contingentiam
casuum, quorum multi videri poterunt pe-
nès *Michalor. de Fratrib. & Merlin. de Legitim.*
Zacchia de Salar. quæst.31. nu.7. cum seqq. tan-
tummodo ad normam præsentis *Rubricæ*, quæ
quo ad sequestrationem in Palatio non serva-
tur, subnectam aliqua circa modum dividen-
di; præmittendo pro constanti, quod quando
5 viget Statutum illud est servandum, ut fir-
mat *Capyc. latr. decis.28. num.21. ibique Adden.*
num.15. prout paritèr servanda est consuetu-
do, si adsit, ut docent *Capic. latr. & Adden.*
ubi supra, & Michalor. de Fratrib. par.2. cap.38.
num.17.
Præmittendo etiam quod divisio facienda
6 est de bono, & æquo *§. quædam. vers. in quibus*
Instit. de Action. l. Majoribus Cod. Commun. utri-
usque Judic. nam in divisione bona fides exu-
berare debet, ut utramque conclusionem fir-
mat *Michalor. ubi supra num.18. Gratian. discc-*
ptat.160. sub num.18. Et quando agitur inter
fratres ad divisionem proceditur summariè,
& sine strepitu, & figura judicii, cum etiam
stetur juramento super communione bono-
rum, ut relato *Muta super Consuetud. Panorm.*
cap.56. num.33. notat *Gratian. ubi supra n.19.*
Præmittendum ulterius, quod in divisione
considerari debet Loci contiguitas, ita ut si
7 unus habeat fundum proprium prope fundum
dividendum, ipsi ex illa parte porcio assigna-
ri debet ad *text. in l. Quicumque la 2. C. de Omn.*
agr. desens. lib.11. & advertit *Michalor. dicto*
cap.38. num.25.
Præmittendum denique, quod non debet
8 fieri divisio per saltus, singulos agros dividen-
do, sed partes debent assignari separatæ, uni
nempe in una, parte, & alteri in alia parte,
Michalor. ubi supra num26. Fontanell de Pact.
nupt. clausf.4. gloss.9. par.2. n.47. Barz. dec.100.
Hinc etiam non est facienda divisio rei,
quæ commodam non patitur divisionem, ut
dicam infra.
Variæ sunt opiniones quo ad modum ser-
vandum in divisione facienda; Nam secun-
9 dum *Canonistas* major debet facere partes, &
minor eligere, quæ opinio desumpta est ex
cap.1. de Paroch. & verior judicatur a *Jas. in*
§. Quædam nu.65. cum duobus seqq. Instit. de
Action. Michalor. de Fratrib. par.3. cap.38.
nu.10. Ciroch. discept.67. nu.86, Fontanell. de
Pact. nuptial. clausf.4. gloss.9. part.2. nu.35. cum
seqq. juncto *num.45.* ubi approbat hunc mo-
dum dividendi *Muta in Consuetud. Panorm.*
cap.56. nu.12. cum seqq. & decis.53. n.15. ple-
nissimè cumulatis concordantibus *Capyc. latr.*
cit. decis.38. n.1. juncto *n.21.* ubi post relatas
omnes opiniones concludit, quod in Terris
Ecclesiæ servanda est hæc opinio cum aliis re-
latis per *Rot. coram Ubald. decis.850. nu.6. cum*
seq. Quod consonat cum auctoritate *Divi Am-*
brosii lib.1. de Abraham. cap.3. ibi *Firmior divi-*
dat, infirmior eligat, ne habeat quod conquera-
tur, electionis enim suæ partem non poterit ca-
lumniari.
Intelligendo de majori, non quidem natu,
sed de majori, qui diù administravit, eo quia
10 verisimile sit ipsum de valore rerum commu-
nium esse melius informatum, ut docet *Abb.*
in dicta cap.1. nu.4. Menoch. de Arbitrar. lib.2.
centur.2. cas.124. num.4. cum duobus seqq. qui
tamen *num.6. in fine* reponit in Judicis arbitrio
quis dicatur major *Ciroch. loc. cit. num.26. in*
fine, alios refert *Rot. coram Ubald. d. dec.850.*
num.7.
Secundum vero *Legistas* nulla competit
prærogativa majori in dividendo, & minori
11 in eligendo, ut cummulatis *DD.* dixit *Rot.*
coram Ubald. d. decis.850. num.8. & hanc opi-
nionem *Legistarum* servandam esse in Terris
jurisdictioni seculari subiectis, tradit *Gizz.*
loc. cit. nu.17.
Sed quomodo sit expedienda divisio iidem
Legistæ non conveniunt inter se, ut videre est
penès *Ubald. d. dec.850. num.9. cum seqq.* ubi
reprobat opinionem tenentium, quod qui
habet majorem partem habeat electionem,
prout etiam reprobat aliam opinionem, quod
res sit expedienda per sortem, quando aliter
fieri potest divisio,
Verior tamen, & receptior opinio est,
quod divisio facienda sit por assignationem ar-
12 bitrio Judicis juxta *DD.* cumulatos per *Mi-*
chalor. de cap.38. n.15. cum seq. ut cócordantibus
relatis respondit *Rot. coram Ubaldo allegat.*
decis.850. nu.18. & decis.879. num. finali præ-
via tamen, æstimatione, vel ab ipso Judice,
vel facienda judicio Peritorum à partibus,
vel ex officio eligendorum, ut late firmat *Sanz.*
de Division. bonor. lib.1. cap.4. num.1. cum plu-
ribus seqq. & lib.2. cap.10. nu.3. & hunc mo-
dum tanquam magis justum, & æquum, ac
satisfactioni partium, & propriæ conscientiæ
accommodatum commendat *Fontanell. de Pact.*
nuptial. clausf.4. gloss.9. par.2. num.46. ubi do-
cet praxim *Rot. in dd. decis.850. n.19. & 879.*
num. final. ubi mandavit assignationem facien-
dam arbitrio Judicis prævia æstimatione Pe-
ritorum,
Constitutis vero æqualibus partibus, vel
per Judicem, vel per Perito communitèr,
14 vel ex officio electos, si quæstio super electio-
ne inter partes emergat, tunc controversia per
sortem mediantibus bullectinis, seu cartulis
est dirimenda. Ita *Bart. in l.2. nu.6. C. Quando,*
& qui-

Digitized by Google

& quibus quarta pars lib.10. & prosequitur
*Menoh. dicto cas.123. nu.3. in fine, & Fontanell.
loc. cit. sub eodem nu.46.*

Nam ad minorem non spectat electio, quan-
do partes factæ fuerunt ab Arbitris, vel à Ju-
14 dice, cũ tunc sorte eligatur, vel Judex assignet,
ue declarando docet *Gratian. discept.160.n.11.
Rota cor. Crescent. decis.3. de Arbitr.*

Divisiones siquidem sæpe fiunt judicio sor-
cium, ut probatur ex *l.2. ubi gloss. in verbo*
15 *sortium C. Quando, & quib. quar. pars deb.
lib.10. & l. Si duobus in princ. C. Commun. de
Legat.* ibique *Bald. num.3.* & tradit *Feuzon. ad
Statut. Vrb. lib.1. cap.101. nu.14.*

Quomodò verò facienda sit divisio inter
fratres rusticos, qui suscèperunt prædia ad la-
borerium, & quorum aliqui habent filios,
alii vero non, vel pauciores vide *Cost. de Rata
ratæ quæst.48. Michalor. de Fratrib. par.2.
quæst.35.* qui rèprobat *Borguin. decis.11. par.2.
Cirocc. discept.67. nu.78.*

Quia in diuisionibus etiam commoditas
B spectanda est *l. Non amplius §. cum bonorum,*
16 *juncta gloss. ff. de Legat.1.,* & advertit *Michalor.
de Fratrib. par.3. cap.38. num.22.* Et quandò
17 diuisio rei substantiam corrumpic, non est
permittenda *Bald. in l. Sabinus §. si de vesti-
bulo ff Commum. divid Michalor. loc. cit. nu.28.
& Fontanell. de Pact. nupt. claus.4. gloss.9. par.2.
num.72.* Et eo casu judicatur impossibilis di-
visio, quando si res divideretur longè minus
18 valeret, ue prosequitur *Michalor. nu.29. Fon-
tanell. loc. cit. num.76.* Et tunc unus ex sociis
debet habere rem, alter vero pretium, ut do-
cet *Michalor. loc. cit. n.30.* cum in re indivi-
dua facienda fit divisio per partitum, seu æsti-
mationem, vel juxta alium modum congruen-
tem *l. Ad officium 3. C. Commun. divid.* aliis rela-
tis docet *Gratian. discept.160. n.26. vers. dum-
modò, cum seq. Conciol. ad Stat. Engub. lib.2. cap.67.
n.16. cum seq.*

Advertendo, quod vertente coneroversia
inter Consortes, quis nempè ex eis debeat ha-
19 bere rem, & quis pretium præferendus est
qui in re partem majorem haber *Fontanell. loc.
alleg. num.81. cum seqq. Michalor. dicto cap.38.
num.24.* juncto *num.31. & Barz. decis.100.
nu.10 cum seq. & Conciol. loc. mox. citat. n.17.*
20 vbi *d. nu.17.* firmat, quod habenti domum,
vel fundum contiguum assignanda est pars rei
dividendæ illi adhæreus.

Et si fuerint pares admittitur licitatio, ut
21 firmant *Michalor. ibidem nu.32. & Fontanell.
nu.85. cum seq.* si vero licitatione non utantur,
relinquitur arbierio Judicis, qui sortes eli-
gere debeat *Michalor. d. n.31. & Fontanell. n.86.*

Hinc si facienda esset divisio Officii Nota-
riatus Capitolini, qui penès unum dumtaxat
22 remanere debet, prævia æstimatione adiu-
dicari deberet uni, refuso pretio alteri, ut re-
spondit *Rot. cor. Vbald. decis.879. nu.16. vers.
circà secundum.*

Apud quem autem ex hæredibus conserva-
ri debeant libri, & scripturæ communes, se-
23 quuta divisione inter eos vide *Andreol. Con-
trov.152. & Gizz. in Addit. ad Capyc. latr.
decis.128. num.18. cum seqq.*

Appellatio suspensiva ad effectum impe-
C diendj executionem divisionis legitur expres-
24 se prohibita à nostro *Statuto*, cujus dispositio
cum non possit tergiversari, est servanda
*Pigant. ad Statut. Ferrar. lib.1. rubr.71. nu-
mer.8.*

Postquam vero divisio mediante executio-
D ne sortita fuerit effectum, tunc per *Statutum*
admittitur impugnatio illius tam ex capite
25 nullitatis, quam iniustitiæ, & læsionis etiam
modicæ dummodo excedat valorem decem
pro centenario; Unde sublata est controver-
sia, quæ fit inter *DD.* circa læsionem requisi-
tam pro rescissione divisionis, quæ cum sit con-
26 tractus bonæ fidei, in quo æqualitas est ser-
vanda *l. undè si Nervæ. ff. pro Socio Bart. in l. So-
cietatem §. arbitrorum num.25. ff. eod.* & de bo-
no, & æquo procedendum ex *allegatis suprà
nu.6.* cum dividens non habeat animum ven-
dendi, vel permutandi, sed dividendi, &
æqualem portionem pro jure suo in eisdem
bonis consequendi, proinde quælibet læsio de
27 Jure communi sufficit, ut tradit *doctissimus,
& diligentissimus D. Carolus Antonius de Luca
in Animadvers. ad Gratian. discept. forens.
cap.788 num.4.* & quod si sit facta ab Arbitris,
28 vel judicialitèr, sufficiat læsio in sexta parte
ut voluit *Cyriac. controv.325. num28.* si vero
facta fuerit à partibus, tunc rescinditur quan-
do adest læsio, ultra dimidiam, ue distin-
guendo firmat *Conciol. ad Statut. Engub. lib.2.
rubr.67. num.13. cum seq.* & divisio non fecerit
transitum in judicatum; ex eo enim quod ap-
pellari potuit, & non fuit appellatum, in me-
lius reformari non debet, ut docet *Michalor.
dicto cap.38. numer.21.* Nisi scientèr tali-
tèr facta fuerit divisio, nam si scientèr ac-
ceptando, uni obvenerint bona feudalia, &
29 emphyteutica, vel fideicommissaria, alteri
vero bona allodialia, & libera non poterit re-
tractari divisio prætextu læsionis, aut dece-
ptionis, quoniam sciens, non decipitur, nec
læditur ut tradit *Costa in tractatu, Aut sciebat,
aut ignorabat distinct.32. n.1. cum duobus seqq.
& Marta cons.15.*

Paritèr etiam quælibet læsio suffragatur
quotiès divisio facta fuit per errorem, juxta
30 *tex. in l. Post. divisionem C. de Juris, & fact.
ignorant. D. de Luca loc. cit. eod. num.4. vers.
præterea, Conciol. loc. allegat. n.15.* Vel per do-
31 lum, aut fraudem per *tex. in l. Majoribus* ibi,
*& quod inæqualitèr gestum esse constiterit in me-
liùs reformabitur, maximè si aliquid perperam
in ea factum inveniatur C. Commun. utriusque
judic.* & prosequitur *de Luca ubi supra num.4.
vers. ad hæc, & nu.5.* ubi subdit sufficere læ-
sionem ascendentem ad sextam partem *Micha-
lor. cit. cap.38. nu.19.* & respondit *Rota coram
Cels. dec.286. per tot.*

Notandum, quod divisio bonorum per sor-
tem facta læsionis causa retractari non potest,

Digitized by Google

32 ut declarat *Caldas ad l. Si Curatorem. verbo. vel adversarii dolo num.13.C.de In integr. restit.*
quem sequitur *Fenzon. ad Statut. Vrbis lib.1.*
33 *cap.101. nu.15.* Nec per appellationem impediri valet, quia nnn datur appellatio à sententia lata per sortem, cum fortuna non habeat superiorem in hoc mundo, ut relato *Bald. & Franch.* firmat *Fenzon. loc. cit. num.16. cum seq.* Poterit tamen Judicis officium implorari
34 ratione enormis læsionis, ut tenet *Franch. in Rubr. de Appellat. n.10. Odd. de Restit. in integr. quæst.66. sub n.25. vers. sublimitant DD. & Barbos. Vot. decisiv.62. nu.7. lib.2.* & ita fuisse resolutum à *Sac. Consilio Neapolis* mandante *Magnæ Curiæ Vicariæ* fieri apprerium bonorum ad unumquemque ex fratribus judicio sortis perventorum, & si constaret de enormi læsione procederetur ad iteratam divisionem, ut restatur *De Luca loc. allegat. num.5. vers. de Rescissione.* Quod declara non procedere,
35 quando divisio facta fuit per sortem Judicis auctoritate, nec a divisione appellatum fuerit, itaut in judicatum transiverit, ur declarat *Fenzon. ubi suprà num.19.*

Notandum etiam quod licet divisio sit actus necessarius, attamèn cum in ea contin-
36 gere possit læsio, proindè in divisione facienda cum minore servari debent solemnitates requisitæ à Statuto in contractibus minorum, in quibus lædi valent, ut respondit *Rot. coram Ludovis. decis.496. num.6. cum seqq.*

ADDIT. AD RVB. XXVI. LIB. XXVII.

SVMMARIVM.

1 Discordiæ discordiis adduntur, dùm in dies crescunt contentiones inter fratres.
2 Judicis arbitrium multum operatur in facienda divisione.
3 Divisio inter Fratres facienda est de bono, & æquo.
4 Et receditur à rigore Juris.
5 Æqualis debet esse divisio inter fratres.
6 Frater major facit portiones pro divisione, & minor eligit maximè quando viget consuetudo.
7 Et si id etiam disponit Statutum illud est servandum.
Statutum Tolentini disponit, quod in divisione facienda inter fratres major faciat portiones, & minor eligat num. 7.
8 Divisio facienda est per sortes, vel arbitrio Judicis.
9 Modi varii faciendi divisionem remissivè.
10 Modus dividendi remittitur arbitrio Judicis.
11 Divisio per sortes est modus à Jure aprobatus.
12 Divisio facta non rescinditur ob errorem modicæ summæ, sed competit actio ad supplementum.
13 Inæqualitas in divisione est evitanda.
14 Divisio facta per sortem ex conventione partium non potest retractari, nisi concurrente læsione ultra dimidiam.

Num.4. Crescentibus in dies contentionibus in-
1 ter fratrea discordiæ discordiis adduntur * ut pariter animadvertit *Rot. in Romana restitutionis in integrum 15. Junii 1703. coram R. P. D. Omanna §. Quamvis.*

Vers. Omissa Judicis arbitrium multum ope-
2 ratur in facienda divisione pro adequandis partibus mediante compensatione, idque fieri etiàm solet à partibus ut advertit *Rot. in Pisauren Emphyteus 29. Januarii 1712. coram R.P.D. Ansaldo §. Dignoscentes.*

Num.6. Divisio inter fratres facienda est de bo-
3 no, & æquo *Rot. infrascripta Pisauren. seù Fanen. §. Neque enim.*

Et ad observandam concordiam inter fratres receditur à rigore Juris in facienda divi-
4 sione *ad tex. in l. Judicem 21. ff. Commun. divid. Menoch. de arbitr. centur. 2. cas. 123. num. 1. Rot. in Pisauren. seù Fanen. Census super reservatis sub §. Respectu 16. Decembris 1712. coram R. P. D. Ansaldo.*

Debet tamèn esse æqualis, alioquin esset contra naturam, & substantiam divisionis ut in *l. Inde §. Si Nemiæ ff. pro Socio Bart. in l. Societatem §. Arbitrorum num.25. ff. eodem Rot. in dict. Pisauren. seù Fanen. §. Neque enim.*

Num. 9. Frater major debet facere partes, seù
6 portiones, & minori datur electio, qui modus dividendi est legalis, & magis tutus, ac minores involvens difficultates, ut firmavit *Rot. in Sorana Divisionis 26. Junii 1702. coram R. P. D. Lancetta §. Quo verò ad modum, & in §. Faciliùs* firmat eo magis procedere quado concurrit consuetudo. Et hanc esse opinionem *Canonistarum* tradit *Rot. in Tolentina Divisionis 20. Aprilis 1708. coram R.P.D. Scotto §. Canonistis.*

Et quando viget Statutum taliter divisionem esse faciendam, illius dispositio est servanda, * ut de *Statuto Tolentini* firmavit *Rot. in d. Tolentina 20. Aprilis §. Nihilominus cum seq.*

Num. 11. Secundum legistas divisio facienda est
8 per sortes, vèl arbitrio Judicis ut * dixit *Rot. in dicta Tolentina §. Quo ad modum.*

De variis modis faciendi divisionem vide
9 *Cappon. discept. * tom.2. discept. 112.*

Num. 12. Modus dividendi remittitur arbitrio Judicis ponderata facti, & personarum
10 qualitate * ut firmavit *Rot. in d. Tolentina §. Additio, in Pisauren. Divisionis quo ad Comitem Dandinum 6. Junii 1708. coram Reverendiss. Molines §. Non poterat.*

Num. 14; & 15. Divisio per sortes est modus à
11 Jure approbatus ut dixit *Rot. in Pisauren. Divisionis quo ad Comitem Dandinum 6. Junii 1708. coram Reverendiss. Molines sub §.*

Non

Digitized by Google

Non poterat &c. ubi firmat quod sunt etiàm alii modi dividendi ex me, & aliis DD. ibid. allegatis.

Num. 25. Divisio jàm facta non rescinditur ob errorem modicæ summæ, sed solum com-
12 petit * actio ad supplementum ad effectum illam reducendi ad æqualitatem ut firmavit *Rot. in Pisauren. Divisionis quo ad Monasterium 6. Junii 1708. coram Reverendiss. Molines §. & in omni casu.*

Num. 26. Inæqualitas in divisione est evitanda,
13 ut etiàm firmavit *Rot. in Bononien.* * *Divisionis 10. Maii 1697. coram R. P. D. Muto §. Absque eo &c.* in qua *decisione Rota* respondit, deveniendum esse ad novam ex quo præcedens divisio facta fuerat per modum provisionis etiamsi aliqui ex dividentibus eidem divisioni acquiescerent, cum isto casu major pars non præjndicet minori, & *in Romana Divisionis 11. Januar. 1700. cor. R. P. D. Dell'Olmo penes Palmam decis. 273. num. 4.* ubi me sequitur *repetita inter recollectas à Constantin. ad Statut. Urbis decis. 40. num. 4.*

Num. 32. Divisio facta per sortem ex conventio-
14 ne partium, per quam partes censentur * se exposuisse æquè ad lucrum, quàm ad damnum non potest rertactari nisi concurrente læsione ultra dimidiam ut etiàm firmavit *Rot. dict. in Pisauren. Divisionis quo ad Monasterium §. Nèc in Jure.*

De Sumptibus Funerum.

R V B R I C A XXVII.

QUoniàm multotiès dubitari contingit quanta esse debeat expensa Funeris, quæ detrahi debeat ex dotibus, seu in consignatione legitimarum, aut in restitutione hæreditatum, seu fideicommissorum, & in quibuscunque casibus, in quibus dicta funeris impensa de jure deducenda venit, Ea propter præsenti lege Sancimus ne alicui in prædictis casibus, seu aliquo eorum, vel simili pro expensa Funeris petere, vel retinere, aut computare possit ultrà quinque pro centenario, quando dos, seu bona, de quibus petitur restitutio in parte, vel in totum non excederet summam librarum quingentarum bonon. Abindè verò supra usque ad mille libras quatuor pro centenario, à mille verò libris suprà usque ad duo millia, tres libras tantùm pro centenario. Abindè verò suprà usque in infinitum libras duas bonon.

S V M M A R I V M.

1 ANimæ Defunctorum quatuoe modis soluuntur, de quibus ibi.
2 Curatio funeris, conditio sepulturæ, & pompa exequiarum magis sunt vivorum solatia, quam subsidia mortuorum.
3 Episcopus permittere non debet superbos, & scandalosos sumptus funerum.
4 Statutum Laicorum circà reductionem luxus, & expensarum funerum valet. Decl. num. 5. Vide ibi.
Pompa funebris an tendat in suffragium animæ defuncti remissivè num. 5. in fine.
6 Expensarum funerum quantitas taxanda est arbitrio Judicis habita ratione ut ibi.
7 Expensa funerum, & exequiarum facienda est juxtà qualitatem, & facultates defuncti, adeoùt juxtà has circumstantias debeantur emolumenta Patocho, non obstante quod ipse mandasset humili modo funerari.
8 Quantitas dotis mulieris defunctæ quænam detrahenda, & retinenda sit pro expensis funeris.
9 Funeris expensarum appellatione quæ veniant num. 10. & 14.
10 Expensæ ultimæ infirmitatis funeri æquiparantur, & habent eandem potioritatem aliis creditoribus. Decl. num. 12.
11 Actio quænam competat pro expensis ultimæ infirmitatis.
13 Vestes lugubres servorum, & familię veniunt appellatione expensarum funeris. Decl num. 14
15 Expensa funeris præfertur omnibus creditoribus etiàm anterioribus exptessam hypotecam habentibus ac doti. Ampl. num. 16.
17 Ex Dote Uxoris prædefunctæ detrahenda est impensa funeris.
18 Maritus mortua Uxore non tenetur subire onera matrimonii.
19 Maritus tenetur pro rata lucri dotis concurrere ad expensas funeris Uxoris. Decl. ut ibi.
20 Repeti, an, & quando possint expensæ funeris factæ ab habente affectionem, sanguinisque conjunctionem, absque protestatione repetendi remissivè.
21 Funerum, & eorum expensarum materiam tractantes adducuntur.
22 Viduæ debetur Rheda, qua utebatur vivente viro.

O B S E R V A T I O.

ANimæ Defunctorum quatuor modis solvuntur; Aut oblationibus Sacerdo-
1 tum, aut precibus Sanctorum, aut jejunio cogna-

gnatorum, aut charorum æleemoſynis; Cu-
ratio verò funeris, conditio ſepulturæ, &
pompæ exequiarum magis ſunt vivorum ſo-
2 latia, quàm ſubſidia mortuorum, ut ſcripſit
Sanctiſſimus Pontifex Gregorius VII. Bonifacio Archiepiſcopo in canon. Animæ 13. quæſt. 2.

Undè Diœceſanus nullatenùs permittere
debet graves, ſuperbos, & ſcandaloſos ſum-
3 ptus ad oſtentationem potiùs ſuperbiæ, &
inanis gloriæ, quam ad exequias factos, ut
advertit *Murga Diſquiſit. moral. tom. 1. tract. 9. ſect. 1. §. 2.*

Imò etiam Laici ſtatuere poſſunt circa re-
4 ductionem luxus, & expenſarum, quæ ſunt
ad pompam vivorum videlicet, quod multi
non induantur veſtibus lugubribus, ne pannis
nigris apparentur cubicula, & de aliis ſimi-
libus. Secùs verò circà expenſas reſpicien-
tes ſuffragium Animæ defuncti, quales ſunt
5 impenſæ, quæ fiunt circa Clericos ad aſſo-
ciandum Cadavera, & orandum pro anima,
vel circa ſpiritualia, vel Sacra, vel Cereos,
& Cruces, & alia reſpicientia Sacros ritus,
vel utilitatem Eccleſiæ, & Eccleſiaſticorum,
ut diſtinguendo firmant *Marta de Juriſdict. par. 4. centur. 1. caſ. 54. Bellett. Diſquiſit. Cleric. par. 1. de Exempt. Cleric. à Statut. ſæcular. §. 3. num. 17. Murga diſquiſit. moral. tom. 1. tractat. 9. ſect. 1. §. 2. Graſſ. de Effect. Cleric. effect. 2. num. 467. cum duobus ſeqq. Amoſtazz. de Cauſ. piis lib. 6. cap. 4. num. 24. cum ſeqq. Diana in Summa in verbo Statutum laicale nu. 9. Thomas del Bene de Immunit. Eccleſ. cap. 8. dub. 4. num. 1. & 6.* ubi de Cereis, candelis, culci-
tris, & poſt relatam contrariam opinionem
non negat in praxi conſulendum, quod circa
hæc non poſſunt ſtatuere Laici, quia non ſo-
lum ad honorem temporalem defuncti, ſed
etiam ad eleemoſynam Eccleſiæ, Clericorum,
& Religioſorum tendunt *Lavor. Elucubrat. tit. 2. cap. 16. num. 23.* tenet, quod Statutum Lai-
corum diſponens, quod in Sepulturis non
impendatur, niſi certa quantitas non valeat,
tanquàm de annexis ſpiritualibus *Conciol. ad Statutum Eugubii* diſponens, quod conſan-
guinei primi gradus non comitentur cada-
vera ad Eccleſias, ne ibi cum eorum fletibus
Divina officia perturbent in *lib. 5. rubr. 38. num. 1. cum ſeq.*, & reſpondit *Rot. coram Cerro deciſ. 542. num. 12.* juncta *deciſ. 773. num. 9. in recent. deciſ. 252. num. 12. par. 16. & deciſ. 377. num. 22. verſ. minùs cum ſeq. part. 17.*

Hanc materiam, An ſcilicet pompa fune-
bris in tranſportando cadaver ad Eccleſiam, &
in conficiendo catafalchum tendat in ſuffra-
gium Animæ defuncti latè tractat *Naurath de Vita, & morte hominis.*

Circà quantitatem expenſarum in funeri-
bus erogandam regulariter taxanda eſt arbi-
6 trio Judicis, habita ratione ad facultates, ad
conditionem perſonæ, ad tempus, & con-
ſuetudinem loci, juxtà *text. in l. Si quis ſepulchrum §. ſumptus, & l. Et ſi quis impendat §. æquum ff. de Religioſ., & ſumpt. funer. Hodiern. ad Surd. deciſ. 112. num. 20. cum duobus ſeqq. Rot. coram Coccin. deciſ. 1903. num. 17. & coram Priol. deciſ. 416. num. 9. & in recent. deciſ. 3. num. 3. cum ſeq. par. 11.* & quod cultus fu-
nerum, & exequiarum fieri debet juxtà qua-
7 litatem, & facultates defunctorum, adeòut
juxtà has circumſtantias debeantur emolu-
menta funeraria Parochis, non obſtante,
quod defunctus habitu Religioſo indutus, ſeù
quovis alio modo humili, juxtà ipſius diſpo-
ſitionem funeretur pleniſſimè defendendo Pa-
rochos conſocios reſpondit *celeberrimus Canoniſta D. Jacobus Pignatellus conſult. 225. tom. 4. Statutum* noſtrum nihil diſponit, benè qui-
dem ad tollendas controverſias, quæ contin-
gere poſſunt in detractione hujuſmodi expen-
ſarum occaſione reſtitutionis dotis, aut bo-
norum, ex quibus illæ deducendæ ſunt, de-
8 crevit quantitatem ex eiſdem bonis, ſeù do-
te retinendam, ſeù detrahendam; Alioquin
appellatione expenſarum funeris veniſſent, &
9 continerentur omnes, quæ cadavere præſen-
te in luminaribus, Cuſtodibus veſtibuſque
ipſius, ac illæ, quæ fiunt in deferendo mor-
tuos ad Sepulturam, in pulſatione campanæ,
apertura ſepulturæ, in Cera, pane, qui diſtri-
buitur pauperibus, in Miſſis, & ſacris Cære-
moniis peragendis, in oblationibus, aliiſque
obſequiis pro Animæ commendatione, ut tra-
diderunt *Gutierez Pract. qq. lib. 2. quæſt. 72. Hodiern. ad Surd. deciſ. 112. num. 9. Merlin. de Legit. lib. 2. tit. 1. quæſt. 25. num. 8. Viv. deciſ. 307. lib. 2. Surd. deciſ. 255. ſub num. 26. cum ſeq. & Rot. coram Coccin. deciſ. 2103. num. 6.* ubi cum
Gerio Spin. & Rodriquez ſubdit inter iſtas ex-
penſas computari illas pro Anniverſario fa-
ctas.

Computantur etiam expenſæ ultimæ infir-
10 mitatis, quæ funeri æquiparantur, & habent
eandem potioritatem, & prælationem aliis
creditoribus, cum non minùs Reipublicæ in-
terſit viventes homines conſervari, quàm
mortuos ſepeliri ſecundùm veram opinio-
nem, ut reſpondit *Roland. conſ. 14. num. 25. cum ſeqq. lib. 1. Merlin. loc. cit. num. 13. Surd. deciſ. 255. num. 25. cum ſeq.* ubi advertit, quod
licet non detur pro iſtis actio funeraria, quia
11 illa competit ſolùm pro iis, quæ circà de-
functi cadaver erogata ſunt; tamen datur pe-
titio non minùs favorabilis, quàm ſit cauſa
funeris *Cancer. Variar. reſolut. par. 1. cap. 9. nu. 9.*
ubi declarat procedere in expenſis meræ ne-
12 ceſſitatis, non autem factis ex prodigali-
tate, & firmavit *Rot. coram Coccin. ubi ſuprà num. 7.*

Connumerantur etiam veſtes lugubres,
maximè ſervorum, & familiæ, ut reſpondit
13 *Rot. cor. Coccin. deciſ. 2193. num. 1.* quotiès
viget conſuetudo, ut reſpondit *Surd. cit. deciſ. 255. ſub. num. 27. cum ſeq.* ubi quod admitti-
tur, quando viget conſuetudo, quod familia
14 tota ſequatur funus, & interſit Miſſis; Vel
poteſt procedere, quando verſatur in perſo-
nis, in quibus non decet prætermittere, ut

tenet

tenet *Hadiern. ad Surd. decif.* 112. *nu.* 11. *Fontanell. de Pact. nupt. clauf.* 6. *gloſſ.* 2. *par.* 5. *n.* 33. *& num.* 31. conſuluit, quod non confidat quis in probatione expenſarum, ſed ulteriùs procedat ad probandum, quod debebant fieri ſecundùm qualitatem perſonarum, & loci.

Contrarium nihilominùs judicavit veriùs *De Luca in Obſervatione ad Franch. decif.* 403. *ex Bertrand. conſ.* 304. *lib.* 1. *Gutierez. quæſt.* 30. *num.* 5. *& Rovit. conſil.* 92. *num.* 12. *lib.* 1. ea ratione, quia expenſa funeris dicitur illa, quæ tangit cadaver.

Et creditum pro expenſa funeris præfertur
15 omnibus creditoribus etiàm anterioribus expreſſam hypotecam habentibus, ac doti juxtà opinionem æquiorem, & magis receptam, ut reprobata contraria opinione, quàm ſecutus fuerat *Franch. decif.* 51. tenent *Poſth. reſolut.* 104. *num.* 9. *Fontanell. de Pact. nupt. clauf.* 6. *gloſſ.* 2. *par.* 5. *num.* 26. *cum ſeqq.* ubi teſtatur in cauſa propria ſuccubuiſſe *Carleval. de Judic. tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *diſputat.* 29. *num.* 7. *Quexada diſertat.* 24. *nu.* 4. cumulatis concordantibus *Murga diſquiſit. moral. tract.* 9. *ſect.* 1. §. 3. *nu.* 1. plenè examinato articulo firmavit *Capyc. latr. decif.* 47. *ibiquè Adden. Surd. decif.* 255. *nu.* 28. & reſpondit *Rot. coram Ludoviſ. decif.* 421. *n.* 1. *cum ſeq. coram Peutinger. decif.* 125. *num.* 3. *& coram Dunozet. jun. decif.* 576. *num.* 20. *cum duobus ſeq.* ubi etiam affirmat procedere ſivè
16 expenſæ factæ fuerint ab ipſo hærede defuncti; ſivè ab alio extraneo; Et quidem præter alias rationes, quia illud non eſt debitum defuncti, ut cætera, ſed illius hæreditatis, ut præcæteris animadvertit *Fontanell. ubi ſupra num.* 27.

Detrahenda verò eſt impenſa funeris Uxoris prædefunctæ ex dote, cum Mulieres ex dotibus ſuis ſint funerandæ, ac hujuſmodi o-
17 nus ſpectet ad eum, ad quem dos pertinet *text. in l. in eum ubi gloſſ. in verbo conferre, & l. ſeq. & in l. Celſus cum ſeqq. ff. de Religioſ. & ſumpt. funer. Fontanell. de Pact. nupt. loco cit. num.* 20. & pluribus concordantibus adductis firmavit *Rot. in recent. decif.* 3. *nu.* 2. *par.* 11.

Non autem ſpectat ad Maritum, qui poſtquàm Uxor eſt mortua non tenetur, ſubire
18 onera Matrimonii, ut advertit *Fontanell. loc. cit. num.* 19. *cum ſeq.* & ſolùm tenetur concurrere pro rata lucri dotis, quod conſecutus eſt,
19 ut dixit *Rot. coram Ludoviſ. decis.* 573. *num.* 9. Vndè eidem Marito competit retentio dotis pro expenſis funeris Uxoris, ut reſpondit *Rodoer. conſil.* 39. *num.* 2. *cum ſeq.* ubi declarat procedere pro expenſis neceſſariis ad honeſtam cadaveris humationem, non autem pro immoderatis.

An autem impenſæ funeris erogatæ per
20 eos, in quibus conſideratur affectio, ſanguiniſque conjunctio abſque proteſtatione repetendi, poſſint repeti, vide *D. Carolum Antonium de Luca loc. cit. num.* 2. *cum ſeq.* ubi *DD.* hinc indè adducit.

Qui alia deſiderat circà materiam fune-
21 rum expenſarum adeat *A. in. in l. Si quis ſepulcrum* §. *ſumptus ff. de Religioſ., & ſumpt. funer. Dulph. de Sepultur. &c. cap* 9. *&* 10. *Carpan. ad Statut. Mediolan. to.* 2. *cap.* 449. *cum ſeq. juncto cap.* 454. 455. *cum ſeq. & cap.* 465. *cum ſeqq. Freudembergh. de Reſcript. morator. tit.* 10. *concluſ.* 68. *de modo contrahen. paupert. num.* 17. *cum ſeqq. Knipſchild. de Jurib. & privil. Civit. Imperial. lib.* 5. *cap.* 13. *cum ſeq. Francéſ. de Eccleſ. Cathedral. cap.* 17. *num.* 150. *&* 197. *Lavor. Lucubrat. variar. tit.* 2. *de Priſco, & recent. funerandi more, Amoſtazz. de Cauſis piis lib.* 6. *cap.* 4. *cum duobus ſeqq. Murg. Diſquiſit. moral. tom.* 1. *tract.* 9. *ſect.* 1. *& ſect.* 2. ubi de expenſis funerum in particulari, nempè Summi Pontificis, Cardinalis Legati, Cardinalis non Legati, Legati, Nuncii Apoſtolici, Viſitatoris Apoſtolici, Collectoris Apoſtolici, Patriarchæ, Primatis, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Prælati inferioris, Præpoſiti Collegiatæ, Canonici Cathedralis, & Collegiatæ. Parochi, Beneficiati, Coadiutoris, Capellani, Commendatarii, Religioſi, Novitii, Filii, Patris, Uxoris, Pauperis, & Servi *Novar.*
22 *decif.* 84. qui reſpondit pro Vidua, ut ei debeatur Rheda, qua utebatur vivente viro præter veſtes lugubres.

ADDID. AD RVBR. XXVII. LIB. VII.

SVMMARIVM.

1 Statutum laicale diſponens circa funeralia, & veſtes lugubres an, & quando valeat.
2 Princeps Sæcularis ſtatuere, & prohibere poteſt abuſus circa pompam funeris. Decl. ut ibi.
3 Eccleſia Catholica ſtabilivit Ritus in ſepeliendis Cadaveribus defunctorum ſervandos, & eorum funus.
4 Epiſcopus poteſt, & debet taxare, & applicare aliquam ſummam pro funere, & cogere hæredes ad illius ſolutionem, quando quis deceſſit ab inteſtato, vel non diſpoſuit.
5 Funerale non factum debetur totum Parocho, nec ulla pars debetur Eccleſiæ in qua Cadaver ſepultus eſt.
6 Creditor expenſarũ ultimæ infirmitatis præfertur aliis Creditoribus etiã anterioribus.
7 Nec tenetur præſtare cautionem in concurſu de reſtituendo prioribus, & potioribus Creditoribus.
8 Expenſarum ultimæ infirmitatis remiſſivè.
9 Veſtes lugubres Uxoris, & familiæ gaudent privilegio funeris.
10 Creditor pro expenſis funeris non præfertur Creditoribus privilegiatis. Vide n. 17.
11 Creditor pro expenſis funeris viri præfertur Doti.

12 Cre-

12 Creditor pro expensis funeris præfertur anterioribus Creditoribus expressam hipothecam habentibus.
13 Et in concursu Creditorum non tenetur cavere de restituendo prioribus, & potioribus Creditoribus.
14 Bona fideicommissaria alienarj possunt in subsidium pro expensis funeris. Vide n. 17.
15 Maritus non tenetur ad expensas funeris Uxoris nisi in casu, quo Uxor nihil reliquerit, & è converso.
16 Maritus pro expensa funeris Mulieris tenetur concurrere proportionabilitèr.
18 Uxori Viduatæ ob mortem Viri intra Annum luctus an, quæ Vestes, & Rheda debeantur.
19 Funeris, & expensarum funeris materiam tractantes remissivè.
20 In Urbe adest Statutum a quo regulantur controversię circa funera.

*Num.*4. Statutum Laicale limitans numerum, fastuum funeralium, & Vestium lugubrium
1 excessus, * quæ magis ad honorem hæredum,
quam ad animæ defuncti salutem spectant validum est, & salubre, secus si moderetur quod Ecclesiæ offertur, ut in Sacrificiis præsente corpore dicendis, vel orationibus pro eo interponendis aut in cereis, Eleemosinis, vel Clericorum numero taxandis invalidum est ut distinguendo firmat *Barbos. vot. decisiv. lib.2.cap.26.n.72.Card.de Luca de dote, discurs.21. n.8. in fine cum seq. Stephanus Abbas Theologus Principis, seu politia moralis cap.20. dub. ult.*, & quod Princeps Sæcularis possit statuere, &
2 prohibere abusus circa pompam funeris*, quę
nullam habet relationem ad cultum Divinum Animarum salutem, aut ad interesse Ecclesiæ, & Clericorum; Secùs e converso, ut plenè distinguendo docent *Marta de Jurisdit. par.4. Centur. 1. Cas.54. Fermosin. in Cap. Ecclesia S. Mariæ quæst.19. n.26. cum seqq. de Constit.*

*Num.*5. Ecclesia Catholica sequendo exempla Veteris, & novi Testamenti, ac instructa *Beatorum Apostolorum, & Sanctorum Patrum* regulis pios, ac religiosos constabilivit ritus in sepeliendis Cadaveribus mortuorum servandos; nempè instituendo, ut eorum funus duceretur cum piis præcibus Psalmis, & missis, associatione Clericorum, candelis, & cereis ardentibus, aliisque hujus generis pompis, & celebritate, idque tam in Suffragium Animarum, solatiumque vivorum, quam ad significandum Animas à Corpore separatas vivere, & immortalitatis dono gaudere, defunctos obiisse in Fide, Resurrectionem, ac fruitionem eternæ Gloriæ expectare ut probant *Card. Bellarmin. tom.1. controv. lib.2. de funer. cap.9., & 10. Passerin. de stat. homin. tom,2.quæst.187.art.4.n.34.cum seq. Amostazz. de Caus. piis lib.6.cap.1. à n.1. ad 27.* quos cum aliis refert, & sequitur *Rot. in Romana Funeralium 15. Junii 1699. §.sed etidm & seqq.coram R. P. D. Molines.*

Num.6. Episcopus potest, & debet taxare, &
4 applicare aliquam Summam moderatam juxta Statum, qualitatem, & facultates defuncti pro funere, & cogere hæredem ad illius solutionem, quando quis decessit ab intestato, vel non disposuit circa funus *Nicol.Elucubrat. tom.1. lib.2. tit.10. de testam. nu.16. pag.172. Amostazz. de caus. piis lib.6. cap.6. à num.55. ad 74. Cortiad. decis.258. num.45. cum. seqq.* quos cum aliis refert, & sequitur *Rot. in d. Romana Funeralium §. Quæ omnia.*

*Num.*7. Funerale non factum, debetur, & quidem totum Parocho, nec ulla pars illius * de-
5 betur Ecclesiæ, in qua Cadaver sepultum est ut *Rot.in d. Romana Funeralium coram R. P. D. Molinei.*

Num.10. cum seqq. Firmata hic per Nos circa expensas funerum, & alia comprobantur à *Costantin.ad statut.Urbis Annot.30.art.1.n.152. cum. seqq.* ubi tamen non audet firmare quod expensæ funerum pari passu ambulent cum credito Aromatarii Urbis, attento privilegio Aromatariis Urbis concesso à *Clemente VIII.*

Quod expensæ ultimæ infirmitatis præferantur aliis Creditoribus etiam anterioribus*
6 etiam firmavit *Rot. in Romana Fideicommissi de Severis 18. Junii 1708. coram R. P. D. Omanna §. Prout nec relevat.*

Ideoque in concursu Creditorum non tenetur Creditor præstare cautionem de restituen-
7 do prioribus, * & potioribus Creditoribus tenet *Campell. ad constit. Ducatus Urbin. decret.100. num.1103. pag. 794.*

Alia de expensis ultimæ infirmitatis vide
8 penes *D. Advocatum Calcagnin. * de Emphiteus. Feud. observ.9. num.100. & seqq.*

*Num.*13. Vestes lugubrès Uxoris, & Familię gau-
9 dent privilego funeris * *Cancer.var.resol.par.1. cap.9. num.9. Antonell. de tempor. legal. lib.4. cap. ultim. sub. num.72.*

*Num.*15. Creditor pro expensis funeris non prę-
10 fertur Creditoribus privilegiatis * ut tenet *Gait. de credit cap.4. quæst.11. num.1952. cum seqq.*

Quod Creditor pro expensis funeris Viri
11 præferatur doti ea potest esse ratio * quia Uxor tenetur sepelire, & infirmum alere virum quandiù alio modo consuli non potuerit, ut docet *Gait. loc. cit. nu.1955. cum seq.*

Præfertur anterioribus Creditoribus ex-
12 pressam hipotecam * habentibus *Merlin. de pign. lib.4. quæst.17. num.1. cum seqq. Cancer. var. Res. par.1. cap.9. num.9. Rot. in d. Romana Fid. de Severis loc. cit.*

Adeout in concursu Creditorum non teneatur cavere de restituendo prioribus, & potio-
13 ribus Creditoribus * quia in eo cessat causa, ob quam talis cautio præstatur, ut firmat *Campell. ad constit. Ducatus Urbini decret.100. n.1102. pag.794.*

Et possunt Bona fideicommissaria alienari
14 deficientibus bonis liberis * ut respondit *Rot. in Romana, seu Reatina Census 12. Junii 1713. coram R. P. D. Falconerio sub §. Altera verò.*

*Num.*17.

Digitized by Google

Num. 17.*verſ. Non autem* Maritus non tenetur ad 15 expenſas funeris Uxoris niſi in caſu * quo Uxor nihil reliquerit, & e converſo juxta *tex. in l. quod ſi nulla ff. de Religioſ. & ſumpt. funer.*, & ſitmat *D. Advocatus Calcagnin. de Emphyteus, & Feud. obſervat.9. num.59.*

*Num.*18. Maritus pro expenſa funeris Mulieris 16 tenetur concurrere proportionabiliter * pro rata dotis, quam conſecutus eſt, ut firmat *D. Calcagnin. ubi ſupra num.72. qui num.69. cum ſeqq.* diſtinguit tres caſus.

*Num.*20. Occaſione diſcuſſionis articulorum an bona fideicommiſſaria diſtrahi poſſint pro- 17 expenſis funeris * & an hæres, ſeu tertius præferatur in repetitione hujuſmodi expenſarum Creditoribus etiam hypotecam expreſſam habentibus vide doctiſſime firmata à *D. Advocato Calcagnin. in d. obſervat.9.* qui multa à nobis tradita in hac materia expenſarum funeris ſequi non dedignatus eſt.

*Num.*22. Uxori Viduatæ ob mortem Mariti intra annum luctus an, quæ veſtes lugubres, & 17 Rheda * debeantur vide *Romanum Paulucciun,* qui late, & docte materiam examinat *in ejus diſertat.14. vol.1.*

19 Cætera de funere, & funeris expenſis vide *Campell. ad conſtitutiones Ducatus Urbini Decret.110.*

In Urbe ad tollendas controverſias, quæ 20 occaſione tumulationis, & funerum frequentiſſimæ inſurgebant, dum ex meta benignitate S. D. N. *Clementis XI.* feliciter regnatis Vices Gerentis munere fungebar, publicatum, & impreſſum fuit de anno 1707. novum Statutum Cleri Romani ſuper expenſis etc gaudijs, & aliis hanc materiam concernentibus, de mandato cl: me: Cardinalis Gaſparis de carpineo Urbis, ejuſque Diſtrictus Zelantiſſimi, ac Sapientiſſimi Vicarii, In quo quidem opere multum laboris impendit I. V. & S. Theologiæ Doctor R. D. Nicolaus Antonius Cuggiò ejuſdem Tribunalis Eminentiſs. Vicarii digniſſimus in materiis Eccleſiaſticis, & Spiritualibus Secretarius, & Synodalis Examinator, ſingulari vigilantia, & integritate officium illud laudabiliter adhuc exercens. Quod Statutum a dicto Cardinali Carpineo approbatum, & a præfato Summo Pontifice confirmatum, exactiſſime tanquam lex ab inde citta obſervatur, plaudente univerſo Populo.

De Cuſtodibus Portarum.

R V B R I C A XXVIII.

STatuimus, & ordinamus, quod Cuſtodes Portarum non audeant, vel præſumant accipere aliquam rem, videlicet fœnum, aut ligna, & ſimilia ab aliqua perſona conducente ligna, & fœnum, aut ſimilia in Civitatem Faventiæ, ſeu ſuburbia, etiam à ſponte dare volentibus, ſub pœna librarum trium bonon. pro qualibet vice, qua contrafactum fuerit & quilibet poſſit accuſare, & habeat medietatem pœnæ prædictæ, & credatur Sacramento accuſatoris.

S V M M A R I V M.

1 POrtæ Civitatis ſunt patres murorum.
2 Portæ Civitatis ſanctæ, & quodammodo Divini Juris dicuntur.
3 Portarum Civitatis non minùs quàm murorum eſt habenda ratio tempore pacis, & belli.
4 In portis Civitatis non poteſt aliquid moliri, neque habitari abſque Principis permiſſu.
5 Cuſtodia portarum Civitatis eſt antiquiſſima.
6 Conſervari debent portæ Civitatis ab eo, qui habet majus intereſſe.
7 Claves portarum Civitatis cuſtodire eſt officium Dignitatis, & habet aliquam juriſdictionem.
8 Cuſtodes portarum Civitatis poſſunt itinerantes, & tranſeuntes perquirere, an habeant aliquid prohibitum. Vide ibi.
9 Gabellarii, ſeù eorum Officiales moleſti, & difficiles ſe reddere ſolent præſertim cum Clericis, & Eccleſiaſticis in iis locis, in quibus ſunt exempti, itaut jurgiis, & contentionibus introductionem, vel extractionem eorum rerum impediant, aut retardent, quod non eſt permittendum.
10 Clerici, & Eccleſiaſtici exempti in ingreſſu, vel egreſſu Civitatis ſufficit, quod oſtendant res, quas introducere, vel extrahere intendunt Officiali Gabellarii, & ſuper earum pertinentia, & quod non ſint deſtinatæ negotiationi ſtatur eorum juramento.
11 Judex Eccleſiaſticus cognoſcere debet omnes controverſias inter Eccleſiaſticos, & Gabellarios, eorumque Officiales.
12 Portarum Civitatis materiam tractantes.
13 Merces in Commiſſum, an, & quando incidat ob vectigal non ſolutum, vel quia non fuit petitum à Gabellario, vel non denunciatum, vel ob ignorantiam tranſeuntis cum mercibus.

O B S E R V A T I O.

1 POrtæ Civitatis, quæ ſunt muto rum partes *Petr. Gregor. Tholoſan. de Rep. lib.1 cap.3. n.10.* Sanctæ, & quoda mm odo Divin

Digitized by Google

2 Juris dicuntur §.*Sancta. ubi Harprecht.Inſtitut.*
de Rer. diviſ. & illatum non minus quàm mu-
3 rorum habenda eſt cura *Kuipſekild. de Jurib.*
& privil. Civit. Imperial. lib.5. cap.26. nu.40.
ſive belli, ſive pacis tempore agatur, ut ad-
monet *Ariſtotel. lib.6. Politic.* ibi; *oportet in*
pace, & in bello portarum, & murorum vacare
Cuſtodiæ, & docet *Gothofred. à Ballo in tract.*
Reatuum quæſt.7. n.81. nec in eis aliquid mo-
liri; Imo neque habitari abſque Principis per-
4 miſſu poteſt *l. Neq; 3. ff. Ne quid in loco ſacro,*
Spreuger. de Jure ædific. tit. de porta in princ.
& *Galgamet. de Jure public. lib.4. tit.318. n.8.*
Advertendum, quod antiquiſſima eſt por-
tarum Civitatis cuſtodia, ut legitur in *Hierem.*
5 *cap.37.* ibi: *cumque perveniſſet ad portam Be-*
niamin, erat ibi Cuſtos portæ per vices nomine
Jerias.

Advertendum etiam, quod portæ Civitatis
debent conſervari ab eo, qui habet majus
6 intereſſe, ut docet *Marta decis. Piſan.62. n.13.*
cum ſeqq. Et claves committi ſolent cuſtodiæ
dignioris *Ciriac. controverſ.201. n.68.* nam Cla-
ves portarum cuſtodire eſt Officium dignita-
7 tis, & habet aliquam Juriſdictionem, ut tra-
dit *Ciriac. ubi ſuprà n.66. cum ſeqq.*

Notandum pariter, quod Cuſtodes porta-
rum Civitatis poſſunt itinerantes, & tran-
8 ſeuntes perquirere, & viſitare, ac eorum ba-
galia, valiſias, capſas &c. perſcrutari, ut
ſciant, & videant utrum quidquam prohibi-
tum transferre intendant, vel in Civitatem,
ſeu Provinciam, & Regnum aliquid contra
ſanctiones immittant, ut in propoſito tradunt
Bart. & Platea in l. Preſidibus, cum ſeq. & in l.
Si quis C. de Curſu public. lib.12. & in l.2. C.
Quand. & quib. quarta pars debeat. lib.12. cum
aliis relatis per *Oter. loc. cit. num.29. & n.30.*
ſubdit quod tamen non debent.

Quandòque hujuſmodi Officiales ex inſita
quadam eorum muneris aſperitate ſe reddere
9 ſolent dificiles, atque moleſti, ut habetur
in *l. Quanta ff. de Publican.* præſertim cum
Clericis, & Eccleſiaſticis perſonis, ubi ſunt
exempti, ut refertur in *cap. Laicos, & in cap.*
Laici 2. quæſt.7. & in cap. Clericis, ibiquè gloſſ.
de Immunit. Eccleſ. in 6. ita ut longiori inter-
poſita mora, vel jurgiis, ac contentionibus
excitatis introductionem, & extractionem im-
pediunt, vel retardant, eoſque diu defatiga-
tos dimittunt, quod non eſt permittendum,
ut advertit *Rot. in recent. deciſ.412. num.22.*
cum ſeq. par.9. tom.2. Nam ſatis eſt, quod Ec-
cleſiaſtici in ingreſſu, vel egreſſu Civitatis bo-
na, quæ per ſe, vel eorum famulos, ac Mi-
10 niſtros inducere, aut extrahere intendunt,
oſtendant Officiali ibi reſidenti, ut dixit *Rot.*
ubi ſuprà ſub nu.23. cum ſeq. & ſi oriatur inter
eos contentio ſuper pertinentia rei, vel præ-
tendatur eſſe negotiationi parata, ſtandum eſt
juramento ejuſdem Eccleſiaſtici præſtando co-
ram Judice Eccleſiaſtico, juxta *gloſſ. in Clement.*
Præſenti, in verbo non negotiandi, verſ. ſi autèm,
de Cenſ. ibique Scribentes, & firmavit *Rot. co-*
ram Coccin. deciſ.2196. num.11. cum ſeqq. & in
dicta deciſ.412. num.24. cum ſeqq. in quibus
etiam relatis pluribus concordantibus firma-
11 tur, quod quælibet controverſia tam ſuper
Clericatu, quam ſuper alio articulo diſcutien-
da erit coram Judice Eccleſiaſtico. Qualiter
vero, & quando merces incidat in Commiſ-
ſum ob vectigal non ſolutum, quia non fuit
petitum, vel denunciatum, vel ob ignoran-
12 tiam tranſeuntis vide plene *D. Advocatum*
Nicolaum Cajetanum Agetam ad deciſ. Moles
par.1. §.6. de Jure dohanæ quæſt.1.

Cætera de portis, & muris Civitatis vide
13 penes *Ricc. Vindiciar. Juris cap.7. & Fortia de*
Jure novæ Urbis condendæ cap.12.

De Campanariis.

RUBRICA XXIX.

Campanarii Turris Communis Faventiæ ſint duo eligendi, & deputandi per Dominos Antianos, & adiunctos, ſi & cum opus fuerit cum eo ſalario, & proviſione ſibi ſtatuenda per generale Conſilium dictæ Civitatis, quorum unus ſemper permorari debeat die, noctuque ad cuſtodiam dictæ Turris, & ad ipſam invigilare pro emergentibus dictæ Civitatis, ut ſi caſus aliquis accideret, mox debeat Campanas Turris pulſare prout oportunum fuerit. Et ſi domus quæpiam igne cremari contigerit ſtatim ſeptem ictibus pro qualibet vice (ut moris eſt) Campanam, nuncupatam *la raſſanella*, pulſare teneatur, ac debeat, ut populus ad ignem extinguendum excitetur, & currat. Et ſi rumor fieret, vel aliquod maleficium committetur in civitate, vel Suburbiis, ipſam Campanellam cum pulſibus, aut ictibus quinque pulſare teneatur, & debeat in ſignum quod Cuſtodes Portarum claudere debeant Portas ipſius Civitatis, & Suburbii, ut malefactores extra Civitatem, & Suburbia exire nequeant. Teneantur item dicti Campanarii ipſam Campanellam, ſeu raſſanellam omni die pulſare hora vigeſima tertia, ut moris eſt, & hora noctis ſecunda qualibet nocte, & ante dictam horam, vel poſt ſi ſibi a Rectore, vel Dominis Antianis imponeretur, ut poſt dictum ſonum ne-

mo

mo sine lumine per Urbem vadat, & tantum in pulsando dictam Campanellam perdurare debeant, quod verisimiliter quis possit ire ab una parte dictæ Civitatis ad aliam. Debeant etiam horas diei, & noctis mox resonare post horas horologii cum majori Campana sub pœna solidorum quinque bonon. qualibet vice qua contrafecerint. Quam item pulsare debeant pro convocando, ac congregando officio Dominorum Antianorum, & pro Congregatione generalis Consili dictæ Civitatis tribus vicibus. Debeant rursus dicti Campanarii dicta Campana nuncupata *la raffanella*, sonare diebus juridicis ad jura reddenda coram Domino Potestate Faventiæ de mane tribus vicibus ex intervallo. Non possint tamen modo aliquo dictam raffanellam pulsare ad excitandum populum ad arma capienda sub pœna manus sibi amputandæ nisi commissum fuerit sibi ipsis, aut alteri eorum a Rectore, vel Dominis Antianis expresse. Et in prædictis omnibus aliis semper teneantur parere Rectoribus, & Dominis Antianis dictæ Civitatis pro tempore prout eis commissum fuerit, pœna eis, & cuilibet eorum in prædictis, & sibi committendis solidorum quadraginta bonon. qualibet vice, & privationis officii.

SUMMARIUM.

1 Campanarum origo, & Inventor remissive.
2 Campanarum usus est antiquissimus.
3 Campanæ utillimæ sunt, & quare, ac ad quid inserviant:
4 Campanarum materiam tractantes remissivè
5 Horologiis horæ distinguuntur.
6 Horologiorum origo.
7 Horologiorum Inventores remissivè.
8 Horologiis nihil jucundiùs.
9 Magistratus horologii curam habere debet, aliqueque præficere virum peritum
Actiones omnes ad horologium publicum componuntur n.9.
Confusio magna oritur si horologium publicum non benè gubernetur n.9.
10 Horologium inordinatè procedens non est attendendum quandò agitur de probando certo preciso tempore
11 Plura horologia si adsint inCivitate, quodnam est attendendum, vel quænam sint attendenda, dùm agitur de probanda certa hora.
12 Habitatores Civitatis, vel Oppidi, & Incolæ, qui in finibus Territorii agros possident, ibique habitant, tenentur ad contributionem expensarum pro custodia, & gubernio horologii publici.
13 Rustici horologium in ventre habent.
13 Horologiorum materiam tractantes remissivè.

OBSERVATIO.

1 Circà Campanarum originem, & Inventorem inter Scriptores est magna controversia, ut videre est penès *Barbos. Vot. decisiv. & consultat. lib. 3. vot. 102. num. 3. Kloch. de contrib. cap. 9. num. 98. cum seq.* cum aliis infrà allegandis.

2 Incontrovertibile tamen est, usum illarum esse antiquissimum, ut omnes farentur, & præ cæteris *Hadrianus Iunius lib. 3. Animadvers. Tom. II. cap. 11.* Utillimæ sunt Campanæ, cùm inserviant ad convocandumPopulum, ad audiendam
3 Missam, & Divina Officia, & ad funeranda cadavera Christi Fidelium, ut audientes excitentur ad orandum pro AnimaDefuncti, Canonicos ad horas Canonicas, & ad Capitulum, ad fugandosDæmones, ad convocandam Universitatem pro rebus publicis pertractandis, in fulminatione excommunicationis, ad convocandum populum pro extinguendo igne, pro evitando tumultu populi, pro capiendis malefactoribus, alioque periculo publico propulsando, ut cecinit ille Poeta in sequentibus versibus:

Laudo Deum verum, plebem voco, congrego Clerum.
Defunctos ploro, nimbum fugo, festaque honoro.

Quæ & omnia alia concernentia materiā campanarum videri poterunt penès *Bertazzol. consil. crim. 45. numer. 10. volum. 1. Paris. cons. 92.*
4 *num. 4. cum seq. lib. 4. Hieronym. Palma cons. 81. Fratrem Angelum Roccha de Campanis, Galgan. de Iure public. in lib. 3. Danza in Pugna DD. to. 1 & in tom. 2. tit. de Armatione cap. 8. nu. 10. cum seq. Barbos. in Summa decis. Apostol. collectan. 82. & de Offic. & potest. Episcop. par. 2. allegat. 27. num. 46 cum seq. & par. 3. allegat. 50. num. 55. & cit. voto 102. Gavan. Manual. Episcop. verbo Campana, Pontificale Romanum in tit. de Benedictione Campan. Carpan. ad Statut. Mediolan. cap. 82. to. 2. Garzon. in ejus Opere inscripto la Piazza Universale cap. 70. §. Ma intorno a' Campanari. Tondut. QQ. & resolut. Benefic. lib. 1. cap. 25. num. 14. cap. 38. num. 8. cap. 53. num. 1. cum seq. Narbon. Horograph. in Antelog. num. 138. cum seqq. Francesc. de Eccles. Cathedral. Kloch. de Contribut. cap. 9. Rovit. in Pragmat. de persequen. malefactor. n. 29. Baron. de citat. tom. 1. quæst. 10. & in Addit. ibidem, D. Pacichell. de Distant. cap. 6. membr. 5. sub num. 15. Novar. Practic. qq. par. 2. quæst. 1.* qui scripsit contra *Marantam, & quæst. 112. Actolin. resolut. 43. num. 69. cum seqq. ac num. 82. cum seqq. Knipschild. de Juribus, & privileg. Civit. Imperial. lib. 1. cap. 20. num. 54. & cap. 26. nu. 62.*

Cobell. ad Bullam boni Regim. cap.31. num.138. cum seqq. Sabell.pract.universal.sub verbo Campana, & §.Armi num.43. & §.Derobati num.1. §.Servidori nu.26.§.Hore num.3. Gratios.Vbert. de eit.cap.7.num.359.cum seqq.& eap.12.n.250. eum seqq.Dian.oper.moral.par.6.tract.7.resol.37. Nicol.Flosculi.in verbo Campana, Marani.Respons. tom.2.controvers.11. & 22. Capon.disceptat.33. an.25. D.Raynal.Observat.crim.volum.3.cap.33. §.13.nu.21.cum seqq. Bordon.dec.Miscellan.258. Vico decis.307. num.3. Rot. coram Seraphin. decis.223. & decis.1095. coram Nivot.decis.68.coram Bich.decis.566.num,6.in recen.dec.56.n.27. & decis.196.num.30.par.19.

Inventis campanis introductus quoque fuit
5 Horologiorum usus, quibus horæ distinguuntur, ut cum *Polidor. Virgil. Hieronym. Mag. Guid.Panzirol. & Angelo Roccha* tradit *Barbos. allegat.Voc.102.num.39.* Eorum usum ex Cle-
6 psydis, quæ ex aquæ commensuratione aliquandò componebantur priùs cæpisse notat *Henricus Salmuth.in notis ad Guid.Panzirol.rer. memorab. lib.2. tit.10.pag.400.* quem sequitur *Kloch.de Contribut.cap.9.num.80.*

Quinam autem fuerint Inventores horolo-
7 giorum omnes commemorat *Gevar. in Horolog.Princip. in prefat.ad finem, & Garzon. nella piazza universale cap.80.* & quod primùm Ægypti, deindè Græci Horologia compofuerint tradit *Salmuth.loc.cit.pag.749.*

Nihil jucundius reperiri potuisse Horolo-
8 giis advertit *Polidor. Virgil. de Rer. inventor. lib.3.cap.18.*

Horologii publici tanquam ad Publicum spectantis curam habere debet Magistratus,
9 illique præficere Virum peritum, qui eum gubernet, & custodiat, quoniam omnes actiones hominum in Republica ad horologium publicum componuntur, ideòque nisi benè gubernetur, magna indè oritur confusio rerum, ut admonet *Knipschild. de Jurib. & privil.Civit.Imperial. lib.5.cap.26. num.61.* Inordinatè enim Horologium procedens non est
10 attendendum, quandò agitur de probando certo, & præciso tempore, prout ad effectum collationis Beneficii dixit *Rot.coram Cels. decis.19.num.8.* et si in Civitate adessent plura
11 horologia, eo casu si agatur de materia favorabili statur horologio, quod propitium fuerit causæ favore dignæ, In causa verò odiosa contrarium sequendum juxta doctrinam *Bobadill.in sua Politica lib.5.cap.2.num.25.* quam declarat procedere, quotiès duo tantùm horologia adsunt *Parlador.Rer.quotid. lib.3.qu.9. num.10.* Verum si in Civitate adsint plura horologia, tunc pariter ad effectum collationis Beneficii circà horam, qua obiit Beneficiatus standum est numero pluribus, prout servatur in testibus, ut tenet *Barbos. de Offic. & potest.Episc. par.3.allegat.57.num.186. vers. Ac si multa, & Castrop.Oper.moral.to.2.tract.13. disput.2. punct.22. §.2. sub num.1.* & respondit *Rot.coram Cels. loc.cit. num.7.* sed ad effectum jejunii, & ad hoc, ut sequenti die quis communicare valeat, potest eligere Horologium, quod ultimo loco sonaverit, nam est veluti, ac si essent diversæ opiniones probabiles, quo casu licet utram illarum amplecti, ut reprobata contraria opinione, & adductis concordantibus firmat *Barbos.ubi suprà num.186.vers. Si horologia diversa sint.*

Cæterùm cum Horologia pro commoditate, & utilitate publica, imò propter necessitatem introducta fuerint, ut notat *Gevara loc. cit. ad finem.* Ideò non solùm omnes habita-
12 tores Civitatis, vel Oppidi, verùm etiam Incolas, qui in finibus Territorii agros possident, ibique sedem, & habitationem constituerint ad contributionem expensarum occasione horologii pro rata æqualiter obligari, respondit *Peregrin. cons. 102. lib. 1.* quem sequitur *Kloch.de Contribut.cap.9.num.76. vers. Ex eadem cum seqq.ac num.81.* quamvis Rusti-
13 ci horologium in ventre habeant, quod illis infallibiliter horam jentaculandi, prandendi, antecænium sumendi, & cœnandi indicat, ut ait *Garzon. cit. cap.80. in fine*, ea ratione, quia horologia utilitatem, & necessitatem publicam respiciunt.

Alia de Horologio videri poterunt penès
14 *Fortiam de Iure nova Vrbis condenda cap.9. lib.5.& Kloch.de Contribut.cap.9.num.79.juncto num.80.cum seqq.*

ADDIT. AD RVBR.XXIX. LIB.VII.

SVMMARIVM.

1 Campana pulsari non debet ad arma, nisi in gravibus delictis.
Pulsari an & quando possit, vel non tempore interdicti num.1.& num.2.
3 Horologiis numero pluribus statur quandò agitur de probando tempore obitus Beneficiati num.3.

Num.3. Campana pulsari non debet ad arma, nisi in gravibus delictis, aliàs Cives concur-
1 rere * non tenerentur, nec molestari possent, ut cum *Capoblanc.de Baron. pragm.19. num.56.* tradit *Raynald. in supplem. ad cap.15. supplet.2. num. 104.* Quandò verò pulsari possint, vel
2 non tempore interdicti vide * *Alter.de Censur. disput.5. de Interdicto cap.2. fol.mihi 376. cum seq.tom.2.*

Num.11. Quandò agitur de probanda morte Beneficiati ad effectum reservationis, vel il-
3 lius * exclusionis, & concurrit pulsatio plurium Horologiorum standum est numero pluribus, ut respondit *Card.de Luca de Benefic. discurs.15. num.12. Rot. coram Dunozet. jun.decis.807.nu.7.*

De

Digitized by Google

De Usuris, & Judæis.

RVBRICA XXX.

USurarum voraginem, quæ animas devorat, & facultates exhaurit, compescere cupientes, quæ etiam utraque pagina testamenti condemnatur, necnon à sacris Canonibus reprobatur, etenim quo minor fœneratoribus aderit fœnerandi commoditas, eò magis adimetur fœnus exercendi libertas. Ideò hac præsenti lege, Statuto, & decreto in perpetuum valituro, & duraturo decernimus, statuimus, & ordinamus, quod nulli liceat, tàm Christiano, quàm Hebræo, seu Iudæo cujuscunque conditionis, & gradus extiterit, fœnerari, seu sub usuris quoquo modo mutuare in Civitate Faventiæ, ac Suburbiis, ejusque Territorio, & Districtu, ac ibi aliquo modo pignorare, aut pignora recipere per se, vel alium, seu alios, directè, vel indirectè, palàm, vel occultè, sub quovis quæsito colore, vel prætextu, nec aliqua pignora de dicta Civitate, eiusque Comitatu, Territorio, & Districtu ab aliquo accipere pro deferendo illa ad aliquem alium locum causa ea pignorandi, nec cum aliquo esse participem in pignorando, aut pignorari faciendo, sub pœna 200. ducatorum auri pro singulo, & quolibet contrafaciente, & totiès quotiès contrafactum fuerit in quolibet casuum prædictorum, & sub pœna perditionis veræ sortis, pignorum, & usuræ, & quod accusatori, seu referenti, & denuncianti detur. & applicetur tertia pars pœnæ prædictæ, & alia duo tertia dictæ pœnæ applicentur Communitati Faventiæ, & restituantur pignora eis, à quibus dicta pignora receperint absque vera sorte, & usura in casu contrafactionis, nec contra hoc Statutum aliquid statui possit etiam per Consilium generale.

Statuentes, volentes, ac mandantes item quod omnes, & singuli Hæbrei debeant, ac teneantur vigore præsentis Statuti, ac Decreti tam in Civitate Faventiæ, quàm eius Comitatu, & Districtu deferre biretum coloris crocci discoopertum, ut à Christianis, (sicut decens est, ac sacri Canones sanxerunt) dignoscantur, sub pœna ducatorum decem auri pro quolibet contrafaciente qualibet vice Communi Faventiæ applican.

Prohibentes expressè per præsens Statutum quod nulli liceat Hębreo, seù Iudęo in Civitate Faventię, eiusque Comitatu, & districtu modo aliquo apothecam aliquam habere, & tenere ad vendendum pannos cuiuscunque sortis, & tam novos; quàm tritos prohibitos, nec aliqua pignorum genera sub aliquo quęsito colore, & pęna ducatorum 200. auri pro quolibet contrafaciente qualibet vice, nisi obtentum fuerit per Consilium generale Civitatis Faventię legitimè congregatum, & part'to posito, & obtento ad fabas, quod obtineri debeant per tres partes ex quatuor dicti Concilij, ut suprà legitimè congregati.

Statuimus postremò, ut de cętero nullus Hebræus, seù Iudęus cujuscunque conditionis, & gradus fuerit possit, & valeat modo aliquo venire ad habitandum in Civitate, aut Suburbiis, Comitatu, seu Districtu Civitatis Faventiæ sub aliquo prætextu, seu quęsito colore, sub pœna ducatorum centum auri. Et nihilominùs discedere teneatur sub eademmet pœna, quæ pœna toties committatur, quoties per quemlibet ex Iusdicentibus in Civitate Faventię, & seu per officium Dominorum Antianorum, vel per alios Agentes nomine Communitatis prædictæ ei indicta, seu nota facta fuerit dispositio pręsentis Statuti, & Decreti, nisi per Consilium generale prædictum simili modo obtentum fuerit partitum per tres partes ex quatuor Consiliatiorum tunc legitimè congregatorum, nec partitum aliquod super prędictis obtineri possit aliter, nec alio modo, & aliter obtentum non valeat, nec sit alicujus roboris, vel momenti. Hoc Statutum sit pręcisum in qualibet sui parte, & Capitulo.

SVMMARIVM.

1 USuræ prohibitæ sunt de jure naturali, Divino, & humano.
Mutuantibus, & pignorantibus sub usuris pœnæ num. 1.

2 Pœnæ usurariis impositæ remissivè.

3 Usurarii manifesti privantur factione Testamenti, et si illud condiderunt, non valet, nisi restituerint usuras, vel præstiterint cautionem de illis restituendis n. 3. Amp. n. 4. & 18. Lim. n. 5. 6. 7. 9. 11. 13. & 14. Vide n. 8. 10. & 12.

15 Testamentum Usurarii manifesti ne valeat, duo sunt probanda nempè factum ipsum usurarium, & qualitas facti, videlicet illum esse manifestum. Vide n. 16.

17 Usurarius manifestus quis dicatur remissivè,

19 Pon-

19 Pontifex convalidare potest testamentum usucarii manifesti.

20 Judæorum mores à nostris discordant, & eorum conversatio cum simplicibus Christi Fidelibus est periculosa.

21 Iudæi an justè recipiantur à Christiais remissivè.

22 Iudæi in Civitate Faventiæ habitare nequeunt.

23 Iudæis injunctum fuit discedere à Statu Ecclesiastico, exceptis Civitatibus Urbis, Avenionis, & Anconæ.

24 Iudæi ejiciendi aliquando sunt à Regno, & Principatu, prout expulsi fuerunt ab Hispania, & Gallia, & nu.5.

Princeps sæcularis potest expellere Iudæos à suo Principatu nu.24.

26 Iudæi habitum distinctum, vel signum gestare debent, ut à Christi Fidelibus distinguantur.

Iudæi usuras exercentes cogendi sunt ad restitutionem, & criminalitèr puniri possunt num.27.

28 Usuræ Iudæorum Urbis redactæ sunt ad rationem duodecim, & posteà in totum prohibitæ tàm in Urbe, quàm in toto Statu Ecclesiastico.

29 Iudæi indumenta ex nova materia in Urbe conficere valent.

Iudæi artem *del Regartiere* in Urbe exercere solummodò valent num.29.

OBSERVATIO.

USuræ tanquàm animarum devoratrices, & facultates exhaurientes de *Jure naturali*,
1 *Divino*, *&* *Humano* prohibitæ sunt, & nostri
Statuentes tale scelus abhorrentes sub usuris
mutuantibus, aut pignorantibus pœnam imposuerunt, & quia usurarum materia est valdè ampla, & à DD. plenissimè tractata, ideò
in casuum contingentia adiri poterunt *Scri-*
2 *bentes in tit. de Usur. Leotard.de Usur. Giballin.*
eod.tract. Bonacin. aliique Morales de Contract.
Gutierez Prax.crim.quæst.78.cum pluribus seqq.
Matthæu de re crimin.controv.40. D.meum Raynald. in ejus obervat. crimin.tom.2. cap.16. §.1.
Sabell. Summa divers. tract.5. Usura, Panimoll.
decis.44.

Præter aliàs pœnas Usurariis impositas,
de quibus *Gutierez Prax. crim.quæst.78. cum*
3 *plurib.seqq. Carpzov.Prax. crim.par.2.quæst.92.*
Leotard.de Usur.quæst.100.Peguer.decis.31. Sperell. decis.116. Usurarii manifesti præ cæteris
privantur factione testamenti, et si illud condiderunt, non valet, nisi præstiterint cautionem de illis restituendis, juxtà *Text. in cap.*
Quamquàm de Usur. in 6. ibique Barbos.Passerin.
cæterique Scribentes, & docent *Murg.Disquisit.*
moral. & canonic.tom.3.Disquisit.14.dub.1.n.16.
Antunez Portugal. de Donat. Reg. par.3. cap.15.
num.70.cum seqq. ubi subdit, quod nec ad pias
4 causas valet, & *num.71.* advertit quod cautio
præstanda, debet esse pignoratitia, vel fidejussoria, cùm non sufficiat juratoria, & cumulat concordantes *tom.2.*

Limita primò, quandò Usurarius in eodem
Testamento aliquid pro restitutione ablato-
5 rum legavit, tunc enim sustinetur, ut traditur *à Maja observat.12.n.285.*

Limita 2. quandò post mortem Testatoris
præstita fuit cautio de restituendo usuras,
nam tunc Testamentum alias nullum mediante hac cautione convalidatur, *Maja loc.citat.*
num.274.

Limita 3. quandò ex probationibus factis
post mortem Testatoris usurarius manifestus
7 fuit detectus, cùm hujusmodi probationes
non retrotrahantur ad effectum annullandi
Testamentum jam conditum ex DD. cumulatis per *Leotard.de Usur. quæst.100.num.70.vers.*
Contrarium sentiunt.

Contra hanc Limitationem, quod nempè
probationes ex post facto factæ non inducant
8 ex nunc qualitatem usurarii manifesti, sed
detegant illam, quæ aderat de tempore conditi Testamenti est verior opinio, quam tenet
Federic.de Sen.cons.8.num.1. in fine, vers.Nec dicat aliquis Zabarell. in Clemenc.Eoi sub num.23.
Versus finem de Sepult.& cons.81.sub nu.3.vers.
Ad dubium autem, Abb.in cap.Diæcesi sub nu.6.
de Usur. & in cons.22. lib.1. & cons.81. per tot.
lib.2.Jo:Calderin. cons.15.sub nu.2.de Usur. Anton.de Butr.cons.28.§.In quantum dixi, Curt.jun.
cons.337.sub num.77.vers.Ad quartum verò, &
num.78. ubi contrarium refutat *Petr. Gregor.*
de Usur.lib.3.cap.14.num.3. & 10. Molphes.de
Contract. cap.23. num.162. Rot.coram Seraphin.
decis.293.num.4. & tenent adducti per *Leotar.*
d.quæst.100.num.70.

Limita 4. quandò conditum fuit Testamentum favore piæ causæ, & decessit cum signis
contritionis, & pœnitentiæ, ac cum Sacra-
9 mentis Ecclesiæ, ut respondit *Ancharan. consil.429.per tot. Duard.de Camb.§.3.quæst.2.n.24.*
in fine, Covar.Var.resol.lib.3.cap.3.in fine, ubi
hanc opinionem æquiorem, quem aliis relatis sequitur *Peguer.decis.31.num.9. vers.Sed Covar.*

Contra hanc Limitationem tanquàm de
directo contrariam dispositioni *Text. in cap.*
10 *Quamquam de Usur. in 6.* tenent *Butr. cons.25.*
num.6.& cons.28. §.Non obstat,cum duobus seq.
Tusch.conclus.342.num.90.cum seqq.lit.V.Diana
Resolut.moral. quæst.7.tract.6. de Testam. privil.
resoluc.11. cum aliis pluribus cumulatis per
Bos.Oper.moral.tom.2.tit.deTestam.ad pias caus.
num.194. Giballin.de Usur.lib.1.cap.11.artic.2.
num.6.& Antunez Portugal.de Donat.Reg.par.3.
cap.15.num.71.tom.2.

Limita 5. quandò Testator satisfecit de
Usuris, vel de satisfaciendo dedit cautionem
11 idoneam, ut advertit *Coccin. in annotat.decisiv.26.num.4.& decis.1769.num.15.*

Quæ Limitatio habet locum, quamvis cautio præstita fuerit post conditum Testamentum cùm tùnc secundùm æquiorem, & com-
12 muniorem opinionem convalidet Testamentum

Digitized by Google

tum priùs conditum, ut tenet *Coccin.dicta annot.26.sub num.4.* & poſt relatos contrarium ſentientes hanc uti æquiorem tenet *Murga Diſquiſit. moral. & Canonic. tom.2. diſquiſit.14. dub.1.num.17. Antunez Portugal.de Donat.Reg. par.3. cap.15. num.73. tom.2.* qui *num.72.* advertit, quod ſi poſt conditum Teſtamentum denuò uſuras exercuit, adhùc non valebit, non obſtante cautione præſtita.

Limita 6. quandò Teſtator conſtituit Procuratorem ad reſtituendas uſuras poſt ejus
13 obitum, quo caſu cautio etiam poſt conditum Teſtamentum poteſt præſtari per Procuratorem, ut dixit *Rot.cor.Coccin.cit.deciſ.1769. num.15.*

Limita 7. quandò quis pecuniam fœnori dedit, uſuras tamen non exegit, vel ſi uſuras
14 exegit, nondùm tamen ſortem recepit, ut declarat *Giballin.de Uſur. lib.1.cap.11.artic.2. sub num.6.poſt med.*

Advertendum, quod ad hoc ut Teſtamentum Uſurarii non valeat, duo copulativè re-
15 quiruntur, & ſunt probanda, nempè factum ipſum uſurarium, & qualitas facti, hoc eſt illum eſſe manifeſtum, ut diſponit *Text. in cap. Quamquam de Uſur. in 6.* & firmat *Bald. conſ.459. num.9. verſ. Secundò non eſt.lib.4. Jaſ. conſ.78.num.7.lib.3.*

Et illa qualitas manifeſti, & notorii talis requiritur, ut ipſa criminis evidentia nulla tergiverſatione celari poſſit, ut aliis omiſſis tenet *doctiſſimus Covar.Var. reſolut.lib.3. cap.3. num.5.§. At ſi tractetur. Bald.in leg 1.num.25. C.de Sacroſanct.Eccleſ. & conſ.447.lib.5. ac in cap.In præſentia num.8.in fine,ibique Felin.n.13. de probat. Jo:Andr. in cap.Quia in omnibus.de Uſur. Angel.conſ.10.nu.1.cum ſeqq. Jaſ.conſ.78. nu.21. Bonae.de Contract.diſput.3.quæſt.3.punct. ultim.num.2.*

Quis autem dicatur Uſurarius manifeſtus, vide *Leotard.de Uſur.quaſt.100. Giballin.eodem*
17 *tract. lib.1. cap.11. artic.1. Fragoſ. de Regimin. Reip. par.1.lib.1.diſput.4.num.290.cum ſeqq. & Bonacin.loco allegato.*

Advertendum etiam quod pœna inteſtabilitatis inflicta uſurariis manifeſtis habet lo-
18 cum, non ſolùm quandò commiſit uſuras formales provenientes ex mutuo vero, verùm etiam in virtualibus, & implicitis provenientibus ex aliis contractibus uſurariam pravitatem redolentibus, in quibus adſit mutuum palliatum ſecundùm communiorem opinionem, quam ſequuntur *Jaſ. in leg.Ejus, qui in Provincia ſub num.1. ff. Si cert.pet. Covar.citat. cap.3.ſub num.6.verſ.octavò,Duard.de Camb.§.3. quæſt.3.num.5. Abb. in cap.Ad noſtrarum. nu.3. de Empt. & vendit. & in conſ.22. per tot. lib.1. Navar. in manual. cap.17. num.180. Molin.de Contract.diſput.333.ſub num.2. verſ.Neque item eſt neceſſe,Salas de Uſur.dub.46.ſub num.1. Ugolin.eodem tractat.cap.24.§.8. Azor.Inſtit.moral. par.3.lib.5.cap.19.ſub §.Quæro in hac, Card.de Lugo diſput.25.nu.237.* & latè *Boſs.Oper.moral. tom.2.tit.de teſtam.ad pias cauſ.num.182.*

Notandum pariter quod Pontifex poteſt convalidare teſtamentum nullum Uſurarii
19 manifeſti, ut docet *Vaſquez de Succeſſ. lib.3. limitat.31.num.107.*

Ut Fides Catholica, quam Populus Faventinus firmiſſimè ſemper profeſſus eſt, illibata conſervetur, & uſuræ omni Jure prohibitæ arceantur, noſtri Statuentes utrique conſulendo, mutuantibus, aut pignorantibus pœnam meritò impoſuerunt; eo quia perfidorum Iudæorum mores penitùs a noſtris diſ-
20 cordant, & ipſi ob continuam converſationem, & aſſiduam familiaritatem ad eorum ſuperſtitionem, & perfidiam ſimplicium animos inclinarent, ut advertit *Alexander III. in cap.ad hæc.8. de Judæis, ac Saracen.* proindè licèt *D. Pignatell. conſultat. 14. num.1. cum quamplurimis ſeqquent. tom.5.* doctiſſimè, &
21 eruditiſſimè examinet, an juſtè Iudæi à Chriſtianis recipiantur, & *num.70.cum ſeqq.* teneat illos recipi poſſe, nihilominùs à noſtris Statuentibus cautiùs agendo præſenti *Statuto* ſapientiſſimè mandatum, ne Judæi in
22 Civitate Faventiæ habitent, ut de ſimili Conſtitutione vigente Mediolani laudat *Garon.in Conſtitut.Mediolan. lib.1. tit.2. in princip.* & conſonat cum *Conſtitutionibus B. Pij V. in Bullar.novo in ordine la 80. §.1.cum ſeqq. vol.2. & Clementi VIII. la 19.§.6. volum.3.* mandanti-
23 bus quod omnes Iudæi diſcedere debeant ab omnibus locis Ditionis Eccleſiaſticæ,exceptis Civitatibus Urbis, Avenionis, Anconæ, & dixit *Rot. in recent. deciſ.225. num.13. in fine, par.14.*

Et convenit quod aliquandò eiiciantur à
24 Regno,& Principatu, ac Provincia,ne eorum perfidia Catholicis noceat, & ſcandalum afferat, ut benè probat *Simonae.de Catholic. Inſtit. cap.35. num.6. cum ſeqq. Paſchal. de Jurib. patr.poteſt.cap.5.num.15. & Fragoſ. de Regimin. Reip. par.1.lib.1.diſput.2.num.195.cum pluribus ſeqq.* ubi reſpondit Principes Fideles poſſe expellere à proprio Principatu Iudæos. Prout expulſi fuerunt ab Hiſpania quadragintam il-
25 lia Iudæi, ne totum Regnum inficerent, & uſuris expoliarent, ut latè defendendo hujuſmodi expulſionem teſtatur *Paſchal. ubi ſuprà, & Camillus Borell. de Catholic. Regim. præſtant. cap.69.a nu.31.uſque ad finem*, & de alia ſimili expulſione à Regno Franciæ refert *Guglielm. de Benedict. in repetit. cap. Raynutius in verbo duas habens filias num.92.de Teſtam.* & utrumque comprobat *Fragoſ.ubi ſuprà nu.197.*

In iis verò Civitatibus, & locis, in quibus morantur habitum diſtinctum, vel ſignum
26 geſtare tenentur, ut à Chriſti Fidelibus diſtinguantur ad evitandam periculoſam commixtionem inter eos, ut ſancitum fuit per *Alexandrum III, in cap. In nonnullis 15. de Judæis, & Saracen. Paulum IV. in ejus Conſtitutione 3.§.3.Bullar.nov.vol.1. & per B.Pium V. in ejus Conſtitutione la 6.* & docent *Mieres ſuper Conſtit.Cathalonia, par.1. collect.4.cap.13.nu.2. Gonzalez Tellez in dicto cap.In nonnullis num.2.*

Seana-

Digitized by Google

Seanarol.de Viſit.Carcerat.lib.3.cap.6.num.4. & illis certæ leges præſcribendæ ſunt, juxta quas vivere debent prout ſancitum fuit in *primo Concilio Mediolani ſub Sancto Carolo Borromeo,* ut latè recenſentur per *D.Pignatell.cit. conſult.14.num.119.cum pluribus ſeqq.* nec non à *Sacra Congregatione Sac.Inquiſitionis,* ut proſequitur idem *D.Pignatel.à num.149.cum ſeqq. uſque ad num.235. & num.235. cum ſeqq.* regiſtrari curavit *Edictum Eminentiſſimi Vicarii Urbis ſuper Hebræis*.]

Nec uſuras tanquàm de *Jure naturali*, & *Divino* prohibitas à Chriſtianis exigere va-
27 lent, et ſi exegerint cogendi ſunt ad reſtitutionem *cap. Poſt miſerabilem.ibique* latè *Gonzalez Tellez, de Uſur. Bald.conſ.440: num.12.lib.4. & Leotard.de Uſur. quæſt.100.nu.32.* juncto *n.53.* ubi firmat Iudæos quoque fœnus exigentes criminaliter puniri poſſe, & latè comprobando firmavit *Rot.coram Merlin. deciſ.409.nu.31. cum pluribus ſeqq.* abſque eo quod poſſint allegare conſuetudinem mutuandi ſub fœnore Chriſtianis, nam tamquàm abuſus, & corruptela peccati nutritiva rejicienda eſt, ut cumulatis concordantibus firmavit *Rot. coram Merlin.loc.cit.num.22.cum ſeqq.* imò nec allegare poſſunt privilegium obtentum à *Summo Pontifice*, cùm nec Infideli cauſa peccandi ſit danda, ut ſancitum fuit per *Allexandrum III. in cap.ſupèr eo 4. & in dicto cap. poſt miſerabile ibique Gonzalez Tellez num.2. poſt medium verſ. Quæ ſolutio*.

Cùm à ſanmem:Clemente IX. deputata fuiſſet congregatio particularis ſuper diſcuſſione articuli uſurarum Hebræorum Urbis in lucem edidit *Illuſtriſs.,& Reverendiſs.D.meus Severolus doctiſſimum reſponſum impreſſum penès Paſſerin. cap.Quanquam 2.ſub n.84.de Uſur. in 6.* & reaſſumpto examine ejuſdem controverſiæ in Pontificatu *ſa:me:Clem.X.* ob valida fundamenta in d. *Reſponſo* comprobata de an.1670. emanavit reſolutio pro reductione uſurarum ad rationem duodecim ut teſtatur *Paſſerin. loc. cit. & Pilaia ad Franc.de proteſtat.conſiderat.50.nu.14.* & poſtmodùm prævia reſolutione habita in Congregatione particulari deputata ſub die 22. Octobris 1682. in totum prohibitæ fuerunt illis uſuræ, & pignorationes cum uſuris, & de ordine *ſa:me:Innocentii XI.* ab Eminentiſſimo Domino Cardinali Camerario deſuper publicatum fuit Edictum. Et quia prædicta *die 22. Octobris* reſervatum fuit examinandum, an idem ſtatuendum eſſet quoad Hebræos habitantes in Legationibus Ferrariæ, & Urbini, ac in Civitate Anconæ, ſub *die 3. Auguſti* 1683. diſcuſſo articulo reſolutum fuit contra Hebræos pro abolitione uſurarum, & reſolutio ſub *die 5. ejuſdem menſis* approbata fuit à *Summo Pontifice*, qui etiam mandavit deſuper expediri chirographum referente *Eminentiſs. D. de Angelis* tunc *Provicesgerente, ac ejuſdem Congregationis Secretario*, & poſteà in præmium ejus meritorum Sacra Purpura ornato, ut ipſe teſtatur in eius celeberrima *Synodo Nonantulana Appendic.3.pag.57.*

Poſſunt benè Hebræi in Urbe commorantes conficere indumenta ex nova materia, &
29 artem vulgò *del Regatiere* exercere, licet in *Conſtitutione Pauli IV. in Bullar. novo la 3. §.9. volum.1.* diſponatur ſola arte ſtracciariæ, ſeu cenciariæ contentos eſſe debere, ut diſcuſſo articulo reſpondit *Rot.in rec. deciſ.192.per tot. par.4.tom.2.*

ADDIT. AD RUBR. XXX. LIB. VII.

SUMMARIUM.

1 USurarii mori ſolent ut animalia bruta, & aliquando à Demonibus publicè rapti ſunt.

2 Hæbrei habitare debent in eorum Ghetto, & deferre ſignum diſtinctivum.

Num.2. Uſurarii mori ſolent ut animalia bruta, vel aliquo terribili judicio de eis contingen-
1 te * rapti aliquando publicè à Demonibus ſicut legitur apud *S.Antoninum in ejus ſumma tit.de uſur. in princ.* & per *Peguer.in qq. crim.cap.31.nu.19.* quos refert, & ſequitur *Azeved.in Comment.Juris Civilis lib.8. tit.6. num.59. tom.5.*

Num.26. Hæbrei tenentur habitare in eorum
2 Ghetto, & circumdato deſtinato, deferre habitum, * ſeù ſignum, per quod diſtinguantur à Chriſtifidelibus, ut etiàm tradit *Nepos Bonſini ad Bannimenta Generalia cap. 62. num.17. cum ſeq.*

Judei non poſſunt Sinagogas novas conſtruere, nec veteres deſtructas reficere juxta reſolutiones Sac. Congregationis, de quibus *Cardinal.Albic. de Inconſtant. in fide cap. 31. num.109. 111. cum ſeq.*

ADDITIONES.

QUoniàm non eſt novum, imò laudabile eſſe comprobatur, etiàm apud Auctores Juris, quæ additione, ſeu declaratione, aut caſtigatione digna eſſe videntur, ea ſuppleri, aut in melius reformari debere. Idcircò repetito examine in recognitione jàm ſcriptorum Statutorum, conſiderantes maturius, infraſcripta addenda, ac ponenda eſſe decernimus, quæ tanquàm vltimo, ac melius excogitata inviolabiliter volumus obſervari, ac prævalere, cæteris quibuſcunque etiàm aliàs Statutis facientibus in contrarium.

In

Inprimis namque advertentes ad Statutum in *tertio libro* voluminis ipsorum Statutorum positum sub *Rubrica VII. de Modo, & forma procedendi in causis excedentibus summam librarum decem bonon.* dum in ea disponitur super instantia causarum Civilium, statuendum esse duximus, quod nullo modo deseratur instantia in præjudicium Actoris, sed imò stet in suspenso vbi pro ejus parte debita facta fuerit prosecutio in causa, & fuerint in terminis congruis acta præsentata, quibus ipse Actor uti voluerit Iudici præsenti, & intelligenti, sive in Iudicio, aut extrà cum instantia repetita, & quæ sufficiat facta, & repetita eodem etiam instanti, & in eadem Scriptura adhibitis Testibus per Actuarium roganda, & scribenda vnà cum protestatione ipsi Iudici præsenti, & intelligenti simul facienda, quod causam expedire debeat ipse Iudex, & de pœna Statuti si expedire neglexerit. Quæ omnia etiàm in præteritis præsentibus, & futuris volumus locum habere, atque decernimus.

Item considerantes ad aliud Statutum in *eodem libro* scriptum sub *Rubrica XXIX. De Bonis Maternis*, quo disponitur filios, & descendentes ab eis non succedere ab intestato Mulieri habenti filium, vel nepotem, aut pronepotem descendentem ex linea masculina, reservata tamen ipsis vt suprà exclusis, ab vniversali successione legitima, prout latiùs in eo Statutio disponitur, addendum esse duximus quod vltrà legitimam ipsam liceat tamen Mulieribus, vel fœminis ità exclusis vt supra petere, ac consequi ex eisdem bonis, quatenus habita solum legitima sibi deficeret ad congruam dotem, nec aliunde haberent vnde dotari possent decenter, quo casu volumus vsque ad portionem integram sibi suppleri, quandò dicta tota portio sibi de Iure communi debita dictam congruam omnibus coacervatis bonis non excederet.

SVMMARIVM.

1 Corrigere in melius quæ priùs statuta, & deliberata fuerant Sapientis est exemplo *Omnipotentis Dei, & Justiniani Imperatoris.*

2 *Statutum Faventiæ Rub. VII. Lib. III.* circà præfixionem temporis injuncti Judici ad causas deffiniendas moderatum posteà fuit per Statuentes.

3 Dos Fœminæ exclusæ à successione bonorum Maternorum ex dispositione *Statuti Faventiæ Rub. XXIX. Lib. III.* non potest esse minor legitima, sed benè major, & quidèm congrua.

4 Statuto disponente, quod dos fœminæ exclusæ debeat esse congrua; ità poterit esse minor quotiès sit congrua.

OBSERVATIO.

Nostri Statuentes imitantes *Omnipotentem Deum*, qui nonulla quæ statuerat in veteri testamento mutavit in novò, ut ad-
1 vertit *Innocentius III. in cap. non debet de Consanguinit. & Affinit. ubi Gonzalez. Tellez nu. 2.* varia ad propositum adducit, & *Justinianum Imperatorem*, qui paritèr non erubuit ea, quę priùs sanciverat in melius posteà corrigere, ut ipse testatur in *Auth. de Nupt. §. nos autem, vers. non enim erubescimus &c.* ponderarunt nimis rigorosè decrevisse suprà in *Rub. VII. Lib. III.* circà tempus Judici præfixum ad causas deffiniendas, propterea moderando inibi disposita, decreverunt, instantiam favore
2 Actoris censeri stare in suspenso, donec usq; ipse causam prosequi voluerit, & prævia repetita protestatione institerit coràm Judice pro expeditione, quod conionat cum iis, quæ diximus suprà in *Observat. ad eandem Rubr. VII. num. 14. cum seq.* circà quotidianam praxim appellandi à denegata justitia præviis tribus instantiis.

Paritèr taxationem dotis fœminæ exclusæ quàm in *Rubr. XXIX. Lib. III.* firmaverant in quantitate legitimæ revocarunt mandan-
3 tes, quod si legitima non sufficiat pro congrua dote, nec aliundè habeat undè condecenter dotari valeat, tùnc ex eisdem bonis, ex quibus exclusa remanet, supplendum sit usque ad congruitatem dotis; Undè dicendum videtur, quod attentis illis verbis *addendum esse duximus quod ultrà legitimam &c.* dos non possit esse minor, sed quidem major legitima ad tradita per *Dec. cons. 26. num. 4. vers. sed contingenter, Merlin. de Legitim. lib. 3. tit. 1. quæst. 13. num. 22. De Luca de Success. ab intest. disc. 9. num. 18. & de Legit. disc. 8. nu. 2. in fine, Rota decis. 131. num. 13. par. 4. divers. & cor. Rojas decis. 375. num. 4.* secùs autem esse in filiabus Magnatum firmat *idem De Luca* locis proximè allegatis, & in *tit. de Dote dist. 144. num. 44.* Verùm si non constaret de mente Statuentium, quod dos non posset es-
4 se minor legitima, tunc mandante *Statuto*, quod dos constituenda fœminæ exclusæ à successione sit congrua, sicuti excedere posset legitimam, quoties ea non ascenderet ad congruitatem dotis, ut firmant *Dec. eod. cons. 26. num. 4. vers. sed Contingenter, De Luca de Dote dicto disc. 144. num. 41. vers. contrarium, Rota coram Merlin. decis. 293. num. 9. & coram Rojas d. decis. 375. num. 5.* ità æquum esset, ut eà è contrà minor etiam legitima posset constitui, quandò fœmina virum sibi parem eum tali dote invenire posset, ut oppositum in opposito idem operetur quod propositum in proposito, sicuti animadvertit *Dec. dicto cons. 26. num. 4. vers. si verò, & vers. nam sicut, Merlin. cit. quæst. 13. num. 12. vers. quartò, Rota coram Rojas d. dec. 375. num. 5. & de Luca dicto disc. 144. num. 41. eodem vers. contrarium,* qui

qui tamen sub eod. num. 41. *verſ. ea verò* dicit hoc procedere quandò dos non ſuccederet loco legitimæ.

Finem impono ad honorem, & gloriam *Dei Omnipotentis*, *Beatiſſimæ Virginis Mariæ*, *ac Sanctorum Mariæ Jacobi Matris Sanctorum Apoſtolorum Jacobi Majoris, & Joannis Evangeliſtæ Protectricis hujus Civitatis Verulanæ*, *Andreæ Apoſtoli*, *Antonii de Padua*, *Caroli*, *& Philippi Nerii* meorum Protectorum, cum expreſſa declaratione, quod ſi fortè lapſu linguæ, & calami in Obſervationibus aliquid ſcriptum ſit, quod *Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Sanctionibus*, & *decretis* repugnet, id pro non dicto, aut ſcripto volo, ejuſque cenſuræ, & Superiorum Judicio me, & quidquid ſuprascriptum eſt ſubiicio. Verulis hoc die Feſto *Sanctiſſimæ Conceptionis* 8. Decembris 1692.

FINIS.

IN-

Digitized by Google

INDEX GENERALIS MATERIARUM ET CONCLUSIONUM

Primus numerus Tomum, Secundus paginam, & tertius numerum marginalem significat.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Cæ.

Digitized by Google

in

Digitized by Google

No.

Digitized by Google

Ma-

Digitized by Google

C

C A L C E I.

Non

Locu-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Vivere

Digitized by Google

Digitized by Google

Le-

Digitized by Google

CON-

Au-

Digitized by Google

In

Digitized by Google

Lige-

Digitized by Google

D A M N U M.

D A R D A N A R I I.

Digitized by Google

Digitized by Google

Con-

Digitized by Google

ratio-

ratione derogationum, quæ indistinctè, & sine causa conceduntur. 1. 268. 37.

Statutum, Constitutio, & Lex, taxans dotes per non excessum, est utilis, quotiès rigorosè observatur, secus si eis derogetur, nam isto casu efficitur damnosa, & quarè. 1.268.37.

Magnæ non persolvuntur sine magno Promissorum incommodo, & litigiis. 1. 268. 31.

Maxima pars Mulierum quantumvis pietate, elegantioribus moribus, & optima indole præditarum, ob abusum excessivitatum dotium innupta remanet. 1.267.30.

D O T I S.

ADVLTERII exceptio an, & quando opponi possit contra petentem. Vide *Adulterium*.

Assecuratio dotis fit, ut Vxor cum familia ex fructibus illius ali valeat. 1.165.24.

Inopia Mariti ad effectum agendi contra tertium possessorem in actione hypothecaria, & rei vindicationis pro assecuratione dotis dicitur probata, quando facultates illius non sufficiunt pro satisfactione creditorum, & dotis. 1.290.29.

Negligente Vxore introducere judicium assecurationis dotis, defecto principio dilapidationis, sequuta nova alienatione non poterit ipsa agere contra tertium acquirentem. 1.289.28.

Vxori competit, quando Maritus incæpit malè uti substantia sua, etiamsi non sit inops, ad quem effectum sufficiunt leviores probationes. 1.289.28.

Declara procedere ad effectum agendi contra eundem Maritum; secùs vero contra tertium. 1.289.28.

Assecurationi dotis locus est attentis fidejussionibus factis à Marito. 1.144.2.

Augmentum dotium provenit ex Mulierum multitudine, numerum hominum longè excedente. 1.268.33.

Congruitas dotis solvenda ex dispositione Statuti à masculis excludentibus fœminas non regulatur à legitima, cum minor etiam possit assignari, sed à qualitate personarum, quantitate patrimonii, numero liberorum, & more Regionis. 1. 268. 40. Limita num. 41.

Constitutio præsumitur congrua, qui eam de incongruitate redarguit tenetur probare. 1.268.39.

Masculi evenente tempore nuptiarum tenentur congruenter dotare fœminas à Statuto exclusas, habita ratione ad facultates, ad Agnatorum qualitatem, & ad communem observantiam, & consuetudinem Civitatis, nec non qualitatem Mariti, ac numerum filiorum. 1.267.24.

Mulier dotata non dicitur, quæ incongruè dotata est. 1. 267. 25.

Derogatio *Bulla Sixtina* super excessivitate dotium obtenta post dissolutum Matrimonium non præjudicat juri tertio quæsito, cujus non fuit facta expressa mentio. 1.251.40.& 41.

Derogatio *Bulla Sixti V.* circa quantitatem dotium cum gratia reconvalidatoria constitutionis dotis jam factæ, operatur ac si ab initio legitimè fuisset dos constituta. 1.251.33.

Maximè si à principio constituta fuerit dos cum expressa reservatione Beneplaciti Apostolici, cùm tunc constitutio usque ab initio haberet duplicitum statum validitatis, & obtenta derogatione recipiat perfectionem à die celebrati contractus. 1. 251. 34.

Fœminæ à masculis exclusæ, si incongruè dotatæ fuerint petere possunt ex dispositione *Statuti Faventia lib. 2. Rub. 27.* congruæ dotis supplementum solum usque ad quantitatem legitimæ de Iure debitæ. 2. 318. 19.

Fructus debentur ex dote, quæ filiæ relictæ fuit titulo institutionis. 2. 319. 27.

Ex dote, quæ ex dispositione Statuti succedit loco legitimæ. 2. 319. 28.

Lucrum. Vide *Lucrum Dotis*.

Pacta dotis, & donationis propter nuptias debent esse æqualia. 1. 249. 10.

Pater, qui fuit præsens, & consentiens Matrimonio Filii, an teneatur ad restitutionem dotis Nurus, remissivè. 1.311.8.

Privilegia multa impertita fuerunt Doti, ut Resp. liberis hominibus repleatur. 1. 249. 6.

D U E L L U M.

INDICI solebat per Tubicinem. 1.365.12.

Quibus pœnis extinctum fuerit in Gallia. 1.89.89.

E

E B R I E T A S.

AVfert memoriam, dissipat sensum, confundit intellectum, impedit linguam, corrumpit sanguinem, totum corpus debilitat, ac est fons omnium vitiorum. 1.481.9.

Laudatur à Medicis pro remedio multarum ægritudinum. 1. 481. 14.

Medicus non potest directè saltem pro remedio sanitatis suadere ebrietatem. 1.481.14.

Peccatum ebrietate committitur. 1.482.18.

Plura de ebrietate remissivè. 1.481.12.

Providere ebrietati debent supremi Magistratus. 1.482.18.

E B R I I.

Ebriorum, & ebriosorum plura ibi, remissivè. 1.481.12.

Ebrii sunt Brutis, & Diabolo deteriores, ac filii Belial, & sine jugo, & apostatæ. 1.482.10.

ECCLESIA, ET ECCLESIASTICI.

Est Cultrix justitiæ, & æquitatis. 1.99.19.

Ecclesiastici observare tenentur ex vi directiva, non coactiva leges à Principe seculari editas, quæ concernunt rectam gubernationem, quietem publicam, & bonum publicum, si juri Canonico, & libertati Ecclesiasticæ non repugnent; quæ autem sint hujusmodi leges. 1. 69. 7. Vide ibi.

Conveniri non possunt coram Judice sæculari 1.206.49.

Ecclesia, & Ecclesiasticæ personæ habent facultatem emendi bona à quocunque. 2.207.2.

Cætera. Vide *Statutum*.

Ornamenta Ecclesiæ sub nomine Fabricæ comprehenduntur, 1. 240. 76.

S. Hippolyti Faventiæ. Vide *Episcopus*. vers. *Ecclesia*.

OE C O N O M V S.

Apponitur quando relaxatum fuit mandatum contra Episcopum pro pensione ad effectum exequendi super fructibus Mensæ Episcopalis, salva Congrua. 1.318.37.

Oeconomi appositio ne fructus dilapidentur quotidiè practicatur etiam contra Magnates, & Ecclesiasticos, quando non potest fieri sequestrum. 1.318.36.

Datus censetur solum ad custodiam fructuum. 1.317.27.

Debitor formato concursu, & deputato Oeconomo ejus bonis, si ulterius se ingerat in administratione semel dimissa, delictum proximum stellionatui, & falsitati committit, & sic criminaliter potest puniri. 1.467.14.

Deputari potest in eisdem casibus, in quibus apponitur sequestrum. 1.317.28.

Oeconomi deputatio speciem infamiæ irrogat. 1. 317. 23. Contrarium n. 36. cum seqq.

Est minus sequestro, cum sonet in nudum ministerium. 1.317.29.

Remedium deputationis Oeconomi ad effectum satisfaciendi æs alienum judicatur legale. 1. 317. 24.

Sequester idem sonat ac Oeconomus, seu Depositarius judicialis. 1.317.28.

Æ D I F I C A R E.

Ad Æmulationem ædificare nemo præsumitur. 1.136.15.

Socius in re communi ædificare an possit, & quid de reaptatione, & reparatione illius. Vide *Muri*. *Muro*. *Socius*.

Æ D I F I C I A.

Conservari, & non destrui publicè expedit ad Vrbium decus. 2. 312. 1.

Ædificium vetus quis reformare non potest, quandò Civitas deformaretur, vel via publica deterior redderetur. 2.302.3.

Magistratus compellere debet ad refectionem ædificii, ex cujus demolitione Civitas deformatur. 2. 302. 4.

Cætera. Vide *Domus*. *Homines*.

Æ D I L E S.

Deputatio Curatorum Viarum, seu Magistrorum Viarum, seu Ædilium est omninò necessaria, & quarè. 2.166.3.

Ædiles invigilare debent conservationi fontium, & nè aqua expurcetur, & contaminetur. 1.83.32.

Ædilibus incumbit ut res comestibiles, cum debito pondere, & mensura vendantur. 1.575.11.

Incumbit invigilare, ne Viæ, Fora, Cloacæ, & Aquæductus Civitatis putrescant, sed mundæ conserventur. 1.616.4.

Ædilium officium est incumbere instructioni, & refectioni, ac reparationi viarum publicarum. 2.166.2.

Cætera. Vide *Grasseria*. *Magistri viarum*.

E D I T I O.

Inventarii, librorum, & scripturarum facienda est ad effectum rectè, & clare reddendi rationem administrationis. 1.123.33.

E D V C A T I O.

Adolescentium est fundamentum totius Reipublicæ tanquam basis omnium virtutum, & à quo dependet totius residui vitæ expectatio. 2.245.1.

Educatione, & instructione juventutis neglecta, resultaret grave damnum universali Ecclesiæ, & quarè. 2.245.3.

Magistratus invigilare debent ut juventus instruatur. 2.245.2.

Matris educatio in pueris teneræ ætatis est necessaria. 2.245.15.

ÆGIDIANA CONSTITVTIO.

Vide *Constitutio Ægidiana*.

E L E C T I O.

Ad regnum unius ex duobus gemmellis fieri potest per sortem. 1. 22. 36.

Alicujus Officialis ex dispositione Statuti facienda pro certo tempore, si fiat pro majori, est nulla in totum. 1. 40. 25. Limita num. 26.

In electionibus ad Beneficia, Dignitates, & Officia Ecclesiastica servanda est forma tradita in *cap. quia propter de Elect.* 1.22.40.

Officialium à Consilio *Faventia* ampliùs non fit in duabus vicibus in fine cujuslibet semestris, sed fit juxtà naturam Officii tam pro primo, quam pro secundo semestri de mense Decembris in festo *Divi Thoma*. 1.77.15.

De dignioribus an fieri debeat, alioquin an eligentes peccent, teneantur ad refectionem damni, & priventur potestate eligendi, an verò sufficiat si fiat de digno remissivè. 1. 77.17.

Fieri potest à Communitate in die feriata, & festiva tanquam actus voluntariæ jurisdictionis. 1.77.16.

Pœnitentiam spectat ad Episcopum, collatio vero ad eos, ad quos ante *Sac. Concil. Trid.* pertinebat. 1. 9. 55.

Per Sortem admittitur ad tollenda semina discordiarum, & in casu necessitatis. 1.22.37.

Adversari potest justitiæ distributivæ. 1.22.43.

Approbata sæpissimè fuit. 1.21.31.

Censetur facta potiùs judicio Divino, quam humano. 1.21.29.

Improbata est non concurrente legitima causa, & quarè. 1.22.38.

In distributione Dignitatum, Beneficiorum, & Officiorum Ecclesiasticorum non admittitur. 1. 22. 40. & 41. Lim. num. 41.

In distributione Dignitatum, & Officiorum secularium permittitur.

Dev

Digitized by Google

EXCOMMVNICATVS.

EXCORIATIO.

EXCVSSIO.

EXECVTIO.

Quæ-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Con

Digitized by Google

Digitized by Google

FUNERIS EXPENSÆ.

FVRIOSI.

FVRNVS.

FVRTVM.

G

GABELLA.

Ca.

Digitized by Google

Solu-

Digitized by Google

Digitized by Google

IVDICES.

IVDICIS.

IVDICIBVS.

Ex.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

LOCUSTÆ.

LOTTO.

LUCRUM DOTALE.

Li-

Digitized by Google

Digitized by Google

LVXVS.

M

MACELLARII.

MAGISTER.

MAGISTRATVS.

MAGISTRATIBVS.

MAGISTATVS CENTVM PACIFICORVM.

Digitized by Google

Digitized by Google

Per

Digitized by Google

IVDICES.

IVDICIS.

IVDICIBVS.

Ba.

Digitized by Google

I N D E X

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Per

MENSVRÆ, ET PONDERA.

MENSVRIS, ET PONDERIBVS.

MENSVRARVM, ET PONDERVM.

M E R C A T V R A.

M E R C A T O R E S.

M E R C A T O R V M.

M E R C A T V S.

M E R C E S.

M E R E T R I C A T V S.

M E R E T R I C E S.

M E R E T R I C I B V S.

Digitized by Google

Inven-

Digitized by Google

bita

Digitized by Google

Pro-

Digitized by Google

Digitized by Google

Ter-

Digitized by Google

Digitized by Google

In-

Digitized by Google

Digitized by Google

Eligi-

Digitized by Google

PRO.

Digitized by Google

quam

Com-

Digitized by Google

S

Digitized by Google

Digitized by Google

Art.

Digitized by Google

Vrbi-

Digitized by Google

Digitized by Google

Clx-

Digitized by Google

Digitized by Google

Acci-

FINIS.

IN-

INDEX

Materiarum, & Conclusionum, quæ in Additionibus continentur.

Prior numerus Tomum; secundus Paginam designat, Reliqui marginales sunt Additionum in illa eadem pagina occurrentium.

A

Digitized by Google

B

C

sed

D

Suc.

Digitized by Google

Et

Digitized by Google

F

FE-

Digitized by Google

Digitized by Google

G

H

I

IN-

Digitized by Google

Digitized by Google

Ut

Digitized by Google

Digitized by Google

N

PI-

Digitized by Google

Q

R

S

Digitized by Google

T

V

Z

IN-

Digitized by Google

INDICE
MATERIARUM
Que in Appendice continentur,

FINIS.

Digitized by Google

REIMPRIMATUR


Si videbitur Reverendiss. Sacri Palatii Apostolici.

N. Baccarius Episcop. Bojanen. Vicesgerens.

IMPRIMATUR.

Fr. Gregorius Selleri Ordinis Prædicatorum, Sacri Palatii Apostolici Magister.

Digitized by Google



APPENDIX

Continens Privilegia, Reformationes, Decreta &c.

Tàm Civitatem Faventiæ, quàm Provinciam Romandiolæ

CONCERNENTIA.

Preces nomine Civitatis Faventiæ DD.Cardinali Alidosio Episcopo Papien.Romandiolæ de Latere Legato, ac Antonio Archiepiscopo Sypontino Cameræ Apostolicæ Auditori Generali, & Commissario Apostolico porrectæ unà cum rescriptis, & concessionibus favorabilibus.



IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & ad ipsius laudem, & honorem, ejusque Almę Genitricis Gloriosę Virginis Mariæ, ac Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac Beatorum Confessorum Sancti Apollinaris, & Terentii Patronorum Magnificæ Civitatis, & Communitatis Faventiæ, ac omnium Sanctorum Cęlestis Curiæ Triumphantis, & ad gloriam, & honorem, & pacificum, & tranquillum Statum S. R. E. & maximi in præsentiarum Pontificis ipsius Romanæ Ecclesiæ Julii II.; quem dignetur Omnipotens Deus suos dirigere gressus fæliciter ad salutem Animarum, & ad pacem, & ad quietem omnium Locorum, & Terrarum, & Subditorum ipsius S.Sedis, & Romano Pontifici, sub cujus Pontificatu Faventina Civitas restituta est Imperio præfati Summi Pontificis, & in gremium S.R.E. redita; necnon ad pacem, gaudium, & exultationem ipsius Civitatis Faventię, & ad perpetuam quietem ipsius, & suorum Incolarum, ejusq; Comitatus, & Districtus. Amen.

IN Primis Quod præfatus Summus Pontifex dignetur amplecti in visceribus Christi, & præcipuæ dilectionis ipsam Civitatem Faventinam S.Sedi fidelissimam, & devotissimam tamquam præfatæ Sedis peculiarem Civitatem, eam cum toto Populo, & Clero, & omnibus Locis Ecclesiasticis largiter absolvendo, & liberando ab omnibus interdictis, excommunicationibus, & aliis censuris Ecclesiasticis a præfata Sede, aut ejus Legatis, aut Commissariis quacumque ratione, vel causa in præterito emanatis contra eamdem Civitatem, Populum, Clerum, & Loca prædicta, & liberaliter remittendo omnem, & quamcumque injuriam, vel offensam, aut indignationem, quibus præfata Civitas, Populus, aut aliqua particularis persona incurrissent adversus ipsam Sedem quacumque ratione.

Concedimus exceptis illis, qui postquam Civitas rediit ad devotionem Apostolicæ Sedis defecerunt, aut mandatis Apostolicis non paruerunt.

2. Item quod cum quoddam Monasterium dictæ Civitatis nuncupatum S. Mariæ foris Portam semper fuit in summa devotione ipsius Civitatis, & Populi, fuitque à pluribus annis in commendatione collatum, & Civitas ipsa summoperè optaverit, & optet reduci ad Observantiam Monasticam supplicatur quatenùs Summus Pontifex dignetur, quandocunque d. Monasterii per mortem, vel renuntiam vacatio contigerit, conferri debeat alicui Religioni Monasticæ observatione Regulæ degenti, aut Regularibus Canonicis de Observantia.

Concedimus quod reformetur ad Ordinem S. Benedicti de Observantia.

3. Item cum Templum, & Cathedralis Ecclesia sub vocabulo Principum Apostolorum Petri, & Pauli sit imperfectum ex fabrica à pluribus annis inchoata, & Civitas ipsa ipsius perfectionem ad honorem Dei, & Sanctissimorum Apostolorum, & ipsius Civitatis desideret, supplicatur quod Summus Pontifex concedere dignetur præfatę Ecclesię Plenariam Indulgentiam, cum potestate absolvendi à casibus etiam reservatis Apostolicæ Sedi pro tribus singulis annis proximè futuris, inchoando in Dominica Palmarum, & præservando usque per totam tertiam diem Dominicæ Resurrectionis.

Concedimus ut petitur.

4. Item quod Summus Pontifex dignetur concedere quod in ipsa Civitate habeatur Monasterium Monialium Observantiæ sub regimine Fratrum Minorum Observantiæ, quod à multo jam tempore fuit desideratum ab ipsa Civitate.

Concedimus sine præjudicio aliorum Monasteriorum.

5. Item quod concedatur Hospitali Magno nuncupato la Casa di Dio una ex possessionibus quondam Dominorum de Manfredis, videlicèt illa, quam laborat Franciscus Malandra in subsidium pauperum infirmorum, & infantium expositorum.

Concedimus sine præjudicio tertii.

6. Item quod bona quædam immobilia quondam D. Astoris de Manfredis applicata Sacro Monti Pietatis Faventiæ, sint ejusdem Montis, eorumque concessio, & acquisitio confirmetur.

Concedimus, & confirmamus ut petitur.

7. Item quod Beneficia Ecclesiastica in Episcopatu Faventino existentia in d. Civitate, ejusque Comitatu, & Districtu conferantur Homininibus originariis dictæ Communitatis cum decreto irritante, quod aliis conferri non possint, præsertim non excedentia valorem 60. ducat.

Concedimus reservata potestate Pontificis.

8. Item quod omnia Statuta, Reformationes, Constitutiones, Decreta, & Ordinamenta d. Civitatis inserta in volumine Statutorum dictæ Civitatis confirmentur, & inviolabiliter observentur, dummodò libertati Ecclesiasticæ non contraveniant.

Concedimus, & confirmamus.

9. Item quod Reformatio quædam, & seu Provisio, vel Statutum factum super Parentelis de non offendendo insimul de injuriis, & offensis de anno 1501. sub die 21. Martii, & rogatum per Ser Bartholomæum Taurellum Tabellionem Faventinum, & Cancellarium dictę Communitatis insertum in dicto volumine sit confirmata, & in perpetuum inviolabiliter observata, & executioni mandata.

Concedimus, & confirmamus ut petitur.

10. Item quod Officium Magnificorum Antianorum dictæ Civitatis, & Generale Consilium ejusdem cum omnibus suis juribus, prærogativis, & honorantiis, & cum Palatio Potestatis, & Populi cum suis apothecis, & omnibus aliis bonis dictæ Communitatis remaneat salva, & illæsa ipsi Communitati, ac conserventur omnimodè, reservata tamen habitatione Gubernatoris, sive Locumtenentis in ea parte Palatii, quæ sibi magis placuerit, & in locum decedentium de officio Antianatus, & Generalis Consilii, vel quomodolibet vacantium, successores in Antianatu, & Concilio nominentur, & eligantur per d. Generale Consilium congregandum de consensu, & auctoritate Gubernatoris, vel Locumtenentis pro tempore, qui in omnibus eorum Consiliis intervenire debeat, & aliter Decreta nullius sint roboris, vel momenti, ac irrita sint penitùs, & inania, ita tamen, quod eo requisito, & nolente interesse gesta per Consilium teneant, & valeant. Et quod officium Antianorum habeat dignitates, & præeminentias, quas habent alii Antiani aliarum Civitatum libertatis Ecclesiasticæ; Et ipsa Civitas fruatur, & potiatur libertate Ecclesiastica prout aliæ Civitates S.R.E.

Concedimus ut petit. reservata proprietate Palatii Apostolicæ Sedi.

11. Item quod cognitio, & terminatio viarum, & aquarum ductus, & Fluminum spectet ad Antianos, à quibus ad Consil. provocetur, sed à Sententia Consilii appellari non possit. *Concedimus, ut petitur.*

Con-

12. Item quod Mag. Antiani cum d. Generali Consilio absque alia confirmatione Sedis Apostolicæ possint, & valeant nova statuta, Reformationes, & Decreta condere, dummodò non sint contra Statum S. R. E. Et quod Gubernatores, & Rectores pro S.R.E. Faventiæ pro tempore existentes teneantur pro eorum observatione præstare partes suas. *Concedimus ut petitur.*

13. Item quod dictaCivitas cum suo Comitatu, & Districtu, & omnibus eorumdem sint perpetuo exempti, & immunes ab omnibus, & singulis Gabellis, Datiis, & Gravaminibus realibus, & personalibus, in quibus, & ad quas, & quæ in temporibus præteritis quomodolibet fuissent subjecti, & obligati.

Concedimus ad decennium.

14. Item quod omnia Molendina dictæ Civitatis, & quæ fuerunt quond. Dom. de Manfredis, & Gualcheria, & omnes Possessiones, & omnia Immobilia bona, quæ fuerunt dd. Dominorum quondam de Manfredis, & per eos tenebantur unà cum Silva nominata Caldirana existente in Territorio Russii, & omnibus aliis Stabilibus bonis, & Molendinis, & Pratis Solaroli, & ubilibet existentibus in Territorio Solaroli concedantur dictæ Communitati pro beneficio, & commodo dictæ Communitatis, ut cum jubilatione, & summo gaudio recordari possit cum posteris suis fęlicis acquisitionis, dationis, restitutionis. & regressionis ad S.Sedem Apostolicam, ejusque Rom.Pont.

Concedimus Molendina, & Gualcheriam, ita tamen quod habentes alia duo concurrant in expensis Clusæ, & Canalis, medietatemque bonorum, & Possessionum existentium in loco Madrara; Fossuli, & Pratæ ad electionem ipsorum; Concedimus etiam immobilia existentia intra Faventiam, Russium, & Granarolum, & usumfructuum Silvæ Calderanæ, ita tamen quod ex ejus fructibus provideatur expensis Palatii, & Legatorum.

15. Item quod omnes Census, Pensiones, Affictus, & Livelli Apothecarum, quæ ut dicitur, pertinebant ad Cameram Fiscalem dictęCivitatis, concedantur dictæCommunitati pro substentatione onerum eis incumbentium.

Concedimus ut petitur.

16. Item quod dictæ Communitati concedatur Datium Salis, Communitatesque Vallis Hamonis, Russi, & Aureoli teneantur accipere Sal pro ipsis Communitatibus ex Salaria Faventiæ, prout consuevit fieri temporibus Dominorum de Manfredis, & quod non possit vendi Sal in dicta Civitate nisi tribus denariis dumtaxat pro libra, ut hactenus ab annis viginti, & ultra fieri consuevit, & quod Communitas teneatur pro ipso Salis Datio, & aliis bonis, & concessionibus, quæ habet ab Apostolica Sede in recognitionem veri dominii solvere Florenos mille de Camera Apostolicæ Sedi pro Censu.

Concedimus, & Censum solvi mandamus singulis tribus mensibus pro rata, incipiendo à die datæ præsentium Capitulorum.

17. Item quod introitus Gabellarum pro transitu, & conducta, & extracta consueta forensium, & de bonis & mercationibus dictorum forensium cujuscumque conditionis concedatur dictæ Communitati.

Concedimus ut petitur.

18. Item quod Civitas Faventina non teneatur ad satisfaciendum salarium Gubernatoris, & Castellani, sed ei debeat satisfieri de dicto Censu mille Ducatorum, & si quid eis solutis supererit detur Barigello pro parte suæ provisionis.

Concedimus ut petitur.

19. Item quod omnia officia dictæ Civitatis, ejusque Comitatus, & Districtus unà cum Capitaneatu Vallis Hamonis, & Vicariatibus Russii, Solaroli, Aureoli, & Granaroli, & Comestabilibus Portarum, & Castellanariis dd. Locorum excepta Arce Faventina, concedantur hominibus originariis dictæ Civitatis modo, & forma, prout ord inatum fuit per Consilium Generale dictę C vitatis, sorte, aut partito fabarum, aut imbu rsatione, ut ordinabitur, & cum Salariis, Emolumentisque deputandis, & quod qui sunt in præsentiarum in aliquibus ex dictis officiis habeant finire eorum tempus, confirmatio autem dictorum officiorum fiat per Gubernatores pro tribus Juliis tantum.

Concedimus exceptis comestabilibus Porrum Civitatis, Capitaneatu Vallis Hamonis, & Castellania Brisighellæ, de quibus provideatur per Legatum de Faventinis, Castellani verò, & Vicarii, Russi, Aureoli, & Granaroli de Faventinis eligantur per Consilium.

20. Item quod nominatio, & electio Potestatis Faventiæ spectet ad Generale Consilium juxta Statuta, confirmatio autem ad Sedem Apostolicam, Deputatio etiam Custodiæ Carcerum spectet liberè ad officium Antianatus, prout hactenùs consuetum extitit.

Concedimus ut petitur.

21. Item quod omnes ScholæComitatus dictæ Civitatis Faventiæ sint subjectæ, & obedientes Communitati juxta statuta, & Sche-

Scholæ Granaroli, & S.Andreæ Comitatus d. Civitatis habean. in omnibus obedire Communitati, & respondere in omnibus gravaminibus realibus, & personalibus, prout aliæ Scholæ d.Comitatus absque ulla contradictione. *Concedimus ut petitur.*

22. Item quod Castrum Aureoli cum ejus totoComitatu uniatur,& incorporetur, & concedaturCommunitatiFaventiæ,& respondere habeat, ac obedire in omnibus, prout, & sicut tenetur Schola, Fortilitium Granaroli. *Concedimus, & mandamus restitui ad possessionem, in qua erant Vicarii dictæ Civitatis.*

23. Item quod omnes veri Creditores quond. D. Astorgii de Manfredis, & Ducis Valentini,& S.Marci sint satisfacti in omnibus, & secundùm rectam justitiam.

Concedimus ut petitur.

24. Item quod omnes donationes, & contractus celebrati cujuscumq;conditionis per qu.D.de Manfred. & per D.Franciscum olim D. Galeotti de Manfr.seu Agentes pro eis,ac etiam omnes venditiones,& contractus celebrati per RectoresVenetor.per totum mensem Apr.præsentis an.1509.remaneant salvæ, & firmæ, & inviolabiliter observentur. *Concedimus quoad Dominos de Manfredis, & Ducem Valentinum.*

25. Item quod omnes Consignationes debitorum factę per Rectores Venetor. pro Salariis quorumcunq; Salariatorum pro eorum officiis,& pro debitis contractis per d. Rectores ratæ maneant, & observentur.

Concedimus prout juris fuerit.

26 Item quod Summus Pontifex, seu Sedes Apostolica,Gubernatores,Officiales, & Rectores pro S.R.E.&RomanoPontifice quoquomodo,aut aliqua causa,vel ratione non possint imponere Communitati,Comitatui, & Districtui ejusdem, aut particularibus personis onera, gravamina, realia, vel personalia,aut mixta, nisi primo in generali Consilio d.Communitatis fuerit partito fabarum obtentum.

Concedimus nisi ex aliqua magna, & rationabili causa Pontifici aliter visum fuerit.

27. Item quod omnes Condemnati; & qui in futuro condemnabuntur propter homicidium non possint ullo unquam tempore gratiam consequi,aut salvum conductum impetrare, vel habere perpetuum, vel temporalem personæ, ac bonorum.

Concedimus salva auctoritate Pontificis.

28. Item quod omnesCondemnationes pecuniariæ Criminales, ac bonorum confiscationes quorumcunque condemnandorum pro quocunque maleficio, seu delatione armorum prohibita, aut fraudibus, & contrabandis applicentur Communitati absque ulla diminutione, aut quarti detractione expendendæ in ornamentum, commodum, & utilitatem d.Communitatis arbitrio, & dispositione generalis Consilii d.Civitatis.

Concedimus de duobus tertiis, de quibus gratia fieri non possit absque consensu Gubernatoris, tertia vero sit Cameræ Apostolicæ,& quod quarta pars dd.condemnationum exigendarum detur executori,seù Barigello pro ipsius mercede postquam exactæ fuerint.

29. Item quod Capitanei, & Custodes Portarum d.Civitatis,& aliiOfficiales adGabellinas deputandi, & officiales Pensæ non possint ab intrantibus, vel exeuntibus quicquam accipere etiam sponte dare volentibus à prædictis intrantibus,aut macinare volentibus,pęna contrafacientibus privationis officii,& salarii unius mensis applican.pro duobus tertiis Communitati, una exactori,& reliqua parte accusatori, & restitutionis receptorum dantibus, vel qui dederint eisdem.

Concedimus ut petitur.

30. Item quod omnia bonaEmphyteutica,aut livellaria quibuscunque Ecclesiis, aut etiam dictæ Camerę non possint cadere in Commissum,aut quomodolibet à possidentibus auferri propter non solutum Canonem, vel lineam agnationis finitam,sed solum possidentes bona ipsa teneantur, & ad id cogi possint ad solutionemCensus,& Canonis soliti. Etsi in præterito aliqua bona prædicta cecidissent in Commissum debeant renovari possidentes ea soluto Canone.

Concedimus quoad præteritum, dummodò solvantur Census hactenùs debiti infra sex menses à die requisitionis, in futurum autem stetur dispositioni Iuris Communis.

31. Item quod omnes homines de dicta Civitate,Comitatu,& districtu habentes bona in quibuscunque Terris, & locis subjectis S. E. pro dictis eorum Bonis habeant dumtaxat eadem Gravamina,&Collectas ordinarias solvere teneantur,prout, & sicut habent alii Incolæ dd. locorum pro bonis eorum in dictis locis existentibus, & ad nil ultra gravari possint, aut cogi. Et quod prædicti de Civitate Faventiæ Comitatu,& Districtu cum illis, qui de aliis locis venerunt ad habitandum inCivitateFaventię possint fructus bonorum prędictorum existentium in prefatis locis Sanctæ Matris Ecclesiæ exinde extrahere,& Faventiam conducere absque ulla

solu-

solutione Datii Transitus, & extractæ.

Concedimus ut petitur.

32. Item quod Matriculæ, & statuta, & ordinamenta Mercatorum Lanæ Gentilis ob summum beneficium publicum Hominum d. Civitatis confirmentur, & observentur, & similiter omnes aliæ Matriculæ aliarum artium observentur. *Concedimus ut petitur.*

33. Item quod nullus forensis, & qui non habitaverit continuè in d. Civitate quoquo titulo acquirere possit aliqua immobilia bona in d. Civitate, Comitatu, & Districtu, nisi priùs impetrata, & obtenta licentia à Generali Consilio d. Civitatis, pœna contrafacientibus tertiæ partis valoris bonorum acquisitorum Communitati applicanda, & nihilominùs omnis acquisitio, & contractus ipsi ipso facto, & Jure sint irriti, & nulli.

Concedimus salva auctoritate Legati, aut Gubernatoris pro tempore.

34. Item quod Causæ Civiles primæ hominum d. Civitatis, Comitatus, & Districtus primò cognoscantur, & terminentur per Judices ordinarios Locorum, & quod primæ appellationes interponendæ à dd Ordinariis Locorum d. Civitatis Faventiæ, Valle Hamonis, Russio, Granarolo, Solarolo, & Aureolo devolvantur, cognoscantur, & terminentur per solum Judicem Appellationum d. Civitatis. Et qui Judex Appellationum sit, & esse debeat unus ex Doctoribus Faventinis originariis Doctoratus saltem in Jure Civili; qui Judex sit, & esse intelligatur legitimus, & competens dd. primarum appellationum, & qui Judex non possit ab aliquibus de Civitate, & Comitatu accipere aliquas Sportulas pro cognoscendo, vel judicando, sed à Forensibus, & Locis supra nominatis accipere possit denarios sex pro qualibet libra quantitatis petitæ, vel extimationis rei à qualibet parte dumtaxat, & non ultra pro judicando tantum deffinitivè. Et habere debeat de publico Salarium consuetum, nullum aliud lucrum, vel emolumentum percipere possit de d. officio. Et idem per omnia servari debeat in causis contrabannorum, & decreti occurrentibus casibus.

Concedimus ut petitur.

35. Item quod Acta, Processus, & Sententiæ factæ per Rectores Venetorum tempore detentionis d. Civitatis ratione Iurisdictionis, & defectus Dominii non possint dici nullæ. *Concedimus ut petitur.*

36. Item quod secundę appellationes interponendæ à præfato Iudice appellationum devolvantur ad Gubernatorem, qui debeat d. causas prout Iuris fuerit terminare, vel aliis delegare, ut sibi videbitur, audiendas, cognoscendas, & terminandas Iure medio in d. Civitate, etsi in quarta Instantia venerit cognoscenda aliqua causa committatur alicui ex Doctoribus d. Civitatis, & qui D. Gubernator, aut ipsius Auditor de causis Civitatis, vel Comitatus non possit capere aliquas Sportulas, sed sint contenti Salario suo.

Concedimus ut petitur.

37. Item quod omnes Criminales Causę cognosci, terminari, & decidi debeant per Mag. Potestatem Faven. ejusque Iudices, & Curiam modo, & forma dispositis à forma Statutorum, & ordinamentorum Faventiæ, nec aliter procedi, aut judicari possit, nisi prout in dd. Statutis, nec possit aliquis torqueri, nisi sit servata forma Statutorum de materia loquentium.

Concedimus salva auctoritate Gubernatoris in casu Lesæ Majestatis, vel simili, undè scandalum oriri posset.

38. Item Faventini tanquam Fidelifs. & Devotifs. S. R. E. admittantur gratiosè ad omnia, & Magistratus in omnibus Terris, & Locis subditis R.E. prout alii R.E.

Concedimus ut petitur libentissimè.

39. Item quod omnes Artifices Faventini possint Laboreria eorum artium conducere ad omnia Loca, & Terras S.E. ad vendendum, & per dd. Terras, & Loca transire solutis Faven. debitis datiis Locorum.

Concedimus ut petitur.

40. Item quod omnes Faventini possint libere extrahere de omnibus Terris, & Locis Rom. Eccl. subjectis omnes, & quascumque Merces, Grassias, & bona de partibus Orientis, & aliis Locis, & per vias rectas conducere, & per Mare Ravennę absq; ulla solutione datii Terrę, & Maris. *Concedimus ut petitur.*

41. Item quod si aliqua persona de Civitate Faventię reperiretur condemnata pecuniali condemnatione, aut bannita quacunque ratione in Terris, & Locis S.E. intelligatur, & intelligantur absoluta, & absolutæ à prædictis condemnationibus, & bannimentis, ac si non fuissent condemnati, & banniti.

Concedimus ut petitur.

42. Item quod Exercitus Rom. Pontificis in totum, vel in partem non habeat accedere in agrum Faventinum, nec damnum aliquod inferatur Communitati, & ejus hominibus, & bonis. *Concedimus ut petitur.*

43. Item quod conferantur Eleemosynæ consuetę Religiosis Locis de publicis introitibus Civitatis, & præsertim Librarum 136.

Fra-

Fratribus S. Francisci de Observantia juxta antiquam consuetudinem.

Concedimus, & in tempore solvi mandamus.

44. Item quod Communitas Faventina cum suo Districtu, & Comitatu non sit obligata ad præstandum Stipendiariis quibuscunque Rom. Eccl. aliqua Alloggiamenta ante taxas, aut aliquas Massaritias pro eorum usu in Stipendiariis, aut transeuntibus, sed Alloggiamenta habere debeant tantum prout per Officium Dominorum Antianorum ordinatum fuerit.

Concedimus reservatis taxis centum sexaginta Æquorum, quas solvere teneantur Comitativi d. Civitatis, more aliarum Civitatum Romandiolæ, concurrentibus Comitatu, & Districtu juxta consuetudinem.

45. Item quod Gubernatores, vel Locumtenentes ad regimen d. Civitatis deputati, & alii Rectores ibidem principales residere teneantur, & non possint concedere licentiam aliquibuscunque personis cujuscunque conditionis extrahendi Frumentum, vel alia Blada de Civitate, & Districtu Faventiæ, nisi cum consensu, & voluntate Dominorum Antianorum. *Concedimus ut petitur.*

46. Item quod homines Castri, & Districtus Russi teneantur solvere denarios sex bon. pro singulo sextario Grani, quod macinabunt Agentibus pro Communi Faventiæ, & possint exigere datium extractæ, & transitus quarumcunque rerum, bonorum, & mercantiarum à Forensibus extrahentibus extra, & per d. Territorium Russii, excepto à Faventinis, & Districtualibus Civitatis Faventiæ, à quibus nihil ex causis prædictis exigere possint, & hoc pro satisfactione Castellani, Vicarii, & Comestabilis d. Castri.

Concedimus ut petitur.

47. Item quod Communitas Civitatis Faventiæ teneatur ejus sumptibus, vel redditibus eis concessis Palatium, & alia Loca virtute præsentium Capitulorum ei condonata, & assignata, reparare, & manutenere, ac omnia alia onera ei incumben. subire, ferre, & substentare. *Ita mandamus.*

48. Item quod omnes Terræ, & Loca cujuscunque conditionis acquirenda, & recuperanda per Eccl. Romanam, quæ fuerunt quond. Ditionis Faven. applicentur d. Communitati Faventiæ. *Concedimus ut petitur.*

Concedimus suprascripta Capitula d. Civitati Faventiæ nomine, & de mandato SS. D. N. Papæ, ac ex nostræ Legationis officio juxta eorum Signaturas, & ita servari mandamus.

F. Card. Papiensis Legatus manu propria.

Concedimus ut supra per Rev. D. Legatum concessum est.

Antonius Archiepiscopus Sypont. Auditor Cameræ Apostolicæ Commissarius Apostolicus manu propria.

Datum Romæ in Palatio Apostolico die 10. Maii 1510. Pont. Sanctiss. D. N. Iulii Papæ Secundi Anno septimo.

Ascanius de mandato.

Vide confirmationem concessionis possessionum in Villa Madiariæ factam à Iulio II. impressam penès Tondatium in Historia Faventiæ par. 3 fol. 586.

Privilegia, Indulta, & Concessiones factæ per Leonem X. Civitati Faventiæ.

LEO PAPA X.

Dilecti filii salutem, & Apostolicam benedictionem. Promeretur inconcussæ fidei, & devotionis sinceritas, quam ad Nos, & hanc Sanctam Sedem Apostolicam fidem geritis, ut à Nobis paterno affectu concedatur, quæ commodis vestris fore conspicimus opportuna, & per quæ ad fidei, & devotionis hujusmodi perseverantiam in dies magis, ac magis incitemini; Quare omnia, & singula Statuta,
1 Reformationes, * Constitutiones, Decreta, & Ordinamenta vestra, necnon quascumque Concessiones vobis per bo: mem: F. Card. Papien. olim Civitatis nostræ Bononiæ, & Provinciæ Romandiolæ Legatum, & dilectum filium Antoninum tit. S. Vitalis Presbyterum Cardinalem, tunc Archiepiscopum Sypontinum, in istis partibus Apostolicæ Sedis Nuncium, Apostolica Vobis auctoritate factas, prout justa, & rationabilia sunt, ac contra Ecclesiasticam libertatem non tendant per præsentes approbamus, & confirmamus, prout hactenus laudabiliter observata fuerunt. Insuper auditis petitionibus vestris in quibusdam Capitulis super Concessionibus prædictis per dilectos filios Oratores vestros, quos libenter vidimus, & audivimus exhibitis contentis, eas vobis gratiosè concessimus, prout infra, videlicet. In primis concedimus Hospitali magno ve-
2 stro nuncupato *la Casa di Dio* * unam ex possessionibus olim DD. de Manfredis, videlicet illam, quam colit Franciscus Melandra pro subsidio pauperum Infirmorum, & Infantium Expositorum, sine tamen præjudicio Tertii, & quòd omnia Benefi-

neficia Ecclesiastica in Civitate, & Dioecesi Faventina, ejusque Comitatu, & Districtu existentia, præsertim non excedentia valorem annuum sexaginta ducatorum
3 auri de Camera non possint conferri, * nisi Clericis Originariis suæ Civitatis, & Communitatis, reservata tamen potestate Pontificis. Ac quòd quædam Reformatio, seù Provisio, vel Statutum aliàs factum super parentelis de non offendendo inter se, inviolabiliter observetur, quòdque officium Antianorum Civitatis, & Generale Consilium cum omnibus suis Juribus, Prærogativis, & Honorantiis, & cum Palatio Potestatis, & Populi cum suis Apothecis, & omnibus aliis bonis d. Communitatis remaneant, & conserventur salva, & illæsa ipsi Communitati, reservata tamen habitatione Gubernatoris, sive Locumtenentis in ea parte Palatii, quæ sibi magis placuerit, reservata etiam proprietate Palatii Apostolicę Sedi. Et in locum decedentium de officio Antianatus, & generalis Consilii,
4 vel quomodolibet vacaret, * successores nominentur, & eligantur per generale Consilium de consensu, & auctoritate Gubernatoris, vel Locumtenentis pro tempore, qui in omnibus consiliis intervenire debeat, & aliter decreta sint nullius roboris, vel momenti, ita tamen, quod eo requisito, & nolente interesse, gesta per consilium nihilominùs valeant, & quòd officium Antianorum habeat dignitates, & præeminentias, quas habent Antiani aliarum Civitatum Ecclesiæ, qua etiam vestra Civitas utatur, & gaudeat, necnon cognitio, & terminatio Viarum, Aquæductuum,
5 & Fluminum spectet ad Antianos,* à quibus ad Consilium generale provocetur, sed à sententia consilii appellari non possit, & quòd Antiani cum d. Consilio generali absque alia confirmatione Sedis Apostolicæ possint nova Statuta, Reformationes, & Decreta condere, dummodò non sint contra Statum S.R.E. & quòd Gubernatores d. Civitatis teneantur pro eorum observatione præstare partes suas. Ac quod Civitas cum Comitatu, & Districtu vestro, & Hominibus eorumdem sit exempta, & immunia ab omnibus Gabellis,* Datiis, &
6 Gravaminibus realibus, & personalibus, in quibus temporibus præteritis quomodolibet erat obligata pro tempore restante de decennio super hoc per dictum Iulium, seu Cardinalem Papiensem Legatum concesso. Concedimus etiam Vobis Molendina, & Gualcheriam, quæ olim erat DD. de Manfredis, ita tamen, quòd habentes alia duo concurrant in expensis clusæ, & canalis, medietatem quoque bonorum; & possessionum existentium in loco Madracæ, Fossulæ, & Pratæ ad electionem vestram, & etiam immobilia existentia intra Faventiam, Russium, & Granarolum, & usumfructum Sylvæ Calderanæ, ità quòd ex ejus fructibus provideatur usui Palatii, & Legatorum. Necnon concedimus Vobis omnes Census, Pensiones, Af-
7 fictus, & Livella apothecarum,* quæ (ut dicitur) ad Cameram Fiscalem hujus Civitatis pertinent, pro supportatione onerum vestrorum, ac etiam Datium Salis, & quod Communitates Vallis Amonis, Hisii, Aureoli, teneantur accipere Sal ex Salina Faventina, prout consuevit fieri tempore DD. de Manfredis, & quòd non possit vendi libra salis in dicta Civitate, nisi tribus denariis (ut consuetum fuit à viginti annis citra) & quòd Vos teneamini, pro ipso salis Datio, & aliis bonis, & concessionibus, quæ habetis ab ipsa Sede, in recognitionem veri Dominii solvere florenos mille de Camera Apostolicæ Sedi pro censu, quem singulis tribus mensibus pro rata solvi mandamus. Concedimus etiam Vo-
8 bis introitus Gabellarum istius Civitatis,* quòdque non teneamini ad solvendum Salarium nostro Gubernatori, & Castellano, sed illis satisfiat de d. Censu mille ducatorum, & de eo, quod supererit solvatur Baroncello pro parte suæ pensionis, de comestilibus quoque Hortorum Civitatis, & Capitaneatu Vallis Hamonis,
9 Castellaniæ Brisighellæ * provideatur per Legatum de Faventinis, Castellani etiam, & Vicarii Russii, Aureoli, & Granaroli, eligantur de vestris Ciuibus Originariis per consilium vestrum, excepta tamen Arce Fauentina, & quòd electio Potestatis Faventini spectet ad d. consilium ve-
12 strum, * confirmatio autem ad Sedem Apostolicam, & deputatio Custodis Carcerum spectet ad officium Antianorum, ut est consuetum, & quòd omnes Scholę Comitatus Civitatis vestræ subjectæ, sint obedientes Communitati vestræ, & Scholæ Granaroli, & Sancti Andreæ dicti Comitatus etiam obediant vestræ Communitati, & respondere debeant in omnibus grauaminibus, prout alię Scholę ipsius Civitatis faciunt. Quò autem ad castrum Grana-
11 roli, quod * cum ejus Comitatu Communitati

nitati vestræ concedi,& incorporari petitis, & illos Vobis parere, & respondere concedimus,& mandamus restitui Vos ad possessionem, in qua erant olim Vicarii ipsius Ciuitatis, & quòd omnes donationes, & contractus celebrati cujuscumque conditionis per DD.de Manfredis, & Ducem Valentinum sint firmi, & inuiolabiliter observentur, necnon quòd nisi ex aliqua magna, & rationabili causa Pontifici aliter visum fuerit, Summi Pontifices, seù Sedis Apostolicæ Gubernatores, & Officiales non possint imponere Communitati, & Districtui vestris, aut particularibus personis onera, mera,realia, vel personalia, aut mixta,nisi primo in generali Consilio istius Ciuitatis fuerit per suffragia fabarum obtentum, & quòd omnes condemnati,& qui in futurum condemnabuntur propter homicidia, non possint ullo unquam tempore gratiam obtinere, nec salvum conductum perpetuum, vel ad tempus personæ, & bonorum impetrare,salua tamen auctoritatePontificis.Concedimus etiam Vobis duas tertias partes omnium
12 condemnationum*pecuniarum,& bonorum confiscatorum quorumcumque condemnandorum, de quibus gratia fieri non possit absque consensu Gubernatoris, tertia verò pars dictarum condemnationum exigendarum detur exactori, seù Baroncello pro ipsius mercede, postquam exactæ fuerint eorum industria, & opera; Et quod Capitanei, & Custodes Portarum istius Civitatis, & alii Officiales ad Gabellas deputandi,etiamOfficiales non possint ab introeuntibus, vel exeuntibus quicquam accipere, etiam à sponte dante, & macinare volentibus sub pœna amissionis salarii unius mensis, applicanda pro duabus partibusCommunitati,altera executori,& reliqua accusatori,& restitutionis acceptorum: Et quia bona emphyteutica, aut livellaria quibuscumq;Ecclesiis,aut d. CameræCanonem soluentia ob non solu-
13 tum Canonem, * vel lineam Agnationis finitam,quoad præteritum,dummodò infra sex menses à die requisitionis soluant census,seù canonem hactenus debitos,non cadant in commissum,nec possint à possidentibus auferri: in futurum autem stetur dispositioni Juris communis, & quòd primæ causæ ciuiles hominum hujus Ciuitatis,Comitatus,& Districtus cognoscantur, & terminentur perIudicesOrdinariosLocorum, & quòd primæ appellationes interponendę à d.Ordinariis locorum àValle Amonis, Nirio, Granarolo, Solarolo, & Aureolo,devolvantur,& cognoscantur, ac terminẽtur per solitumIudicem appellationum istius Ciuitatis, qui Iudex sit, &
14 esse intelligatur*legitimus, & competens dictarum primarum appellationum, & quòd Iudex non possit ab aliquo de Ciuitate,& Comitatu accipere aliquas sportulas pro cognoscendo, vel judicando, sed à forensibus, et à locis supranominatis accipere possit denarios sex pro qualibet libra quantitatis petitæ, vel æstimationis rei a qualibet parte pro judicando tantùm definitiuè, & habere debeant de publico salarium consuetum, & nullum aliud lucrum percipere possint,& idem per omnia seruari debeat inCausisContrabandorum, & aliis occurrentibus casibus. Ac quòd Acta,Processus,& Sententiæ factæ,& latæ per Rectores Venetor.tempore detentionis istius Ciuitatis ratione Iurisdictionis, &Dominii, non possint censeri nullæ, quòdq;secundę appellationes interponendæ à prædicto Iudice appellationum de-
15 uoluantur ad Gubernatorem*qui debeat d.causas, prout juris fuerit,terminare, vel si videbitur aliis delegare audiendas, cognoscendas, & terminandas, etsi aliqua causa venerit ad quartam instantiam committatur alicui ex Doctoribus istius Civitatis; Nec ipse Gubernator,aut ipsius Auditor de causis Civitatis, vel Comitatus possit accipere aliquas sportulas, & quòd omnes causæ criminales cognosci, & terminari debeant per Potestatem istius Civitatis, ejusque Iudices, & Curiam modo & forma dispositis à Statutis, & Ordinamentis vestris, nec possit aliquis torqueri,
16 nisi servata forma dictorum* Statutorum salva tamen auctoritate Gubernatoris in casu læsæ Majestatis, vel simili,undè scandalum oriri possit. Ac vos cum vestro Districtu, & Comitatu obligati non sitis ad statim recipiendum Stipendiarios S.R.E. aut ejus taxas, vel aliqua utensilia pro eorum usu tradere,sedStipendiarii transeuntes solas mansiones à Vobis habere debeant,prout perOfficiumAntianorum ordinatum fuerit,servatis taxis centum quin.
17 quagintaEquorum,*quas solvere teneantur Comitatiui istius Civitatis more aliarum Civitatum Romandiolæ, concurrentibus Comitatu,& Districtu juxta consuedinem. Et quòd Gubernator,& Locumtenens istius Civitatis teneatur isthic per. sona-

sonaliter residere, & non possit concedere licentiam aliquibus personis extrahendi frumentum,vel aliam bladam deCiuitate,
18 & Districtu, nisi de consensu, & voluntate vestrorum Antianorum. Postremò quòd omnes Terræ, vel loca acquirenda, & recuperanda per S.R.E. quæ olim fuerunt Ditionis Faventinorum, applicentur Communitati vestræ,quæ omnia,& singula exigentibus ejusdem fidei vestræ meritis Vobis, & Communitati vestræ, prout supra continetur, Apostolica auctoritate tenore præsentium de speciali gratia concedimus: Et ulterius concessionem,restitutionem: & donationem per fel:rec:Iulii Papæ II.Prædecessoris nostri de omnibus,
19 & singulis Oppidis, quæ olim DD. de Manfredis Vicarii istius Civitatis tenebant, & possidebant, cum potestate exercendi in illis omnemIurisdictionem,quam ipsi de Manfredis in eisdem habebant, & exercebant, habereq;& exercere quomodolibet poterant, necnon de omnibus Proventibus ejusdem Civitatis Vicariorum, omnibusq;Prædiis, & Molendinis, tàm in d. Civitate, quàm in aliis ejus Comitatus, & Oppidis antedictis, & in ejùs pertinentiis sitis Vobis factas, prout per d.Iulium Prędecessorem factę,& concessę apparebunt, etiam approbamus,& confirmamus,in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumq; DatumRomę apud S.Petrum sub annulo Piscatoris die 15. Maii 1513.Pontificatus nostri ann.primo.

Privilegia, Indulta,& Concessiones factæ per Paulum III. Civitati Faventiæ.

Dilectis filiis Antianis, & Communitati Civitatis nostræ Faventiæ.

PAULUS PAPA III.

Dilecti filii salutem,& Apostolicam Benedictionem. Promeretur inconcussæ fidei, & devotionis sinceritas, quam ad Nos,& hanc SanctamApostolicamSedem geritis, ut ea Vobis paterno concedamus affectu, quæ commodis vestris fore conspicimus opportuna, & per quæ ad fidei, & devotionis hujusmodi perseverantiam in dies magis,ac magis invitemini. Quare vestris in hac parte supplicationibus inclinati omnia, & singula Statuta, Reformationes,Decreta,& Ordinamenta vestra
1 superioribus annis reformata, seu edita, dummodò non sint contra libertatem Ecclesiasticam, vel bonos mores, necnon quascunque Concessiones, Indulta, Privilegia, Capitula, Exemptiones,Libertates, & Gratias Vobis per bon:me:Franciscum Cardinalem Papiensem,olimCivitatis nostræ Bononiæ,ac Provinciæ Romandiolæ Legatum, & per Antonium tit. S. Vitalis olim Presbyterum Cardinalem, tunc Archiepiscopum Sypontinum,CameræApostolicæ etiam Auditorem, et Apostolicæ Sedis Nuncium, Apostolica auctoritate Vobis factas, concessas, et datas ex certa nostra scientia,prout antè tempora fe:rec: Clementis VII.Prędecessoris nostri in usu fuerunt, eadem auctoritate per præsentes approbamus,& confirmamus, ac observari volumus,& mandamus. Insuper auditis aliis petitionibus vestris per dilectos filios Oratores vestros, quos libenter vidimus. et audivimus, Nobis exhibitis, eas Vobis gratiosè concedimus, prout infra, videlicèt.

In primis namque venditiones omnes,et quasvis alias alienationes de quibuscunq; bonis immobilibus adVos,etCommunitatem istam spectantibus,quibusvis personis ejusdem Civitatis quovis modo hactenus
2 factas,et de quibus inInstrumentis,et aliis scripturis desuper confectis latè fit mentio,eorundem instrumentorum,et scripturarum tenores, ac si de verbo ad verbum prȩsentibus insererentur, pro expressis habentes,ac indè sequuta quæcunq;Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus,et confirmamus,suosq;debitos effectus sortiri, ac ab omnibus inviolabiliter observari debere decernimus supplentes omnes,et singulos Iuris,et Facti defectus, si qui in venditionibus, et alienationibus hujusmodi quomodolibet intervenerint.
3 Et quòd de cȩteroMonachi,seùFratres,vel quicunq;alii quorumcunq;OrdinumReligiosi,prȩterquam ad curam animarum,vel corporum Monialium Monasteriorum d. Civitatis Deputati,quorumcunq; nomine nuncupentur in d.Civitate ad quævisMonasteriaMonialium,seù quarumcunq;aliarumReligiosarum,sine licentia Superiorũ suorum eis in scriptis danda accedere non præsumant. Quòdq;Moniales,seù illarum Monasteria,necnon Hospitalia, quorum
4 redditus,et proventus per singulasMoniales,et pauperes divisus, valorem septem ducator.auri pro quolibet,non excedit ad solutionem decimar.et aliarum compositionum,et gravaminum gravari nõ possint

Digitized by Google

ultra illarum poſſibilitatem. Ac quòd Vos,
et veſtrum quilibet frumenta veſtra extra
terras ditionis Apoſtolicę Sedis pro tem-
pore portare volentes, pro tracta frumen-
5 torum hujuſmodi quoad intereſſe Camerę
Apoſtolicæ ſolvere teneamini, quòd per
Nos taxatum, et conceſſum fuit aliis Ci-
vitatibus d. Provincię noſtrę Romandiolę.
Et quòd homines Civitatis, Diſtrictus, et
Comitatus Faventiæ bona in quibuſcunq;
Civitatibus, Terris, & Locis S.R.Eccleſiæ
ſubjectis poſſidentes gravari non poſſint,
6 nec teneantur ultra conſuetum modum
ad majores collectas, nec ad majora gra-
vamina, quàm ordinariè, ſeù extraordi-
nariè teneantur homines dictarum Civi-
tatum, Terrarum, & Locorum. Et quòd
7 pro quolibet ſacco ſalis, quòd uſui veſtro
pro tempore neceſſarium fuerit, prout
Vobis à dicta Sede conceſſum, & obſer-
vatum fuit, uſq; in præſentem diem ſolve-
re teneamini, & Agentes pro Camera hu-
juſmodi Vos ad pluris ſolutionem occa-
ſione præmiſſorum quoquomodo facien-
dam cogere, aut compellere, nullatenùs
poſſint. Et quòd omnes, & ſingulæ pœnæ
pecuniarię, ſive mulctæ, vel arbitrariæ à
8 condemnatis pro quocunque maleficio, ex
quo non ſit imponenda pœna corporis
afflictiva, & pro contrabannis exigendæ
tàm in Civitate Faventiæ, quàm in ejus
Diſtrictu pro una tertia a d d. Cameram,
& pro reliquis duabus tertiis partibus ad
Vos, & Communitatem hujuſmodi perti-
nere volumus. Confiſcationes quoq; quo-
rumcunq; bonorum fiendas in eadem Ci-
vitate, & Diſtrictu pro quibuſvis crimini-
9 bus ad eandem Cameram pro tertia, & ad
Vos, & Communitatem prædictam pro
aliis duabus partibus ſpectare juxta teno-
rem conceſſionum per Romanos Pontifi-
ces Prædeceſſores noſtros decernimus,
mandamus, & declaramus. Et quòd pœnæ
10 conventionales ſuper tregua, & pace ap-
plicentur, vel Cameræ Apoſtolicæ, vel d.
Communitati, prout inter partes conven-
tum fuerit. Ac etiam quòd Gubernatores,
Poteſtates, Baricelli, Notarii, & cęteri Offi-
ciales ejuſdem Civitatis Forenſes pro tem-
11 pore exiſtentes in fine eorum Officiorum
ſindicari debeant, ac ſe Sindicatui ſubmit-
tant, & illi ſtare teneantur, auctoritate
prędicta ſtatuimus, & ordinamus. Pretereà
ob temporum proximè decurſorum ma-
lignitatem, & ex aliis legitimis cauſis Vo-
bis paterna charitate compatientes, omni-
bus, qui bona emphyteuticà, aut aliàs li-
vellaria Eccleſiarum, ſeù Monaſteriorum,
12 vel aliarum Eccleſiarum ſæcularium, vel
quorumvis Ordinum Regularium, ſeù pio-
rum locorum, etiam Hoſpitalium ob non
ſolutionem illorum annui cenſus, ſeù Ca-
nonis, etiamſi in illa ultra triennium ceſ-
ſatum ſit, dummodò requiſiti legitimè
ipſum cenſum ſolvere non recuſaverint,
et infra tres menſes poſt d. requiſitionem,
ipſum cenſum, et id quod pro laudemiis
conſuetum eſt ſolvi, quando ipſa bona fue-
runt hactenùs devoluta, ſolvat ad Eccle-
ſias, ſeù Monaſteria, vel alia loca, et Ho-
ſpitalia prędicta, ad quę bona ipſa ratione
directi dominii pertinent, nullo modo de-
voluta cenſeantur, vel ſaltem directi, Do-
mini Eccleſiaſtici teneantur ſoluto ſolito
Laudemio illis, quibus priùs locaverant,
vel eorum hæredibus, et ſucceſſoribus re-
13 locare. Et quòd Baricellus ejuſdem Civi-
tatis, et Generalis Provincię Romandiolę,
et cæteri, ſeù Exequutores exequutionem
Civilem in dicta Civitate, vel ejus Comi-
tatu, ſeù Diſtrictu pro tempore facientes,
ultra duplum ejus, quòd militi Poteſtatis
ipſius Civitatis ex forma Statutorum dictæ
Civitatis debetur, et ſolvi conſuevit, ca-
pere, vel exigere non poſſint pro eorum
mercede. Et quòd electio, et deputatio
14 Notariorum pro cauſis Civilibus dumta-
xat Curiæ dicti Gubernatoris pro tem-
pore exiſtentis ipſius Civitatis, ad Vos
pleno jure pertineat, et ſpectet. Et quòd
ſtipendium Guardiæ ſolvi ſolitum pro
15 Guardia Pręſidis Romandiolę, ſeù dictę
Provincię ſolvatur, et ſolvi debeat per ma-
nus Theſaurarii, ſeù Depoſitarii Commu-
nitatis prędictę Theſaurario Generali Pro-
vincię juxta Ordinationem noſtram per
Breve declaratam, et non aliàs, et quòd ſol-
vi ſolùm debeat prędicta Guardia exiſten-
tibus Militibus in Provincia, et non aliàs.
Declaramus etiam, quòd ſi gratia per Nos
aliis Civitatibus Provincię Romandiolę
ſuper diminutione ſtipendii ejuſdem Guar.
dię fiat, eandemmet gratiam habeat, et
habere debeat ipſa Civitas Faventina pro-
portionabiliter juxta Ordinationem no-
ſtram. Et quòd liceat hominibus ejuſdem
16 Civitatis in Comitatu, ſeù Diſtrictu di-
ctæ Civitatis, vel extra pro eorum nego-
ciis iter facientibus pro ſui tutela enſem
deferre impunè. Etſi Pręſes, vel Guber-
nator aliquo bono reſpectu non permiſe-
rit abſq; ejus ſpeciali licentia, teneatur hu-
juſ-

Digitized by Google

jusmodi licentiam omninò gratis concedere. Et quod Comitativi Comitatus, & districtusFaventiæ non possint gravari ad
17 solutionem taxarum,nisi pro Equis vivis, et cum effectu,et realiter commorantibus, prout aliàs perPrędecessores nostros concessum fuit, et preterquam taxam Equorum impositam per fel:recor:Papam Clementem, et per Nos redactam, quæ ad presens persolvitur. Et quòd pro rata dd. Equorum Vallis Branconis d. Comitativi gravari non possint, nec debeant ultra quod de pręsenti gravati sint. Sed homines d.Vallis ad talem solutionem cogantur similiter prout hactenùs coacti fuerunt.Nec de cętero d.Comitativi tenean-
18 tur, seù cogi possint solvere Taxettam, seù Taxam aliquam Nobilibus penès Prędidem Provincię pro tempore existentibus,seù ligna,vel paleam. Necnon donationem per pręfatum Clementem Prędecessorem Vobis de summa mille,et ducentorum scutor.auri pro restauratione Murorum d.Civitatis factam, et pecuniarum exactiones hactenùs factas, ratas,et gratas habentes, summa quę adhùc solvenda superest, retineri per vos possit ex quantitate pro censu Cameræ Apostolicę per vos debito,seù debendo,dummodò in reparationem dd. Murorum, et non in alium usum convertatur, juxta tamen tenorem literarum nostrarum aliàs vobis super hujusmodi gratia concessarum, et non aliàs. Quo circa dilectis Filiis Civitatis nostrę Bononien.Vicelegato,acVenerabilis Fratris EpiscopiFaventię in spiritualibus VicarioGenerali per hęc scripta mandamus, quatenùs ipsi, aut unus eorum per se, vel alium,seù alios pręsentes lireras, et in eis contenta quæcumque,ubi,et quando opus fuerit, ac quoties pro parte vestra,seù alicujus vestrum desuper fuerint requisiti,solemniter publicantes,ac vobis in pręmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra literas, et in eis contenta hujusmodi firmiter observari,ac singulos, quos literę ipsę concernunt, illis pacificè gaudere,nòn permittentes vos desuper per quoscumque contra pręsentium tenorem quomodolibet molestari, impediri, vel perturbari Contradictores quoslibet, et rebelles per censuras Ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias pęnas eorum arbitrio moderandas,et applicandas, appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis, servatis pro cessibus, censuras, et pœnas ipsis iteratis vicibus aggravantes, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sęcularis. Non obstantibus Constitutionibus,et Ordinationibus Apostolicis, ac d.Camerę Apostolicę confirmationibus,Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, consuetudinibus, necnon privilegiis, indultis,et literis Apostolicis eidem Camerę, ac pro ea Agentibus,necnon quibusvis aliis personis, sub quibuscumq;tenoribus, et formis,ac cum,et sub quibusvis clausulis, et verbis etiam derogatoriis, et derogatoriarum derogatoriis; aliisque efficacioribus,et insolitis clausulis irrritantibus, quàm etiam aliis per Prędecessores nostros,etSedem prędictam,ac perNos quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis, quibus omnibus etiamsi de illis, illorumque totis tenoribus, specialis, expressa,et individua mentio habenda foret, illorum tenores,ac si de verbo ad verbum insererentur pręsentibus pro sufficienter expressis, et insertis habentes,illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter,et expresè derogamus,cęterisq; contrariis quibuscumque. Datum Romę apud S.Petrum sub annuloPiscatoris. Die 18.Octob.1535.Pontificatus nostri anno primo.

Confirmatio Statutorum, Privilegiorum, Decretorum,Reformationum,Taxarum &c. facta per Innocentium XI.

INNOCENTIUS PP. XI.

DilectiFilii Salutem,etApostolicam benedictionem.Constantis vestrę Fidei, et devotionis ergà Nos, et Apostolicam Sedem meritis inducimur, ut votis vestris benignè annuamus, ac vos favoribus, et gratiis prosequamur opportunis;supplicationibus igitur vestro nomineNobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnia, et singula privilegia, indulta, gratias,concessiones, immunitates,et facultates quascumque, ac Literas Apostolicas etiam in forma Brevis super his per quoscumque Romanos Pontifices prędecessores nostros, ac Sedem Apostolicam, eorumque Legatos, Vicelegatos, Pręsides, et alios Ministros auctoritate Apostolica Vobis concessa,necnon Statuta, Constitutiones, Decreta, Reformationes, Taxas, ac Rescripta ejusdem vestręCommunitatis,quatenùs tamenin usu, ac justa, et rationabi-

lia sint,nec sint revocata,aut sub aliquibus revocationibus comprehensa, atq; contra libertatem Ecclesiasticam non tendant,minusq; Sacris Canonibus, aut Concilii Triden. Decretis adversentur, ac debitæ Nobis, & S.R.E.obedientiæ, et fidelitati non repugnent, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò approbamus,et confirmamus, illisque inviolabile Apostolicæ firmitatitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos tàm Iuris,quàm Facti defectus, qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus. Non obstantibus Constitutionibus,et Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus illis,quę nostri Prędecessores in eorum literis præfatis voluerunt non obstare, cęterisq; contrariis quibuscunque Datum Romæ ap ud S.Mariam Major. sub Annul.Piscatoris die 24.Sept.1677.Pontificatus nostri Anno primo.I.G.Slusius.

Decretum Cardinalis Sfortiæ circa numerum Priorum, & Consiliariorum, ac illorum extructionem.
Die 7.April.1570.

Item. Domandano alle VV. SS. che li nostri ducati 50. li quali le Vostre SS. si sono obligati ogn'anno, sia concesso dalli nostri Datieri, overo Salinari, e che il pagamento sia ogni trè mesi. *Concedimus, & ità mandamus solvi dictos quinquaginta Ducatos de quadrimestre in quadrimestre per Depositarium Nostrum de introitibus dicti Castri juxta tenorem dicti Brevis*.

Item. Domandano alle VV. SS. si voglino de-

degnare di difenderli dalle Taſſe del Bar-
14 gello, cioè di non pagare al detto nè Taſſe, nè ſtipendio alcuno, e delli Soldati *ordinarj reſpondere ſolùm* a' Cavalli num.... cioè a quelli darli ſtanza,paglia, e legna ſecondo il ſolito numero, e conſueto,alloggiando però la Città diFaenza cavalli ordinarj, e ſtraordinarj. *Nulla conecedimus, ut in prima Signatura, & non alias &c.*

*Item.*Domandano alle VV.SS.del dazio dell'Oſteria, overo quelli vendono vini
15 a ſpina del Caſtello di Ruſſi, overo ſuo Contà, ſia tal Dazio della Communità di Ruſſi. *Concedimus ut in prima ſignatura, & non alias &c.*

*Item.*Che tutti liCittadini, Artiſani, Contadini diFaenza,ed ogn'altroForaſtiero di qualunque dignità abbia Poſſeſſioni,Cam-
16 pi, Vigne, e Prati nel Territorio di Ruſſi;ſiano obligati pagare le ſue colte poſte, e che in futuro s'imporranno per ilConſiglio di Ruſſi. *Concedimus ut in prima Signatura, & non alias &c.*

*Item.*Domandano alle VV.SS.che le cognizioni,e deciſioni delle prime cauſe del
17 Caſtello, e diſtretto di Ruſſi, sì civili, come criminali ſiano di qualunque ſorte, e condizione,ſi aſpetti,ed aſpettar ſi debba al Podeſtà di Ruſſi *uſque ad ſententiam incluſivè*, e che alcun'altro Giudice, overo Pretore, non ſe ne poſſa impacciare, e facendo ſentenza, proceſſo, ò atto in dette prime Cauſe *ipſo Jure* ſiano nulle per altro Giudice,che per il Podeſtà di Ruſſi, e detto Podeſtà di Ruſſi finito il tempo del ſuo officio ſia obligato ſtare alSindicato trè giorni, e da eſſer Sindicato per il ſuo Succeſſore,e per duoi uomini di Ruſſi da eſſere eletti dal Conſiglio di Ruſſi, e dalla ſentenza di talSindico niuno ſi poſſa appellare, ma abbino da ſtar taciti, e contenti,non oſtante alcuna Legge, Conſtituzione, overo Statuto, e *caſu quo*, che dette cauſe criminali rogaſſe, e voleſſe la pena del Sangue, s'abbia a conoſcere, ed eſequire per detto Podeſtà di Ruſſi, inſieme con un'altro Aſſeſſora, da eſſer dato, ed aggionto in tal cognizione a quello,& eſecuzione per le Voſtre Signorie: *Quo ad Sindicatum concedimus, quod fiat ibi, dummodò cumPoteſtate deHominibus Ruſſi,& quatenùs non eſſent concordes, Poteſtas Faven.vel ejus Vicarius ſit Tertius.*

*Item.*Che ilPodeſtà di Ruſſi non abbi a tor Sportule da perſona alcuna,nè Terriera,nè Foreſtiera, quando ſia per la ſenten-
18 za, sì in cauſa civile, come criminale, ſii di che ſomma, overo quantità, e condizione ſi ſia,*niſi* di lire cinque per ſino a lire dieci, abbi d'aver ſoldi dieci, da lire 25. a 50. ſoldi 15. da lire 50. a 100. ſoldi 20. per dette ſportule,*abindè ſupra in infinitum lib.2. & hoc Capitulum intelligatur in re tantundem valente. Concedimus à tribus libris infra nihil ſolvitur proSportulis in judicando à tribus uſque ad decem, quod ſolvantur ad rationem ſex denar. pro ſingula libra,à decem verò uſque ad 25.ſolvantur ſolid.10.a 25.verò uſque ad 50. & à 50.uſque ad 100. ſolvantur prout in Capitulo,à centum verò ſupra in infinitum ad rationem ſolid. 10. bon. pro ſingulo centenario.*

*Item.*Che tutti gl'Uomini diRuſſi,e ſuo Territorio,li quali maritano,e maritaran-
19 no le ſue Donne a'Foraſtieri, ed a'Terrieri, non ſiano obligati a pagar Datio alcuno, nè eſſi, nè i Foraſtieri. *Reſervamus cætera, & concedimus finita præſenti locatione Datii Ruſſi.*

*Item.*Che tutti iLavoratori de'Foraſtieri abbino a pagar le Taſſe, overo riſponde-
20 re a dette Taſſe di Soldati, come fanno, overo faranno li noſtri Eſtimi. *Concedimus quoad rationem fumantium, prout Laboratores Ruſſienſium,& quoad extraordinaria tantum, cum communicatione tamen, & approbatione Poteſtatis Ruſſi pro tempore, & non alias.*

*Item.*Che l'Officio delNotariato del ban-
21 co del Podeſtà di Ruſſi ſi aſpetti a darſi,e conferirſi per il Conſiglio di Ruſſi, e non per altra Perſona, Officiale,ed Univerſità alcuna. *Concedimus nominationem trium vel plurium de Ruſſio fieri poſſe per Conſilium Ruſſi, ex quibus eligatur, & confirmetur unus per DD. Antianos Faven. ad placet præfatorum Faventiæ.*

Item. Che neſſuno poſſa eſſere Podeſtà delCaſtello diRuſſi,*niſi ſit Iure peritus. Concedimus poſt præſentem imborſationem.*

*Item.*Che eſſendo ſtato guaſto per ilSacconano fecero liFranceſi del noſtr'Eſtimo di poſſeſſioni, e fondi di detto Territorio
22 di Ruſſi, che ogni perſona abbia a ſtare tanto a detto Eſtimo, ed aſſaggio, e *caſu quo*, che alcuno pretendeſſe detto aſſaggio foſſe mal fatto, ci offeremo di fare aſſaggiare a ſpeſe del perdente. *Concedimus, dummodò d. novumExtimum videatur moderetur,& approbetur perPoteſtatè Ruſſi,*

Item

Item. Domandano, che d. Communità di Faenza, *casu quo*, vogli affittare, e locare
33 dette entrate di Russi, come la Selva detta la Calderana, Datio del transito di Russi, e Possessioni, e Caneva del Sale sia obligata ad affittarle, e locarle a d. Communità di Russi, e non ad altra persona con giusta pensione, overo affitto &c. *Reservetur in tempore venditionum fien.*

Datum Faventiæ in Camera viridi Palatii Populi d. Civitatis Anno Dom. 1518. Indict. 6. Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Leonis Divina Providentia Papæ X. die verò ultima April. sub impressione soliti Sigilli Communitatis Faven.

Loco † Sigilli.

Petrus Pritellus Cancel. mandato scripsit.

In Christi Nomine. Amen. Anno à Nativitate ejusdem 1525. Indictione 13. Tempore Pontific. Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina Providentia Papæ VII. die verò 7. mensis Maii.

CUM pro parte Hominum Communitatis, & Consilii Castri Russii Districtus Faventiæ fuerint porrectæ quàm plures petitiones Magnificis Dominis Antianis Præsid. Regiminis Civitatis Faventiæ,
24 & Consilio ejusdem, & super dictis petitionibus, & concessionibus super eis fien. hinc indè ab utraque Communitate fuerit super eis aliquatenus discussum, & in effectum pro majori stabilitate, & concordia fien. à partibus super prædictis, agentes pro utraq; Communitate tandem convenerunt ad præsentiam Illustriss. D. Francisci Guicciardini Provinciæ Romandiolæ Præsidis Digniss. & auditis hincindè petitis præfatus Illustris D. Præses volens tanquam justus mediator partes ad bonam concordiam deducere, & ita easdem petitiones, & omnia hincindè allegata benè, & diligenter cognita dictas partes ad infrascriptas conventiones, & concessiones deduxit cum omni benevolentia dictarum Communitatum, & propterea pro expeditione omnium prædictorum congregati, & coadunati Mag. DD. Antiani Præsidentes Regimini Civitatis Faven. pro S. R. E. & pro Sanctissimo D. N. coram præfato Illustri D. Præside, quorum DD. Antianorum nomina sunt infrascripta: videlicet Eximius Legum Doctor D. Petrus Gentilis Laderchias Prior, D. Paulus Antonius Milcetta, Carolus Trecotius, Petrus Antonius Spiccus, D. Lucas Tampauli absentibus de ipsorum numero D. Ludovico Tamagnino, D. Jacobo Cittadino, & Jo: Antonio Morro eorum colleghis, & Egregii Viri Iudices, & Priores Communitatis, & Consilii Castri Russii, videlicet D. Ioannes Claterus, D. Iacobus Pellizatius, D. Thomas à Puteo, Beneventus Pasolinus, absentibus de eorum numero D. Laurentio Brunetto eorum quinto Collega, omnes de dicto Castro Russii habentes plenum Mandatum à dicto Collegio, & Communitate Russii scriptum, & rogatum manu D. Dominici de Brunettis Not. pub. dicti Castri sub die 3. præsentis mensis Maii a nobis Notar. & Cancell. infrascriptis visum, &
25 lectum, agentes pro dicta Communitate virtute d. Mandati, & ita ad infrascriptas conventiones deventum est ex moderatione, & justificatione prædicti Illust. Præsidis modo, & auctoritate Illust. D. concessa, & attributa à Consilio generali d. Civitatis Faventiæ, quia præfati DD. Antiani vice, & nomine dictæ Communitatis Faventiæ de voluntate, & consensu supradicti Illust. D. Præsidis convenerunt, & promiserunt prædictis Sindicis stipulantibus prædictæ Communitatis Russii solvere pro prædicto Castro, & ejus Comitatu Censum debitum Cam. Apostolicæ singulis annis, & temporibus congruè &c Item, & solvere Salaria infra prædictorum officiorum d. Castri videlicet Potestatis, Castellani, & Contestabilis Portæ d. Castri. Item promiserunt dicti DD. Antiani dictis Sindicis ut supra non gravare, & facere, & curare quod non gravabitur d. Communitas Russii pro aliquibus *gravaminibus, quæ imponerentur per dictam Communitatem Faventiæ pro extraordinariis expensis gravaminibus occurrentibus d. Communitatis Faventiæ*, quando verò extraordinaria gravamina venirent imponend. Communitati Faventiæ per Summum Pontificem, aut alios Superiores, tunc d. Communitas Russii teneatur concurrere pro rata convenienti habito respectu pro rata prædicta d. Communitatis Russii tangen. ad ratam Equorum ipsi Communitati Russii concessam pro taxis dd. Equorum, & quod partimentum, seu divisio in præmissis fiat cum scientia unius eligendi pro parte dictæ Communitatis Russii degen. in d. Civitate Faventiæ quatenùs ille tunc electus reperiatur ut supra, & quæ Communitas Russii teneatur tantummodò solvere taxas pro 16. Equis pro rata Equorum

Digitized by Google

rum 150.ordinariorum,& quando augeretur, & minueretur numerus dictor. 150. tunc dicta Communitas Russii teneatur ad aliquam solutionem Baricelli Generalis. Item quantum ad solvendum collectas per Homines Civitatis, & Comitatus Faventiæ habentes possessiones,& terras in Territoriis Russii, quod per Homines d.Civitatis, & Comitatus solvan. collectæ dictæ Communitati Russii ad rationem solid.X. pro qualibet libra eorum juxta tenorem conventionis factæ inter dictos Homines de Faventia,& Homines dicti Castri Russii durante tempore d. conventionis, & quod in futurum si aliqui de Civitate, & Comitatu Faventiæ emerent possessiones, & bona in dicto Territorio, quod pro extimo,quod habuerint ipsa bona,quæ emerentur,teneantur emptores,& eorum successores pro rata extimi, quod habebunt dicta bona solvere collectas pro dicto extimo Communitatis Russii, prout solvent ipsi Homines de Russio. Item concesserunt dictæ Communitati Russii præfati DD.Antiani, quod Homines d.Castri possint liberè tenere Pannos, & apothecas Pannorum Lanæ Gentilis cujuscunque sortis, & qualitatis, & eos conduci a quocunque loco,& vendere, ac emere volentibus,dummodò quod nullus forensis possit ibi Pannos Lanæ Gentilis vendere,nec vendi facere in d. Castro, nec ejus Comitatu,nec ipsi de Russio quoquomodo possint habere Societatem aliquam cum aliquibus forensibus circa prædictam venditionem Pannorum in d.loco, nec pro aliquo forense eos vendere,nec vendi facere. Item concesserunt præfati DD. Antiani dd. Sindicis dicto nomine *circa emptiones, & venditiones bonorum,& extractiones bonorum, ac etiam in macinando frumentum ad Molendina Communitatis Faventiæ, tractare Homines dicti Castri, prout, & sicut tractantur Homines Civitatis Faventiæ,& ejus Comitatus*. Item quòd non possit aliquid innovari dictisHominibusRussii per dict.Communitatem Faventiæ præter solitum. Item concesserunt præfati DD.Antiani nomine Communitatis Faventiæ dd. Sindicis pro dicta Communitate Russii stipulantibus, & recipientibus ducat.25. auri solvendos per Datiarios Datii Russii nomine Communitatis Faventiæ Agentibus pro d·CommunitateRussii singulis annis durante tantùm exemptione concessa, seu imposterùm concedenda ab Apostolica Sede Commun. Faventiæ, & quod fiat mandatum Datiariis dicti Castri,quod solvent dict. quantitatem singulis tribus mensibus ad computum Datii Communitatis Faventiæ debiti. Item quod singulis annis Commun.Faventiæ eligat, & transmittat ad d. Castrum unum Prætorem de Civibus Faventiæ, qui sit Doctor in Iure civili,vel saltem IurisPeritus,quod si contingeret non transmittiDoctorem,aut Iuris Peritum, & alius non Doctor,vel Iuris non Peritus in Prætorem eligeretur d.Castri à Communitate Faventiæ, tunc talis Electus transmitti non debeat ad d. Prætoriam sine consensu Consilii Communitatis Russii, vel majoris partis eorum, qui Prætor in quocunq;casu semper finito officio debeat stare ad Sindicatum coram Successore suo,& uno de CastroRussii eligen.per Consilium d.Castri,& in casu discordiæ superior sit tertius.Item concesserunt præfati DD.Antiani, quod de omnibus condemnationibus criminalibus, quæ fient per potestatemRussii,Communitas d. Castri habeat earum dimidiam expenden. effectualiter pro reparatione Murorum d. Castri, de quibus nulla fieri possit gratia per dictumConsiliumRussii,alia vero medietas applicetur Communitati Faventiæ, Potestas verò dicti Castri non possit accipere Sportulas ex criminalibus causis, nisi prout concessum fuit, & est in alio Capitulo de anno 1518. ad quod habetur relatio. Item quod prædicta omnia,& singula ex parte dictæ Communitatis Faventiæ, ut præfertur,concessa,promissa locum habeant, & effectum quamdiù d. Homines Castri Russii erunt obedientes, & fideles Communitati Faventiæ, & non aliàs, nec alio modo, præfati verò Sindici, & Prætores d.CastriRussii vigore dicti sui Mandati, & commissionis sibi factæ à d.Consilio reuocaverunt,& annullaverunt omnia, & quæcunq:mandata quomodocunque,& qualitercunque facta per dictum Consilium, & commune Russii cuicunque personæ, cujuscunque conditionis, & præminentiæ factæ, & super dicto Castro, & pro quibuscunq;rationibus, & causis, quæ dici,& excogitari possent,quæ fient modo aliquo supradicta Communit. Faventiæ, & contra d. Communitatem, nec in futurum modo aliquo aliquod aliud mandatum facere,vel celebrare directè,vel indirectè in præjudicium, ac contra d. Communitatem Faven. ut supra circa dictum

Ca-

Castrum, & ejus jura observan. d. Communit. Faventię principalia pro ejus parte dd Hominibus Russii, & eos veluti bonos Subditos tractan. & præfatas omnes concessiones. conventiones, promissiones, & omnia, & singula supradicta in præsenti Instrumento contenta promiserunt præfatiDD. Antiani vice, & nomineCommunit. Faventiæ præfatis Sindicis, ut supra stipulantibus, ac recipientibus pro dicta Communitate Faventiæ perpetuò firma, rata, & grata tenere habere, & observare modis, & formis, quibus supra, & non contrafacere, nec contravenire in aliquo, aliqua ratione, causa, ingenio de jure, vel de facto, sub pœna hincindè à partibus conventa, & solemni stipulatione promissa, videlicet annullationis, & revocationis omnium, & singulorum præmissorum, ut supra conventorum, & concessorum, & in casu contraventionis in præmissis acceptantes, & consentientes d. partes omnibus, & singulis præmissis, & eas observare promittentes, ut supra, sub obligatione omnium bonorum utriusque Communitatis Rogantes d. partes Nos Notarios, & Cancellarios infrascriptos, ut de prædict. omnibus, & singulis unum, vel plura, publicũ, vel publica conficeremus Instrumentum, & Instrumenta. Actum Faventiæ in Camera, quæ vocatur S. Petri DamianiPalatii solitæ residentiæ d. Illustris D. Præsidis sit in Capella S. Stephani juxta Cameram Rosarum dicti Palatii, & alios suos notos confines. Præsentibus ibidem Mag. D. Federico Bentivolio de Saxofetrato Gubernatore ad præsens Civit. Faventiæ, Eximiò Iuris utriusque Doctore . . . . . olim Marci de . . . . . . Cive Parmen. dictæ Civitatis Faventiæ Prætore. D... Mariscalco Cive, & Patritio Bonon. & D. Silvio Placa de Corinaldo Testibus ad prædicta omnia, & singula vocatis, habitis, & rogatis. Et ego Petrus quondam Baldi de Pritellis Civis, & Notar. Publicus Faventinus Iudex Ordinarius, & nunc ex Cancellariis Mag. Communitatis Faventiæ prædictis omnibus, & singulis una, & insolidum cum D. Bartholomæo Taurello cive, & Notario publico Faventino, & principali Cancellario dictæ Communitatis scribere, scripsi, & subscripsi, publicavi, & legi, ac in publicam formam redegi. In quorum fidem me subscripsi, Signumque consuetum apposui. Et ego Bartholomæus Taurellus Civis, & Notarius publicus Faventię præmissis omnibus interfui, & rogatus, imò cum subscripto D. Petro de Pritellis, & Cancellario Communitatis Faventiæ cum eodem D. Petro scripsi, et subscripsi, & publicavi, ac signum meiTabellionatus apposui consuetum. Super quibus omnibus, & singulis præfatis tamquam ritè, rectè factis, ac legitimè gestis auctoritatem nostram, & Curiæ nostrę pariter, & decretum interponendum duximus, & interposuimus omni meliori modo &c. In quorum omnium, & singulorum fidem præsentes fieri, ac Notarium nostrum infrascriptum subscribi, Sigilliq; nostri, quo in talibus utimur, fecimus appositione muniri. Dat. Rom. ex ædib. nostris sub Anno à Nativ. Domini 1510. Indict. VIII. die verò 28. mensis Aprilis Pontif. SS. D. N. D. Pauli Papę V. Anno V. Ego Paulus Blancus Rom. Curiæ Cauf. Cancel. Apost. Not. de præmissis rogatus præsens Instrumentum subscripsi, publicavi requisitus &c.

In nomine Sanctiss. & individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Noveritis universi, & singuli hoc præsens nostrum Transumptum visuri, lecturi, pariter, & audituri, quod Nos Petrus Paulus Crescentius Auditor, & Iudex præfatus ad instantiam, & requisitionem præfatæ Communitatis, & Hominum Terræ Rusśii omnes, & singulos sua communiter, vel divisim interesse putantes, & eorum Prætores, si qui tunc erant in Romana Curia ad dicendum, & excipiendum quidquid verbo, vel inscriptis, contra quædam jura producta, & repetita dicere, vel excipere volebant per eandem audientiamLiterarum contradictarum, & ad diem, & horas infrascriptas citari fecimus, & mandavimus, quibus advenientibus comparuit coram nobis antedictus Illust. D. Camillus Pompilius ejusdem Communitatis, & Hominum Procurator, & facto quasdam Literas alias productas in formaBrevis legitimò expeditas realiter, & in scriptis repetiit, exhibuit, ostendit, & præsentavit, quas literas ad manus nostras recepimus, vidimus, & diligenter inspeximus, & quia sanas, integras, & illæsas ideò illas per eundem nostrum infrascript. Notarium transumi, exemplari, & in hanc publicam formam redigi mandavimus, & fecimus, volentes propterea, quod huic nostro transumpto publico cum dd. literis diligenter auscultato, collationato, & con-

cordato de cætero eadem fides adhibeatur, quæ optimis Literis adhiberetur, ac daretur, si in medium exhibitæ, ac ostensæ forent, quarum Literarum tenor talis est, ut sequitur: videlicet, à tergo dilectis Filiis Universitati, & Hominibus Terrarum Russii. Intùs verò LEO PAPA X. Dilecti Filii salutem, & Apostolicam benedictionem. Promeretur vestra fides, sinceraque devotio, quàm erga S.R.E. Statum superiorem præsertim anno Nobis in minoribus constitutis, & Cardinalatus honore, Bononienque, ac totius Romandiolæ Legationis munere fugientibus, quando ejusdem Ecclesiæ, Gallorumq; exercitus in omnis agebat agris ostendistis, necnon damna gravia quędam, quę estis perpessi, quorum memores nos esse decet, ut posthac in nostra, & ejusdem Ecclesiæ devotione ferventius perseverare possitis, ea vobis benignè concedimus, quæ commodis vestris fore conspicimus opportuna, & per quæ damnorum per vos, ut prefertur perpessorum æqua habita videretur ratio. Itaque Oratorum vestrorum, quos pro nostra ad Summum Apostolatus apicē assumptione gratulatum Nobis misistis, ac vestris supplicationibus annuentes omnes, & singulos fructus, redditus, & proventus istius Terræ cujuscunq; rei ad Nos, & Cameram Apostol. pertinentes, quos vulgus introitus appellat: *Dummodò superportatis pro Custodia Arcis Comestabilis Portę, & cæteris oneribus consuetis ultra quinquaginta ducatos introitus hujusmodi onera non excedaut.* Circa expensam damorum per vos, ut præfertur, per pessorum ad decennium 50. ducatos hujusmodi in usus vestros convertendos vobis liberaliter concedimus, & condonamus, ac commodis vestris quantum cum Deo possumus, consulere volentes. Vobis concedimus, quod omnes Homines d. Castri, ejusque Comitatus, & Districtus, ac Forenses etiam cujuscunque gradus, conditionis existant, habentes prædia, vel possessiones in Territorio, & Districtu vestro teneantur solvere Collectas, aliaque onera ratione prędiorum, vel possessionum hujusmodi, tàm impositas, quàm imponendas per Consilium Consiliariorum Virorum pro tempore juxta antiquam, & super his hactenùs observatam consuetudinem, non obstante quavis exemptione cujusvis in contrarium concessa, seù imposterum concedenda, pretereà nè Incolæ istius Terræ vestræ indebitè graventur à jus reddentibus, volumus, atq; decernimus, quod Causę tàm civiles, quàm criminales, tam Incolarum, quàm Forensium per potestatem vestrum usq; ad definitivam sententiam inclusivè omni appellatione cessante, cognosci, decidique debeant, quodq; appellationes ad Gubernatorem Civitatis nostrę Faventiæ à tali sententia, prout consuevit, devolvantur. Volentes quod dimidia pars pecuniarum provenientium ex maleficiis in reparationem Murorum istius Terræ, & sublevationem aliorum onerum Virorum, & non alios usus convertenda per vos percipi possit, & debeat. Concedimus insuper vobis, ut pro anno uno à data præsentium computan. frumenta, blada, & alia bona mobilia absq; alicujus Gabellæ Datii, aut alterius inducti, vel inducendi oneris solutione, liberè extrahere, per loca quæcunque nostra, & Ecclesiæ antedictæ comportare possitis. Inhibentes demum Faventinis, nè præter solitum, & consuetum contra vos, resq; vestras pręsertim circa macinaturam molendinorum aliquid innovare audeant, vel præsumant in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunqne. Vos igitur erga Nos, & Ecclesiam præfatam veram Dominam, & Matrem vestram itaq; studebitis, ut uberioribùs gratiis, Nos, Ecclesiaque præfata prosequi Vos valeamus. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 22. Aprilis 1513. Pontificatus nostri anno primo, Balthasar Severolus. Super quibus omnibus, & singulis permissis tanquàm ritè, rectè, ac legitime gestis, & factis auctoritatem nostram dictæque Curiæ nostræ pariter, & decretum interponendum fore, & esse duximus, & interposuimus, prout interponimus per præsentes. In quorum omnium, & singulorum prçmissorum fidem præsentes fieri, & per Notarium Curiæ nostræ infrascriptum subscribi, Sigillique nostri soliti, & quo in talibus utimur, jussimus, & fecimus impositione muniri. Datum Romæ ex Ædibus nostris sub An. Domini 1610. Indict. VIII. die dicta 28. Aprilis Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Pauli Divina Provid. Papæ V. Ann. V. præsentibus ibidem DD. Hieronymo Fabro de Trevio Spoletanæ Diœcesis, & Petro Antonio Catalono Romano I. V. D. Connotariis Testibus vocatis habitis specialiter, atque rogatis.

Matthæus Burattus Locumtenens.

Ego

Ego Paulus Blancus Romanæ Curiæ Causarum Cameræ Apostolicæ Notarius de præmissis rogatus publicavi, & subscripsi requisitus &c.

Constitutio Reverendiss. D. Gregorii Magaloti Episc. Clus. Prov. Romand. & Exarcatus Ravennę Præsidis super salariis Officiorum Provincię, & eorum Officiis à S.D.N. Sixto V. confirmata.

SVMMARIVM MATERIARVM MAGALOTÆ.

Breve Sanctissimi D.N. Sixti Papę V. ad perpetuam rei memoriam.

IN omnibus rebus humanis nihil tàm perfectè institui, nihil ullis legibus, sanctionibusq; tàm diligenter muniri potest; quin id prava quorundam intelligentia pervertere, seù in alienum sensum, atque sancitum est, contorquere moliatur. Undè Nos, ad hujus præcelsæ dignitatis fastigiū evectos, decet, & expedit providere, ut pravo sensu hujusmodi eliminatio illa, prout facta sunt, intelligantur, & observentur, & quæ ad publicam utilitatem ordinata, & reformata fuerunt, approbare, & confirmare. Cum itaque, sicut accepimus, nonnulli abusus, pravi intellectus, & corruptelæ, adversus germanam intelligentiam cujusdam Constitutionis, ac præter, & extrà eam, quam aliàs quondam Gregorius Magalotus Præses Provinciæ nostræ Romandiolæ edidit, & promulgavit, etiam postmodùm per diversos Romanos Pontifices prædecessores nostros forsan confirmatá fuit, & quę in viridi observantia fuit, & est, versentur, & pluries coram diversis dictę Provinciæ Legatis, Præsidentibus, & seù aliis Apostolicæ Sedis Ministris fuerit tractatum, & maturè discussum pro extirpandis, & penitùs abolendis hujusmodi abusibus, & corruptelis, & tandem dilecti filii Communitates, & homines Civitatum, Terrarum, Castrorum, & locorum dictæ Provincię coram dilecto filio nostro tituli S. Eusebii Presbyt. Card. Canano nuncupato, ac nostro, & d. Sedis, tunc temporis de Latere Legato, ad hunc, & eundem effectum convenerunt, ac negotio hujusmodi diù, & mature inter ipsos discusso, quasdam ordinationes, & declarationes, ac reformationes ediderint, illeque per d. Iulium Cardinalem approbata, & ad Nos pro majori illarum robore, & subsistentia muniendæ, transmissæ fuerint. Nosque attendentes multa in Communitates, & homines prædictos commoda ex nova hujusmodi ordinationum, declarationum, & reformationum approbatione esse profectura, dilecto filio nostro, Prospero tituli Sancti

cti Clementis Presb. Card. de Sancta Cruce nuncupato mandavimus, & convocato dilecto filio Magistro Iofredo Lomellino Cameræ Apostolicæ generali Commissario, dd. ordinationes, declarationes, & reformationes diligenter excuterent, & examinarent, & quæ viderentur, corrigerent, & delerent atque emendarent, ipsique sæpiùs congregati, illis diligenter visis, & singulatim examinatis, matureque discussis, parùm, aut nihil immutaverint. Denique ipsi Prosper Cardinalis, & Iofredus omni studio, & diligentia, ab ipsis de mandato nostro adhibita, postremam illis manum imposuerint. Nos, quibus Prosper Cardinalis prædictus præmissa sæpiùs retulit, volentes, quæ tanto labore, impensis, ac maturitate ad publicam utilitatem digesta sunt inviolabiliter observari, ac tenorem Constitutionis Magalotę pręsentibus pro sufficienter expresso habentes. Motu proprio, non ad dictorum Communitatum, & hominum, aut aliorum pro eis Nobis desuper oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes, & quascunque intelligentias, consuetudines, & longissimos usus, stylos, ac declarationes, etiam juramentis, literis, confirmationibus, & approbationibus Apostolicis, vel quibusvis aliis firmitatibus roboratas, & dictis Constitutionibus Magaloti, ac hujusmodi declarationibus, ordinationibus, & reformationibus in aliquo adversantes, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò abrogamus, tollimus, & penitùs abolemus, neminemque ad illas deinceps obligari volumus. Præcipientes in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub Excommunicationis sententia per contrafacientes eo ipso incurrenda, nè in posterùm aliquis Provinciæ pręfatæ Rector, Iudex, seù Notarius, aut Procurator, vel Advocatus audeat quoquomodo introducere, vel se subscribere, & testari de aliquo stylo, consuetudine, usu, & intelligentia, quæ sit, vel esse videatur contra d. Constitutionis Magalotæ, ac hujusmdi declarationum, & reformationum, ordinationum convenientiam, & tenorem, & si quid in contrarium factum, aut in judicium tractum fuerit, id omne nullum, & invalidum, nulliusq; roboris, vel momenti existat, & esse censeatur perpetuò. Novissimas verò ordinationes, declarationes, & reformationes prædictas, quas præsentibus de verbo ad verbum annotari fecimus, d. auctoritate earumdem tenore præsentium etiam perpetuò approbamus, & confirmamus, ac pręsentis scripti patrocinio communivimus, supplentes omnes, & singulos defectus, si qui intervenerint in eisdem, & ut approbatio hujusmodi ampliùs innotescat, decrevimus, ut de cætero, post quatuor dies à publicatione præsentium in d. Provincia facienda, nulli alii intellectus, styli, consuetudines, & usus, etiam inveterati per longissimum temporis spatium, qui dd. Constitutionibus Magaloti, & hujusmodi ordinationibus, declarationibus, & reformationibus adversentur, ad pendentium indecisarum, & futurarum causarum decisionem, ac negotiorum expeditionem allegari posset, nec quisquam illas allegans audiri debeat, sed tantùm secundùm pręfatas Magaloti Constitutiones, & hujusmodi ordinationes, declarationes, & reformationes à Nobis, ut præfertur, approbatas, & confirmatas in d. Provincia, & singulis illius Civitatibus, Castris, Terris, Villis, & locis, quavis alia tanquam sinistra, odiosa, vel captiosa interpretatione sublata, inviolabiliter, & perpetuò, prout jacent, observentur, ac juxta ipsas causas, & negotia omnia in futurum per quoscunque Iudices, tàm sæculares, quàm Ecclesiasticos, delegatos, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate ubique judicari, & definiri debeant, sitque irritum, & inane, quidquid secus his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: Quocircà Venerabili Fratri Archiepiscopo Ravennaten., ac dilectis filiis Rectori dictæ nostræ Provinciæ pro tempore existenti, ac Collegio Doctorum Civitatum, & locorum ejusdem Provincię per Apostolica scripta mandamus, quatenùs ipsi, vel duo aut unus eorum, per se, vel alium, seù alios ubi, & quando expedierint præsentes literas, & in eis contenta quæcunque publicent, & publicari, seù etiam imprimi faciant, ac inviolabiliter, & perpetuò observari; contradictores quoslibet, & rebelles, & præmissis non parentes, per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaq; opportuna juris, & facti remedia appellatione postposita compescen-

scendo , invocato etiam ad hoc , si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis . Non obstan. fel:recor:Pii Papæ IV. prædecessoris de Gratiis,interesse Cameræ præfatæ concernentibus infrà certum tunc expressum tempus registrandis , ac aliis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon statutis , stylis , usibus , & consuetudinibus , privilegiis quoque indultis , & literis Apostolicis sub quibuscunque tenoribus,& formis,ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis , aliisque efficacioribus , & insolitis clausulis , irritantibusque , & aliis decretis sub quibuscunq;tenoribus,& formis, ac cum quibusvis clausulis , & decretis in genere , vel in specie , etiam motu scientia , & potestate similibus , ac alias in contrarium quomodolibet etiamOfficialibus,Ministris,& aliis personis in dictis Constitutionibus , & reformationibus expressis, & dominatis , & in erectione officiorum per Nos, seu alios Romanos Pontifices concessis, ac forsan pluries , & iteratis vicibus approbatis , & confirmatis; necnon quacunque litis pendentia coram quibuscunque Iudicibus , & dictis Auditoribus super prætensionibus , quæ dd.Constitutionibus & reformationibus adversantur tàm in possessorio , quàm in peritorio forsan existente , & ad cujusvis instantiam introducta,necnon litis status, & d.statutorum,& aliorum præmissorum tenores præsentibus haberi volumus pro sufficienter, & plenè expressis, illas in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter , & expressè derogamus , contrariis quibuscunque . Aut si aliquibus communiter, vel divisim ab eadem sit sede indultum, quòd interdici, suspendi,vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam , & expressam , ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Romæ apud S.Marcum sub annulo Piscatoris die 29. Septembris 1587. Pontificatus Nostri Anno tertio .

Loco † Sigilli .

Tho.Thom.Gualterutius .

A.R.Ulossius .

Gregorius Magalotus Episcopus Clus. Provinciæ Romandiolæ , & Exarcatus Ravennę Præses.

NOlentes : sicut Nobis commissi officii cura inquirit . Auditores , Gubernatores, & alios Provinciæ Romandiolæ, & ExarcatusRavennę Officiales immundas, & rapaces manus habere , & S.R.E. fideles , & devotos subditos ab his , ut hactenùs non sine eorum magno incommodo
2 factum est , indebitis solutionibus gravari . De mandato S.D.N. Pauli III. vivæ vocis oraculo , desuper Nobis facto habita matura , & diligenti informatione, infrascriptam salariorum, & mercedum Officialium reformationem juxta antiquam, & laudabilem consuetudinem describi,ac publicari mandavimus . Cui si quis avaritia ductus,& salutis suæ immemor,contrafecerit , sciat se indignationis præfati S.D.N. ac officii nostri severitatis pœnam spe veniæ subiturum .

REFORMATIO,

QVoniam experientia rerum magistra edocuit , vel Procuratorum , vel Noc. , vel Cancellariorum , vel Advocatorum,aut Iudicis avaritia nonnullos in hacRomandiolæ Provincię , introductos fuisse errores in taxandis prædictorum, & aliorum Curię generalis commodis deservientium mercedibus . Ideò Nos Gregorii Magaloti ordinationes , & mentem penitùs à quibuscunque , & singulis prædictorum dictæ Provinciæ observari desiderantes, prætereà adhibito etiam consilio eorum, qui quotidiè in foro, & subsellii versantur amputantes, & tollentes supradictos errores , abusus , & corruptelas infrascripta ordinanda pro utilitate , & commodo subditorum, & Provincialium, sic Provincia exigente omni studio, & diligentia esse censuimus .

De Officio Præsidis .

PRęsesProvincię,cùm debeat pro suorum Provincialium tranquillitate, & justitia
3 omnem curã,† & sollicitudinem,gratis,& paterno affectu impendere , pro quibuscunq;sententiis,decretis,causarum cognitionibus , tàm in Civilibus , quàm in Criminalibus nihil penitùs accipiat : sed ab eo , veluti Patre in utilitatem filiorum , omnia,quæ ad ejus officium spectant sine pretio, ac mercede concedantur .

REFORMATIO.

SAnctè admodumGregoriusMagalotus ordinavit Præsidem Provincię pro suorum Provincialium tranquillitate , & justitia omnem curam , & sollicitudinem gratis , & paterno affectu cuncta ab eo expedienda impendere debere abusus tamen , & corruptela

la inolevit, Cubicularios sub colore sigilli aliquando extorsisse sportulas cum in publica visitatione Carcerum mandasset Præses aliquem relaxari. Nunc tamen errorem penitus tollentes volumus nihil tali casu pro mandatis executivis Cubicularios posse accipere, sicut & gratis impartitur Præses auctoritatem suam & illud mandatum gratis pariter tradere debere decernimus.

De officio Auditoris Curię generalis, & ejus mercede in causis civilibus.

IN executivis sententiis, ubi non intervenit rei contradictio, nec aliqua causę cognitio, habeat Auditor denarios quatuor pro libra valoris, & ęstimationis rei petitę
4 usq;ad quamcunq; summam, si mandatum traditum fuerit, dummodo sportulæ non excedant quantitatem trium scutorum, alias si mandatum non fuerit traditum, quamvis decretum, nihil accipiat. Et mandatum non detur creditori, nisi die sequenti, quo decretum fuit, etsi interim debitor comparuerit audiatur. Et Auditor non habeat in eodem negotio, si opportuerit in contradictorio causam cognoscere, nisi semel sportulas secundùm præsentem reformationem.

In executivis verò, ubi intervenit rei contradictio, & aliqua causæ cognitio, si mandatum executivum traditum fuit. Pro qualibet libra valoris, & ęstimationis rei petitę habeat denarios sex usque ad quamcunq; summam, dummodò sportulæ non excedant quantitatem sex scutorum.

Si verò mandatum traditum non fuerit, quia debitor terminum ad solvendum petierit, vel aliter concordatum fuerit, nihil accipiat, nisi parte instante pronunciatum fuerit, quo casu habeat ad rationem supradictam.

In ordinariis, vel commissariis non executivis, ubi, intervenit causæ cognitio, & rei contradictio, habeat in totum solidum unum pro qualibet libra (et suprà) usque ad quamcunq; summam, dummodò sportulę non excedant quantitatem duodecim scutorum.

In sententiis interlocutoriis, vim diffinitivæ habentibus, quæ post se aliam sententiam non expectent, & per eam totum negotium, de quo agitur, terminetur, habeat Auditor medietatem ejus, quod in ordinariis haberet, si diffinitivam sententiam tulisset.

Si verò post se aliam sententiam expectarent, à quinquaginta scutis supra cujuscunque valoris, vel quantitatis sit causa principalis habeat scutum unum à quinquaginta infra medietatem unius scuti, nec ultrà petere possit, sed in interlocutoriis non habentibus vim diffinitivæ nihil accipere possit.

Etsi contigerit postquam causa est instructa usq;ad sententiam exclusivè partes devenire ad concordiam, habeat Auditor pro sportulis medietatem ejus, quòd haberet si pronunciatum fuisset, nisi sportulæ fuissent per litigantes depositæ, quas eo casu restituere non teneatur. Et Auditor si fuerint sportulę pro sententia solutæ nihil possit petere pro commissione executionis sententiæ, nisi novus processus fieret super executione petita rei judicatę, & tunc habeat prout de sententiis interlocutoriis dictum est. Pro primo, & secundo decreto in contumaciam rei nihil habeat. Auditor, nisi causæ cognitio intervenerit, & tunc accipiat, prout in causis executivis dictum est.

Cæterùm si in uno eodemque negotio, ac sententia plures quantitates ad diversas personas spectantes, quantumcunque separatim comprehenderentur, Auditor non possit habere mercedem, nisi ad rationem prædictam, ac si esset una quantitas, vel persona coujunct.m, quæ merces solvatur æquali portione, & pro rata summæ debitæ ab habentibus interesse.

Sed si in aliqua causa civili alicujus magnæ importantię Auditorem opportuisset multum laborare, ac studere, itaque majori mercede dignus videretur, Pręses Provinciæ qualitate causæ labore, ac studio Auditoris consideratis arbitrio suo mercedem augeat, & arbitretur.

Advocati, & Procuratores sub pęna infamię, & suspensionis ab officio, ac partes litigantes non possint sub pœna centum ducat. aliquid ultrà pro sportulis dare, vel offerri facere; Nec Auditor sub eisdem pœnis accipere possit.

REFORMATIO.

QUia compertum jam esse reperitur in generali Curia ab Auditore quandoque in executivis, ubi nec rei contradictio, nec causæ cognitio intervenit pro mercede receptos fuisse denarios sex pro libra valoris, & extimationis rei petitæ usque ad quamcunque summam, dummodò sportulæ non excedant scuta

scuta tria, si verò mandatum traditum non esset, licèt Decretum usque ad quamcunque summam aliquando sportulas extorsisse; propterea amputantes, & removentes prefatum errorem; volumus, & mandamus non excedi quatuor denarios pro libra, ubi nec rei contradictio, nec causæ cognitio intervenit valoris, & æstimationis petitæ usque ad quamcunque summam, dummodò sportulæ non excedant scuta tria, si verò mandatum non fuerit traditum, licèt Decretum nihil percipiat Auditor, sicut Magalotus expressè decrevit. Pariter, & quia intelleximus aliquando in contumaciam Reorum ab Auditore receptas fuisse sportulas, etsi refectis expensis petierit reus aliquis re audiri, voluisse eundem denuò, & iteràm alias sportulas, mandamus, si contigerit hujusmodi casus, nisi semel prædictum Auditorem posse sportulas accipere, nisi diversum fuerit negotium, sed si fuerit eadem causa, nisi semel illas percipere posse mandamus. Ab aliquibus fuisse etiam contra mentem Magaloti accepimus, in executivis, ubi intervenit rei contradictio, & aliqua causæ cognitio, & mandatum traditum fuerit duplicatas, casu, quovis voluerit ad se defendendum admitti, fuisse receptas sportulas, etsi mandatum non fuerit traditum, vel quia reus petiit terminum ad solvendum, vel aliter fuerit cum adversario concordatum, salarium ab eo fuisse exactum, decernimus primo casu, nisi semel tantùm sportulas ab eo recepi posse; altero verò casu nihil Auditorem habere posse mandamus nisi per sententiam pronunciatum fuerit, & semel tantum in utroq; casu servetur in hoc dispositio Magaloti loquentis circa exactionem sportularum in executivis, ubi rei contradictio, & aliqua causæ cognitio intervenit. Quia compertum est interlocutoriis vim diffinitivæ habentibus, & quę post se aliam non expectant sententiam, & per quam totum negotium de quo agitur terminatur, aliquando voluisse Auditorem sportulas commensurari, sicuti in ordinariis, propterea attendentes, & insequentes Magaloti intentionem mandamus, & volumus tantummodò medietatem illum posse consequi, quod in ordinariis accepisset, si diffinitivam tulisset sententiam, si verò aliquam post se expectaret sententiam volumus à quinquaginta scut. supra scut. unum illum posse duntaxat percipere, causa sit cujuscunq; quantitatis, infra verò, nisi dimidium scuti. In interlocutoriis verò, vim diffinitivę non habent, non volumus illum quidquam accipere posse, sicut expressè decrevit Magalotus. Et quoniam aliquando scimus per Auditorem Curiæ Gener. fuisse, si partes ad concordiam pervenerint salaria, & quidem indebitè exacta. Ideò volentes ejusdem cupiditati occurrere, subditis opportunè providere eorumq; indemnitati consulere, ac penitus hunc extirpare errorem, mandamus ac sancimus si inter partes fuerit concordatum nihil Auditorem percipere posse, nisi quando causa esset instructa usque ad sententiam exclusivè; tunc enim permittimus ex quo sæpè, ac sæpiùs fuerit aditus, & forsan interlocutus pro sportulis medietatem illum capere posse ejus, quod si pronunciasset, sed si depositatæ fuerint sportulæ, & sententia in cedula habita fuerit, aut terminus proservato habitus fuerit, tunc totum recipiat salarium, si verò tantùm fuerint depositatæ, & tunc habeat prout in interloc. sicut, & ex Magaloto decretum fuit. Errore pariter fuisse introductum advertimus, Auditorem voluisse, & exegisse sportulas ad rationem sex denarior. pro libra, si sententia petebatur respectu expensarum taxa producta executio, cùm tamen expræssè disposuit Magalotus nihil nisi pro sententia eum recipere posse, nisi novus fieret processus; propterea abjicientes, & penitùs removentes hunc abusum, & corruptelam mandamus sicuti, et Magalotus pręcepit, Auditorem nisi pro sententia tantummodò sportulas habere posse, pro executione verò illius sententiæ nihil eum consequi audere, nisi fieret novus processus. Et ut hominum malitiis obvietur declaramus illum novum intelligi processum, quando coram Iudice competenti contingit litem, vel causam, aut controversiam cognosci, licèt etiam coram alio incompetenti fuisset cæpta, vel quando nova instantia incipit currere, aut in forma judicii fit novus processus super executione petita rei judicatæ. Hoc enim casu permittimus ob laborem, quem sustinet Auditor in cognoscendo illum sportulas habere posse, prout de interlocut. dictum est. Graviter etiam accipimus non semel Auditorem voluisse, si agebatur super nullitate alicujus sententiæ, & contigisset pronunciare, licèt sententia, de cujus nullitate agebatur esset super negotio executivo, voluisse inquam sportulas, prout in ordinariis solvitur, & tamen nemo est, qui non videat gravissimum hunc esse abusum. Undè omninò subditorum querelis prospicere cupientes mandamus, & ordinamus tantummodo prout in executivis illum posse sportulas

las accipere. Absurdum enim arbitramur plus debere solvi ob cognitionem nullitatis oppositę, quàm fiat super principali negotio, aut pro prima sententia. Non minus resecandum est, quod est quod fiebat in materia appellationum. Nam invenimus observatum fuisse dicentem appellationem esse desertam, vel illam non devolvere, si super prædictis pronunciaretur, solutas fuisse sportulas, ac si sententia diffinitiva fuisset lata, & tamen omnibus compertum est Magalotum voluisse, quod interlocutoriis vim diffinitivæ habentib. & in his, quę post se aliam non expectant sententiam solveretur pro medietate illius salarii, quod in ordinariis solvi debere ordinatum est, & quoniam cavillationibus aliquandò usq; ad nauseam altercatum est, an supradicta, & si quę prædictis similia reperiantur, dicantur interlocutoriæ habentes vim diffinitivæ pro bono communi volumus, & mandamus prædicta haberi pro interlocutor. vim diffinitivæ habentibus omnibus cavillationibus, & hominum malitiis penitus resecatis. Abusu quoq; receptum fuisse accepimus Auditorem pro tempore voluisse pro primo, vel secundo Decreto in contumaciam veluti pro Decreto de immittendo id possessionem absq; causæ cognitione, licet nihil laboris egeris, salarium, ac si diffinitivam tulisset sententiam. Propterea Magaloti mentem, & intentionem insequentes mandamus pro primo, & secundo Decreto Auditorem aliquod non posse salarium percipere, nisi tantum ubi causæ cognitio intervenit, quo etiam in casu cum modicus ei labor est futurus illum prout in executivis volumus sportulas accipere posse. Paritèr accepimus, si uno, eodemq; negotio plures extiterint personæ, vel quantitates petitæ, Auditorem voluisse multiplicare usq; ad triplicationem sportulas. Ideò resecantes, & penitùs amputantes abusum hunc pravum, & totæ Provinciæ damnosum errorem, & illum omninò tollentes, mandamus, & decernimus, sivè causę fuerint universitatum, Communitatum, Corporum, Collegior, Societat. aut aliorum, & tandem in nullo casu, ex quo una tantum prędictor. est causæ cognitio, & major non est Iudicis labor nonnisi unicam simplicem mercedem, omni, & qualib. multiplicatione rejecta deberi antedicto Audit. dispartiendam, & solvendam secundùm proportionem, & ratam personarum rerum, & quantitatum petitar. Et quia posset dubitari, an omnia supradicta vendicent sibi locum respectu Notariorum, vel Cancellarior. declaramus, & mandamus respectivè illa omnia, etiam intuitu ipsor. accomodari debere, & in illis locum habere, ac si de verbo ad verbum specificè, & expressè fuissent repetita, & nominatim in illis enunciata singula singulis, tamen congruè referentes, cùm secundùm prędictorum salaria, regulentur, & illa Not. Cancel. Et quia omnium habere memoriam potiùs divinitùs est, quàm humanitùs, propterea noleates aliquos ob enumerationem prædictor. examinasse cæteros alios, qui erant, & sunt pravi abusus nos, vel dissimulasse, vel in observantia reliquisse; Ideò declaramus si quod ultra prædictos errores, abusus; & pravas corruptelas supra expositos, seù expositas reperietur, quod directè, vel indirectè contra expressam, vel tacitam mentem Magaloti fuerit, etiam consuetudine, vel usu, & tacito hominum consensu introductum, vel confirmatum in officio supradicti Auditoris civilis, & ejus Notarii, vel Cancellarii intelligatur, & sit per hanc nostram declarationem, determinationem penitùs, & omninò sublatum, & extinctum, & nè contingat ampliùs super hoc dubitari, & de cætero minimè hujusmodi, aut alii introducantur errores, vel abusus, arbitrio Præsidis volumus esse tributum, ut determinet, & declaret, quis sit, aut fuerit abusus, error, corruptela, vel aliquid contra mentem Magaloti, cujus determinationi omnes teneantur acquiescere sub pœna arbitrio Præsidis imponenda.

IN CAUSIS CRIMINALIBUS;

Et primò de sententiis absolutoriis.

IN sententiis absolutoriis à pęna capitali,
in quam Reus fuit in contumaciam, vel
aliter condemnatus, & ut doceat de inno-
5 centia constituit se in carcere, vel aliàs
fuit captus, pro sportulis habeat Auditor
scutos decem.

In similibus sententiis, & casibus, à pœna amputationis membri, vel sanguinis citra mortem, habeat scutos sex: In absolutoriis à pęna quacunq; corporali, vel corporis afflictiva citra sanguinem scutos tres, nisi pœna corporalis pro aliquo levi delicto per bannimenta, vel aliter imposita sit, quo casu pro absolutoria habeat dimidium ejus, quod proximè dictum est.

In sententiis absolutoriis à pœna capitali, vel corporis afflictiva Rei nondum condemnati, si Reus adeò urgentibus inditiis, & argumentis laborat, ut de jure torqueri potuisset, idem quod in Reo condemnato servetur.

Digitized by Google

Si verò non potuisset de jure torqueri, sed ad inquirendum inditia extabant, pro absolutoria nihil habeat Auditor, nisi (Reo instante, & petente) sententia absolutoria lata fuerit, & tunc Auditor habeat medietatem ejus, quod haberet si Reus potuisset de jure torqueri. Sin autem inditia non extarent, vel saltem ad inquirendum sufficientia, Auditor teneatur gratis Reum etiam petentem, & instantem absolvere.

In absolutoriis à poenis pecuniariis, servata semper suprascripta distinctione de inditiis, habeat solidum unum pro qualibet libra pro quacunq; summa, dummodò quantitatem non excedat decem scutor.

Sed si aliquis fuisset absolutus à pęna capitali, vel corporis afflictiva, & in eadem sententia condemnatus in pœnam pecuniariam, habeat Auditor sportulas pro absolutione, vel ratam pœnæ pecuniariæ secundùm ordinationem supradictam arbitrio suo, ità quòd non habeat, nisi unam mercedem pro absolutione, & condemnatione respectivè facta.

In absolutoriis sententiis, si in una eademq; sententia plures personæ absolverentur in casibus, in quibus sportulæ solverentur, si absoluti excesserint numerum trium, Auditor, & Notarius maleficiorum habeat ad rationem prædictam à dd. absolutis, ac si ultra tres in absolutoria non comprehenderentur, quod æquali portione debeat per absolutos solvi.

REFORMATIO.

Ex mente Magaloti etiam alias fuisse observatum accepimus, si in una, eademque sententia plures personæ ultra numerum trium absolverentur, Auditorem Criminalem Curiæ generalis, ejusque Notarium, seù Cancellarium aliquando consuevisse sportulas accipere ad rationem Reorum, & numerum absolutorum, qui erant inquisiti. Verum quia contra Magaloti mentem contingebat, & nimium esse cognoscitur, cùm eveniebat plures, ac plures etiam de uno, eodemq; delicto esse accusatos, vel inquisitos etiam ad rationem prædictam excessivas fuisse aliquando exactas sportulas, & in tali, & simili casu volumus, & mandamus Auditorem Criminalem nonnisi pro tribus solutis tantùm, & non ultra sint, quotquot fuerint Rei delinquentes accusati, & inquisiti de uno, aut pluribus delictis simul à prædictis factis, aut commissis sportulas accipere. Contingebat aliquando Reum unum de pluribus delictis esse inquisitum, & processatum, & cognita illius innocentia liberari. Ideò quia intelleximus non semel aliquando Auditorem pro sportulis voluisse multitudine delictorum inspecta, salaria duplicata, & quandoq; triplicata: propterea licèt hęc expressè non determinet Magalota, mandamus hoc casu unicam tantum mercedem non duplicatam, nec triplicatam, sed simplicem illum exigere posse. Similiter, & relatum est Auditorem Criminalem Curiæ General. in absolutoriis à pęnis pecuniariis voluisse excessivas sportulas ad rationem pęnarum à Bannimentis Provinciæ impositarum, non habito respectu Constitutionum Marchiæ, vel Statutorum Civitatum, vel locorum Provinciæ, quæ vigebant tempore Magaloti, quorum pęnæ non erant ità graves sicuti ex Bannimentis impositę esse dignoscuntur. Propterea ad honestam mercedem hujusmodi salaria reducentes in prędictis absolutoriis mandamus supradictum non posse pro mercede sua non excedere scuta decem, nè contingat majorem fieri solutionem pro pęna pecuniaria, quàm pro pęna capitali, & confiscatione bonorum. Quia experientia ostendit ex multis auctoritatem, & jurisdictiones judicium conservari, & ex timore mulctarum fieri, quod delinquentes puniantur, & castigentur. Ideò in usu sunt frequentes, & videntur fieri, ut tandem tædio affecti mulctati compareant; propterea nè ad alium trahantur finem, volumus quod pro prædictis multis impositis Auditor nihil recipere possit, quod hactenus malè observatum est; cùm pro prædictis fuerint multoties sportulę, etiam indebitę exactæ; idem etiam volumus observari, si vel comparuerit, vel captus fuerit Reus. Nam declaramus ipso jure esse mulctam nullam, & facto cassam, & irritam.

DE SENTENTIIS CONDEMNATORIIS.

In condemnatoriis pecuniariis habeat secundùm consuetudinem decimas, non condemnationis, sed ejus summę, in quam Reus cum Camera se composuit mode-
6 randas arbitrio Domini Pręsidis secundùm contingentiam casuum, & quantitatem pœnarum, & personarum qualitatem, sed summam quinquaginta scutorum excedere non possint, quantumcunque magna sit quantitas in quam Reus condemnatur, vel componitur.

In condemnatoriis capitalibus, vel corporis afflictivis nihil petere possit, nisi pęna capita-

pitalis, vel corporalis fuerit in pecuniariam commutata, vel bona fuerint confiscata, & Fisco incorporata, & tunc habeat ad rationem prædictam, sed decima quantitatem suprascriptam non excedant.

Pro præsentatione, & visione cujuslibet gratiæ, & absolutionis, aliàs præsentatæ, & visæ nihil accipiat. Si verò non fuit amplius præsentata, & visa, habeat Auditor scutum unum pro ejus labore.

Auditor coram eo litigantes, ac eorum Advocatos, vel Procuratores, libenter audiat, ac requisitus teneatur dubia causarum coram eo vertentium partibus dare. Studeat quantum potest causarum brevitati. Procuratorum, & Advocatorum cavillationes, subterfugia, & non necessarias dilationes rejiciat. Pauperum, & miserabilium personarum, ac viduarum, pupillorum, & mercedum, Mercatorum causas, ac in summis quibuscunq; à vigintiquinque libris infra sine petitione, summariè, extrajudicialiter, & sola veritate inspecta, sine scriptis, si qualitas causæ patitur audiat, & expediat. Appellationes frivolas non admittat, sed illis rejectis sententias per ipsum latas exequatur. Procuretque omni qua potest sollicitudine venientes ad Curiam non expensis graventur, celeriùs quo fieri expedire, feriis quibuscunque ex qualibet causa introductis non obstantibus, præterquam in solemnibus festivitatibus in Dei honorem ex præcepto universalis Ecclesiæ introductis.

Et auditor contra aliquem inquirere non possit sine inditiis ad inquirendum sufficientibus, nisi ex aliqua urgenti causa, & tunc de mandato Pręsidis, aliàs inquisitio, & quicquid inde sequitur sit nullum, & vitio nullitatis subjectum.

In Causis Criminalibus ubi urgentia sunt inditia, antequàm ad quęstionem procedat, si pro parte rei dare copiam inditiorum fuerit requisitus, nunquàm sub pœna arbitrii Præsidis aliquem torqueat, nisi inditiis cum termino ad purgandum datis, & illis discussis, & reo ad largam posito, ut potestatem habeat Procuratores, & Advocatos de suis defensionibus informare. Et neminem quæstioni subjiciat, nisi pro crimine capitali, & nisi pœna corporalis, vel gravis pecuniaria imponi deberet. Pro levibus autem delictis, à tortura abstineat, nè major sit investigatio, quàm delicti pœna.

Etsi aliquis fuerit captus pro quacunque pęna pecuniaria, si Auditor non habuerit inditia ad quæstionem sufficientia, sub fidejussore captum relaxet donec Processum expedierit.

In quibuscunque causis in sententiando, & declarando servet statuta, ordinationes, consuetudines loci illius, cujus sunt coram eo litigantes, si allegata fuerit, & probata.

Litigantes coram eo, nisi eorum Causæ Civiles sint per Præsidem eidem specialiter commissæ, ad Iudices suos remittat, nisi litigantes sint ejusdem Loci, in quo Auditor contigerit cum Curia morari, nec aliquas causas à Iudicibus ordinariis ad se advocare possit, nec pręfatis Iudicibus sine speciali commissione Præsidis inhibere, & causas inceptas coram eo in loco in quo moratur, & non finitas antè discessum remittat ordinarium ejusdem loci, in his in quibus reperiuntur terminis, nisi sint instructæ, sive monitio facta ad sententiam, vel eidem per Præsidem commissæ.

Item Auditor non possit alicujus bona describi mandare, nisi in casibus, in quibus de jure veniret confiscatio bonorum, vel ubi timeretur de earum asportatione, vel dilapidatione, ad quam descriptionem, nisi necessarium fuerit non procedat.

Et ad suspiciones evitandas, & finem litibus imponendum, si in aliqua Causa Civili, vel Criminali Auditor per aliquem ex partibus suspectus allegatus fuerit, vel aliter adjunctus petitus, eo casu Auditor præfatus in dicta causa ad ulteriora procedere non possit, neq; illam terminare, nisi cum interventu, & consilio Gubernatoris, vel Auditoris, si Iuris peritus fuerit illius Civitatis, in qua cum Curia moram trahit, qui in præsentem reformationem in adjunctum in casu prædicto eidem Auditori ex tunc datus esse intelligatur, qui unà cum Auditore debeat d. causam cognoscere, & terminare. Quod locum non habeat in causis executivis liquidorum instrumentorum, nec in causis Pupillorum, Viduarum, & miserabilium personarum, nisi per d. personas Auditor suspectus allegatus fuerit, vel adjunctus petitus.

REFORMATIO.

IN pecuniariis condemnatoriis statuit Magalotus præfatum Auditorem Criminalem Curię secundùm consuetudinem decimas habere posse, non condemnationis, sed ejus summę, in quam Reus se cum Cam. compo suerit,

mo-

moderandas arbitrio dicti Præsidis, secundùm contingentiam casuum, & quantitatem pœnarum, & personarum qualitatem, quam summam statuit excedere non posse scuta quinquaginta, quantumcunque quantitas magna sit, in quam Reus condemnatur, vel componitur, & tamen hominum subtilitate accepta est ultima particula illa vel, ut stet disjunctivè, non autem copulativè, & ob id magna difficultas exorta est cùm verè sensus esse videatur, ut conjunctive, & copulativè accipi debeat, nè absurdum sequatur plus illum posse consequi, quam sit ejus, quod ingrediatur Cameram. Ideò arbitramur, tollentes altercationes, & jurgia, quæ super hujusmodi casu audiebatur, maximè cum aliquando perversè fuerit à quibusdam id hactenus acceptum, declarandum esse conjunctivè, & copulativè dictionem illam vel assumendam esse, vel loco dictionis & accipiendam esse, sicuti ex præcedentibus ostenditur etiam Magalotum eam dictionem vel assumpsisse. Malè à quibusdam fuisse acceptum non juramus, quod clarissimè statuit Magalotus circa præsentationem, & visionem cujuslibet gratiæ, & absolutionis aliàs præsentatæ, & visæ. Nam mandavit pro prima nihil accipere debere Auditorem, & pro illa, quæ non fuit ampliùs præsentata, & visa scutum unum pro ejus labore posse recipere, & tamen intellectum est pro primo capite illum voluisse extorquere aureum unum, cùm expressè nihil accipere posse tali casu decreverit, altero verò casu tot scuta voluisse, quot essent nominati in d. præsentatione, & visione gratiæ, & absolutionis, cùm unum tantum ex mente Magaloti scutum eum posse recipere compertum est. Undè mandamus supradictos abusus tollentes; primo casu nihil illum habere posse, sicuti Magalotus decrevit; altero verò casu nonnisi scutum, licèt plures in illa fuerint præsentatione, & visione gratiæ, & absolutionis prout expressè disponit Magalotus. Pariter, & alterum circa prædictos casus extare errorem intelleximus; scilicèt prædictum Auditorem non solum pro præsentatione, & visione supplicationis cujuslibet scut. unum, sed pro præsentatione literarum, & etiam præsentis casibus prædictum scutum unum accepisse, quando habet decimas. Ideò, cùm manifestè constet esse contra Magaloti mentem, mandamus prædictum scutum illum pro præsentatione literarum, nec quando decimas percipit, quicquam pro prædictis consequi valeat. Compertum est aliquando ubi Auditor Curiæ Criminalis mandavit bona describi pluriès voluisse mercedem, non simplicem, sed multiplicasse illam tàm pro se, quàm pro Baricello. Ideò tollendo hunc expressum errorem, mandamus Auditorem prædictum pro confectione descriptionis bonorum uniuscujusque casus, in quo de jure venirent bona confiscanda, nonnisi unicam, & simplicem mercedem tàm pro se, quàm pro Notario, & Barigello accipere posse, mandantes etiam in Inventario, nonnisi necessaria describi debere, & pro non necessariis in nihilo pro mercede teneatur illis. Notarios Criminales Curiæ, seu ejusdem pro tempore Cancellarios coegisse à multis annis citrà, & hodiè pariter cogere singulos reos accusatos, & inquisitos pro uno, eodemque delicto, & pro copiis simplicibus, & pro authenticis actibus, seù scripturis veluti judiciorum, constitutorum, inquisitionum, testium, & aliorum etiam productorum actuum multiplicasse usq; ad triplicationem mercedem suam, & singulos prædictorum Reorum, et unumquemq; triplicare supradictam mercedem, quod nedum irrationale, & iniquum est, sed, & inhumanum unum pro tribus solvere debere, cùm nisi unicum sustineat Cancellarius laborem. Ideò tollentes hunc pravum, & toti Provinciæ damnosum, & ejiciendum errorem, abusum, stylum, aut irrationabilem consuetudinem, mandamus omni multiplicatione rejecta hujusmodi, & similibus casibus prædictos Cancellarios, seù Notarios non posse, nec cogere, nec recipere etiam à sponte offerente sub pœna arbitrii d. Præsidis imponenda, mercedem triplicatam pro supradictis, vel copiis, vel authenticis, sivè unus sit, sivè plures fuerint de eodem delicto accusatus, vel accusati inquisitus, vel inquisiti, sivè sit Cõmunitas, sivè Universitas, Corpus, Collegium, vel Societas aliqua. Nam volumus, si pro uno, eodemq; delicto fuerint accusati, inquisiti, aut aliter denunciati prædictos Notarios, aut Cancellarios non posse eorum mercedem in aliquo casu prædictor. multiplicari, sed permittimus tantum, & duntaxat simplicem puram, & unicam mercedem. Non minori ratione tollendum est, quod Auditores, & Notarii, seù Cancellarii ejusdem Curiæ Criminalis agere consueverunt; siquidem supradictos pro capiendis informationibus contra Reos inquisitos concingebat equitare, pravo quodam abusu, si contra duos, vel tres, aut plures solitos fuisse duplicare, & triplicare mercedem viatici, etiamsi esset pro uno, eodemque delicto; Ideò ampu-

amputantes hunc parvum errorem, & abusum, & mentem Magaloti attendentes, qui nunquam de duplicatione, aut triplicatione in similibus casibus locutus est, volumus simplicem, & non multiplicatam prædictum Auditorem, & Cancellarios posse accipere mercedem. Quæ de Auditore Curiæ Criminalis hactenus, ut suprà tollendo abusus, & hujus Provinciæ pravos errores disposita sunt mandamus, quod de Notariis, & Cancellariis ejusdem Curiæ Criminalis, quatenùs adaptari possint, intelligantur, et sint etiam respectu prędictor. decreta, et diffinita; sicuti etiam volumus omnes alios si qui erant, aut sunt, vèl errores, vel abusus contra expressam mentem, aut tacitam, aut Curiæ per hanc nostram intelligantur, & sint sublati, & in hoc servetur quod supra diximus in officio Auditoris Civilis pro extirpandis, & tollendis erroribus, & corruptelis, & ad judicantem circa prædictos, & prædicta. Hoc enim pręcipuum muneris volumus esse Præsidis pro tempore, aut Rectoris futuri hujus Provinciæ.

De officio Secretarii Curiæ Generalis, & ejus mercede.

IN primis pro qualibet patente facta Gubernatori cujuslibet Civitatis Pro-
7 vinciæ habeat scutos tres, & julios tres.

Item pro qualibet patente facta Cancellariis Gubernatorum scutum unum, & julium unum.

Item pro qualibet patente facta Baricello generali Provinciæ scutos quatuor, & julios quatuor.

Item pro qualibet patente facta aliis Baricellis Provinciæ privatis scutos tres, & julios tres.

Item pro qualibet confirmatione Potestariæ cujuslibet Civitatis, pro primo semestri tantùm scutos duos, & julios duos, pro confirmatione reliquorum semestrium, scutum unum, & julium unum. Et hoc de Potestatibus Civitatum.

Pro confirmatione verò Potestatum aliorum locorum solvatur medietas ejus, quod supradictum est.

Item pro qualibet litera cum sigillo julium unum.

Item pro quibuslibet literis, patentibus, familiaritatis, vel testimonialibus, sive similium rerum cum sigillo julios duos.

Item pro expeditione cujuslibet supplicationis commissionis causæ civilis, & cum advocatione cum litera sigillata julios duos. In criminalibus verò duplum.

Item pro expeditione cujuslibet supplicationis, ut suprà sine litera, in civilibus julium unum cum dimidio; in criminalibus julios tres. Quod locum habeat in locis ubi Curia moratur, ubi litera non est necessaria.

Item pro qualibet litera in favorem Communitatis, Collegii, vel Universitatis, julium unum cum dimidio.

Item pro quolibet salvoconductu de pœna capitali ad beneplacitum, vel ad longum tempus scutos duos, & julios duos.

Item pro quolibet salvoconductu de eadem causa ad breve tempus scutum unum, & julium unbm; quod intelligatur si fiat per duos menses.

Item pro salvoconductu pro pœna amputationis membri, vel sanguinis citrà mortem ad longum tempus scut. unum, & julium unum. Si ad breve tempus, medium scutum, & julium unum. Sed pro salvoconductu ex causa criminali pecuniaria, vel corporis afflictiva circa sanguinem per quodcunq; tempus medietatem unius scuti, & julium unum. Etsi comprehensi in dd. salvisconductibus essenr ultra tres, habeat Secretarius pro quolibet excedenti numerum trium, medietatem ejus, quod ab uno habuisset, ut supradictum est; dummodò non excedat numerum septem personarum, & tunc ab excedentibus nihil Secretarius accipiat, sed solutio, quæ dicta est, in utroq; casu solvatur à compræhensis in salvoconductu æquali portione.

Item pro qualibet moratoria concessa ad quodcunq; tempus julios duos.

Item pro qualibet moratoria quinquennali, vel cessione bonorum medietatem unius scuti, & julium unum.

Item pro qualibet licentia delationis armorum, vel eundi ad venandum, vel de nocte sine lumine, vel simili julium unum. Sed Civitatibus, quæ ex privilegio Apostolico nihil pro licentia armorum solvere debent, gratis talis licentia concedatur.

Item pro qualibet confirmatione privilegiorum, statutorum, decretorum alicujus Communitatis, Collegii, vel Universitatis, sive particularium personarum, vel rerum similium scutum unum, & julium unum, nisi confirmatio esset magnę importantię, & nunc stetur arbitrio Præsidis.

Item pro qualibet supplicatione compositionis pecuniariæ, scutos quinque pro quolibet centenario partis pœnæ, de qua cum effectu facta soit gratia. Et habeat Secretarius

tarius julium unum pro qualibet supplicatione cujuscunque fuerit quantitatis pro sua scriptura, reservato arbitrio Præsidis moderandi, & defalcandi d. mercedem in summis excessivis.

Sed si contingeret per Secretarium antè sententiam expediri per supplicationem aliquam compositionem pecuniariam, & non appareret de aliqua gratia, de qua fuisset facta compositio, habeat Secretarius ad rationem trium scutor. pro centenario pœnæ, de qua fuit facta compositio, & julium unum pro supplicatione cujuscunque sit summæ.

Item pro expeditione supplicationis gratiæ capitis, & confiscationis bonorum scutos decem, & julios decem.

Item pro expeditione cujuslibet gratiæ pro abscissione manus, & cujuslibet membri, pro effusione oculorum, vel pro pęna sanguinis, scutos tres, & julios tres.

Item pro supplicatione gratiæ à pœna quacunque corporis afflictiva, citra sanguinem, scutos duos, & julios duos.

Item si alicui fuerit gratiosè remissum exilium, si erat relegatus ad longum tempus, habeat Secretarius scutos duos, & julios duos: si ad breve tempus, scutum unum, & julium unum: si perpetuò erat deportatus scutos tres, & julios tres.

Item si alicui per supplicationem fuerit gratiosè remissa pœna funis, habeat Secretarius pro supplicatione gratiæ scutum unum, & julium unum. Si verò condemnatus redemerit pęnam capitis, sanguinis, vel corporis afflictivam, sive exilium, vel pœnam funis, & cum Camera se composuit, habeat Secretarius pro supplicatione redemptionis medietatem ejus, quod dictum est de gratia mera. Etsi in eadem gratia à pœnis capitalibus, vel corporis afflictivis, plures quàm tres comprehenderentur, habeat Secretarius ad rationem prędictam à dd. gratiatis, ac si in gratia ultra tres non comprehenderentur, quòd æquali portione debeat per dd. gratiatos.

In reliquis verò, quę in pręsenti reformatione non sunt descripta, procedatur secundùm capitulum magis simile supra positum, in cujus defectum Pręses mercedem arbitretur.

Et ne pro negotiis Secretariæ venientes ad Curiam in hospitiis detineantur, debeat Secretarius sub pœna arbitrii Pręsidis infrà eundem diem, quod fuit sibi commissum negotium per Secretariam, eos expedire, nisi qualitas negotii longius tempus postulaverit.

REFORMATIO.

Simpliciter determinavit Magalotus Secretarium Curiæ Generalis pro qualibet litera cum sigillo pro ejus mercede posse julium unum habere, usus tamen introduxit, quòd si litera plura capita contineat, habeat tot julios Secretarius, quod certè removendum est, undè volumus illum tantùm recipere posse pro qualib. litera julium unum etiamsi plura contineat capita, vel personas. Fuit quoq; receptum usu, & consuetudine pro litera commissionem continente, Secretarium percipere ultra julium, & perindè ac si esset simplex causæ commissio. Ideò mandamus pro tali litera nisi unum julium posse, illum habere. Quod dictum est de decima in Auditore Criminali, hic referatur, & determinatum esse intelligatur. Et quia paritèr intelleximus Secretarium voluisse, ubi contingit antè sententiæ per supplicationem aliquam expediri compositionem pecuniariam, & non appareret de aliqua gratia, de qua fuit facta compositio quinq; pro centenario, non ejus, quod ingredicur Cameram, sed ejus de quo facta fuit gratia; & si fiat compositio post sententiam voluisse prædictum Secretarium quinq; pro centenario, non ejus quod Cameram ingreditur, sed ejus de quo facta fuit gratia. Ideò quia absurdum est illum plus habere posse, quàm par sit; proptereà mandamus primò, illum tantummodo tria scuta pro quolibet centenario habere, ac consequi posse ejus, quod Cameram ingreditur, nulla habita ratione ejus de quo facta est gratia, & hoc ne contingat illum plus recipere, quàm Cameram, altero verò casu paritèr volumus illum dumtaxat posse accipere quinque pro centenario ejus, quod Cameram ingreditur, non ejus ad quod fuit condemnatus. Quia solebat etiam prędictus Secretarius pro litera continente gratiam tot julios accipere, quot essent nominaci, mandamus si gratia fuerit pro uno, eodemque delicto, non posse illum nisi duos julios habere, nisi diversa delicta fuerint, & diversæ personæ, aut causa. Hoc enim casu tot permictimus accipere julios, quoc sunt, aut erunt personæ. In causis verò mixtis, quia variè solatio fiebat Secretario, ideò rem ipsam ad honestum reducentes, mandamus prædictum Secretarium unam tantùm solutionem debere consequi, & illam

lam arbitrio d. Secretarii, sivè ille corporalem, sivè civilem attendere voluerit pœnam Reo inflictam.

De Officio Notarii Curię Generalis ad causas criminales, & ejus mercede.

IN primis pro responsione fienda inquisitioni cum fidejussione solidos octo.

Item pro productione cujuscunq; scripturæ, solidos duos cum dimidio.

Item pro copia data parti, pro quolibet folio tàm indiciorum, quàm aliarum scripturarum, dimidium carleni in quibuscunque causis, preter capitalibus, in quibus habeat dimidium julii.

Item pro copiis authenticis pro quolib. folio habente lineas viginti pro qualibet facie solidos quatuor, præterquàm in capitalibus, in quibus accipiat solidos quinque. Et non possit Notarius cogere partes ad accipiendum copias authenticas, nec authenticas scripturas productas in copiis authenticis inserere, nisi de voluntate partium.

Item pro qualibet comparitione, & actu solidos duos.

Item pro examine cujuslibet testis, tàm pro Notario, quàm pro Judice solidos decem, tàm in delictis pecuniariis, quàm corporis afflictivis.

Item in causa capitali, carlenos tres pro quolibet teste examinato, etiamsi domi alicujus factum sit examen, dummodò non extrà locum, ubi generalis Curia moratur. Sed si materiæ, super quibus examinàri deberent, essent excessivæ, salarium prædictum augeatur arbitrio Præsidis, sed pro examine testium proinformatione Curiæ, vel aliàs ad Fisci instantiam facto, Notarius nihil habeat.

Item pro rogatione cujuslibet fidejussionis de præsentando, & cuiuscunque alterius tenoris iulium unum.

Item pro cassatione cujuslibet fidejussionis julium unum.

Item pro quolibet mandato de relaxando aliquem detentum pro pœna pecuniarią julium unum; pro pœna verò corporis afflictiva julios duos; Pro pœna capitali julios tres. Et hoc in casibus, in quibus nihil accipit Notarius pro rogitu sententiæ, vel antè sententiam per Auditorem relatio commissa fuerit.

Item pro rogatione sententiæ etiam authenticæ, & ejus executione, sive mandato, in absolutoriis habeat Notarius dimidiam partem ejus, quod accipit Auditor pro sportulis, servata supradicta distinctione de Auditore, et sine alia mercede processum circundare teneatur, et sententiam authenticam dare. Et in casu, in quo nihil Auditor accipit pro sententiis absolutoriis nihil habeat Notarius, nisi pro ejus scriptura (ut supradictum est) de mandato de relaxando. Et neminem ad accipiendum processum authenticum cogere possit. Et si sententia non fuit lata, et processum circundari oporteret, habeat Notarius, si de pęna capitali tractatur, carlenos quinque, si de corporis afflictiva tres, si de pecuniaria, duos. Et idem servetur in abolitione processus in casibus, in quibus per præsentem reformationem, vel aliter abolitio conceditur.

Item in condemnatoriis habeat fictiliter dimidiam partem ejus, quod Auditor accipit secundùm ordinationem, & declarationem suprà factam de Aùditore. Et eo casu pro mandato de relaxando, et circundatione processus nihil accipiat, et stare debeat moderationi, et defalcationi, quam secundùm quantitatem pęnarum per Præsidem fieri contigerit. Etsi aliquis principaliter non habens interesse voluerit alicujus condemnati sententiam, si est pecuniaria, solvat pro copia authentica julios tres. Si corporis afflictiva, julios quinque. Si capitalis scutum unum, pro processu accipiat ad rationem copiarum, teneaturq; sententiam; vel processum, tàm conjunctim, quem divisim, arbitrio petentis, dare. Etsi in uno, eodemq; negotio plures personæ caverent, vel inquisitioni responderent, si numerum decem personarum excesserint, habeat Notarius à quolibet excedente medietatem ejus, quod ęqualibus partibus ab omnibus solvi debeat. Etsi contigerit fieri aliquam bonorum descriptionem, habeat Notarius id, quod inferiùs de Baricellis Civitatum dictum est. Et similiter si oporteret Notarium equitare ad aliquem locum pro aliqua informatione recipienda, vel testibus examinandis, habeat expensas victus pro equo, & famulo, et medietatem unius scuti singulo die ab illo, ad cujus instantiam mitti contigerit.

REFORMATIO.

QVia solent Notarii ad criminalia in conficiendis copiis, & authenticis præstandis partibus admodum paucis lineis, & di-

Digitized by Google

,, & distinctionibus, folia exhibere; propterea mandamus pro quolibet folio non minus, quam viginti lineas esse in eo debere decem dictiones continentes, prout Magalotus, & Marchię Constitutio decrevit, & merces sit prout à Magaloto fuit taxata, nec in illis edendis, & partibus traden. alicujus multiplicationis ratio haberi possit, sive sit Communitas, Universitas, Collegium, Corpus, Societas, aut aliud si quod ex prædictis simile plures referens personas. Resecandum pariter est in officio Notarii Curię Generalis ad causas civiles, quod aliquando observatum pro citatione in forma, nam copularivè mandavit Magalotus pro citatione in forma cum insertione commissionis, & inhibitionis cum sigillo Cancellarium pro mercede posse viginti quinq; solid. percipere, & hunc Cancellariũ voluisse eandem mercedem, etiamsi non affuerit commissio causæ, licet adfuerit citatio cum inhibitione tantùm, propterea tollentes hunc abusum, volumus illum tantùm posse consequi pro mercede sua, quod est à Magaloto determinatum pro simplici citatione cum sigillo. Pro copiis cujuslibet scripturę Notarios Curiæ Civil. solitos fuisse paucissimas lineas, & dictionibus duab. aut tribus denotatas partibus tribuisse, propterea in hoc mandamus observari, quod in Cancellario, aut Not. Curię Crimin. emendatum, & definirum est; inhibentes quamcunq; multiplicationem, & ut supradictum est. Quia consueverunt Notarii ad causas civiles si contigisset in partibus examinari testes vigore literarum remissorialium, decretarum à Iudicibus Curiæ Generalis velle mercedem inferendo illas in processu authentico. Ideò cognoscentes hoc esse irrationabile, & non esse conveniens, si semel pro illis haben. fuerit competens merces soluta, mandamus pro prædict. nihil supradictos Not. posse habere, sed gratis illas accomodare debere partibus, necnon etiam volumus prędictas in processu, nisi de consensu partis Notarium reponere, aut inserere posse. Quo casu permittimus, & concedimus, etiam sicuti si contigerit fieri earum attestationum, vel aliarum scriptur. in partibus factarum, & productarum copias posse competentem recipere mercedem, sicut suprà deffinitum est. Paritèr excessivam voluisse Notarium mercedem, si pro executione literarũ citatorialiũ, & inhibitorialiũ ab Urbe emanatarũ, vel ab alio loco unà cum relatione authentica auditum est. Ideò ad condignam mercedem id reducentes, volumus illum præter unum jul. nihil consequi audere. Et quia contingit multos velle processus suos authenticari, & pro mercede etiam excessivam voluisse Notarium mercedem. Ideò determinamus Notarium nisi quatuor Bonon. computata mercede, quam habuit pro copiis, illum posse consequi, quod nedùm in Curia Civili volumus, & mandamus observari, sed etiam in Curia Criminali à Cancellario, seù Notario illius Curiæ Criminalis.

De Officio Notarii Curiæ Generalis ad causas civiles, & ejus mercede.

IN primis pro præcepto cum sigillo Carolenum unum.

Item pro qualibet citatione sigillata carolenum unum; si citatio sit sine sigillo solidos duos.

Item pro citatione in forma cum insertione commissionis, & inhibitione cum sigillo solidos duos.

Item pro citatione in forma cum insertione commissionis, & inhibitione cum sigillo solidos vigintiquinque.

Item pro productione cujuslibet instrumenti solidos duos.

Item pro productione petitionis, et libelli solidos duos.

Item si scribatur petitio aliqua penès acta solidos duos.

Item pro productione cujuslibet scripturæ, exceptionum, et aliarum scripturarum solid os duos.

Item pro copia cujuslibet scripturæ, pro qualibet charta continente lineas viginti pro facie solidos duos cum dimidio.

Item pro processu authentico, pro quolibet fol. continente lineas viginti pro qualib. facie (ut suprà dictum est) solidos quatuor.

Et non possit Notarius inserere scripturas authenticas, nisi de consensu partis, quas in fine litis teneatur gratis restituere parti producenti.

Item pro quolibet termino inconfessum, et ad probandum incubentia solidos duos.

Item pro examine cujuslibet testis, tàm pro parte Examinatoris, quàm Judicis julium unum, nisi materiæ essent multùm excessivæ, et tunc possit petere usque ad solidos decem, et an materiæ sint excessivæ, stetur arbitrio Præsidis.

Item pro qualibet comparitione, seu scriptura facta penès acta solidos duos.

Item pro qualibet replicatione contra comparitionem solidum unum.

Item pro qualibet proteſtatione in ſcriptis ſolidos quatuor; ſi facta fuerit penès acta ſolidum unum cum dimidio.

Item pro rogitu ſententię authenticę,et ejus mandato executivo habeat Notarius dimidiam partem ejus, quod habet Auditor pro ſportulis, et idem habeat pro ſententia interlocutoria vim diffinitivę habente, et teneatur ſententiam authenticam parti ſine alia mercede concedere.

Item pro rogatione cujuſlibet fidejuſſionis ſolidos tres.

Item pro quolibet ſequeſtro cum ſigilloCarlenum unum.

Item pro reſponſione fienda cuilibet poſitioni denarios quatuor, ſolvendos à partibus ſecundùm conſuetudinem loci.

Item pro rogatione cujuſlibet præcepti ſolidos tres.

Item pro authentico cujuſlibet ſcripturę pro quolibet folio continente lineas viginti pro qualibet facie ſolidos quatuor.

Item pro qualibet litera cum ſigillo ſolidos quinque.

Item pro pronuntia facta penès acta, quæ non habeat vim ſententiæ ſolidum unum.

De Officio Bariçelli Curiæ Generalis, & ejus mercede, & primò in Civilibus.

IN executionibus tam realibus civilibus, quàm perſonalibus,habeatBaricellus pro qualibet libra, ſi executionem fecerit in loco, in quo cum Curia morari conti-
10 rit,denarios ſex pro quacunque,dummodo non excedat quantitatem ſex ſcutorum. Si verò pro executionibus faciendis equitare contigerit,habeat ſolidum unum pro qualibet libra uſque ad quamcunque ſummam; dummodò non excedat quantitatem duodecim ſcutorum.

Et idem ſervetur in executionibus faciendis pro Camera, etiam vigore repreſaliarum, niſi ex cauſa viſum ſit Theſaurario,ut minùs accipiat, & tunc Baricellus teneatur ſtare ordinationi Theſaurarii Provinciæ.

In Criminalibus.

SI Baricellus præfatus pro delicto capitali aliquem cæperit condemnatum, vel condemnandum: ſi ultimo ſupplicio tra-
11 datur, habeat de ſpoliis, vel bonis illius ſcutos decem; ſi verò nihil habuerit, nihil petere poſſit.

Si verò cæperit Reum condemnatum, vel condemnandum in pœnam amputationis membri,vel ſanguinis, ſi fuerit membrum abſciſſum, & pœna ſanguinis executa, habeat ſimiliter de ſpoliis, et bonis Rei ſcutos quinque, cum diſtinctione ſupradicta.

Si cæperit Reum condemnatum, vel condemnandum in pęnam corporis afflictivam, videlicèt fuſtigationis,aut torturæ, vel ſimilis(ſi fuerit fuſtigatus, vel tortus)habeat ſimiliter ſcutos duos cum dimidio; cum diſtinctione ſupradicta.

Si autem Baricellus cæperit aliquem pro verbis injurioſis, pro inſultu, & rixa ſine armis,pro ſuſpicione de non offendendo, pro eundo de nocte ſine lumine,pro ludo illicito,vel pro ſimilibus levibus delictis, habeat idem, quod de Baricellis Civitatum dictum eſt infrà.

Et idem ſervetur de relaxato pendente proceſſu antè expeditionem cauſæ.

Si autem ex prędictis condemnatis, vel condemnandis ſua diligentia,induſtria,et arte cæperit aliquem,et pœna ultimi ſupplicii, mutilationis, vel perſonalis fuerit in pecuniariam commutata, vel accipiat ad rationem ſuprà taxati ſalarii arbitrio ſuo,vel habeat pro executione pœnæ pecuniariæ ad rationem ſolidorum duorum pro libra: dummodò non excedat quantitatem triginta ſcutorum, ſi verò non ex ſua induſtria, ſed ex commiſſione, verbo, vel in ſcriptis habita, habeat ad rationem unius ſolidi cum dimidio pro qualibet libra, ſi equitaverit; Si executio facta foret in Civitate,in qua cum Curia moratur,ſolidum unum pro libra; dummodò non excedat quantitatem viginti ſcutorum, & hoc intelligatur ad rationem quantitatis, in quam Reus, ut ſe rèdimeret, cum Camera compoſuit, & non ejus ſummæ in quam Reus fuit condemnatus. Si Reo in caſibus prędictis perPrincipem,vel aliter gratioſè pœna fuerit remiſſa, habeat Baricellus ſalarium ſuprà taxatum, ac ſi pęna miſſa foret executioni, vel alias arbitrio Præſidis.

De pœnis pecuniariis.

SI Baricellus cęperit aliquem condemnatum, vel condemnandum in pęnam pecuniariam, ſi ſua induſtria,et arte, habeat pro ejus executione ad rationem ſolido-
12 rum duorum pro qualibet libra: dummodò(ut ſupradictum eſt)non excedat quantitatem triginta ſcutorum; Si de commiſſione, et mandato ſolidum unum cum dimidio; ſi equitaverit; Si verò in loco ubi moratur Curia ſolidum unum pro libra; habita ratione ad ſummam, quæ in-

trat

trat in Camera (ut suprà dictum est) et similiter non excedat ejus executio quantitatem viginti scutorum. Si Reus fuit condemnatus, vel condemnandus in pęnam pecuniariam, et corporis afflictivam, habeat executionem pęnę pecuniarię ad rationem prædictam; De executione pœnæ corporalis nihil petere possit.

De absolvendis.

SI Baricellus sine mandato in scriptis, vel verbis habito, aliquem cęperit; Si fuerit absolutus, vel innocens repertus, nihil pro sua executione accipiat; Si cum mandato
13 aliquem pro pęna capitali cęperit; Si Reus urgentibus indiciis laboret, ut possit de jure torqueri, si equitaverit scutos quinq; si verò executio facta foret in loco, ubi cum Curia moram trahit, habeat scutos tres. Si pro pęna amputationis membri, vel sanguinis, si equitaverit scutos tres, si non equitaverit scutos duos.

Si autem aliquem cæperit pro quacunque pęna corporis afflictiva, in casu absolutionis, si similiter urgentia sint indicia scutos duos, si equitaverit, sin autem scutum unum.

Sed si aliquem cæperit pro pęna quacunque pecuniaria, si equitaverit, in casu absolutionis habeat à centum libris suprà scutos duos.

Si autem in Civitate, ubi moratur facta fuerit executio scutum unum.

A centum libris infrà in casibus prædictis medietatem d. salarii servata semper supradicta distinctione de indiciis.

An indicia fuerint sufficientia stare debeat dicto Præsidis, vel ejus Auditoris.

Quando verò indicia non sunt ad quæstionem sufficientia, vel Reus sponte in carcere se constituerit, nihil petere possit.

Sed si aliquem cæperit condemnatum, qui fuerat absolutus, sive gratiam obtinuerat, vel pęnam solverat, sed de libro non fuerat cancellatus, vel gratiam Iudici non præsentaverit, quia culpa non facientis, sed de libro Cancellarii facta est executio, habeat Baricellus, si pęna erat corporalis, vel corporis afflictiva, scutum unum, si capitalis, scutos duos, si pecuniaria à decem scutis infrà carlenos quinque à decem scutis suprà carlenos decem.

Si verò captus cancellatus erat de libro, vel fidem de absolutione fecerat, sive gratiam præsentaverat, nihil penitùs habeat.

Etsi aliquis ex mandato Auditoris fuerit detentus in Palatio pro executione, Baricellus nihil habeat, si verò de ejus mandato detentum in Palatio carcerare contigerit, habeat pro executione medietatem ejus, quod suprà, tàm in Civilibus, quàm in Criminalibus est dispositum.

Et semper præmissis intelligatur esse reservatum arbitrium Præsidis taxandi, & moderandi mercedes prædictas, considerata personarum qualitate, labore executoris, & pęnæ quantitate, & similiter augendi, & alterandi, si Baricellus Generalis, vel particulares Baricelli Civitatum, de quibus infrà dicetur, his consideratis, majori mercede digni esse viderentur, vel executio facta foret in Forensem, & Iurisdictioni Romandiolæ non subjectum.

In Civilibus Baricellus prędictus nullam executionem faciat, realem, vel personalem, nisi cum mandato Iudicis, quod requisitus teneatur ostendere, aliàs nullam habeat executionem, & nihil possit accipere, nisi executione realiter, et cum effectu facta, sub pęna duplicis quod acceperit, et arbitrii Præsidis.

Teneaturq; infrà sex dies, nisi ex aliqua justa causa fuerit impeditus, executionem commissionis sibi factæ executioni mandasse.

Et non possit habere nisi unam executionem, etiamsi pluries fuisset idem mandatum executus, nisi culpa, vel facto creditoris, vel debitoris, prima vice executus legitimè non fuerit, quo casu non possit habere, nisi duplicem executionem, etsi infrà d. tempus fuerit prohibitus à creditore ne mandatum exequatur, illud exequi non possit, aliàs nullam habeat executionem.

Et non possit Baricellus pignora capta alteri pignorare, nisi priùs creditor fuerit concordatus. Et ad tollendum pravos usus, Baricellus si cæperit aliqua animalia ex quavis causa, si opportuerit illa in aliquo hospitio deponere, nihil possit petere, nec exigere ab hospite sub pœna privationis officii, et arbitrii Præsidis, et sub ejusdem arbitrii pœna, hospes nihil debeat dare, vel promittere. Et non possit habere pro mercede stalatici, nisi solidos quatuor pro qualibet bestia majori, et pro minori medietatem.

In Criminalibus non possit aliquem capere, nisi cum mandato, verbo, vel in scriptis habito, nisi repertos in flagranti crimine, vel condemnatos, vel aliqua judiciali, vel extrajudiciali informatione præcedente, quæ verisimiliter ad capturam sufficiat,

alias teneatur ad damna, et interesse capto si captus innocens fuisset repertus.

Et infra biduum, nisi ex aliqua justa causa fuerit impeditus, teneatur, tàm in Civilibus, quàm in Criminalibus captum, sive eius executionem Præsidi, vel eius Auditori, vel creditori consignare, et causam capturæ, et executionis docere, ac omnia bona penès captum reperta infrà d. tempus Notario Præsidis consignare sub pœna arbitrii præfati Præsidis.

Et teneatur pignora, quæ sibi per debitorem offeruntur, dummodò idonea sint, accipere.

Caveat Baricellus prædictus, et eius familia sub pœna furcarum, ne de domibus, vel aliis locis, quæ ad aliquam executionem faciendam ingrediuntur, aliquid ultrà commissionem eis factam accipere, et ex aliqua causa acceptum ultrà mandatum Notario præfato incontinenti debeat consignare; Et excusatio aliqua ipsos à pęna furti, et furcarum non excusabit, nisi statim consignatio facta foret; Etsi ultra prędictas mercedes, ut permittitur, taxatas accepit, sine spe veniæ officio privetur, et duplum restituat.

Et quoniam ex prava quadam consuetudine consueverunt equites Baricelli sumptibus Comitatinorum in omnibus vivere, undè damna, & jacturæ magnæ illis inferebantur, volentes quantum possibile est Comitatinorum indemnitati consulere, donec melius fuerit provisum, mandamus, quòd dicti equites, juxta solitum, à Comitatinis in locis, in quibus ipsos contigerit hospitari, non habeant nisi stramen, ligna, habitationem, panem, & vinum, & nihil aliud. Reliqua verò ad eorum, & equorum victum necessaria propriis sumptibus emant. Nec in uno, eodemque hospitio possint ultra duas personas, neq; ultra triduum hospitari, & non habentes panem, vinum, ligna, & stramen ad emendum cogere non possint, nec pretio aliquo ab istis oneribus se redimere, sed similia ab habentibus petere, vel suis sumptibus emere debeant.

Teneaturque panem, & vinum accipere, quod Dominus habet pro usu suo, nec ad aliud emendum cogatur. Neque ultra prędicta à Dominis quicquam extorqueant, & in recessu panem, & vinum, vel aliquid aliud non asportent; sed moderatè, ac parcè, pro eorum usu tantùm, præmissis utantur, considerantes id potius ex benignitate Comitatinorum, quàm ex debito pręstari, etsi quis præsenti ordinationi contrafecerit, pro prima vice tribus ictibus funis puniatur, pro secunda vice, tanquam fur incorrigibilis fustigetur, & fualsfetur, & à Provincia bandiatur. Et Comitatini debeant justis pretiis reliqua ad victum dictorum equitum necessaria vendere, si illa in eorum domibus habuerint, aliàs equites prædicti ab habentibus emant. Et sub eadem pœna caveat Baricellus, & ejus familia, ne aliquem sine licentia Præsidis, vel ejus Auditoris pro aliquo delicto componat, nec aliquid sub quocunque prætextu extorqueat, vel ab aliquo delinquente, vero, vel asserto aliquid pro executione, & pro mercede, pro quavis alia causa accipiat, nisi realis, vel personalis executio facta fuerit, & Auditori (ut dictum est) intimata.

REFORMATIO,

Quoniam reprimenda est audacia Baricelli Curiæ Generalis. Ideò quia cōtingit illam facere duplicem executionum speciem: altera est, quæ pro executionibus fiendis eorum, quæ occurrunt in Provincia, altera est eorum, quæ fieri debent vigore literarum executorialium ab Urbe, vel ab alio loco emanatarum, undè immodicas in hac ultima specie volebat mercedes. Nos autem attendentes id quod juri, & æquitati convenit, volumus ambas commensurari æqualiter, & quod in primo capite ex taxatione Magalotæ solvitur, illud idem prædictum habere, nec aliquem in plus cogere posse sub pœna arbitrio Præsidis, vel Rectoris Provinciæ imponenda.

De Officio Gubernatorum Civitatum, & eorum mercede.

Gubernatores Civitatum in omnibus, & per omnia, tàm in civilibus, quàm in
14 criminalibus idem servent, quod de Auditore Generali dispositum est, teneanturque in omnibus causis civilibus, Statuta, & Ordinationes Civitatum servare, tàm in sententiando, quàm in procedendo, pęterquam in casibus exceptis, & summariis, in quibus circa processum servent brevitatem, non ordinem Statutorū. In criminalibus pęnas imponant secundùm Bannimenta, & ubi per Bannimenta non est provisum, servent pęnam Statutor. aliàs jus commune, nisi ex aliqua justa, & rationabili causa visum sit arbitrio uti, & arbitrariam pœnam imponere, quo casu arbitrio non

utan-

utantur, nisi in casu urgenti, et necessario, et consulto Pręside Provincię, et idem servent in commutatione pęnę personalis in pœnam pecuniariam, quam commutare non possint, nisi ex causa, et cum licentia Pręsidis. Et quando præfati Gubernatores inquirunt de aliquo maleficio, non possint à præceptis incipere; ubi remedio ordinario inquisitionis uti possunt, nisi de licentia Pręsidis. Et similiter aliquem ad cavendum de benevivendo cogere non possint, nisi de eadem licentia, in quibus casibus licentia, vel consilium Pręsidis saltem per literas apparere debeat. Et privilegia, ac indulta a Sede Apostolica Civitatibus concessa, tàm circa applicationem pœnarum, et condemnationum, quàm aliarum rerum ordinationem, diligenter custodire, et servare in omnibus teneantur.

In causis criminalibus, ubi aliquis fuit absolutus, vel innocens repertus, accusatores, vel instigatores manifestos, si qui fuerint, cogant ad omnes expensas, et damna per absolutum, vel innocentem passa, nisi ex inditiis, et informationibus datis Judici constiterit non animo calumniandi, sed quia eum Reum verisimiliter putabant, ad accusationem, et instigationem processerint, et Gubernatores præfati non possint aliquem capi facere sine indiciis ad capturam sufficientibus, et nisi pro crimine, pro quo veniret pœna corporis afflictiva imponenda, vel gravis pecuniaria, nisi persona capienda sit de fuga suspecta, vel eis aliter ex aliqua justa, et rationabili causa visum fuerit. Ad quam capturam personalem nunquàm procedant, si per aliam viam debito justitiæ satisfacere possunt, quibus casibus Gubernatorum conscientias oneramus.

Et idem Auditor Generalis servare teneatur.

In Causis Communitatum, et commune interesse concernentibus, pro sportulis nihil accipere possint, nisi ab eis pro eorum laboribus aliquid sponte fuerit datum. Et nihil possint à Notariis causarum civilium de emolumentis eorum officiorum petere, nec accipere.

Etsi contigerit, quod Gubernatores personaliter partibus instantibus accederent ad aliquem locum differentiæ, si in Civitate, vel suburbiis habeant scu..unum, si extrà Civitatem scut.duos, nisi pernoctare contigerit, et tunc quolibet die, ultra primum habeant unum scutum cum expensis ab utraq; parte. Et idem Auditor Generalis servare teneatur; Quod solvi debeat ab ambabus partibus, si consenserunt, aliàs à parte instante, restituendum à succumbentibus in fine litis.

Etsi Gubernatores ad querelam, vel denuntiam partis, aut ex officio contrà aliquem pro rixa, & insultu sine armis, pro verbis injuriosis, pro possessione sine armis, & aperta violentia turbata, vel pro similibus levibus delictis processerit, quandocunq; antè sententiam offendens in gratiam offensi redierit, & ab ambobus abolitio processus petita fuit, teneantur sine mercede processum absolvere, & aboleri facere, & inquisitus pro abolitione solvat Cancellario (ut infrà dictum est de eo) & idem servet Auditor Generalis. Et ad evitandas suspiciones, & fraudem, præfati Gubernatores non possint aliquod maleficium in pecuniam componere, nisi cum scientia Agentium pro Camera, nec aliquam pecuniam ad Fiscum spectantem sibi appropriare sub infamiæ pœna, & restitutionis dupli, & circà interesse Cameræ servare debeant in omnibus privilegia, & ordinationes d.Cameræ pro Fisci interesse per Romanos Pontifices, & Sanctiss. D.N. Paulum III. concessas, & factas, & neminem capi facere possint, tanquàm suspectum de fuga, nisi creditor extrajudicialiter per unum testem docuerit de ejus credito, & debitorem post contractum, conditionem suam deteriorem fecisse, alias excusatio sit nulla, & gratis captus relaxetur.

Et Gubernatores debeant causas carcerator. summariè, & sola veritate inspecta, & manu regia, si opus est expedire, nec pati illos diutius stare in carcere in criminalibus. Ultrà tres dies non possint illos, nisi ex causa urgenti, in secretis carcerib. tenere, infrà quos debeant examen, & alia necessaria expedire, et eos in publicis carcerib. ponere, et eorum causas infrà viginti per sententiam, vel aliàs terminare, aliàs ad Curiam Gener. intelligãtur esse devolutæ.

In Civilibus neminem carcerari patiantur, si bona habet debitor, unde satisfacere possit, vel illis cedere in favorem creditorum voluerit, nisi aliter Gubernatoribus ex causa facere visum fuerit. Etsi pauper est carceratus, et undè se alat, non habeat, Gubernatores, monito creditore, ad cujus instantiam fuit captus, ut alimenta necessaria præbeat, si neglexerit creditor, sine dilatione illum præstita juratoria cautione in forma, gratis relaxari faciant, ne eum

fame

Digitized by Google

fame mori contingat. Ac sub onere conscientię debeant Gubernatores sępe carceratos visitare, eorumq; necessitates, et indigentias intelligere, illisq; opportunè providere, et curare, nè acerbe, et inique à Custodibus carcerum tractentur, et quod victus necessarius quantum possibile est, illis non desit.

Etsi contigerit in aliqua Causa Criminali, vel Civili, vel mixta per aliquem ex partibus Gubernatorem, vel ejus Auditorem suspectum allegari, vel adjunctum peti, eo casu, Gubernator, vel ejus Auditor in d. causa procedere ad ulteriora, nec eam terminare possit, nisi eum interventu, et consilio Potestatis illius Civitatis, si Iurisperitus fuerit, qui in tali casu, in adiunctum eidem Gubernatori, vel eius Auditori, absq; alia commissione ex tunc per præsentem reformationem datus esse intelligatur. Quod locum non habeat in causis, et personis in Rubr. de Auditore Generali nominatis, et exceptis, nisi ut ibidem dictum est. Et similiter, si recursus ad Pręsidem Provincię pro aliquo pretenso gravamine petitus fuerit, debeant Gubernatores, et alii Judices Provincię, quicumque fuerint, recursum cum termino competenti ad recurrendum, et reportandum voluntatem Pręsidis, concedere, aliàs si denegatus fuerit, vel infrà terminum ad ulteriora processum, quicquid factum fuerit, et indè secutum sit nullum, et invalidum nullitatis, et invaliditatis vitio subjectnm.

REFORMATIO.

Gubernatores Civitatum Provinciæ voluisse accepimus, si contingebat eos
„ personaliter partibus instantib. ad aliquem
„ locum differentiæ in Civitate, & Suburbiis,
„ vel extrà, multiplicare viaticum prout in
„ Auditore Generali Curiæ Civili diximus, &
„ criminali. Ideò mandamus prędict. Guber-
„ natores tantummodò percipere posse via-
„ ticum prout suprà in Auditoribus suprad.
„ dictum est, & definitum. Et quoniam intel-
„ leximus Gubernatores voluisse pro decre-
„ to dehabilitando aliquem à carcer. in Pala-
„ tio, vel domi pro non cassanda fidejussio-
„ ne, & aliis similibus mercedem exegisse,
„ cùm tamen Magalotus pro prædictis nihil
„ eis tribuat. Ideò sequentes Magaloti men-
„ tem, mandamus, & prædicta à d. Guberna-
„ toribus gratis fieri debere, nec aliquid prę-
„ textu alicujus abusus, aut pravæ consuetu-
„ dinis posse eos accipere; sicuti nec volu-
„ mus quicquam eis pro subscriptione etiam
„ mandati de relaxando solvi debere. Quia
„ contingit quandoq; vel propter mutatio-
„ nem Gubernatorũ, aut Iudicum, vel partiũ
„ negligentiam non fieri executionem man-
„ dati executivi obtenti, ideò pro subscri-
„ ptione, si requiratur, & fuerit necessaria,
„ mandamus prędictos Guber. sucessores, vel
„ si fiant in subsidium Iuris, nihil eos perci-
„ pere posse, nisi jul. unum, quod intelligatur
„ de mandato relato per prædecess. Et idem
„ servare debeat Auditor Curiæ Generalis.
„ Addendum omninò arbitramur, quod cum
„ maximo damno Provincialiũ usu pravo in-
„ troductum est, siquidem continebat pro
„ quocunq; delicto aliquem per viam decre-
„ ti relaxari, voluisse Gubernatores ex hu-
„ jusmodi decreto mercedem, ideò illud
„ tollentes, mandamus præfatum nihil pro
„ decreto hujusmodi habere posse. Quod in
„ Auditore Crim. Curiæ dispositum esse ju-
„ bemus. In causis Communitatum licèt Ma-
„ galotus determinasset sportulas Guberna-
„ toris accipere non posse, iniqua consuetu-
„ dine fuit introductum Gubernator. sportu-
„ las exigere posse. Propterea cùm sit contra
„ expressam Magaloti ordinationem, man-
„ damus in hoc eos nihil posse accipere, si
„ causæ fuerint Communitatum, sive de ea-
„ rum interesse fuerint, sicut verbis claris
„ Magalotus decrevit. Et ut tollatur dubium
„ an ista debeant intelligi etiam de Cancel-
„ lar. suis, declaramus respectivè ad easdem
„ referri debere, perinde, ac si specificè, &
„ expressè, & nominatim in illis fuissent sta-
„ tuta ordinata, & definita pariter volumus
„ omnia, & quæcunq; ordinata, & definita
„ sunt, & in Cancellariis Curiæ Generalis Cri-
„ minalis vendicent sibi locum, prout ada-
„ ptari poterunt omni prava consuetudine,
„ stylo, aut abusu non obstante in prædictor.
„ Gubernatorum Not. seu Cancellariis, & ad
„ Criminalia in quarta parte ejus, quod ac-
„ cipere potest Gubernator.

De Officio Notarii Gubernatorum Civitatum in Causis Civilibus, & ejus mercede.

Notarii causarum civilium singularium Civitatum teneantur Statuta, & Ordinationes de eorum mercedibus, & salariis loquentes, in omnibus etiam in causis
15 commissariis servare. Etsi in aliquo casu per Statuta, vel laudabilem consuetudinem provisum non fuisset, servetur in dictis casibus ordinatio facta de Notario civili in Curia Generali, nec possint sub pęna privationis officii, durante eorum officio Notariatus, esse Procuratores in ali-

qua

Digitized by Google

qua causa,nec procurationis officio fungi, et per substitutum servire non possint,nisi de licentia Communitatis, à qua officium habuit.

De Officio Cancellarii Gubernatorum Civitatum ad causas criminales, & ejus mercede.

Pro litera cum sigilllo solidos quinque, pro responsione inquisitionis cum fide-
16 jussione, et promissione indemnitatis in totum solidos septem. Si responsio fuerit facta sine fidejussione habeat d. Cancellarius medietatem suprad. mercedis.

Item pro rogitu mandati procuræ solidos duos.

Pro productione cujuslibet scripturę solidos duos.

Pro copia data parti pro quolibet folio linearum viginti pro facie solidos tres.

Et non possit Cancellarius cogere partes ad accipiendum scripturas authenticas.

Nec possit in authenticis copiis inserere scripturas authenticas, nisi de consensu petentis.

Item pro qualibet comparitione, et actu solidum unum cum dimidio.

Pro qualibet comparitione, et actu Fisci nihil petere possit à Reo.

Pro examine cujuslibet Testis ad instantiam partis, tàm pro Notario, quàm Iudice in pœna pecuniaria solidos quinque. In pęna afflictiva solidos septem.

In causa verò capitali solidos decem. Pro examine Testium pro informatione Curiæ, vel ad Fisci instantiam nihil Cancellarius habeat.

Pro rogatione cujuslibet fidejussionis de repræsentando,et cujuslibet alterius generis solidos quinque.

Pro cassatione cujuslibet fidejussionis solidos quatuor.

Pro mandato de relaxando detentum pro pęna pecuniaria cum sigillo solidos quinque.

Pro mandato de relaxando detentum pro pœna corporis afflictiva cum sigillo solidos septem.

Pro mandato de relaxando detentum pro pœna capitali solidos decem, quod locum habeat quando Cancellarius pro sententia nihil habet.

Pro rogitu sententię in authenticam formam datæ cum ejus mandato de relaxando, habeat Cancellarius quartam partem ejus, quod habet Gubernator pro sportulis.

Et in casu,quo Gubernator nihil habet,Cancellarius similiter nihil accipere possit,nisi (ut suprà dictum est)pro ejus scriptura.

Pro rogitu sententiæ condemnatoriæ pecuniariæ,vel ubi pęna capitis,et corporis afflictiva in pecuniariam fuit commutata, cum circumdatione processus, si Reus compositionem fecerit,vel pœnam solverit,habeat Cancellarius usque ad summam scutorum viginti quinque julios tres, usq; ad quinquaginta julios quinque, usque ad centum, et abindè supra, quæcunque fuerit summa scutum unum.

In aliis verò condemnatoriis sententiis, ubi pœna corporalis in pecuniariam non est commutata, nihil habeat,nisi pro circundatione, vel abolitione processus, si fuit pœna in capitalibus carlenos tres;In pœna corporis afflictiva duos.

Et hoc locum habeat quando sententia non fuit lata; Si verò fuit lata, habeat ut suprà dictum fuit.

Etsi aliquis principaliter non habens interesse voluerit alicujus condemnatoriam sententiam, si est pecuniaria, solvat pro copia authentica julios tres: Si corporis afflictiva julios quinque:Si capitalis scutum unum.

Pro processu verò accipiat ad rationem copiarum.

Teneaturque Cancellarius processum, vel sententiam, tàm conjunctim, quàm divisim, arbitrio petentis dare. Etsi contigerit fieri aliquam bonorum descriptionem, habeat Cancellarius id, quod inferiùs de Baricellis Civitatis dictum est.

Etsi contigerit Cancellarium, ad instantiam alicujus accedere ad aliquem locum inspiciendum, & Gubernatori referendum, vel aliquid aliud simile faciendum, si in Civitate, habeat ab illo, ad cujus instantiam fuit missus carlenos tres; si in comitatu, sex cum expensis victus pro se, et equo tantùm.

Et Cancellarius prędictus in causis Communitatis publicum interesse concernentibus, gratis servire teneatur, & ab illa nihil accipere, nisi à spontè solvente.

In reliquis casibus, in quibus per præsentem nostram reformationem non est provisum Cancellarius prædictus servet Statuta Civitatum, et ubi per Statutum non esset provisum, laudabilem consuetudinem sequatur.

Et neminem possit in carcerem mittere, vel in palatio sub præcepto arrestare, nisi de Gubernatoris licentia, ac omnes Cancellarii

Digitized by Google

larii debent in fine eorum officiorum, omnes scripturas, & libros maleficiorum, qui quomodocunque in eorum manibus reperirentur Prioribus sive Antianis, & Procuratori Fiscali illius Civitatis consignare, qui illas in Archivium d. Civitatis reponere debeant,ut de his quandocumq; opus fuerit, novo Cancellario, & agentibus pro Camera, & habentibus interesse, copia fiat; Et Gubernatores Civitatum debeant omni diligentia curare dictorum librorum, & scripturarum consignationem, aliàs ipsi in Sindicatu pro cancellariis teneantur.

De officio Baricellorum Civitatum, & eorum mercede.

Baricelli Civitatum pro executione reali,vel personali, collectarum, & publicarum impositionum, & similium rerum,
17 non possint accipere pro quacumq; summa ultra medietatem unius carleni pro qualibet executione,si in Civitate,vel Suburbiis facta fuerit; si in Comitatu carlenum unum pro qualibet executione cujuscumque sit summæ.

In reliquis executionibus civilibus,si in civitate executionem fecerint realem,vel personalem, habeant usque ad summam vigintiquinque librarum denarios sex pro libra, abindè supra, usque ad quamcumque summam denarios quatuor pro qualibet libra, dummodò executio non excedat quantitatem trium scutorum. Si executio facta fuerit extra Civitatem, & Suburbia, merces prædicta duplicetur,dummodò non excedat summam sex scutorum. Sed si aliquem tanquam suspectum de fuga inCivitate capi contigerit à quinquaginta libris infra, habeant Baricelli carlenos tres à quinquaginta supra usque ad quamcumq; summam carlenos quinq; si autem equitare contigerit,vel captus sit forensis, duplum habeant, & nihil ultra petere possint.

Item si BaricellusCivitatum aliquem ceperit condemnatum,vel condemnandum in pœnam mortis, vel amputationi membri,vel corporis afflictivam, si reus fuit in corpore, & pœna corporalis fuerit executioni missa, vel gratiam à Principe habuerit, idem servet quod de Baricello Generali in dictis casibus ordinatum est. Si verò pœna mortis,vel corporis afflictiva fuerit in pecuniariam commutata,si sua industria, & arte fuerit facta captura, habeant ad rationem unius solidi cum dimidio pro qualibet libra pœnæ usq;ad quamcumque summam,dummodò non excedat quantitatem viginti scutorum. Si captura facta fuerit cum commissione, habeat solidum unum pro qualibet libra,si executio facta fuit in Civitate, vel Suburbiis, dummodò non excedat summam decem scutorum. Etsi longiùs equitare opportuerit, habeant solidum unum cum dimidio pro qualibet libra pro quacumq;summa dummodò non excedat eorum executio scutos quindecim.Et idem in omnibus servetur, si Baricelli ceperint aliquem condemnatum,vel condemnandum in pœnam pecuniariam.

Item de captis absolven.Baricelli Civitatum servent ordinationem supradictam de BaricelloGenerali,nec ultra accipere possint.

Etsi visum fuerintGubernatori aliquem capi facere pro verbis injuriosis, pro insultu, & rixa sine armis, pro suspicione de non offendendo,pro eundo de nocte sine lumine, pro ludo illicito, vel similibus levibus delictis, si Gubernator gratis sine solutione, vel cum fidejussionibus, vel captum relaxari mandaverit, si executio facta fuit in Civitate, vel Suburbiis, habeant Baricelli carolenos tres, si in Comitatu carolenos sex, nisi captus soluerit aliquam pœnam, & tunc habeant Baricelli ratam d. pœnæ secundùm ordinationem prædictam, & executio, quam habuerint, in beneficium solventis compensetur.

Etsi contigerit aliquem captum pendente processu antè expeditionem causæ volentem se defendere, vel alia causa relaxati, habeant Baricelli suprascriptam mercedem de levibus delictis taxatam,& non ultra, & expectent judicii eventum. Si Reus fuerit condemnatus, habeant ad rationem prædictam.& provideat Gubernator, nè in tali casu Baricelli defraudentur mercede sua. Si fuerit absolutus, nihil ultra petere possit, nisi ut supra dictum est. Etsi cæperint aliquem, qui post capturam docuit de solutione pœnæ, vel de absolutione,vel gratia,vel se aliasCameram concordasse,idem servare teneantur,quod de Baricello Generali supra dispositum est.

Etsi contigerit, quod de mandato Baricelli facerent aliquam bonorum descriptionem in causis criminalibus,habeant in Civitate medietatem unius scuti. Si in Comitatu, scut. unum, & idem teneatur servare BaricellusGeneralis. EtBaricelli non possint ali-

aliquem captum carcerare, nisi hoc in mandatis habuerint, sed illum teneantur ad præsentiam Gubernatoris ducere, & de eo disponant, ut Gubernatori visum fuerit, etsi contra fecerint, nullam habeant excusationem.

In reliquis Baricelli præfati teneantur leges, & decreta supra descripta de Barigello Generali, sub ejusdem pœnis, & formis, in omnibus, & per omnia servare.

Etsi contigerit eos pro aliqua executione facienda in Comitatu hospitari, habeant solum hospitium, stramen, & ligna pro suo, & equorum usu.

Reliqua verò suis propriis sumptibus sibi emant, ut de equitibus Baricelli Generalis ordinatum est, nec possint ultra unam noctem in una, eademque villa hospitari.

Etsi in dd. locis, in quibus contigerit eos morari, sint hospitia publica, eo casu, nil à Comitativis habeant, & non possint in Comitatu ire, nisi ad expedienda negotia ipsis per Gubernatores Civitatum, vel Thesaurariorum, sive Communitates commissa.

Etsi pro delicto alicujus in Comitatum equitaverint, hospitentur in domum delinquentis, vel proximorum.

De Officio, & Mercede aliorum Officialium.

POtestates Civitatum, & eorum Executores, & Plazarii Civitatum, teneantur, tàm in causis ordinariis, quàm delegatis ejusdem Civitatis circa eorum Officia, & Mercedes servare Statuta Civitatum, or-
18 dinationes, capitula, & laudabiles consuetudines.

Verùm Potestates in causis Pupillorum, Viduarum, & miserabilium personarum, mercedum, & aliis per Statuta locorum exceptis procedent summariè, remisso, vel abbreviato ordine statutario, & judiciorum, sola veritate inspecta, illasque ex bono, & æquo terminare debeant.

Etsi eorum sententię secundùm jus partium, & veritatem negotii latæ fuerint per quodcunque nullitatis vitium, præter citationis, & mandati defectum, impugnari, & revocari non possint.

Et idem Iudices appellationum Civitatum servare in omnibus debeant.

Et quia plerumq; Plazarii cùm illiterati sint ineptas citationes faciunt, & litigantes ignorantes ad quid citantur sæpè numero læduntur, per præsentem reformationem statuitur, quod in causis ordinariis, & quæ ordinario modo tractantur, Plazarii prædicti, sive Procuratores causæ, omnes citationes ad respondendum libello, ad videndum jurare, & examinari testes, ad sententiam, & ad quemlibet actum diffinitivum in scriptis citato præsentare, & facere debeant, aliàs citatio sit nulla, & in aliquo non præjudicet.

Gubernatores, & Officiales Civitatis Cervię, Terræ Brisighellæ, Vallis Hamonis, Terrę S. Archangeli, & aliorum locorum Provinciæ teneantur servare Statuta, ordinationes, & laudabiles consuetudines dd. locorum, prout hactenùs servatum est: Nisi ad instar abusus, & pravæ consuetudinis aliarum Civitatum in omnibus, vel in parte immoderata mercedes, & solutiones accipere consueverunt. Quo casu ad excessum tantùm, & non aliter supradictam reformationem servare teneantur.

De Sindicatu Officialium.

AC omnes Gubernatores, & Baricelli Civitatum pro seipsis, & eorum familia teneantur juxta Ordinationes Sanctissimi
19 D.N. Pauli III. in fine eorum officiorum ad sindicatum stare, et eorum administrationis & regiminis rationem reddere juxta morem Civitatis, in qua officium exercuerunt.

Et sindicatores ad sindicandum Gubernatores Civitatum, quicunq; electi fuerint, debeant infra aliquod breve tempus informationes, & probationes accipere: Et antequam aliquam sententiam ferant, teneantur consulere Præsidem Provinciæ, & de ejus consilio causam sindicatus expedire, & terminare, ac de bono, & æquo secundùm veritatem sententiam ferre.

De Officio Advocatorum, & Procuratorum, & eorum mercede.

ET Advocati advocationis officio fungentes non possint sub pœna suspensionis ab officio exercere officium Procuratoris, nec Procuratores sub eadem pęna, aliquo
20 modo se intromittere in his, quæ ad officium Advocatorum spectant, nisi in causis pauperum, viduarum, pupillorum, & miserabilium personarum, in quibus possint Advocati, & Procuratores utroque officio fungi, & in omnibus aliis causis idē facere possint, dummodò sola tantùm mercede procurationis contenti esse voluerint, ac teneantur earum personarum causas gratis defendere, etsi requisiti illarum defensionem suscipere recusaverint, tanquam impii, & inhumani ab officio Præsidis arbitrio su-

ſuſpendantur. In aliarũ perſonarum cauſis moderatè ſe gerant, & juxta conventiones, & pacta alioquin licitam, & honeſtam mercedem habeant, dummodò pacta, & conventiones prędictę duplum ejus, quod in caſibus infraſcriptis ordinatum eſt, non excedant.

Si verò inter Advocatum, & Procuratorem de mercede pactum non ſit, in cauſis executivis, uſque ad centum libras, habeat in qualibet inſtantia Procurator denarios ſex pro qualibet libra, uſque ad ducentas denarios quatuor, uſque ad quingentas denarios tres, dummodò non excedat eorum ſalarium ſcuta octo, quod habeat locum, quando intervenit aliqua cauſæ cognitio, & Rei contradictio, aliàs ſupradictum ſalarium non poſſit excedere ſummam quatuor ſcutorum.

In ordinariis verò, ubi intervenit cauſæ cognitio, patrociniũ, & merces prędicta duplicetur, dummodò ſummam duodecim ſcutorum non excedat, quod locum habeat, ſi Reus in cauſa, vel juſtitia obtinuerit, aliàs ſi ſuccubuerit, medietas ejus, quod dictum eſt, tantùm debeatur.

In cauſis criminalibus, in defenſione à pœna capitali, ſcutos decem. In defenſione à pœna ſanguinis, vel mutilationis membri ſcuta ſex. In defenſione a pęna pecuniaria habeat, prout haberet in cauſis civilibus ordinariis, dummodò non excedat eorum ſalarium ſummam ſcutorum octo.

Et hoc habeat locum, ſi Reus abſolvitur, ſi verò fuit condemnatus, habeat duas tertias partes ejus, quod ſuprà ordinatum eſt.

Cęterum ſi cauſa tractabitur, & terminabitur in Curia Generali, & Procuratorem ſæpè equitare contigerit, vel Curiam ſequi, habeat ſalarium ſupradictum, & tertiam partem plus ad rationem ejuſdem ſalarii.

Advocatus verò, qui in tota cauſa officium ſuum exercuit in caſibus, & cauſis præd. pro ſuo patrocinio idem habeat, & tertiam partem plus ejus, quod Procuratori ſuprà conceditur.

Quàm reformationem de Advocato, & Procuratore ſervari volumus in Civitatibus, in quibus per ſtatuta de eorum ſalario, non eſt proviſum.

Quibus caſibus volumus Statuta, ſi ab aliqua prava conſuetudine non ſint corrupta, inviolabiliter obſervari.

Aliàs præſens reformatio locum habeat, dummodò merces ſtatutaria in civilibus, & criminalibus duplum ejus, quod dictum eſt tàm in Procuratore, quàm Advocato, non excedat.

Advocati, & Procuratores de parte rei, de qua litigatur, non paciſcantur, victoriam cauſæ ſub certo pretio non promittant, neq; Reum, & Actorem ſimul defendant. aliàs infamiæ, & ſuſpenſionis ab officio pœnæ ſubjiciantur.

Etſi dolo, & lucri cupiditate, aliquem noverint injuſtam cauſam habere, quam defendere præſumpſerint, & litibus involvere, ad omnes expenſas, damna, & intereſſe partibus teneantur, de quibus Iudices diligentem inquiſitionem, & excuſationem manu regia faciant, ac culpabilibus repertis officium interdicant.

REFORMATIO.

Inolevit abuſus, quod nec habetur Advocatorum ratio, nec Procuratorum labor attenditur, ſed promiſcuè utrumq; & quidem indignè exercetur officium.

Ideò corruptelam hanc tollentes, mandamus, Advocatos non poſſe officium Procuratoris exercere, nec Procuratores poſſe ſe intermittere in Advocati officio ſub pęna à Magaloto determinata, & diffinita, quam ſi opus eſt renovamus, & imponimus, omni corruptela, & conſuetudine rejecta, exceptis tamen caſibus à Magaloto permiſſis, in quibus ſervatis, quæ ille diſpoſuit pro bono communi, & partium minori impenſa, permittimus.

Licèt Advocatis, & Procuratoribus merces omni ratione debeatur, cùm bona, honores, et famam, & vitam ſuo ingenio, & voce glorioſè conſervent, eſt etiam indignum eos ampliùs velle quàm par ſit; Ideò quia accepimus contra mentem Magaloti, hos ſalaria majora inter Ravennates, & quandoque duplicaſſe, & triplicaſſe, ſcientes ſe ultra ſcuta ſexdecim excedere non poſſe, cauſa ſit cujuſvis magnæ ſummæ, & valoris, volentes ſecundùm ſtatuta Civitatis taxare eorum ſalaria, uſque etiam ad triginta duo ſcuta, quod & à Procuratoribus fieri pariter ſolet, cùm tamen ex Magaloto ſolummodò duodecim ſcuta percipere valeant Procuratores.

E contra verò ſi ab eorum ſtatuto modica taxata ſalaria habent, Magaloti determinatione illa ſubtaxare procurant.

Propterea mandamus, et Advocatorum, et Procuratorum hujuſmodi ſalaria debere taxari hoc modo, quòd ſalaria cauſarum, quæ in Curia generali tractantur, taxentur ſecundùm ordinem Magaloti, & cauſarum quæ coram Judice Civitatum, qui non ſit de-

delegatus à Præside, vel ab Urbe, & qui non dependet à Curia generali, salaria possit, & debeant taxari secundùm statuta locorum, & ut tollatur disputandi circa hæc facultas, declaramus istud procedere, etiamsi causæ fuerint inter unum forensem, & alterum Ravennatensem, necnon etiam habere locum in aliis locis, Terris, Castris, & Civitatibus Provinciæ Romandiolæ subjectis.

Eosdem etiam Provinciæ Advocatos voluisse sibi taxari salaria, & solvi, etiamsi in aliqua causa non fuerint nisi à Procuratore nominati, & nihil egerint, intelleximus; Ideò tollentes hanc corruptelam, & pravum abusum, decernimus, prædictos Advocatos non posse aliqua salaria percipere, nisi cum effectu constiterit eorum scripturis manu propria subscriptis Advocatos non solùm in initio causæ, sed etiam usq; in finem, nisi ad ratam, quando contigerit fieri Advocati mutationem à partibus ipsis, eo vel ignorante, vel etiam de ejus consensu, secundùm tamen ratam temporis, quo inservierunt.

Quia contingit aliquando Curiam generalem esse modo in una Civitate, modò in alia, & tunc in uno loco, modo alio: Ideò relatum est Advocatos quandoq; adire Curiam, & à clientulis suis, etiamsi vel suo proprio interesse proficiscantur, vel aliorum voluisse viatica, quod certè iniquum est.

Propterea decernimus prædictos Advocatos non posse à prædictis suis clientulis sub ullo prætextu aliquod ratione viatici consequi, nisi expressè constiterit de voluntate eorum realitèr, & cum effectu illos Curiam adjisse sub pœna arbitrio d. Præsidis taxanda, & imponenda illis, secùs verò si de voluntate prædictorum adierint Curiam, & pro illis, aut uno eorum tractaverint, locuti fuerint, vel causas disputaverint; tunc enim permittimus illos tali casu congrua, & honesta viatica secundùm ordinationem Magaloti habere posse.

Advocatos, & Procuratores consuevisse salaria recipere, si debitor citabatur, & antè petitionem solvebat creditori suo accepimus; cùm tamen nihil laboris egerint, iniquum est velle salaria hoc casu.

Ideò resecantes hunc abusum mandamus prædicto casu nihil eos pro salario habere posse, cùm non constet in aliquo laborasse; quod volumus etiam observari porrecta petitione, si mandatum non fuisset relevatum, quia tunc permittimus patrocinia illis deberi, aliàs minimè volumus illos quicquam habere posse.

Quia nec Iudicibus Magalota concedit aliqua salaria in executivis, si mandatum traditum non fuerit, ita pariter prohibemus prædictis Advocatis, & Procuratoribus posse in executivis ubi mandatum traditum non fuit, aliquid prætextu salarii, vel patrocinii habere, rejecta consuetudine prava, quæ fuit contra mentem Magaloti, qui nec Iudicibus, nec Notariis tali casu aliquid tribuit.

Prohibendum pariter est Advocatis, necnon Procuratoribus, sub pœna infamiæ, posse retinere sportulas à clientulis causa deponendi pro sententia ferenda.

Nam relatum est eos quandoque ab illis recipere sub prædicto colore, & sententia posita, prout in cedula, vel habito termino proservato, non curare, ultra causam expediri, cum gravi jactura principalium.

Ideò determinamus illos statim, atque habuerint sportulas illas, deponere sub pœna prædicta.

Quia etiam intelleximus, si partes ad concordiam venerint, antequàm sententia proferatur, eosdem Advocatos, & Procuratores voluisse patrocinia, ac si lata fuisset sententia; Ideò huic pravo abusui occurrentes, determinamus in hoc servandum esse, quod diximus supra in Auditore, & Notario, seù Cancellario Curiæ Civilis. Paritèr tollendum est, quod à multis auditum est, scilicèt eosdem Advocatos, & Procuratores voluisse salaria, si summariè, & sine processu, & absque tela judiciaria aliqua causa expediebatur per majorem Superiorem.

Ideò quia modicus eis fit labor, mandamus illos, nisi prout in executivis dictum est supra de Auditore, & Notario civili consequi posse.

De officio Notariorum, & eorum mercede.

21 Notarii verò teneantur Instrumenta, de quibus sunt rogati in publicam, & authenticam formam partibus dare, & pro tali publicatione quorumcunque testamentorum, codicillorum, donationum, causa mortis, vel aliarum ultimarum, voluntatum, sivè donationis inter vivos celebratæ habeant usque ad summam, vel valorem quinquaginta librarum denarios decem pro qualibet libra, usque ad centum denarios octo; usque ad ducentos denarios sex.

Sed abindè suprà usque ad quamcunque summam denarios quatuor pro qualibet libra.

Digitized by Google

Eorum autem salarium, sivè merces excedere non possit, quantacunque magna sit quantitas, sivè valor, de quo agitur, summam decem scutorum: quod locum habeat in suis hæredibus, & his qui ad successionem ab intestato veniebant, & consanguineis, & affinibus usque ad quartum gradum.

In extraneis verò, & qui ab intestato non succedunt, habeant Notarii tertiam partem ejus, quod supradictum est.

In publicatione autem instrumentorum servent statuta, & consuetudines locorum, dummodò eorum merces quantitatem octo scutorum non excedat.

Sed si peritia, & labor Notarii, & qualitas rei, de qua agitur majori digna mercede esse videretur, Præses Provinciæ omnibus consideratis salarium arbitretur.

In reliquis Notarii præfati Statuta locorum servare in omnibus teneantur.

De Officio Custodis Carcerum, & ejus mercede.

AC omnes Custodes Carcerum teneantur sub pęna privationis officii, & arbitrii Præsidis qualibet hebdomada Gubernato-
22 ri Civitatis dare in scriptis nomina Carceratorum, & eorum indigentias, & necessitates exponere. Et similiter Præsidi denunciare debeant, quando ipsum contingit in aliquam Civitatem visitationis gratia venire. Carceratosque cum charitate, & pietate tractare. Carceres immunditiis expurgare, vel per quos spectat expurgari facere.

In carceribus aliquam palearum quantitatem pro lectis carceratorum habere.

Eos quotidiè visitare, & de his, quæ spectant ad ejus officium, benignè providere, nec possint captos in secretis, & obscuris carceribus ponere, nisi de expresso mandato Gubernatorum sub pœna privationis officii, & mercedis, neq; custos carceris possit accipere pro carcerato, pro pœna capitali ultra carlenos quatuor: pro pęna corporis afflictiva carlenos tres: pro pœna pecuniaria carlenos duos.

Pro debito civili à quinque libris infra solidos tres: à quinque supra pro quacumq; summa carlenum unum, & nihil aliud accipere possit à carcerato, etiamsi per annum, & ultra stetisset in carceribus publicis, vel secretis.

Etsi carceratus expensis custodis vixerit, habeat custos singulo die carlenum unum pro expensis, & teneatur eidem dare panem, vinum, & carnem, etsi caro non comeditur, caseum, vel ova. Etsi voluerit lautius vivere, habeat custos julium unum singulo die pro expensis, & carcerato expensas non faciat, nisi ab eo fuerit requisitus, & à pauperibus nihil petere possit. Sed eos gratis, quando relaxatio est commissa a Gubernatore, dimittere debeat.

Et quod dictum est de mercedibus custodis carcerum, locum habeat in Civitatibus, in quibus majores, & immoderatæ solutiones fiunt.

In aliis verò, in quibus minus solvitur, servetur consuetudo Civitatis, cui per præsentem reformationem non intelligatur esse derogatum, ut infra dicetur.

De Officio Castellani, & ejus mercede.

ETsi contigerit aliquem de mandato Gubernatorum in aliqua ex fortellitiis Provinciæ detineri, habeat Castellanus pro
23 qualibet persona pro ingressu, & exitu scutos duos, & singulo die quartam partem unius scuti, si expensas victus f cerit carcerato: Etsi detentus suis sumptibus se aluerit, Castellanus non habeat nisi dictos duos scutos, nisi oportuerit Castellanum multum in custodiendo detentum laborare, & tunc Præses, omnibus circumstantiis consideratis, mercedem arbitretur: Et idem servetur, si contigerit detentum ultimo supplicio tradi, quando de bonis detenti potest Castellano satisfieri: aliàs si de suo oportuerit Cameram solvere, habeat Castellanus, si expensas fecerit detento, carlenos duos singulo die, & nihil aliud.

De Officio Sapientis electi, & ejus mercede.

IN locis, in quibus consilium peti, & concedi consuevit, ne contingat de ejus mercede dubitari, per præsentem reformationem statuitur, quod Sapiens electus in
24 causis quantitatis, vel æstimationis à centum scutis infra habeat pro ejus labore scutum unum, à centum usque ad ducentos similiter scutos duos, à quingentis usq; ad quamcunque summam scutos quatuor: Si verò fuit Collegium deputatum in casibus prædictis, salarium supra taxatum duplicetur.

Et non possit sub pęna restitutionis tripli ultra accipere, quod solvi debeat à parte consilium Sapientis petente eidem restituen.

tuendum, si obtinuerit à succumbente in fine litis, nisi partes in Sapientem consen. serint, quo casu, quilibet solvat ratam suam restituendam (ut dictum est) à succumbente: Cæterùm in causis valoris, & æstimationis à centum libris infra, ac in causis pupillorum, viduarum, & miserabilium personarum, consilium Sapientis peti, nec concedi possit, nisi ab ipsis pupillis, viduis, & miserabilibus personis petitum fuerit.

DE PAUPERIBUS.

ET quoniam pauperum, & miserabilium personarum misereri oportet, nè ob inopiam effectus justitiæ retardetur. Au-
26 ditor Generalis Gubernatores Civitatum, Cancellarii, Notarii, Baricelli, & alii Officiales, quicunque à pauperibus, & miserabilibus personis, pro eorum laboribus, scripturis, executionibus, vel aliis quibuscunque negotiis, nihil penitus accipiant, sed omnia, quę ad eorum officium spectant gratis concedere debeant, ac illos omni, qua possunt charitate, & benignitate expediant, eisque quantum sine justitiæ læsione fieri potest favere teneantur.

Et quoniam per pręsentem reformationem intendimus immoderatas, & graves Officialium solutiones resecare, & ad debitum modum reducere, & non honestas, & competentes mercedes augere, & alterare: ideò per præsentem declaratur, quod si in aliqua Civitate secundum hodiernum stylum, & consuetudinem, vigore Statutorum, Privilegiorum, vel aliter in aliquo casu minus per Officiales accipiatur, quàm in præsenti reformatione contentum sit, quod in illo casu non intelligatur per præsentem reformationem esse stylo, & probatæ consuetudini d. Civitatis derogatum, sed tantùm reformationem præsentem locum habere in his, quæ supra taxatas mercedes excedere videntur; & in tali casu Officialis sit contentus ea mercede, quam hactenus accipere consuevit.

Etsi aliqua quæstio inter Provinciales, & Officiales, super interpretatione præsentis reformationis oriri contigerit, Præses Provinciæ consulatur.

Confirmatio Concordiæ initæ super collatione Canonicatuum, Beneficiorum, & Cappellaniorum competente Reverendissimo Capitulo Civitatis Faventiæ.

CLEMENS PAPA VIII.

AD perpetuam rei memoriam. Ad pacem, & concordiam inter quaslibet personas, præsertim vero Ecclesiasticas stabiliendam officii nostri partes libenter interponimus, & his quæ propterea providè, ac prudenter ordinata fuisse dicuntur, ut antiquarum litium anfractibus, & incommodis è medio sublatis perpetuo firma, atque illibata subsistant Apostolici muniminis adjicimus firmitatem. Cùm itaque aliàs de anno 1548. lis, & causa inter bon: mem: Rodulphum Cardinalem Carpen. tunc Ecclesiæ Faventinæ ex concessione Sedis Apostolicæ Præsulem, seù perpetuum Administratorem ex una, & dilectos filios Capitulum, & Canonicos
1 ejusdem Ecclesiæ ex altera partibus de, ac super collatione Canonicatuum, & Præbendarum ipsius Ecclesiæ, ac nonnullarum Ecclesiarum, & Cappellaniarum Altarium nuncupat. in diversis Ecclesiis consisten. necnon institutione, & provisione certorum aliorum Beneficiorum, ac aliis rebus in actis causæ, & causarum hujusmodi latiùs deductis, ad quæ relatio, quatenùs opus sit in omnibus habeatur, & illorum occasione exorta, & cum causa, & causę hujusmodi b: m: Fabio Accorambono tunc Rotæ Auditori commissæ fuissent, & sententia per d. Fabium Accorambonum causæ hujusmodi Judicem lata fuisset, prout in sententia, ac processu causæ, & causarum hujusmodi latiùs continetur, ad quos etiam relatio habeatur. Demùm verò partes prædictæ ad certam inter se devenerint concordiam, cujus tenor, ac si de verbo ad verbum præsentibus insereretur pro expresso, & inserto haberi volumus, & habemus; & nihilominus eodem Rodulpho Cardinale, ac bon: me: Theodoro Episcopo Faven. ejusdem Rodulphi Cardinalis fratre vita functis, eadem lis denuò inter bon: memor: Annibalem de Grassis Episcopum Faventinum ex una, & Capitulum, & Canonicos prædictos ex altera partibus excitata, & primum quidem Ven. fratri nostro Gaspari Archiepiscopo Mediolan. tunc Causarum Palatii nostri Apostolici Auditori demùm commissa, posteà verò in Nos dùm d. Palatii Auditoris munere fungeremur, ad dilectum filium Seraphinum Olivarium ipsius Palatii Auditorem compromissa, & ad aliquas in ea decisionem deventum fuisset;

Cùm-

Digitized by Google

Cùmq; causa ipsa demum ab eodem Rotæ Auditorio per fel:rec: Sixtum Papam V. Prædecessorem nostrum advocata, & bo: me:Petro Donato Cæsio, ac Antonio Caraffæ insimul, eodem Petro Donato vita functo, Philippo Spinulæ tunc in humanis agentibus Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, in qua causa cùm ob varias causas, & dd. Cardinalium occupationes nihil factum fuisset; Nos cupientes tandem hujusmodi liti finem imponere, dilectis filiis nostris Dominico S.Grisogoni Pinello, & Hieronymo S. Pancratii titulorum Matthæjo nuncupatis Cardinalibus mandavimus ut causam, & causas hujusmodi audirent, & ad expeditionem illarum devenirent, vel etiam aliàs partes ipsas ad concordiam inducere curarent: Qui Dominicus, & Hieronymus Cardinales, nostris parendo mandatis, ac partibus etiam in contradictorio sępiùs auditis, omnibusque diligenter visis, & consideratis, & Nobis causam etiam pluriès relatam, easdem partes ad infrascriptam concordiam de communi illarum consensu induxerunt. Quæ quidem concordia talis est videlicèt; Quod collatio Canonicàtuum, & Præben-
2 darum Cathedralis Ecclesię Faventinæ in mensibus Martii, & Iunii ad Episcopum, in mensibus verò Septembris, & Decemb. ad Capitulum, pariterq; quod institutio Capellaniarum Altarium nuncupat. in ipsa Cathedrali existentium, quæ de Iure Patronatus Laicorum existunt in quibuscunque mensibus ad Capitulum tantum: Collatio verò Capellaniarum existentium in eadem Cathedrali, quæ non sunt de Iure
3 Patronatus, sed liberæ dispositionis in mensibus Martii, & Iunii ad Episcopum, in mensibus verò Septembris, & Decembris pro tempore vacan. ad Capitulum. Insuper quod collatio, & institutio respectivè quinque sine cura Ecclesiarum in alia concordia de Anno 1339. inita specifica-
4 tarum videlicèt S. Christophori, ac Sancti Severi de Quartulo Faven. Dioec. ac S.Georgii extra muros Faven., & S.Iacobi de Pradello, necnon S.Marię de Nugareto in mensibus Martii, Iunii, Septemb. & Decembris vacan. ad Capitulum. Insuper quod infrascriptorum Altarium videlicèt unius sub Sanctorum Iacobi, & Philippi in B.Mariæ de Salarolo, & alterius sub Sancti Blasii in de Barignano, ac reliquæ sub S.Bartholomęi Invocationibus in de Mozzapæ Ecclesiis d. Faven. Dioec. perpetuarum Capellaniarum Altarium etiam nuncupat. quatenùs sint de Iure Patronatus Laicorum existentium institutio ad Capitulum tantùm in quibuscunque anni mensibus spectet, & pertineat, Jus autem instituendi prȩsentandos ad Beneficium S.Bartholomæi de Mozzapę spectet ad Capitulum quatenùs pro parte ipsius probatum fuerit in reservatione Iuris Patronatus Ius instituendi fuisse ipsis reservatum, sin minus spectet ad eum, qui hodiè reperitur in quasi possessione instituendi. Præterea Collatio Parochialium Ecclesiarum in eadem concordia aliàs facta specificatarum,
5 nimirum S.Stephani, ac S.Vitalis, S.Antonii, & Sancti Savini Civitatis Faventin. necnon S. Petri in Lacuna Plebis nuncupat. S.Severii de Cunio, S. Magaritæ de Castro Cunii, Sanctæ Mariæ de Salarolo, S.Laurentii de Mozanigo, S.Lucæ de Cassanigo, S.Laurentii de Granarolo, S.Mariæ de Merlaschio, S. Mattini de Flisio, S.Mariæ de Casanaula, S.Michaelis de Galiano, Sanctorum Nicolai, & Ioannis de Silvio, S.Laurentii de Filipago de Saldino, S. Martini de Villanova de Formelino, S.Mariæ de Mezzeno, S.Silvestri de Cortezoso, S.Apollinaris de Castro Rainerio, S. Laurentii de Marcelliano, ac S. Mariæ de Erano Faven. Dioec. in supradictis quatuor mensibus Martii, Iunii, Septembris, & Decembris vacantium ad Capitulum pleno Iure pertineat, exceptis reliquis in d. Concordia expressis, videlicèt S. Andreę Plebis nuncupat., ac Sancti Io:Evangelistæ in Granarolo, & Beatę Mariæ Virginis de Cassanigo, necnon S.Margheritæ de Ronco d.Faven. Dięcesis, quarum collatio in dd. quatuor Mensibus Martii, Iunii, Septembris, & Decembris ad Episcopum spectat; Quarè nos volentes litium hujusmodi anfractus, & incommoda tandem penitùs submovere, & ea, quæ à dd. Cardinalibus providè, & prudenter gesta subindèque à partibus approbata fuere nè de illis, eorumque viribus hæsitari nunquam contingat, Apostolicæ confirmationis robore communire ejusdem litis, & causæ statùs, & merita, nominaque, & cognomina, ac Iura, & prætensiones partium præsentibus pro sufficienter expressis habentes, motu simili, non ad Episcopi, & Capituli prædictorum, vel alicujus alteriùs sub hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine de omnibus ple-

Digitized by Google

plenè,& sufficienter informati,præsentem concordiam, ac prout illam concernuut omnia, & singula auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò confirmamus,& approbamus,illisq;perpetuæ,& inviolabilis firmitatis Apostolicæ robur adjicimus,necnon omnes,& singulos tàm juris, quam facti, & quoscunq; alios defectus,si qui quomodolibet intervenerint in eisdem supplemus. Decernentes præsentem concordiam ut supra enarratam, & firmatam per prædictos Dominicum, & Hieronymum Cardinales nunc, & in perpetuum per d.partes,& earum successores prout ad eos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter, & inconcusse observari, & adimpleri, neque eos indè resilire posse; Sicque per quoscunq;Iudices etiam causarum d.Palatii Apostolici Auditores, & ejusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinales sublata eis,& eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri, debere,ac irritum, & inane quicquid secùs super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.Et nihilominùs causam, & causas prædictas ad Nos harum serie avocamus, illasque, ac litem quamcumque perpetuò extinguimus, & utrique partium, & alii quorum intereft, vel pro tempore intererit perpetuum silentium desuper imponimus mandantes,& volentes,quod omnia,& singula supra expressa tanquam æqua, justa, & rationabilia, & ab ambabus partibus acceptata perpetuò observentur;non obstantibus præmissis,ac constitutionibus,& ordinationibus Apostolicis,necnon statutis,legibus, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, ac privilegiis, & indultis in contrarium forsan quomodolibet concessis confirmatis,& innovatis.Quibus omnibus latissimè hac vice derogamus; Cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud S.Petrum sub annulo Piscatoris die 25. Iunii 1594. Pontificatus nostri anno tertio.

M. Vestrius Barbianus.

Capitula Nundinarum Faventiæ.

In nome dell'Altissimo Dio, e della Gloriosissima suà Madre Vergine Maria, e del Santissimo S.N.PP.Sisto V.

Ordini, e Capitoli fatti, e publicati nel Conseglio Generale della Magnifica Città di Faenza sopra la Fiera.

IN prima per mantenere, ed accrescere la Fiera solita di farsi nella nostra Citta di Faenza per onore, riputazione, ed utile, di essa, ed acciò li Mercanti, ed ogn'altra persona possa liberamente venire a essa Fiera si ordina, statuisce, e commanda, che detta Fiera abbia a cominciare alli 15. del mese di Ottobre, & a durare fino alli 15. del seguente Mese di Novembre inclusivamente, e che durante d. tempo sia, e s'intenda esser libera franca, e senz' alcuna gravezza di Datio, e Gabelle, così nel venire, come nel partire de'Mercanti, che veniranno a detta Fiera. *Placet quoad Datia Civitatis tantum sine præjudicio jurium Cameræ Apostolicæ. F. Episcopus Aquensis Præses.*

2 Dichiarandosi li confini d'essa Fiera essere per l'infrascritti;In prima comínciando dalla Chiesa di S. Maria dell'Angelo inclusivè, e finendo, e terminando alla Chiesa di S.Antonio da Padova,e sue pertinenze per il dritto inclusive fino al cantone di essa Casa di S.Antonio, e per traverso dalla Croce coperta fino al cantone della Casa de'Mengolini da un canto all' altro delle due vie per li Mercanti, e per le Bestie il luogo delFiume dessignato dal Ponte di esso Fiume di Lamone per fino al solito. *Placet F.Episcopus A.P.*

Ed acciochè li Mercanti, che averanno fatto, e tenuta Bottega in essa Fiera abbino commodità di sgombrare le loro robbe, e Mercanzie senza pericolo d'avere à pagare la Gabella, si ordina, che passato li quindici di Novembre i Mercanti abbino trè giorni continui da sgombrare di detta Fiera, e che in detto tempo debbano aver portato via, e sgombrare tutte le robbe, e Mercanzie. *Placet F. Episcopus A.P.*

E per levare gl'inconvenienti, che sono stati per i tempi passati, e perche d. Fiera abbia nome, e fatti di libera, e franca, si ordina statuisce, e commanda, che li Signori, che per l'avvenire pro tempore saranno eletti, ed estratti secondo gl'ordini del Conseglio generale sopra d. Fiera, nè alcuno de'loro Officiali, ò Trombetta, e qualsivoglia altra persona, non possino in modo alcuno, ò sotto qualsivoglia pretesto, ò colore domandare, ò riscuotere cosa alcuna, cioè denari, ò robbe da qualsi-

vo-

voglia Mercante,ò altre persone,che porteranno robbe per vendere in d. Fiera, e che in tutto, e per tutto s'intenda, e sia con effetto levato l'uso già osservato dalli Signori, ed altri suoi Officiali de' tempi passati di domandare, e riscuotere la mancia nell'ultimo della Fiera. *Placet F.Episcopus A.P.*

Ancorchè la Fiera sia libera, e franca come di sopra,nondimeno per giuste cau-
5 se, e degni rispetti, si ordina, e statuisce, che durante d. Fiera tutti li Forastieri, che in essa compraranno robbe, ò Mercanzia di qualsivoglia sorte abbino à pigliar la bolletta all'Uffizio delli Signori, e siano tenuti à pagare per d.bolletta due quatrini per bolletta d'ogni quantità di robbe, purchè ecceda la somma di lire trè di bolognini, e che da lire trè in giù non siano tenuti à pigliare bolletta. *Placet F. Episcopus A.P.*

E per oviare alle fraudi di molte perso-
6 ne, che portano fuor di Fiera le loro robbe, e merci comprate sotto una bolletta,si ordina, che provandosi, che più persone sotto una sol bolletta levino le robbe d'essi comprate di essa Fiera, s'intendano, e siano caduti in contrabando, e nella pena di esso, come nel suo Capitolo si dispone. *Placet F. Episcopus A.P.*

Si ordina ancora, e statuisce, che ogni
7 Mercante, ed altra persona, che averà fatto Bottega in d.Fiera, al tempo, che sarà per sgombrare, ed estraere le sue robbe di d.Fiera, & avendo venduto ogni cosa innanzi la sua partita abbia à pagare soldi trè, di modo che per ogni Bottega si riscuotano trè soldi della nostra moneta, e si paghino in mano de' Signori della Fiera, ò deputati da essi. *Placet F. Episcopus A.P.*

Trovandosi fuor di d.Fiera, e suoi con-
8 fini persona alcuna senza bolletta contra la forma di questi ordini, e Capitoli portar robbe di qualsivoglia sorte comprate in Fiera, si ordina, ch'egli s'intenda aver fatto contrabando, e per tal causa sia caduto in pena di soldi venti di applicarsi per la metà alli Signori della Fiera, e per l'altra alli suoi Uffiziali, e Sparagualti, alle quali pene procedano li sudetti Signori. *Placet F.Episcopus A.P.*

E perche chi serve,e si affatica è degno
9 di premio, e mercede,perciò si ordina,che li Sig.della Fiera,che saranno pro tempore abbino l'emolumento delle bollette, che saranno durante d. Fiera, similmente dd. contrabandi,e dd.soldi trè per il sgombrar d'ogni Bottega,come di sopra,e questo sia il loro salario, nè possino in modo alcuno pretendere, ò domandar'altro. *Placet F. Episcopus A.P.*

E che Mercante alcuno come di sopra
10 non abbia ardire vendere, nè contrattare alcuna sorte di mercanzia, e massimamente di panno, dando una sorte per un'altra, & asserendola di un luogo per un' altro sotto pena per ciascuno, e ciascuna volta sarà contrafatto di falsità, ed altre pene contenute nelle Constituzioni, Statuti, e Bandi, & etiam secondo le leggi communi. *Placet F.Episcopus A.P.*

E più si fa intendere, e notificare, che
11 durante d.Fiera il Mercato delle Bestie qual si fa nel fiume nel luogo solito sarà in tutto libero, e franco da ogni datio, e gabella, e potrà ciascuno venir liberamente, ed estraere le sue Bestie senza pagamento di datio,ò gabella,come di sopra, pigliando però la bolletta all'Uffizio de' sopradetti Signori della Fiera. *Placet sine præjudicio gabellę quatrini,& quod juxta formam Capitulorum Appalti accipiatur bolletta Commissarii. F.Episcopus A.P.*

E più si notifica à qualunque Mercante,
12 che porterà in d. Fiera robbe di qualunque sorte, sia tenuto à pigliar la bolletta di esse alla porta della Città, e quella presentare alli dd.Signori innanzi, che discarichi dd.robbe sotto pena per qualunque carro di mercanzia di scudi dieci, e scudi due per soma d'applicarsi come di sopra. *Placet F.Episcopus A.P.*

E più si notifica,che non sia persona al-
13 cuna di qual grado,ò stato si sia,che ardisca, ò presuma in modo alcuno su d.Fiera, ò in luogo di essa, overo contiguo,ò molto vicino à quella bestemmiare il *Gloriosissimo Nome di Dio*, e della sua *Gloriosa Madre*, tener barattarie, e giuocare, ò far giuocare à carte, nè à dadi, ò altro giuoco proibito, nè commettere alcun'altro eccesso di ragione punibile sotto la pena contenuta nelle Leggi,e Statuti della Città di Faenza da esser puniti dalli prefati Signori irremissibilmente. *Placet sine præjudicio jurisdictionis ordinariæ D.Gubernatoris, & quod Præfecti nundinarum non se intromittant,ubi ingerit pęna sanguinis, & pœne delictorum applicentur Cameræ Apostolicæ. F.Episcopus A.P.*

E più si bandisce,e commanda,che nessun

sun

Digitized by Google

14 sun Cingaro, Barro, † ò Mariolo ardisca, ò presuma, nè di giorno, nè di notte andare, ò stare in d. Fiera sotto pena d'esser frustato subito, che sarà ritrovato contrafare. *Placet F. Episcopus A.P.*

15 E più vogliono, che non sia lecito ad alcuno tener Meretrici in detta Fiera sotto pena alle Meretrici d'esser frustate, ed à chi le terrà, e condurrà di scudi 25. d'oro d'applicarsi, ut infrà. *Placet F. Episcopus A.P.*

16 E più si prohibisce, e commanda à ciascheduna persona di che stato, grado, ò condizione voglia essere ò sia, che non ardisca, ò presuma andare, ò stare in d. Fiera sonata, che sarà la campanella delle due ore; eccetto però li Mercanti abitanti in essa, alli quali per loro commodo, e faccende da tutti i tempi sia lecito, e concesso andare per d. Fiera con un lume apparente in mano per ciascuno sotto pena di scudi due d'oro per ciascuno, e ciascuna volta, che sarà trovato contrafare d'applicarsi per un terzo all'inventore, e per li due terzi alli Presidenti, e Signori della Fiera. *Placet salvo arbitrio D. Gubernatoris. F. Episcopus A.P.*

17 *E* perche persona alcuna non ardisca, ò presuma andare, venire, ò mandare con Mulo, Cavallo, ò Somaro, Carro, ò Barrozzo alcuno sopra d. Fiera senza licenza de' sopradetti Signori sotto pena di sc. 20. di bolognini per ciascuna volta, e ciascuna persona, che sarà trovata contrafare. *Placet F. Episcopus A.P.*

18 E più che ciascun Mercante, e Bottegaro debba tenere tutta la notte un lume acceso nella sua Bottega sotto pena di soldi 20. per ciascuno, e ciascuna volta sarà trovato contrafare da pagare irremissibilmente. *Placet F. Episcopus A.P.*

19 E più proibiscono, e comandano, che nessun Mercante, ò Orefice, ò qualsivoglia persona ardisca, ò presuma in modo alcuno, ò sotto alcun quesito colore, pesare, ò far pesare, misurare, ò vendere, sorte alcuna di merci, ò robbe, se non con passi, e misure bollate all'Ufficio de' detti Signori della Fiera, nè tenere altre misure, passi, ò pesi, ò stadera in bottega, che bollate non siano, come di sopra, nè anco misurare, ò pesare sue robbe con misure, ò passi d'altri sotto pena, ed alla pena di soldi 20. per ciascuno, e ciascuna volta sarà trovato contrafare, e perdere la robba. *Placet sine præjudicio Gabellæ sivè Appaltus bulli, ponderis, & mensurarum. F. Episcopus A.P.*

20 E più che persona alcuna di che grado voglia essere, ò sia non ardisca, ò in modo alcuno presuma pesare, ò far pesare per se, ò per altri quantità alcuna di robbe di qualunque sorte esistente in d. Fiera, ò che gli saranno state, ed in quella contrattate, e che eccedano la quantità di lire 25. di peso, nè in altro luogo, nè con altra stadera, che delli dd. Signori, siano obligati à pagare per cento soldi uno di quattro per ciascun centinaro, cioè di otto il Compratore, ed altrettanto il Venditore sotto pena di scudi due d'oro qualunque volta saranno ritrovati contrafare in ciascheduno delli dd. Casi da pagarsi irremissibilmente. *Placet ut suprà in proxima præcedenti signatura. F. Episcopus A.P.*

21 E più che non sia Mercante, ò Bottegaro alcuno, che ardisca, ò presuma durante d. Fiera, e sua Franchizia, ed esenzione tenere, ò far tener botteghe di sorte alcuna aperte fuora di d. Fiera, eccetto pero quelli, che averanno botteghe sufficienti all'esser suo in d. Fiera sotto pena di scudi uno d'oro per ciascuna volta saranno ritrovati contrafare da esigersi irremissibilmente. *Placet F. Episcopus A.P.*

22 E più che in d. Fiera li Mercanti non possono tener aperte le sue botteghe in giorno di Festa, sotto pena di un scudo d'oro, nè vendere cos'alcuna sin tanto che non sarãno celebrate le Messe grandi, e chi sarà trovato contrafare alla presente proibizione sarà punito tante volte quante contrafarà irremissibilmente, la qual pena si applica all'Uffizio de' dd. Signori della Fiera. *Placet salva auctoritate Reverendissimi Ordinarii. F. Episcopus A.P.*

23 E più si notifica, e comanda, che nessun Mercante, ò altra persona tanto terriera, quanto forastiera ardisca, nè presuma in modo alcuno per se, ò per altri levare, ò far levare, e portar via fuora della Fiera balla alcuna, ò grossa quantità di robbe di sorte alcuna già portata in essa Fiera senza licenza de' sudetti Signori della Fiera sotto pena, ed alla pena di scudi 10. d'oro, overo di contrabando ad elezione di chi farà contrabando d'applicarsi, ut suprà. *Placet F. Episcopus A.P.*

24 E più ad evitare ogni fraude, che potesse nascere, ed occorrere circa il vendere, e comprar robbe tanto in grosso, quanto in minuto in d. Fiera occultamente. Però

i Signori avendo considerato il danno publico, proibiscono, e comandano, che nessun Mercante possa vendere, nè far vendere sotto alcun quesito colore, se non nella bottega aperta, e di giorno, e non altrimenti sotto pena di scudi dieci d'oro, e di più l'arbitrio de' Signori tante volte, quante volte saranno trovati contrafare, e si procederà ipso facto senza rispetto contro l'innobedienti, e transgressori d'applicarsi come di sopra. *Placet F. Episcopus A.P.*

Iam verò progrediendo ad detractiones quantitativas nulla erat controversia super earum singulis in specie, sed tota difficultas reducebatur ad omissionem Inventarii, cujus ratione Maria Catharina contendebat statum hæreditarium, ità incertum redditum fuisse, ut præsumi deberet si non legalium, saltem accidentalium detractionum satisfactio, sed in hoc etiam placuit responsio data in præcedenti decisione, quod ubi prout in casu res non est cum Creditoribus, aut Legatariis, sed cum solo hærede Fideicommissario, solus defectus Inventarii non impedit, quin hæres gravatus in restitutione fideicommissi sua jura deducere valeat, sive ea consistant in detractionibus quotitativis, sive in quantitativis, & accidentalibus, *Card.de Luca de legit.disc.25.nu.6.& 7. Rota coram Ludovis.decis.421.n.5.ibique Adden.nu.15.&* co-

coram bo:me:Benincasa dec.29.nu.14. cum aliis *in decisione Causæ, §.Competentia.*

Et quamvis ab hac regula recedatur, respectu saltem detractionum accidentalium, quando cum defectu Inventarii tot concurrunt alienationes, ut eis, aliisque Facti circumstantiis status hæreditarius omninò incertus remaneat; magnaque contra hæredem urgeat præsumptio dissipationis, & occultationis aliorum bonorum; Hujusmodi tamen limitatio nullo pacto congruere poterat præsenti hypothesi; Nedum quia omissio ipsa Inventarii potiùs quàm hæredi gravato in pupillari ætate defuncto imputanda erat ipsi fideicommittenti, qui minùs diligentem Tutorem Pupillo dedit, ut prosequitur *Rota dicta dec.29.num.*11. & pluribus aliis adductis in decisione confirmatur §.*Quod quidem.*

Verùm, & certiùs quia nulla concurrit alienatio, ex qua mala subtractionis præsumptio oriri valeat; Et quod plus est status hæreditarius Caroli Cæsaris Fideicommittentis jam hodiè certus redditus fuit opera Periti Curialis, de ordine Rotæ electi, qui tùm ex Codice introitus, & exitus à Ioanne Baptista Vicecomite Tutore Dominici Antonii primi hæredis accuratè conscripto, tùm ex publico Inventario post obitum dicti primi hæredis ab Antonio Maria Zannello Tutore Antoniæ Catharinæ Missiroli Actricis diligentissimè confecto, tùm denique ex formali depositione plurium Testium coarctantium negativam existentiæ aliorum bonorum firmavit, ac liquidavit statum hæreditarium in summa scut.28167. 94. Ut proindè in hisce facti circumstantiis audiri non mereatur serotina exceptio defectus Inventarii, quem dicti Periti relatio tot legitimis innixa documentis abundè supplevit, cùm de cætero ad effectum, de quo agitur contra Fideicommissarium exuberet, quod status hæreditarius ad quandam certitudinem redigatur *Rota dec.595.à nu.4.par.19.recen.& in Ravennaten.Immissionis 20.Iunii 1707.§.At verò coram Reverendissimo Aldrovando, & in FirmanaCommendę 27.Martii 1715.§.Imò coram Me.*

Quin suspicio aliqua fraudis, & occultationis ingeri posse videatur ex eo, quod memoratus Vicecomes in dicto Codice introitus, & exitus adscripserit in sui Creditum summam scut.400. in Causam Dotis Spiritualis Iudithæ Filiæ Testatoris tanquam de propriis ejus pecuniis persolutam, quando constat eumdem Fideicommittentem antequam ab humanis decederet dictam summam penès Ædem Sacram pro dicto effectu deposuisse; Licet enim ad satisfaciendum decretis Sacræ Congregationis mandantibus, ut Dos Monialium antè assumptionem Sacri Habitus deponi debeat, apparenter doctum fuerit per Carolum Cæsarem fideicommittentem de eodem Deposito mediante fide Ministri Sacri Montis Faventiæ; Re tamen vera, prout sæpè in hisce casibus usu venit dictum Depositum fuit merè fictum, ac fiduciarium, itaut adveniente tempore solemnis professionis opus fuerit d.VicecomitiTutoriDominiciAntonii hæredis d.Caroli Cæsaris interim vita functi dictam summam de proprio persolvere, prout disertè testantur Moniales, inter quas Iuditha recepta fuit, ac famulus ejusdem Caroli Cæsaris de hujusmodi negocio, ac statu, & angustiis rei familiaris instructus, quibus si insuper addatur qualitas ipsius Vicecomitis Tutoris à Fideicommittente approbati, Sacerdotis, ac Parochi, ac prætereà factum notabile ipsius fideicommittentis, qui ad parandas in tempus Professionis necessarias pecunias, quoddam ejus Prædium venale exposuerat, nullus omninò remanet dubitandi locus, quin res ità se habuerit ex notatis per *Genuam.de script.priv.lib.4.tit. de lib.tut.à n.11.& seq. Rot.dec.382.n.11. & seqq.par.15.rec.*

Et ità demptis duabus partitis scut.300. & 160. in decisis responsum fuit, utraque &c.

REVERENDISS. P. D.

LANCETTA DECANO

Faventina Fideicommissi super Detractionibus.

Veneris 23. Februarii 1720.

A Sententia Rotali præviis duabus decisionibus æditis sub die 11. Februarii 1718, & 16. Iannarii 1719. à Me lata favore Antoniæ Catharinæ Missirolæ, appellavit Maria Catharina Zucchina, & nè attenta mutatione Turni secuta per obitum bo:me:Ansaldi iterùm Causæ revisio

visio ad eosdem DD. deferretur, qui in ea antecedenter suffragium tulerant, illius cognitio Mihi rursus delata fuit subrogato in locum R. P. D. mei Herreræ. Undè dato congruo dubio, eoque proposito in hodierna Audientia reassumptum fuit examen detractionum competentium ex persona Dominici Antonii ejus Patris prædictæ Antoniæ Catharinæ Missirolæ super fideicommisso Caroli Cæsaris pariter Missiroli, & subsistentibus fundamentis dictarum decisionum, *Sententiam Rotalem esse confirmandam* responsum fuit.

Porrò hujusmodi detractiones duplicis erant speciei, aliæ scilicet quotitativæ, aliæ verò quantitativæ, earumque debitum in genere, & in substantia Maria Catharina non impugnabat juxta illam reductionem, quàm in præcedenti instantiæ fortitæ fuerant in recensitis meis decisionibus, & sententia conformiter ad istas decisiones promulgata; At fundamentum suæ defensionis respectu earum, quæ quantitativæ sunt, & accidentales, iterùm eadem Maria Catharina reponebat in exceptione, quod Antoniæ hæredi Dominici illæ ex fideicommisso nullatenùs deberentur, quia idem Dominicus primus hæres gravatus de bonis fideicommissariis, Inventarium non expleverit, & quoniam in anteactis Causæ resolutionibus firmiter responsum fuit, quod Inventarii omissio, ubi, prout in casu, res non est cum Creditoribus, aut Legatariis, sed cum solo fideicommissario, non impedit hæredi gravato, quin suas in restitutione fideicommissi consequatur detractiones juxta firmata *dec.29.nu.14.coram Benincasf. in Eugubina Cauthelæ Angeli 21.Martii 1703.§.Non attento cor.bo:me: Omaña, & in Ravennaten. Immissionis 20. Iunii 1707. §. Præterea coram Reverendissimo P.D. Aldrovando*.

Hinc limitationi hujus Regulæ hodiè totaliter nitebatur, ex eo ducta, quod si gravatus ultrà Inventarii omissionem peccaverit etiam committendo dolosas alienationes, tunc utique ampliùs agere pro suis detractionibus non possit, & presertim pro quantitativis, tametsi occultationes, seù alienationes detractionum Calculum non adæquent, quia nihilominùs omnes præsumuntur consumptæ ex reliquis bonis, de quibus fideicommissarius docere non potest *Rot. decis. 349. num.6. & seqq. coram Peutinger. dec.31.nu.9. & seq. par.11.recent. in Spoletana Immissionis 15. Februarii 1704.§.Non tamen coram bo:me: Ansaldo, & in Romana Fideicommissi 9. Maii 1710.§.Dicebant coram eodem*.

Hanc autem limitationem, quàm cæteroquin uti veram, & certam DD. admittebant, nullàtenùs præsenti quæstioni applicabilem in facto censuerunt, quia nulla occultationis, nullaque alienationis probatio, in qua fundari posset, ex parte Mariæ Catharinæ deducebatur. Non enim asserta occultatio ex eo resultat, quod Ioannes Baptista Vicecomes Tutor, & Curator ab ipso fideicommittente Dominico hæredi deputatus dolosè eidem Dominico Pupillo attribuerit depositum dotis scut.400. factum pro dote filiæ in Monasterio Sancti Malglosii Faventiæ professuræ ab istius Patre adhùc vivente, asserendo subindè, quod hujusmodi dos de propriis Dominici pecuniis soluta fuerat,

Quamdoquidem, ut etiam animadversum fuit in secunda decisione præcedentis instantiæ §. *Quin suspicio*. Licèt præfatæ dotis depositum factum appareat vivente Patre, quando Monasticum Habitum ejus filia suscepit, tamen certum est in facto, quod illud non fuit verum, & reale depositum, sed tantùm fiduciarium, seù fictitium ità factum ad adimplenda Decreta Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium demandantia deponi per Moniales dotem antè assumptionem Habitus, juxta solitum Civitatis Faventiæ, de quo ultra quatuor Notarios, de quibus *in Summario n.2.* testatur etiam *Calderon. Iuris Consult. Faven.resol.6. per tot.* Hic autem agendi modus veritati præjudicare non potuit, cum quæ ità per fictionem geruntur, pro non factis habenda sint, ut passim dixit *Rot.dec.7.n.11. dec.91.nu.9.coram Emerix Iun.& in Narnien.seù Sabinen.Bonorum 29.Ianuar.proximè præteriti §.Prompta coram Me*.

Non tamen ex hujusmodi tantùm solito, quod de per se non relevaret eruitur probatio fiducialitatis, & fictionis prædicti depositi, quia de ea deponunt tùm ipsa Iuditha Monialis, cujus dos solvenda, seu deponenda erat, tùm etiam Ioseph Contuli jam à longo tempore addictus servitio fideicommittentis, & de ejus rebus familiaribus plenissimè instructus, quibus Testibus uti apprimè de re gesta informatis

tis plenè deferendum est, ut præter *Calderon.* in proposito loquentem *dicta resol.6. num.22.& seqq.* firmat generalitèr *Rota decis.389. num.1. par.18. & decis. 472. nu.16.par.19.recen.tom.2.* Junctis præsertim quamplurimis circumstantiis comprobantibus eorum dicti veritatem, exindè desumptis; Primò, quod Officialis Montis, qui cædulam ficti depositi exaravit pro Carolo Cæsare Testatore, eidem Monti præstiterat in fidejussorem ipsum Carolum Cæsarem, undè recipiendo ejus gratia fictum depositum, nullum subibat periculum de proprio erga Montem; Secundò, quod Vicecomes, qui in proprio libro tutelari descripsit ad sui creditum eamdem partitam, erat Sacerdos, & Parochus, ac persona juxta Civium Faventiæ opinionem, & imò ipsius Testatoris, qui eum Tutorem voluit sui hæredis, valdè integra; Tertiò, quod Testator ipse prævidens indigentiam pecuniarum pro filiæ dote sub eodem mense Aprilis 1690. quo reportavit fictam depositi cædulam promisit vendere Hospitali Faventiæ Prædium pretio scut.886. Quartò demùm, quod idem Testator de eo tempore carebat pecuniis, quibus depositum expleret, juxta ea, quæ deposuerunt alii Testes, & præsertim supradictus Contulus ejus familiaris; His igitur simul sumptis dubitari ampliùs non potest, quin depositum, de quo agitur omninò fictitium fuerit, & omnis fides sit adhibenda Testibus de hac fictione testantibus, ut prosequitur *decis. præcedentis instantiæ 16. Ianuarii* 1719. §. *final. coram Me*.

Neque in contrarium attendenda visa est fides ipsius Massarii, qui cædulam exaravit, & aliorum Ministrorum Montis Faventiæ asserentium ibi deposita fictitia recipi non posse. Quoniam imò, posita prohibitione recipiendi, dignoscitur nullatenùs curandum esse de dicto ipsius Massarii, qui contra Montis Leges adhuc factum depositum recepit, quia videtur in sui exonerationem deposuisse, & sic nihil probat, *Rot.dec.441.num.4.coram Dunoz. Iun.* Ultra quod est Affinis Mariæ Catharinæ illum inducentis, & non fuit formiter examinatus, ut cæteroquin expressè oppositum fuit; Undè omnes Regulæ pugnant contra ejus fidem nullo modo attendendam, ex *vulgatis juribus*.

Sed etsi etiam de aliorum depositione agendum esset, qui testantur ficta deposita recipi non posse in Monte Faventiæ, adhùc pariter facilè esset illorum dicta conciliare cum casu nostro, in quo de reliquo illud factum, & receptum fictitiè fuisse ex supradictis comperitur, intelligendi sunt enim, itaut talia deposita recipi non possint in præjudicium Montis, secùs verò in præjudicium ipsius Ministri, qui illa recipere sui periculo contentus sit, ut pariter deponunt alii Testes, qui in eodem ministerio fuerunt, & hæc interpretatio conciliativa illorum dicti semper capienda est. *Rot.dec.31.n.6. cor.Dunoz.Iun. dec.745. n.7. & seq.p.18. & dec.569.n.13.p.19.rec.*

Nec demùm refert pro realitate depositi, quod illud à Massario in expiratione sui Officii, successori consignatum fuerit sub die prima Septembris 1690. quando tamen Tutor illud asseruit se implevisse sub die 7.Octobris 1690. Quoniam id evenit eo quod licèt Massarius soleat continuare post expiratum Officium per duos menses ad integrandam consignationem depositorum successori, omnia tamen describuntur sub ea die, qua expirat Officium, ut paritèr deponunt ii qui tale Officium exercuerunt, & idcircò plenariam, & omnimodam fidem promerentur *Rot. dec.642. n.11.par.19.rec.to.2.*

Sublata ex his asserta rerum hæreditariarum eò fortius procedunt alia argumenta deductá in decisionibus præcedentis instantiæ, tùm ex eo, quod agatur de Pupillo Hærede, cui Tutorem dedit in suo testamento, ipse Testator fideicommittens, & ideò omissio Inventarii potiùs quàm Hæredi gravato tribuenda sit ipsi Testatori, qui de Tutore parùm diligente illi providit, juxta auctoritates plenè adductas *in prima decis.11. Februarii* 1718. §. *Quandoquidem, & in secunda 16. Ianuarii* 1719. §. *Et quamvis coram Me*; Tùm ex eo, quod Periti opera judicialitèr electi firmatus reperitur status hæreditarius mediantibus authenticis documentis, & superlativis ad hunc effectum probationibus, itaut ampliùs defectus Inventarii non sit allegabilis, ut dictum fuit in eadem prima Causæ decisione §. *Altera cum ibi allegat*.

Absque eo quod Periti relatio ex eo deficiens, & erronea dici queat, quia præsertim nixa sit Inventario post obitum Dominici primi Hæredis gravati confecto à Zannello Tutore Antoniæ Catharinæ Actricis, quod Inventarium pluribus sit ob-

obnoxium defectibus, dùm in eo neque argenta, neque gemmæ hæreditariæ descriptæ fuerunt; Hæc enim difficultas cessabat ex facto, quia quippè tàm argenta, quàm gemmæ inibi adnotata sunt partim inter bona fideicommittentis, partim verò inter bona primi hæredis gravati, ut in hodierno *Sum.* Antoniæ Catharinæ *n.9.*

Ab exceptionibus deductis adversùs detractiones quantitativas, & accidentales transeundum est ad alias allegatas quoad quotitativas, & legales, quæ consistebant in legitima, quæ erat debita Dominico Antonio ejusdem Antoniæ Catharinæ Auctori in bonis Caroli Cæsaris fideicommittentis ejus Patris, & circa quam iterùm DD. putarunt, quod pro ea deberetur eidem Dominico Antonio Triens ex hæreditate Patris, cum stante numero filiorum infra quatuor legitimam in hac quota deberi sancitum reperiatur, *l. Quoniam in prioribus ff. de inoff. Testam. & in §. 1. Auth. de Trien. & semiss.* ut etiam notavit prima decisio anteactæ instantiæ *§. Subducta*.

Nullaque diminutio istius legitimæ ex eo prætendi poterat, quòd Dominicus Antonius illam non detrahat integram sibi, sed debeatur illius quota etiam Iudithæ filiæ fœminæ Testatoris ejus sorori, & istius portio tribuenda sit hæreditati Patris renunciatarii, & consequenter demenda è Calculo prætentionum Antoniæ Catharinæ; Quippè quia cum fœminæ sint à Statuto Faventiæ exclusæ, sicut nullam ipsa portionem hujus legitimæ consecùta fuisset, ità neque potuit Iuditha in Patrem renunciatarium transferre, & proindè ejus renunciatio non potuit præjudicare fratri, quin ipsi integra legitima debeatur, juxta firmata in præcedentibus Causæ decisionibus, in prima scilicèt sub *§. Prout*, & in secunda *§. Quod verò*, quas sequitur votum decisionum *in Romana legitimæ 2. Ian. proximè præteriti §. Aut verò coram Me*.

Minusque substineri valuit ea iterùm inculcata objectio, quod saltem ea portio, quæ pertinuisset ad fœminam potuerit à Patre gravari fideicommisso; Etenim in hac quæstione, utrùm ea portio legitimæ, quæ fœminis per Statutum oblata accrescit masculis, cadat necnè sub fideicommisso Paterno, ea hodiè recepta est sententia, quod cadat quidem, dum successio fideicommissi defertur ad masculos, quando verò successio, prout contigit in præsenti casu, transit ad fœminas, vel extraneos, cessante favore masculorum, cuius intuitu factum est, ut interim illa portio remaneat in hæreditate Patris, tunc quidem assumat naturam legitimæ, quæ durante eorumdem masculorum favore, veluti sopita quieverat, & respuat omne gravamen ipsius libertati contrarium, ut plenè distinguendo dictum fuit, *in Romana Immissionis 18. Februarii 1715. §. Aut ejusdem, & seqq. coram Me*, & nuper in eodem voto decisivo Congregationis à SS. Deputatæ *in Romana Legitimæ 2. Ianuarii hujus anni §. Fundatur pariter coram Me*.

Atque hoc rectè procedit, sive agatur de Statuto loquente de masculis, uti masculis, vèl de masculis, uti hæredibus Patris, dum hodiè totiès à Sacra Rota firmata reperitur hæc opinio etiam in terminis cap. 141. Statuti Urbis, in quo considerantur masculi uti hæredes, ut videre est in eodem voto decisivo *in Romana Legitimæ §. Nec verò, & seqq. coram Me*.

Cæterùm in præsenti talis quæstio videbatur extranea, cum illa è Doctoribus agitetur eo casu, quo propter existentiam, & numerationem fœminarum, masculi quid plus consequuntur, quàm ipsi ex propria Persona consequerentur. In nostra verò hypothesi, cum legitima etiam fœminis non computatis, debeatur in Triente, & sic in ea quantitate, quam sine ulla fœminæ numeratione Masculus obtinuisset, non videtur habere locum hujusmodi controversia tanquàm deficiens in subjecto, in quo verificari possit.

Et ita fuit resolutum relativè ad præcedentis instantiæ decisiones utraque &c.

R. P. D.

C O R I O

Faventina Fideicommissi super Detractionibus.

Veneris 17. Jan. 1721.

Geminas Rotales sententias per Reverendissimum Dominum meum Lancetta latas præviis tribus decisionibus, in quibus definitum fuit competere Antoniæ Catharinæ Missirolæ retentionem, seù reintegrationem pro medie-

dictate legitimæ eidem debitæ super bonis fideicommissariis Caroli Cesaris Missiroli eo sub unico fundamento in hodierna audientia impugnabat Maria Catharina de Zucchinis, quod legitima esset detrahenda ad ratam tantùm bonorum inter ipsam, & Antoniam Catharinam Missirolam divisorum, non vero habita ratione de duobus Prædiis titulo legati à Testatore relictis filiabus Monialibus quousque vivant; Verùm æquè agnoscentes DD. irrelevantiam novissimæ prætensionis pro confirmatione sententiæ Rotalis respondere non hæsitarunt.

Basis autem resolutionis innixa est inconcussis juris regulis, quibus compertum est, quod legitima ex omnibus bonis hæreditatis Paternæ debita filio, quasi jure Creditoris ex Legatis, & fideicommissis particularibus non minuatur, quodque ex ipsis Legatis, & Fideicommissis particularibus eadem detrahi non valeat, nisi in subsidium, quatenùs scilicèt bona Fideicommissi universalis pro illius detractione sufficiant, ut de prima sunt *Text. in leg. Papinianus* §.34. *ff. de inoffic. Testam. leg. Scimus ante Cod. eod. authentic. si qua Mulier Cod. de Sacrosf. Eccles. Carval. de utraq; quart. par.* 4. *cap.* 1. *n.* 12. *Castal. consul.* 300. *nu.* 6. *Grivel. decis. Dolan.* 97. *nu.* 12. *Rota dec.* 57. *nu.* 11. *par.* 11. *rec. apud Card. de Luc. de Testam. dec.* 45. *nu.* 20. *lib.* 9. *to.* 1. *& apud eumdem in Mantiss. eod. tit. dec.* 43. *num.* 4. *lib.* 9. *to.* 3. & de secunda *est text. in leg. Pater filium ff. de rer. divis. Iason. in leg. Marcellus* §. *Resque nu.* 17. *ff. ad Trebell. Saminiat. controv.* 75. *nu.* 65. *Peregrin. de Fideicommissis artic.* 4. *n.* 33. *Mangil. de imputat. quæst.* 115. *num.* 8. *Rodulphin. allegat.* 115. *nu.* 31. *&* 61. *Ludovic. decis. Lucen.* 38. *n.* 33. *Palm. nep. decis. Lucen.* 301. *n.* 6. *Rot. dec.* 12. *nu.* 37. *& dec.* 363. *num.* 31. *par.* 10. *dec.* 375. *nu.* 8. *par.* 17. *recen. in Melevitana Bonorum* 9. *Maii* 1701. §. *Ita paritèr, & seq. coram clar: me: Card. Caprara, & in Romana Donationis* 14. *Decembris* 1705. §. *Quo enim cor. bo: me: Molines.*

Quibus jactis firmissimis fundamentis, & non docto per Mariam Catharinam de insufficientia Bonorum Fideicommissi Universalis pro solutione legitimæ, uti opus foret ad *tradit. super Pal. nep. alleg.* 19. *n.* 58. *Peregrin. de Fideicommissis art.* 4. *sub n.* 34. *Adden. ad Buratt. dec.* 693. *nu.* 12. manifestè deducitur, quod tota, & integra legitima, sic aucta ex calculo bonorum Legatorum detrahenda sit ex bonis sub fideicommisso universali comprehensis *Cravett. consf.* 141. *nu.* 5. *Surd. consf.* 332. *nu.* 14. *Card. de Luc. de donation. discurs.* 34. *num.* 4. *Merlin. de Legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 10. *n.* 10. *Peregrin. de Fideicommissis art.* 4. *num.* 34. *& artic.* 36. *num.* 152. *Cyriac. controv.* 221. *nu.* 33. *&* 34. *Rot. dec.* 347. *nu.* 8. *par.* 13. *& in Romana Legitimæ de Costi* 18. *Februarii* 1704. §. *Nec obstat, &* §. *Quoad insignes cor. Eminentissimo Scotto.*

Præmissorum efficacia declinari quin valuerit sub presidio, quod cum feminæ omnes, tàm sæculares, quàm regulares hæredes essent usufructuariæ, proprietaria verò Causa Pia substituta, Legitima idcircò æqualitèr detrahenda sit ex omnibus bonis Testatoris, tàm scilicèt obventis fœminis in sæculo, quàm aliis relictis monialibus, non verò ex illis tantùm in quibus fuerunt institutæ fœminæ sæculares. Benè namque perpensa Testamentaria dispositione, deprehensa statim extitit insubsistentia suppositi, dùm clarè constitit Zucchinam, & Missirolam, verè esse hæredes proprietarias, Moniales, verò simplices Legatarias, & usufructuarias. Deducebatur autem institutio in proprietate quoad illas ex eo, quod Testator in casu, quo Dominicus Antonius ejus filius hæres institutus decederet sine filiis, alium non scripsit hæredem in proprietate, quàm proprias, & Dominici Antonii filias fœminas, ibi: *Voglio, che succedano in tutta la mia Eredità senza diminuzione, e detrazione alcuna, quale espressamente proibisco, tanto le figliole femine se ne lascierà detto mio figlio, quanto le mie &c.* Quæ verba *succedano &c.* apertissimè presseferunt, quod dd. fœminæ verè sint hæredes proprietariæ, juncta præcipuè duplici æquè valida animadversione, quarum prima promanat ex prohibitione detractionum, quæ soli hæredi proprietario convenit, altera verò ex eo, quod Testator in dicto casu alium non scripsit hæredem in proprietate, quàm fœminas, dùm Loca Pia vocavit tantùm post obitum dd. filiarum; Unde ad hoc ne Testator pro parte testatus, & pro parte intestatus decessisse videatur, fœminæ dicuntur ab initio hæredes institutæ, ut communiter firmant *Imol. in leg. filius à Patre nu.* 4. *versic. Idem potest dici, & nu.* 6. *versic.* 2. *casu ff. de liber. & posthum. ibique Alexander num.* 3. *Surd. consf.* 439. *nu.* 1. *Hondod. consf.* 62. *nu.* 2. *&* 13.

& 13. cum seqq. lib.2. Gabriel consil.121. nu.3.& seqq.lib.2. Fusar.cons.195.num.5. Peregrin.de fideicommiss artic.7. num.21. Mantic. de coniectur. ultim. volunt. lib.4. tit.5.art.11.per tot.Roc.disput.Iur. cap.30. sub nu.14. Rot.coram Burat.dec.721.nu.7. dec.138.nu.2. & dec.460.per tot.par.4.divers.& in rec.dec.122.nu.3. & seqq.par.2.

Parùm attento, quod Testator in substitutione facta favore fœminarum mentionem fecerit de usufructu, & gaudimento, ibi: *A godere egualmente sin tanto che viveranno, e ciascuna di loro viverà con le ragioni di succedere nell' usufrutto le sopraviventi*: Quia cum verba relata in superiori §.*Litteraliter* demonstrent fœminas fuisse institutas in proprietate, subsequens mentio usufructus, & gaudimenti necessario intelligenda venit de usufructu, & fruitione causali, non autem de formali, & à proprietate distincta, & separata *Capyc. Latr. consult.112.nu.45. & 46. Rocc.disp. jur.cap.30.sub num.4.versic.* prout etiam *Rot.dec.99.nu.35. & seqq.par.12. dec.345. nu.4.& 5.par.19.recen.in Reatina Successionis 4.Maii 1696.§.Quoniam cor.cl:me: Card.Caprara,& in Interamnen.Manutentionis 22. Aprilis 1697. §. Cessare adhùc versic.quando illam Testator cor.bo:me:Ansaldo.*

Non sic tamen dici potest de Monialibus, quæ non solum non fuerunt substitutæ,sed potiùs expressè exclusæ ibi: *Escluse le Monache, e Monacande*: ex quo disponendi modo impossibile redditur, quod Moniales dici possint eadem forma, substitutæ, ac sæculares, dum daretur in Testatore instantanea correctio, quod scilicet voluerit esse cohæredes moniales, quas antea litteraliter à successione,& hereditate excluserat, quæ instantanea correctio si in eadem dispositione semper evitanda est *Rot. coram Emerix Iun. dec.889. nu.14.cor. Ansald.decis.47.nu.4.in recent. dec.513.num.5.& dec.601.nu.8.par.19.* sit indè pernecesse consequens à dispositione per quam Testator consulere voluit Monialibus cum relicto duorum particularium Prædiorum, pro quibus eodem modo, ac sæculares fuerunt onere restitutionis gravatæ, argui nequaquam valeat, quod ipsæ fuerint institutæ cohæredes cum fœminis in sæculo manentibus, sed considerari dumtaxat debeant tanquam simplices Legatariæ usufructus Prædiorum; Maximè quia fœminæ sæculares fuerunt universaliter substitæ, & quoad Moniales in re particulari honoratas idem Testator usus, & verbo *lascio*, quod convenit Legato, non autem hæreditati *juxt. Theoric. Bartol.in leg.bis verbis 48. ff. de hæred.Instit. Grass. de success. §.Institutio quæst.14.nu.2.& 3.Barrii de success.lib.2. tit.1.nu 2.& 3.*

Cùm itaque ex dictis pateat Moniales esse meras Legatarias, & usufructuarias dd. Prædiorum, sæculares verò esse hæredes proprietarios universales, benè consequitur, ut ad istas spectet onus solutionis integræ legitimæ non verò ad Moniales simplices Legatarias, ut præter relatos in §.*Quibus* jactis firmat *Rot.dec.363.n.32. par.10.& dec.167.n.2.par.11.recen.*

Et ità uterque &c.

Formola di Locazione de' Terreni per Apoca privata.

Al Nome di Dio A di del Mese di 171. In

PER la presente privata Scrittura da valore come pubblico, e giurato Instrumento, dichiara come

dà, e concede a lavorare alla metà di tutta l'entrata, di granelle, e frutta

Un di Tornature di Terra
con Casa sopra, ed altre sue ragioni, e pertinenze post nel Territorio
nella Scola appresso I suoi noti confini a lavorare, e coltivare da uomo da bene, conforme dispone lo Statuto di detto luogo, per tempo, e termine di un anno da cominciare alla Festa di tutti li Santi prossimi avvenire 171. e da finire come segue, ed in oltre a beneplacito delle parti,con i patti seguenti,e non altrimenti, nè in altro modo &c.

Item

Item siano tenuti detti Lavoratori lavorare dette Terre, come da'buoni Lavoratori si costuma, cioè romperle prima, di poi tagliarle, e terzo rinterzarle, e quarta volta seminare il grano, che dovrà essere di buona qualità, con vangare anche a paletto Tornature per seminare li Marzatelli.

2 Siano tenuti seminar detta Possessione, come sopra grano buono Corb. del quale glie ne dovrà dare il Padrone Corb. e de'Marzatelli sù la Vangata e sù l'Arata il residuo dovranno mettere li Lavoratori del proprio.

3 Siano tenuti li Lavoratori far Fossi dentro, e fuori ogn'anno, massime dove si seminarà il grano, come anche per dare il scolo all'acque, dove ne sarà il bisogno, e questi per tutto il Mese di Maggio.

4 Non possino li Lavoratori tagliare arbori di sorte alcuna, nè rami di essi, beochè in poca quantità, ancorchè fossero secchi, senza licenza del Padrone, sotto pena del risacimento del danno, & ad ogni spesa, ed interesse, come anche non potranno far legna minuta, se non d'anni e questa fatta in fastine condurla a sue spese a Casa del Padrone, e non facendola sia lecito al Padrone, ò suoi Agenti farla fare a tutte sue spese, quali fascine dovranno essere un terzo delli Lavoratori, e duoi terzi del Padrone, nè potranno muoverle dalla massa, se prima non saranno state visitate dal Padrone, ò suoi Agenti.

5 Siano obligati li Contadini per regaglie ogn'anno a Natale pagando in denari pagare scudi di pavoli al Padrone, ò suoi Agenti legitimi con riportarne la ricevuta sopra un libretto, che dovranno avere appresso di se per notarvi il debito, & il credito, che avrà col Padrone, e non pagando in denari, dovranno dare a Natale Carne di Porco maschio libre e para di Capponi, a Carnevale para di Galline, a Pasqua di Resurrezione Ova ed alla Festa di S. Gio: Battista del Mese di Giugno para di Pollastri.

6 Si dovrà fare un Inventario di tutti gli Vsci, Fenestre, Grippie, Ebii, ed ogni altra cosa, che sarà nella Casa da consegnarsi alli Contadini, quando verranno ad abitarvi in essa, per doverli poi nella stessa forma riconsignare al Padrone, ò suoi Agenti, e quello mancarà saranno tenuti a pagarlo, qual Inventario sarà inserto nella presente Scrittura.

7 Tutta la Foglia de' Mori sarà del Padrone, e li Lavoratori dovranno sfogliarla, e condurla dove ordinarà il Padrone, e quando il Padrone non voglia detta Foglia, siano tenuti li Lavoratori pigliarla, e pagarla scudi così concordato per tutto il mese di Giugno.

8 Che li Lavoratori siano tenuti piantare tutti li Arbori da radice, e viti, che li darà il Padrone, come ancho quelli da punta, e quelli custodire, e zappare secondo il bisogno.

9 Che li Lavoratori siano tenuti condurre tutte l'entrate a Casa del Padrone a proprie sue spese, come anche fare tutti i Carreggi, che possano bisognare per Casa, e massime per riempir la Conserva, ed in occasione di fabbricare, ed un Carreggio fuori del Territorio lontano miglia

10 Siano obligati li Lavoratori tener ben serrata l'Ara con Siepi di Spini con suo Rastello, come anche i passi, acciò non s'introducono sù la Possessione Vie, ò Sentieri.

11 Tutta la Paglia d'Orzo sarà del Padrone, come anche saranno tenuti li Lavoratori dare al Padrone di Strame, ò Paglia Carra ogn'anno, e fare ogn'anno a sue spese Carra di Zocchi, e quelli condurre a Casa del Padrone, come anche non potranno tener Bestie grosse, ò minute, se non del Padrone, mentre glie ne voglia dare, ò non ne abbia delle proprie.

12 Dovranno li Lavoratori sfogliato, che sara la Foglia portare li Mori a misura del bisogno, come anche gli Olivi, e Viti a suo luogo, e tempo, e dove saranno Vigne lavorarle, e rimenarle, & impallarle conforme vanno, altrimenti mancando cadano nella pena del Statuto, con obligo anche di collocare ogn'anno almeno Viti numero e fare fossi nuovi oum.

13 Dovranno li Contadini quando condurranno il grano ajutare il Fattore a insossare, ò sfossare il grano, come portar Torcoli a sufficienza per il grano raccolto.

14 Tutta l'Vva bianca sarà del Padrone, e li Lavoratori ne dovranno avere all'incontro altrettanta della rossa, e quando quella eccedesse, allora si dovrà partire, acciò ogn'uno abbia la sua metà.

15 Che li Contadini non possino tener Troje da fron, come anche senza licenza del Padrone, o suoi Agenti, come anche d'ogni dieci di esse siano obligati darne una al Padrone, e così s'intenda anche de' Tacchini, ed Anatre.

Quali patti esse parti insolido respettivamente promettano inviolabilmente osservare vicendevolmente, altrimenti ad ogni danno &c.

E per osservanza di tutte le promesse cose (e quando anche bisognasse aggiungere alla presente Scrittura altri patti, e condizioni (per l'infrascritte esse parti obligano principal insolido respettivamente se stessi, loro eredi, e successori, e beni presenti, e futuri, etiam nella più ampla forma della Reverenda Camera Apostolica con tutte le Clausule solite da estendersi &c. rinunciando &c. In fede &c.

DISCURSUS

D. ADVOCATI DOMINICI URSAYÆ

IN CAUSA

Romana Solutionis Fructuum Locorum Montium.

ARGUMENTUM.

Capserii DD. Depositariorum Montium Cameralium tenentur promptè solvere fructus Locorum Montium illis Personis, quibus à Montistis, moram facientibus in Urbe, fiunt Ordines, directi dd. Depositariis, absque ulla necessitate recognitionis manus eorumdem Montistarum.

1 INter alios abusus, nostris temporibus de facto introductos ab aliquibus Capseriis DD. Depositariorum Locorum Montium Cameralium, concernentes retardationem punctualis solutionis fructuum Locorum Montium, inter quos non infimum occupat locum magna devotio servandi multas festivitates, in Kalendario, uti de

de præcepto nullatenùs descriptas, quæ non servantur, neque à Dataria, neque à Cancellaria, neque à Secretaria Brevium, neque à Sacris Congregationibus; Itaut in curioso Liberculo, cui titulus. *Notizie dell'anno* 1719.*fol.*52. Ultrà festivitates de præcepto; Vltrà antiquas solitas extraordinarias vacationes, aliis etiam Professionibus communes, in eodem Liberculo descriptas; Vltrà omnes dies Sabbathi; Et ultrà totum tempus pomeridianum integri anni; Non sine admiratione pro Capseriis DD. Depositariorum Montium, nescitur quâ authoritate, quovè titulo, adnotatæ reperiantur aliæ merè arbitrariæ fixæ vacationes pro 31. diebus, seu pro duodecima parte totius anni, ut illas calculanti remanet manifestum.

2 Alter abusus non minùs præjudicialis Montistis, quàm penitùs destructivus publici commercii, non sine stupitu de facto introduci hodiè prætenditur, dum unus ex eisdem mercenariis Ministris, Capseriis nuncupatis (salva pace aliorum semper dictum sit, qui hoc nullatenùs prætendunt, sed incedunt per illam viam, quam Majores instituerunt) acertimè in ea insistit insigni novitate, non exequendi Ordines pro solutione fructuum Locorum Montium, ab illis Montistis confectos, qui in Vrbe moram faciunt, vel Romani sunt, neque etiam exceptis utriusque sexus Magnatibus primæ classis, nisi eorum manus qualibet vice, seu in quolibet Ordine recognoscatur à publico Notario, vel nisi solemne stipuletur procuræ mandatum.

3 Confundendo hoc modo antiquam laudabilem praxim, quâ attentâ, semper cum hac distinctione processum fuit, quòd scilicet. Vel Montista erat Romanus, vel habitabat in Vrbe, & nil aliud desiderabatur pro exactione fructuum Locorum Montium, ad ejus favorem cautantium, quàm simplex, & merus Ordo, ab eo scriptus, vel subscriptus. Vel erat Exterus, aut Romanus, extrà Vrbem degens, & tunc requirebatur mandatum procuræ, stipulatum à Notario illius Loci, in quo moram faciebat Montista; Cùm hoc tamen, quòd deindè manus ejusdem exteri Notarii (quatenùs ignota esset) recognosci solita erat in Vrbe per duos Testes, notum habentes ejus characterem, quod procuræ mandatum, taliter recognitum, exhibebatur Curiali, seu legali Procuratori Depositarii Montium, à quo in fine dicebatur, Posse solvi fructus Locorum Montium Procuratori constituto, si non adesset impedimentum; Vel more moderno, dicebat dictus Procurator Curialis. D.N.N. constituit D N.N. Procuratorem ad exigen. fructus suorum Locorum Montium. Et hoc modo usquequò durabat Appaltus Depositarii, idem Mandatarius semper exigebat fructus Locorum Montium, ad Mandantem spectantes, prout omnia hæc notoria sunt in Vrbe.

4 Quia verò, ut ad rem solitus erat dicere clar. me: Card. Nigronus eo tempore, quo Thesaurarii munus laudabiter exercuit, Loca Montium habent etiam *le sue tempeste, secche, nebbie, e grandini*. In ordine ad Montistas illas exemplificando in extinctione Montium, vel in extractione aliquorum Locorum, amittendo illud plus, quod à communi commercio, ultrà sòlitum pretium centum scutorum pro quolibet Loco exbursatum fuit, & addendo tantundem pro emptione aliorum Locorum, juxtà recens exemplum extinctionis Montis Religionis vacabilis, cujus memoria æquè amara, & sensibilis mihi est, & juxtà recentius, ac quotidianum exemplum replicatarum Extractionum Montium Fidei, & Communitatum: Exemplificando verò illas respectu Ministrorum, deputatorum ad solvendos fructus Locorum Montium, in periculo solvendi aliquam summam cum Ordinibus falsis, in exigendo pecunias, quæ deindè reperiebantur non bonæ qualitatis, nec justi ponderis, in periculis furti pecuniarum, & similibus, de quibus *R.P.D. Ansald. de Commerc. & mercat. disc.* 39. *per tot.* & signanter *n.* 5. & *Card. de Luc. de Cred. disc.* 8. *n.* 26.

5 Hinc ad imitationem ejus, quod laudabiliter introductum est in publicis Bancis famosorum Mercatorum Nundinalium, & in Vrbe in Sacro Monte Pietatis, & Banco S. Spiritus, in quibus ratione dd. periculorum Ministri primæ classis, nempè Capserius, & Computista, habent pingues menstruas provisiones quinquaginta, & sexaginta circiter scutorum, soliti fuerunt DD Depositarii Montium deputare Personas apprimè aptas ad idem munus adimplen. cum insigni tamen provisione, proportionata dd periculis, & hoc modo absque minima interruptione, & prajudicio publici commercii, & sine ulla majori impensa Degentium in Vrbe, vel in confectione mandati procuræ, vel in recognitione eorum manus in Ordinibus, ab ipsis subscriptis, semper à dd. expertis, & practicis Ministris DD. Depositariorum, vel statim executi fuerunt simplices Ordines, eis directi, pro solutione fructuum Locorum Montium, vel æquè solitâ, prudenti, atque notoriâ cautelâ, quando dubium aliquod habebant circa Personam exigentem, & circà characterem facientium Ordines, vel mediantibus aliquibus interrogationibus, concernentibus nomina, cognomina, & alias qualitates Mandatariorum, & Mandantium, soliti erant facti veritatem indagare; Vel asserendo, non esse in Lista partitam, ab eis prætensam, hoc modo obligando verum Dominum ad accedendum ad Bancum; Vel demum alio modo certiorando d. Ministrum, ad hoc ut iste benè, & tutò solveret, quæ cautela sæpissimè ad praxim reducitur in dd. publicis Bancis, ut notorium est, illamque originariè docuit *Bald in Rubr. de Fid. Instr.* ibi: *Non est de necessitate, quod Tabellis habeat notos Contrahentes, & eorum nomina per præcedentem conversationem, vel notitiam, sed satis est, quod acquirat notitiam tunc, eo modo, quo potest, scilicet videndo Personas paciscentes, & audiendo verba eorum & nomina, & prænomina, quibus asserunt se vocari*, quem sequuntur adducti *in Tom.* 1. *Discept. Eccles. par.* 2. *discept.* 1. *n.* 505.

6 Cum illo addito, quod quando sermo est de Personis divitibus, vel nobilibus, in quarum injuriam redundaret assertio, quod in Banco non adest integra summa, contenta in Ordine, rotundè asserunt, foris adesse Cedulam, sine qua solvere non possunt summam, à Giratariis prætensam, eisdem proindè injungentes, ut illam secum afferant, quodquè tunc promptè satisfacient: Hoc pariter civili modo obligantes verum Dominum ad accedendum ad Bancum, vel alio modo certiorandum Computistam, quod ipse Dominus pecuniæ depositæ nunquam habuit Cedulam, ut est pariter notorium illis, qui ad similes publicas Ædes accedunt.

7 Per hanc antiquam semitam, per annum supra quadraginta, quibus in Vrbe moram feci, semper ab omnibus DD. Depositariis Montium Cameralium, juxta notam praxim, de qua *Card. de Luc. de Cred. disc.* 69. *nu.* 2. & 3. faciendo similes Ordines, directos dd. DD. Depositariis, qui punctualiter adimpleti fuerunt usquè ad Bimestre Januarii, & Februarii correntis anni 1719. Nempè à D. Depositario Montium S. Petri 2.6. & 7. Er. & Restaurati a Er. A D. Depositario Montium S. Petri primæ, & 5. Er. S. Pauli Religionis non vacabilis, & Montis Communitatum; A D. Depositario Montium S. Petri 9. Er. & Nov. 2. Er. A D. Depositario Montium Rest. 3. Er. & Relig. vacabilis, ultimo loco extincti; A D. Depositario Montis S Petri 8 Er. A D. Depositario Montium S. Petri 4. Er. & Rest. 1. Er. Et à D. Depositario Montium Fidei, & S. Petri 5. Er. Cujus veritatis æquè patens, & innegabile testimonium habent in eorum Libris, & Listis dd. Depositarii, non solùm pro tempore eorum Depositariarum, sed etiam pro tempore eorum Antecessorum in eodem munere, quorum Libri, Ordines, cæteræquè Scripturæ retineri solent à Successoribus in eodem Officio.

8 De mense autem Febr. proximè præteriti expertus difficultatem promptæ exactionis in Banco D. Depositarii Montium S. Petri 4. Er. & Restaurati 1. Er. non omisi commendabili civilitate personaliter me conferre ad ejus Bancum, primo loco rogando illius Capserium, qui retinet Listas Montistarum, & deindè ipsummet D. Depositarium, ad hoc, ut, abstinendo in hac parte ab omni præjudiciali

novi-

novitate, vellent solvere Mandatario, ibidem præsenti, summam debitam, cum solo, & simplici Ordine, publicè illis testando, quod Ordo scriptus erat proprio charactere; Sed, inciviliter recusato adimplemento ejusdem Ordinis, opus fuit recurrere ad notoriam justitiam Illmi, & Rmi D.m. Prothesaurarii generalis, qui dignatus fuit oretenus mandare eidem Depositario promptam exequutionem dicti Ordinis, ut sequutum punctualiter fuit, tam pro bimestre Novembris, & Decembris proximè præteriti anni 1718. quod tunc solvebatur, quàm etiam pro sequentibus, cum declaratione, quòd ita promptus erat in futurum continuare, ut de facto practicavit.

9 Credebam proindè, quòd, hujusmodi exemplo monstrante viam Capseriis aliorum DD. Depositariorum, non ampliùs respectu mei audirentur difficultates, & clamores Montistarum, qui totam Vrbem impleverunt; Sed eventus demonstravit oppositum, eo quia, inter omnes alios Ministros DD. Depositariorum, unicus, & solus Minister D. Depositarii Montium S. Petri 1. & 3. Er. S. Pauli Religionis non vacabilia, & Communitatum, nescitur quo spiritu ductus, intrepiditate helveticâ, inexorabiliter pedes fixit in dictâ voluntariâ renitentiâ non solvendi fructus Locorum Montium, nisi mediante procuræ mandato, vel prævià recognitione manus publici Notarii, apponenda in quolibet Ordine; Ad ejus autem duritiem emolliendam non omisi, datâ operâ, eum invenire, & alloqui extra suum Telonium, ut sequutum fuit in Ecclesia S. Mariæ in Vallicella, in qua post Missæ Sacrificium, cui ambo interfuimus, solemnissimo Pentecostes die, eum urbanè rogavi, ut ab omni novitate abstineret, eo quia Ordo, à me scriptus, erat verus, & realis, & ipsemet poterat eum confrontare cum aliis, in maximo numero apud ipsum existentibus, quatenus majorem evidentiam in hac parte desideraret, si major de mero possibili dari potest feriæ, & claræ confessioni Principalis.

10 Eò autem magis sperabam meas officiosas instantias esse exaudiendas ab eodem Ministro, ex quo notorium est, ipsum ab innegabili rectitudine, & solitâ justitiâ Illmi, & Rmi D. Prothesaurarii generalis ante paucos dies coactum fuisse, effectu punctualiter subsequuto, propriis manibus deferre ad Palatium unius ex primæ classis Magnatibus summam illam, quam solvere renuerat Exactori manus sub eodem frivolo prætextu non recognitionis ejusdem ipsius Magnaria.

11 Frustratâ verò omni spe obtinendi ab eodem Ministro id, quod de toto Iuris rigore negari non poterat, aliam in hac parte urbanitatem exercere volui, ad omnem abundantiorem cautelam: Neglecto siquidem hujusmodi incivili operandi modo dicti mercenarii Ministri, personaliter accessi ad domum ejusdem D. Depositarii, eum enixè rogando, ut suas apponendo manus in hac materiâ, suppleret partes illas, in quibus ejus Minister defecerat, eodem tempore insinuando eidem D. Depositario motiva omnia justitiæ, & congruentiæ, quibus innitebatur instantia, latè infra explicanda.

12 Officiosissimè autem admissus, & æquali officiositate dimissus fui ab eodem D. Depositario, pluriès mihi repetendo, quod post discursus, quos cum ejus Capserio habere se velle declararavit in hac parte, non omisisset mihi nunciare ea, quæ inter ipsos concordata fuissent.

13 Responsio verò per Bigliettum fuit sequentis tenoris: *Riverisce devotamente &c. e li fa sapere, come avendo parlato col suo Cassiere &c. per questa volta, sapendosi dal medesimo, essere suo Ordine, non averà difficoltà di pagarlo &c. Mà che in avvenire non potrà servirla, se non manda l'Ordine con la dovuta recognizione.*

14 Pro intelligentia illorum verborum: *Sapendosi dal medesimo, essere suo Ordine, non averà difficoltà di pagarlo*; Sciendum est, eadem verba referri ad id, quòd ad collendum omnem prætextum repetitis vicibus dictum fuit, tàm Capserio, quàm D. Depositario, quod Ordo controversus erat scriptus meo proprio charactere, qui est superlativus modus recognoscendi manum, ex firmatis per *Rotam dec. 230. nu. 2. cor. Cerr.* ibi: *Recognitione propriæ manus, quæ a nemine meliùs, quàm à Scribente fieri potest, & dec. 56. nu. 2. par. 15. rec.* Quod ille, qui Ordinem exigere debebat, erat illemet, qui per sex annos antecedentes semper illos exegerat in ejus Banco; Quodque in casu mutationis Personæ ejusdem Mandatarii, egomet personalitèr accessissem ad certifican d. Capserium de tali mutatione, qui proindè non finè magna inchoerentia se declaravit, velle eidem solvere pro una vice dumtaxat, non pro aliis, usquequò non fuisset certioratus de mutatione.

15 Ex quibus omnibus nolens precibus pro uno bimestre assequi id, quod firmitèr credo, mihi de Iure semper competere, juxta regulam, de qua *Rota in Giennen. Juris mutandi 26. aprilis 1700. § Nec attento coram Muto*, ibi: *Frustra enim precibus impetratur, quod absque illis permissum est*, de qua *in To. 1. Discept. Eccles. par. 2. discept. 8. n. 9.* operę pretium duxi legalitèr ostendere insubsistentiam dictæ inauditæ prætensionis.

16 Ad quem effectum sufficeret sola punctualis authoritas *R.P.D. Ansald. de Comm. & Mercat. disc. 24. nu. 9. & duobus seqq* ibi: *Inter quas rationes præcipuè urget illa, quod si pro solvendis duobus, tribus, aut quatuor scutis, oportuisset vocare testes, & formare speciem Processus super recognitione Personæ &c. commercium &c. Capsæ redditum fuisset impracticabile*, quem sequutus fui in *Tom. 1. Discept. Eccles. par. 2. discept. 1. nu. 105.* Eo quia notum est, quod punctualis opinio Doctoris, contradictorem non habentis, reputatur casus legis, ex adductis *in Institut. crimin. lib. 2. tit. 8. nu. 240.* quibus addi possunt *Card. de Luc. in Miscell. Eccles. disc. 47. num. 20. & Rota in Giennen. Juris mutandi 2. Julii 1700. §. Quod indubitanter cor. Kaunitz, & in Legionen. Parochialis eisdem die, & anno § Admissa coram eodem.*

17 Et tamen ad materiæ ornatum sex subjunguntur reflexiones, quarum unaquæquè, etiam separatim sumpta, nimis stringere videtur ad obtinendum intentum: Undè multò magis eundem effectum operari debent simul unitæ, ut in omni materiâ facien. esse monent adducti in *dec. 9. n. 18 & seq. cor. Arguell.*

18 I. Scilicet, quod contraria prætensio est æquè insignia, & inaudita in Urbe, & in Orbe.

19 II. Quia illa est summoperè præjudicialis omnibus Montistia.

20 III. Quia est penitùs impeditiva publici commercii.

21 IV. Quia non practicatur in Monte Pietatis, & Banco S. Spiritus Urbis, & proinde eo minùs practicari debet in eadem Urbe à DD. Depositariis Montium Cameralium.

22 V. Quia in concreto præsentis casus cum D. Depositario Montium S. Petri 1. & 3. Er. S. Pauli Religionis non vacabilis, & Communitatum, est merus, & frivolus prætextus ejus Capserii.

23 VI. Demum quia respectu Scribentis est exceptio, undiquè insubsistens, & ex omni parte irrelevans.

24 INcipiendo à prima: Non adest forsan propositio, in qua cum majori consonantiâ, & energiâ concordent Sancti Patres, Theologi, Canonistæ, & Civilistæ, uno verbo, omnes Doctores, quàm, novitates esse Reipublicæ præjudiciales, odiosas, nunquam introducendas, & quantùm fieri potest, semper impediendas, & in principio suffocandas, ut videre est apud nubem illam Authorum, quos referunt, & sequuntur *Gonzal. in cap. Cum consuetudinis nu. 2. & 3. de Consuet. Capon. discept. 85. n. 12. & pluribus seqq. Pignatell. consult. 9. n. 17. & seq. to. 8. & Rot. in Aretin. Jurium Paroch. 15. Januar. 1703. § Cæterum cor. Reverendiss. Ansald. & in Pampilonen. Manutentionis 10. Maii 1706. in fine cor. Caffarell.* cum aliis concordan. citatis in *Tom. 2. Discept. Eccles. par. 2. discept. 26. num. 113.*

25 Et in nostris terminis egregiè *Rocc. Select. interpr. cap. 75. n. 19.* ibi: *Nullatenùs sunt toleranda novitates in hujusmodi materia, quas hodierni Gabellarii introducere con-*

Digitized by Google

tendunt &c. cùm ut plurimùm Rempublicam turbent &c. Signanter quia aGubellariis antecessoribus hujusmodi prætensa diligentia &c. nunquam fuerunt adhibita. Imò *nu.* 18. post plures Authores, quos ibidem citat, & sequitur, ad rem ulteriùs observat in suo casu id, quod mirabiliter in nostris terminis applicatur, quod scilicet, quando moderni Capserii acceptati fuerunt servitio DD. Depositariorum, novitas, quæ hodie introduci prætenditur, nullo modo in mentem illorum Capseriorum venerat, qui tunc temporis idem Officium exercebant; Igitur, aut dictus modernus Capserius imitari debet in hac parte suos Antecessores, juxta celebre monitum *Aristotelis*, sequuti à *Patrit.lib.3.tit.1.de Reipubl.* ibi: *Civitatis statum diligant, contentique eo nihil moliantur, nihil agitent, quod alienum, novumque sit, sed eam viam ire pergant, quam Majores instituerunt, quaque aliorum vestigiis attrita sunt: Novarum enim rerum studium semper Rempublicam labefactare solet*; Aut reliquere aliis magis expertis, magisque in agibilibus versatis Ministris exercitium dd. Officiorum, qui absquè tali novitate parati sunt incedere per antiquam viam, Montistis nullatenùs præjudicialem, & publici commercii nullo modo impeditivam.

26 Quæ si procedunt in illis etiam novitatibus, quæ valdè utiles sunt, juxta nobilem animadversionem *S. August.epist.128.cap.5.* ibi: *Ipsa mutatio consuetudinis etiam qua adjuvat utilitate, novitate perturbat*, quem sequuntur adducti *in Metulen.super bono Jure 27.Januar.1708.§.Cæterùm cor.Reverendiss.Ansaldo*, cum aliis citatis in *Tom.3. Discept.Eccles.par.2.discept.26.nu.4.* Quanto magis locum habebunt circa præsentem novitatem, nimis præjudicialem Montistis, juxta sequentem secundam reflexionem.

27 Prrejudicium Montistarum in eo residet, quòd ex mero placito Capserii impendere coguntur id, quod necessarium est pro recognitione manus in Ordinibus, vel pro rogitu, & fide Instrumentorum mandati procuræ, ad quas expensas nunquam de præterito obligati fuerunt: Omnis autem interpretatio in hac parte capienda est favore eorundem Montistarum, non solum ad aliciendos illos ad emenda Loca Montium, quæ in præteritum, & de præsenti existimata semper fuerunt, & existimantur pro re, æqualitèr delicata, & à Principe privilegiata, ex animadversis per *Card. de Luc. de Locis Mont.non vacabil.cap.5.de Privil.Locor. Mont.& Montistar. per tot.* Ad sublevandos eosdem Montistas ab illis tempestatibus, grandinibus, & ariditatibus, quibus ex animadversis supra *n.4.* subjecti sunt in extinctione alicujus integri Montis, vel in quotidianâ extractione aliquorum Locorum; Vel demum ex illâ circumstantiâ, quod aliquæ partitæ Montistarum sunt adeò tenues, ut sola merces, necessaria pro recognitione manus in quolibet Ordine, vel pro stipulatione, & fide mandati procuræ, nedum adæquet, sed superet fructus unius bimestris, qui casus non est metaphysicus, illiusque existentia ictu oculi apparet ex recognitione Listarum, existentium penes DD. Depositarios Montium Itaut videatur nimis durum, ac æquè amarum, ut Montista, qui suis redditibus parcè vivere studeat, ex mero arbitrio Capserii Montium cogatur hodie impendere in uno bimestre quod percipit ex fructu unius Loci Montis, quòdquè de præterito à D. Depositario Montium semper fuit ei punctualitèr solutum absque alia criticatione, vel recognitione manus.

28 Pro majori evidentia hujus præjudicii supplicantes observare, quòd illud non est semper tenuis summæ unius julii, sed solet aliquando esse majus, quia non omnibus indifferentèr licet accedere ad Officia Notariorum, sivè ratione qualitatis Personarum, sivè ratione sexus, sive ratione infirmitatis, sive ratione alterius legitimi impedimenti, quòd faciliùs concipi, quàm hic exprimi necessarium sit: In quibus terminis, qui non sunt metaphysici, crescit expensa in aliis tribus juliis pro viatico Notarii: Et proindè impensa exactionis fructuum unius Loci Montis in his circumstantiis pro septem Ordinibus, seu pro uno Bimestre erit in totum juliorum 28. ut patet Consideranti.

29 Itaut honesta Persona, quæ gratia exempli (quod non est rarum, nequè casus metaphysicus) habeat septem Loca Montium in diversis Depositariis, puta Locum unum Montis Rest. 3 Er. Unum Montis S Petri 1. vel 3. Er. Communitatis, aut S. Pauli Religionis non vacabilis. Unum S. Petri 2. vel 6. aut 7. Er. vel Rest. 2. Er. Unum S. Petri 4. Er. vel Restaur. 1. Er. Unum S. Petri 5. Er. vel Montis Fidei. Unum S. Petri 8. Er. Et unum S. Petri 9. Er. vel Novennalis 2. Er. quorum fructus solvuntur à dictis diversis septem DD. Depositariis, & qui fructus uniti cum aliis ejus redditibus deserviunt pro ejus congruâ substentatione; Pro exactione eorundem fructuum, quando ratione sexus, vel ob infirmitatem, aut aliud impedimentum non potest personalitèr accedere ad publicum Officium, teneatur erogare ferè integros dd. Locorum Montium fructus pro viaticis Notariorum, & recognitione manus, hoc est julios 28. pro quolibet bimestre, seu sc. 16. 80. annua; Adeout ex integro fructu suorum Locorum Montium, consistente in totum, & per totum in scut. 21. annuis, impendere teneretur Montista ferè quinque ex sex partibus pro illis exigendis.

30 Nec dicatur, quod ad hujusmodi replicatas expensas evitandas poterit fieri *Ordine fermo*, ut dici solet, vel generale mandatum procuræ, hoc est pro exigendis fructibus Locorum Montium, non pro uno, vel altero, sed pro multis futuris Bimestribus, & usquè ad ejusdem mandati procuræ, vel Ordinis revocationem.

31 Responsio enim in promptu est, observando, quod Capserius ille, qui ita discurrit, nolens exequi munus suum, quod unicè consistit in solvendis fructibus Locorum Montium, prætendit se extollere ad gradum Tutoris, vel Curatoris, & Præfecti Domus Montistarum, docens eis modum, quem tenere debeant pro administrandis propriis redditibus, & quod magis est, hoc modo prætendens restringere amplam facultatem, quam quisquè habet, disponendi de suis rebus ad proprium libitum, ut illâ utantur eo modo, quo placet ipsi Capserio, qui si mediantibus tot subtilitatibus, & cavillationibus digito ostendit proprio Officio præesse nescire, difficile est, quod diligentiam habere possit in rebus alienis, juxta dictum *Doctoris Gent. 1. ad Timoth 3. 5.*

32 Cæterum ad excludendam dictam contrariam prætensionem mirabilitèr urget innegabilis illa facti circumstantia, quòd non semper hujusmodi firmi Ordines, & generalia mandata procuræ fieri valent, nequè Montistæ tenentur in hac parte rationem reddere hujus difficultatis dicto Capserio, qui à se ipso potest venire in cognitionem ejusdem difficultatis, pervolvendo Ordines, jam exactos, & observando, quod aliqui ex illis facti fuerunt Mercatoribus, aliqui Artificibus, & aliqui ex aliis titulis Creditoribus Montistarum, quorum respectu sicut impracticabilis est modus procedendi per Ordines fixos, ità absque ullo fundamento remanet prætensio dicti Capserii.

33 Eò autem magis reflexio hæc omni consideratione digna videtur, quia DD. Depositarii Montium in solutione illorum fructuum, tanquam ab igne, cavere debent à subtilitatibus, & cavillationibus, nè possit attribui alteri motivo illorum durities impunctualitèr solvendo fructus Locor. Montium, ut in terminis exclamat *Cobell. ad Bull. Bon. Regim. cap. 34. artic. 26. de Depositariis Montium nu. 4. fol. mihi* 586. ibi: *Debet etiam Depositarius habere Telonium, seu Nummariam Mensam*, vulgò il Banco, *expositum publicè apertum &c. & cavere debet à subtilitatibus, & cavillationibus, nè scilicet imitentur Traces: &c.* Quod ex mandato s.m. Alexandri VII. per viam legis in terminis præcepit clar.me. Card. Fransonus tempore, quo fuit Thesaurarius generalis, ut patet ex Edicto impresso à *Zaul. ad Stat. Favent. to. 2. fol. 72* his verbis: *Comandiamo che tutti, e singoli Depositarj de' Monti debbano pagare prontamente in contanti alli Montisti &c. ad ogni semplice requisizione di essi Montisti &c. senza tergiversazione, ò dilazione alcuna*: Et generalitèr in terminis aliorum Mercatorum, quod ob commer-

mercii libertatem, quæ publicæ utilitati convenit, insistere nullatenùs debeant in dd. subtilitatibus, & criticationibus, benè observant adducti per *Card. de Luc. de credit. disc. 78. n. 7. & R.P.D. Ansal. de comm. & mercat. disc. 74. nu. 36.* ubi, quòd hujusmodi subtilitates destruunt publicum commercium, quod permittendum non est, & meliùs in *discursu generali num. 8.* ibi: *Relicta antiqua simplicitate, nimis subtilizant in Foro contentiose, ad fugiendas solutiones &c.*

34 ANtè demõstrationem eorum, quæ concernunt impedimentum publici commercii, quod summopere læditur, & multipliciter impeditur ab hujusmodi prætensione Ministrorum DD. Depositariorum, in facto præmittendum est id, quod modò indicavimus, quod scilicet de præterito, quando aliquis ex Montistis erat debitor alicujus Artificis, Mercatoris, vel alterius Operarii, vel ad solvendam pensionem domus, loco exigendi pecunias à DD. Depositariis Locorum Montium, & deinde illas solvendi hujusmodi Creditoribus, præsertim nostris temporibus, in quibus pecunia argentea non sine maxima difficultate reperitur, solitus erat facere Ordines iisdem Artificibus, Mercatoribus, & Creditoribus, qui à seipsis summas, sibi debitas, exigebant in Bancis DD. Depositariorum, cujus veritatis æque promptas, & multiplices habent probationes dicti Ministri ex solâ, & simplici recognitione Librorum, in Depositariis Montium existentium.

35 Hoc præmisso, palpatur manibus impedimentum hujusmodi publici commercii, quia, admissâ contrariâ prætensione, non potest ampliùs id ad praxim facilè reduci, sed ultra expensam recognitionis manus, de qua supra, requiritur etiam congruum tempus accedendi ad Notarios, vel expectandi illorum Iuvenes in propriis domibus, ad effectum habendi actum recognitionis manus, non in uno tantùm, vel altero Ordine, sed in omnibus illis, qui girari volunt Artificibus, Mercatoribus, & Creditoribus Montistarum; Omnes autem Doctores exclamant adversùs Mercatores illos, qui publicum commercium cavillationibus, & exquisitis subtilitatibus impedire procurant, ut videre est apud omnes *Repetentes in leg. 6. §. Ne potentiores ff. de Offic. Præsid. Mauson. de contrah. qu. 3. nu. 8. Knipsch. de Iur. univers. lib. 5. cap. 22. n. 77. in fine Klock. cons. 37. n. 360. de* Philipp. *disert. Fiscal. 30. n. 15. Rocc. select. interpr. cap. 75. nu. 11. Strac. de Mercator. qu. 4. nu. 12. Card. Tusc. lit. M. conclus. 207. sub n. 7. & R.P.D. Ansald. de comm. & merc. disc. gener. nu. 8.*

36 Et in durioribus terminis, quod favor publici commercii præponderare debeat in nostris terminis periculis fraudis, & præjudicii Ministrorum Banci, egregiè notat *Card. de Luc. de cred. disc. 69. n. 8.* ibi: *Et quamvis per aliquos Administratores motivaretur, quod ita posset aditus aperiri fraudibus, & collusionibus in supplantationem Banci: Nihilominus huic rationi, seu inconvenienti præponderat altera ratio major publici commercii &c.*

37 QUarto loco comprobantur omnia hæc ex notoriâ praxi omnium famosorum Mercatorum Nundinalium totius Orbis, & ex notorio solito, quod omnium oculis expositum est in Sacro Monte Pietatis, & Banco S. Spiritus Urbis, in quibus inaudita est prætensio, ut pro executione Ordinum eisdem directorum, concurrere debeat manus recognitio, ut omnibus notum est, quamvis agatur de conspicuis summis, deque innumerabilibus Ordinibus, ita ut unica die eorundem Ministri amittere possint totum id, quod toto tempore eorum vitæ pro mercede habent, ut observat *R.P.D. Ansaldus*, loquens de Capserio Banci S. Spiritus *de commerc. & merc. disc. 39. n. 5. & 6.* ibi; *Cumque ageretur de quotidiano periculo amittendi, non obstante qualibet sedulitate, & diligentia, in una die, vel hora, mercedem, quam pro toto tempore vitæ suæ in hoc onerose munere assequi potuisset.*

38 Ex hoc autem innegabili solito ad hominem demonstrata remanet irrationabilitas contrariæ prætensionis. Est enim verè monstruosum prætendere, ut pro exactione, ex. gr. centum obulorum, qui pro uno Bimestri debentur Montistæ pro fructibus Locorum Montium, requiratur dicta exquisita cautela, vel recognitionis manus respectu Ordinis, vel stipulatio publici instrumenti mandati procuræ, quæ tamen diligentiæ nullo modo requiruntur pro exactione centum scutorum à dd. publicis Ædibus; Et tamen omnia jura clamant, omnesque congruentiæ regulæ exposcunt, ut pleniùs consulendum sit, ubi maius est periculum, juxta literalem *Text. in l. 1. §. Sed si quis C. de Carbon. Edicto*: ibi; *Magis consulendum est iis, quibus majus periculum intenditur, & cap. 3. de Election.* ibi: *Ubi periculum majus intenditur, ibi procul dubio est pleniùs consulen.* cum concordan. apud *Fenzon. ad Stat. Urb. lib. 1. cap. 131 num. 35.*

39 Crescitquè in immensum vis huius animadversionis, observando, quòd illi, qui exigere solent fructus Locorum Montium, regularitèr solent semper esse eædem Personæ, eo quia, ut in terminis observat *Card. de Luc. de cred. disc. 69. n. 2. & 3.* vel sunt famuli, vel familiares, vel aliam habentes notam connexionem cum Montistis; E converso autem maior pars illorum, qui exigunt insignes summas in publicis Ædibus, neque etiam noti sunt principalibus Creditoribus, qui in eis pecunias deposuerunt, dum procedi solet per viam Ordinum, qui ut plurimum girantur, relicto in albo nomine exigentis, qui aliquando proprio charactere solet replere dictum album, in eoquo proprium nomen apponere, ut notorium est: Et tamen, attentâ peritiâ, & experientiâ Ministrorum dictarum Sacrarum Ædium, omnia in pace procedunt, absque ullo gravamine Creditorum, & absque ullo impedimento publici commercii.

40 Huiusmodi autem reflexio videtur æqualitèr solida, & stringens, quia difficilè poterit assignari congrua disparitatis ratio, quare in eadem Civitate, & sub eodem Principe Ministri dictarum publicarum Ædium, & famosorum Mercatorum Nundinalium, agnoscentes non posse in publici commercii præiudicium prætendere dictam recognitionem manus, libenter, & passim solvunt considerabiles summas cum solo, & simplici Ordine illorum, qui pecunias retinent in eorum Bancis; Et tamen contrarium practicare voluntariè prætendat dictus Capsarius D. Depositarii, ut Consideranti remanet manifestum.

41 Absq; ulla prorsùs difficultate, ex quo per legitimam consequentiâ ex huiusmodi universali solito publicorum Bancorum infertur, quòd contrariæ titicationes unicè proveniunt ab imperitia, seu inexperientiâ d. Ministri D. Depositarii ad exercendum proprium officium: Cumq; similis imperitia culpæ annumeretur *in l. Imperitia 175 ff. de Reg. jur. & in §. Præterea vers. Imperitia Instit. de leg. Aquil.* cum concordantibus citatis *in Instit. crim. lib. 1 tit. 2. n. 14.* ubi sequendo *Bart. in l. Quod attenta n. 27. & 18 ff. Depositi*, ad rem observavi, in hac parte dici in culpa illum, qui deviat ab ea diligentia, quam communitèr adhibent homines, qui sunt eiusdem professionis: Non est dignum, neque iustum, quòd Montistæ luant pœnas imperitiæ dicti Ministri, sed in omnem casum ipse tenebitur ad expensas recognitionis manus, ad hoc ut non alienis, sed propriis sumptibus discat exercere proprium munus, & edoceatur circa ea, quæ faciunt alii circumspecti homines eiusdem professionis, ut in specie advertunt adducti per *Zacch. de Salar. qu. 55. nu. 12.*

42 VIdentur hæc superabundare ad effectum, de quo agimus, & nihilominùs deveniendo ad alias duas particulares, & precisas circumstantias præsentis casus, dicimus, quod illæ omnem omninò difficultatem in hac parte tollere videntur.

43 Prima respectu D. Depositarii Montium S. Petri 2. & 3. Er. Religionis non vacabilis, & Communitatum, in eo consistit, quod attentâ summâ scut. 28. 98. quæ quolibet Bimestre exigitur in illius Banco, nunquam illa solvitur Mandatario in pecunia numerata, sed à dicto Ministro fit Ordo, directus Banco S. Spiritus, mihi solvibilis,

cum

Digitized by Google

tum æquè gravante, ac indebito addito per *altrettanti*, non autem com necessaria declaratione, quòd illamet est summa, quæ mihi debebatur pro fructibus Locorum Montium juxta Edicta Emi Patritii tempore, quo fuit Thesaurarius generalis R. C., quę omissio necessariç declarationis oimis præiudicialia est, ut videbimua *infra n.56.*

44 Ex hoc autem innegabili facto per necessariam consequentiam duo sequuntur I. quod hoc modo D. Depositarius est tutus, & securus ab omni remotissimo periculo, quia, vel Ordo, cum quo fuerunt exacti fructus Locorom Montiom in eius Banco, est verua, & realis, vel falsus, inter quæ non datur medium. Si Ordo verus est, cessat omnis criticatio per veram, & effectivam solutionem, factam vero Domino fructuum Locorum Montium. Si verò Ordo erat falsus (quod per insubsistentem hypothesim hìc supponimua, ad convincendum ex omni parte Capserium D. Depositarii) adhuc iste nulli periculo in hac parte subiacere potest, quia solutio fieri debet à Banco S. Spiritus vero Domino fructuum Locorum Montium, ad tenorem dicti Ordinia.

45 Reflexio videtur adeò naturalia, & stringens, adeoquè convincens, ut adversùa illam nullam aliam excogitare potuerit criticationem idem Capseriua, & adducta fuit mediante Persona D. Depositarii sui Domini, nisi sequentem. *Il Cassiere hà risposto, che facendosi l'Ordine* (hoc est directo Banco S. Spiritos (*pagabile à Lei, non si da esecuzione al suo Ordine, nel quale dice, che si paghi al suo Servitore.*

46 Ultrà quod sotem hoc modo operando non solvit, nequè Domino, nequè Famulo, qui non est modus loquendi, minusque species exagerationis, sed est pura veritas, quæ ità mathematicè demonstratur: Non solvit Domino, ut supponimua, quia iste nil recipit à Capserio, minusque solvit Famulo, quia huic nil aliud in manibus consignat, quàm simplex mandatum de solvendo, seu merum Ordinem, qui nullo modo, nulloquè colore vim solutionis habet, ex punctualibus authoritatibua, citandis infra *nu.58.*

47 Pro congrua respoosione adversùs delicatam conscientiam ejusdem Ministri, incipientia hodiè habere dictum scrupulum faciendi Ordinem, solvibilem Domino pro summâ, sibi verè debitâ, & non solùm noo reclamante, sed enixè rogante eodem Famolo, qui illam exigit in eius Banco: Dicimus, quòd illa opponitur omnibus principiis, evidentiquè praxi omnium Mercatorum Urbis, & Orbia, eò quia, consentientibus Partibus, interesse habentibus in aliquo negotio, quotidiana praxia omnium Mercatorum est, nedum faciendi Ordines, & Giratas Personis certis, ad arbitrium Creditoris, sed relinquendo in albo nomen Giratarii, quæ praxis adeò notoria est, ut nullâ indigeat probatione.

48 Neque aliquia conscientiæ scrupulus in hac parte remanet; Cùm enim iuxta prima Iuris elementa quilibet sit rei suæ dominus, & arbiter; Potest propterea Mandatarina de summa sibi debita, eo modo, quo sibi videtur, & placet, ad libitum disponere, illamquè in faciem sui Domini, & Mandantia describi facere.

49 Imò tantùm abest, quod ex consensu, & precibus Famoli, ut Ordo, directus Banco S. Spiritus fiat à dicto Ministro in faciem sui Domini, & Mandantis, aliquia scrupulua in eius mente iniiciatur, quin potiùs iste oriri deberet in casu opposito, in illis scilicèt terminia, in quibus rogaretur idem Minister, ut Ordinem faceret in faciem ipsius Famuli exigentis, quia tunc posset cum aliquali fundamento suspicari, quòd renitentia Famoli, in acceptando Ordinem, suo Domino directum, oriri posset à desiderio eandem summam à seipso, & independenter à Domino exigendi, sibiquè appropriandi, ut de se patet.

50 Quia verò reflexio hæc oimis evidens est, nimisquè palpabilis, oppressus dictus Minister ab eius pondere, & efficacia, eidem gratuitæ exceptioni, delicatæ conscientiæ colore velatæ, aliam adiunxit legalem, ut ipse credit, responsionem, asserendo, *che quando si dasse il caso di falsità nell'Ordine de' Monti, potrebbe ancora farsi la Girata falsa nell'Ordine, à di Lei favore diretto al Banco di S. Spirito, il quale non è tenuto alle Girate false.* Sunt verba *Biglietti*, de quo suprà scripti à D. Depositario.

51 Respondemua autem, quòd huiusmodi præsumptæ falsitates in duobua Ordinibus, præcipuè pro tenui summa, non est tàm facilè præsumenda, non solùm, quia importat atrox delictum, pro cuius exclusione omnia Iura clamant, ex adductia per *R.P.D. Ansald. de com. & mer. disc. 51. nu. 17.* & firmatis per *Rotam in dec. 143. n. 42. & seq. coram Dunoz. jun. & dec. 111. nn. 7. & 10. par 7. recen.* Verùm etiam, quia est notum Iuria principium, quod præsumptio præsumptionum nunquam datur, de quo *Glos. in leg. 1. verb. Dotem Cod. de Dot. promis. Rot. decis. 554. n. 9. apud Post. de manut. & dec. 34. n. 29. cor. Cerr. & dec. 513. n. 9. par. 14. & dec. 642. n. 14. par. 18. rec.*

52 Cum addito, omni consideratione ad nostrum effectum digno, quòd pro maiori cautela in his terminis semper utili, & multotiès etiam necessaria, solitus sum integrum Ordinem pro exactione fructuum Locorum Montium proprio charactere scribere, & subscribere, non autem simpliciter Me subscribere in illius calce. Imò ad eundem finem proprio paritèr charactere solitus sum distinctè semper adootare nomina Filiorom, sub quibus cantant aliqua Loca Montium, cum reservatione sortis, & fructuum ad meam dispositionem. Ex quo innegabili solito, plusquam notorio dicto Ministro, ex sola recognitione dictorum Ordinum, qui pro prçterito tempore in Banco D. Depositarii asservantur, sicuti palpatur manibus difficultas falsificandi multa verba, multasque lineas, quibus constat dictus Ordo, ita remanere videtur absque ulla verisimilitudinis specie exagerata præsumptio duplicis falsificationis eorundem Ordinum, ut considerantí manifestum est, & faciunt animadversa per *Menoch. de præsump. lib. 1. præsump. 30. n. 1.* & firmata per *Rot. dec. 23. n. 16. cor. Priol.*

53 Respondemus 2. quòd noo regit in Iure propositio illa, quod publicus Bancua oon teneatur iterùm solvere vero Domino summam illam, quam non vero Creditori solvit, cum Girata falsa in calce Ordinia veri; Sed solida, legalisque distinctio in hac parte hæc est.

54 Aut Girata falsa est in calce Cedulæ, quæ dari solet à Ministria publicorum Bancorum, illam petentibus, aut est in calce simplicis Ordinia, Ministria eorundem publicorum Bancorum directi; Primo casu non tenetur iterùm solvere summam, cum Girata falsa exactam, quia sunt verba *Rot. dec. 12. n. 23. Bancum non solvit absque exhibitione Fidei originalis* (seu *Fede di credito*, ut appellatur in Civitate, & Regno Neapolis illa, quæ in Urbe appellatur Cedula) *quæ non potest exhiberi, nisi à vero Creditore*, Undè si illam retrohabuit Bancus, quando solvit cum Girata falsa, non habet quid ostendere possit Creditor ad demonstrandum suum creditum, quod ex Libris Banci apparet solutum cum reportatione Cedulæ: Et hæc est solida, & convincens ratio, quare Girata falsa in calce Cedulæ non nocet Banco, eo tempore, quo solvit summam, in illa contentam, suamque Fidem originalem, seu Cedulam recuperat, & retrò habet, ex animadversis per *R.P. D. Ansald. de comm. & merc. disc. 39. n. 28.*

55 Aut verò Girata falsa reperitur in calce Ordinis, licèt certæ, & certissimæ manus, & positâ falsitate eiusdem Giratæ, Baocus tenetur ad iteratam solutionem, ea ratione, quia semper verum est, quod non solvit vero Giratario, seu vero Creditori, ut in terminia benè probat *Oela de Cess. jur. tit. 5. qu. 9. n. 25.* ibi *. Quando cessionem dirigo, vel Literas solvendas Petro, si, amissis Literis, alius ejus nomine se Petrum, & in Literis contentum simulans, exegerit, solvens non liberabitur, licèt conditionem furtivam contra fraudatorem cedere paratus esset, quia solvendo alii, quam cui Creditor jussit, mandatum non implet, & priusquàm solveret inquirere debuit, an is, qui præsentabat Literas, esset in illis contentus; Undè solvendo alii fuit in* cul-

Digitized by Google

culpa, qua sibi non alteri nocere debet, &, adductis multis, concordantibus meliùs advertit *Scacc. de Camb.§.2.glos.5.n.24.*ibi. *Non liberor si solvam alteri, quàm vero Domino, seu Procuratori*, & à *n.340.* usque ad *n.347.* & signanter *n.343.* ibi: *Jussit ut solveret Marco, ideò solvendo alteri non liberatur &c. Unde constat, quod Franciscus Roma excessit fines mandati, solvendo non Creditori, dum solvit alteri, quàm Marco, & ideò malè solvit, & Rota dec.66.nu.3.in fine post 2.Volumen consil.Farinac.*ibi: *Unde videtur adesse culpa Solventis, qui cùm non haberet notam manum ipsius Christophori, non debebat ad solvendam summam repetitam incautè induci, non data hujus rei notitia ipsi creditori*: Et in terminis summæ, solutæ à Banco Sancti Spiritus cum Girata falsa, in calce Ordinis veri, scripti à notissima manu Francisci Honorati, & ab eodem Banco iterum solutæ hæredi eiusdem Honorati, adest *disc.39.per tot.R.P.D.Ansald.de comm.& merc.* & signantèr *n.7. in fine.* Et in terminis resignat. Loc. Montium bonâ fide admissæ, cum falso procuræ mandato *Rot.decis.651. nu.5.coram Cavaler.& dec.85.& dec.86.apud Constant. ad Stat.Urb.* de quibus *in Instit.crim.lib.2.tit.6.n.225.*

56 Secundum verò, quod innegabilitèr sequitur ex dicta singulari praxi Capserii D. Depositarii Montium S.Petri 2. & 3.Er. loco pecuniæ numeratæ, vel Cedulæ Bancariæ, quas tradunt alii DD. Depositarii Montium, consignandi Montistis, qui faciunt solitas Receputas in Libro d.D.Depositarii, simplicem Ordinem, sub eiusdem Capserii particulari nomine *per altrettanti*, involvit duo magna præiudicia Montistarum, æquè palpabilia, & considerabilia, unum certum, & actuale, aliud eventuale, & possibile, sed cum longè maiori possibilitate, ac sit illa, quæ exageratur circa Ordines falsos.

57 Præiudicium magnum, certum, & actuale illud est, quòd Montista, qui ex privilegiis, in erectione Montium Cameralium contentis, habet ad sui favorem obligatam Reverendam Cameram, atque illius D.Depositarium pro securitate exactionis fructuum, omnia amittit per Receputam, quam facit in solitis Libris, nihilque aliud secum ducit ad eius domum, quam simplex mandatum ad exigendum, seu Ordinem *per altrettanti*, & sic solam, simplicem personalem obligationem unius ex mercenariis Ministris d.D.Depositarii, cuius salariũ in toto anno forsan non adequat summam unius ex illis Ordinibus, quos quotidiè conficit *per altrettanti*. Quæ omnia magnam merentur animadversionem, Nosque libenter abstinemus à longiori explicatione huius præiudicii, quia illud est adeò evidens, adeòque palpabile, ut non indigeat probatione; Estque ulteriùs huiusmodi singularis praxis ex diametro opposita replicatis Edictis multorum Thesaurariorum pro tempore, impressis à *Zaul. ad Stat. Faveat.to.2.fol.71 n.72.* in quibus strictè, & præcisè demandatur DD.Depositariis, ut solvant fructus Locorum Montium, non mediante Ordine, sed in contanti, ibi *Comandiamo &c. pagare prontamente* IN CONTANTI *alli Montisti &c la rata, dovuta à ciascheduno.*

58 Non minùs considerabile est aliud præiudicium eventuale, & possibile, quod recognoscunt Doctores, & Sacra Rota, in consignatione simplicis Ordinis loco Cedulæ Bancariæ, vel pecuniæ numeratæ, quia iste nullatenùs vim solutionis habet, quod his verbis explicatur *in decis.9.n.11.coram Priolo*, ibi: *Cedula, ob ejus irrevocabilitatem, æquipollet veræ solutioni &c. Secùs verò simplex Ordo, continens dumtaxat mandatum ad exigendum, qui cùm possit per emptorem mediante novo Ordine revocari, vel præventiva exactione deludi, non transfert in venditorem dominium pecuniarum, & ideò vim solutionis habere non potest*; Quæ distinctio inter Cedulam bancariam, & simplicem Ordinem, & assertio, quòd prima habet vim solutionis, secùs autem Ordo, adeò communis est inter Doctores, adeòque recepta, & canonizata à magnis Tribunalibus, ut contradictorem non habeat, utque annumerari meritò possit inter prima Iuris principia, quale approbatur ab Authoribus, quos refert, & sequitur *Rot.dec.701. n.5.coram Emer.jun. & dec.11.n.9.par.12.rec.& dec.337. n.11.& dec.340.n.3.par.19.rec.* Et in *Romana Pecuniaria 22.Iunii 1718. §.Minusque cor.R.P.D.Cerro*, & in *Romana Senogallien. Pecuniaria 27. Iunii ejusdem anni coram R.P.D.Corio*, & alibi quotidiè.

59 Eo autem tempore, quo cum omni ingenuitate fateor simplicem eventualitatem, & meram possibilitatem hujus secundi præjudicii, constantissimè assero, quòd longè magis eventuale, minùsque probabile est aliud, quòd exageratur circà Ordines falsos, eâ vivâ diversitatis ratione, quod pro verificatione primi, adversùs omnia Iura, præsupponendum est atrox delictum falsitatis, quod taliter hominem vituperat, ut non reperiatur crimen in Mundo, quod respectu opprobrii, & existimationis illud superet, iuxta notabile dictum, *Ugolini de Fontana Doctoris Lombardi*, quem sequuntur *Barbat.in cap.Verum de Foro compet.* cum aliis, allegatis *in Instit.crim.lib.2. tit.6.n.289.* Pro verificatione verò secundi nullum omninò præsupponendum est delictum, sed potest quis innocenter pati dictum præiudicium, vel quia Minister, faciens dictum Ordinem, reperiatur in maximis, extraordinariisque, & non prævisis angustiis, itaut excusari omninò mereatur, si, mediante alio Ordine suis pecuniis utatur, iuxta casum, in quo scripsit *Card. de Luc. de Donat. disc.25.n.5.ante finem*, Vel quia verificetur id, quod quotidiana experientia docet, & notant Authores, citati à *R.P.D. Ansald.dec.66.n.24.* sequuto *in Tom.3.Discept.Eccles.par.2.discept.18.n.37.* quòd scilicet, homines propriis fidentes substantiis, sæpè magis habere credunt, quàm in illis reverà reperiatur, circa quod concordant alii, adducti à *Pinell.in leg.2.par.1.cap.2.à n.32. usque ad finem Cod.de Rescind. vendit.& Capyc.Latr.cons.10.sub num.50. & consult.13.antè n.15.*

60 Obiter observantes hìc magnam incoherentiam dicti Ministri, prætendentis suæ subscriptioni dandam esse illam fidem, quam ipse recusat dare Montistarum Ordinibus; Cum illo addito, quòd ipse non adhuc Capserii munere fungebatur, quando dicti Ordines admittebantur ab illius Antecessoribus, quod recognoscere potest ex sola revolutione suorum Librorum. Est etiam eidem replicatâ experientiâ æqualiter notum, quòd Dominus Computista Banci S.Spiritus, cui directus est suus Ordo, nullam omninò difficultatem habet exequendi meam Giratam, absque ulla criticatione, vel recognitione manus.

61 Imò ex hac æquè urbanâ, ac sibi ipsis præiudiciali operatione Montistarum, recipiendi simplex mandatum de solvendo, loco pecuniæ numeratæ, saltem vigore illius obligationis, quæ *in leg.Sed etsi lege 28.§.Consuluit ff.de Petit.hæredit.* græco sermone appellatur antidoralis, deberet idem Minister æquali gratitudine correspondere Montistis, absque tot cavillationibus, subtilitatibus, & tergiversationibus, iuxta *Text.in cap.Cùm in Officiis de Testam.* ibi: *Illis tenemur obnoxii, à quibus beneficium Nos cognoscimus recepisse, & Glos.in d. leg.28.§.Consuluit Verb. Obligaverunt ff. de* Petit.*hæred.* ibi: *Omnis enim Creatura movetur ad benefaciendum ei, qui sibi benefacit, & talis obligatio ex instinctu naturæ procedit, & Rota in Romana Dotis 16.Junii 1679.§.Tum denique cor.Bourlemont.* ibi: *Undè oritur antidoralis obligatio benefaciendi Benefacienti*. Et in *Bononien. Legati 16.Aprilis 1714. in principio coram Cardinali Scotto.*

62 Crescit autem in immensum vis hìs huius animadversionis, & congruentiæ benefaciendi Montistis, illisque non præiudicandi, ex alio insigni beneficio annuorum scut.1686.80. quæ D. Depositarius quolibet anno gratis omninò percipit sive à tolerantiâ, sive à bonitate eorundem Montistarum, sive demum ex eo, quia *naturale vitium est negligi quod communiter possidetur*, iuxta verba *Textus in leg.2.§.Quando, & à quib.quarta pars lib.10.* & firmata per *Rotam in Romana Locorum Montium 13. Aprilis 1713.in princ.cor.Eminentis.Scotto.*

63 Ictu vero oculi, sine ulla operatione intellectus

insi-

insigne hoc beneficium ita demonstratur; Quanor habec Depositarias Dominus Capserii, renuentis solvere fructus Locorum Montium sinè recognitione manuum Moontistarum, nempè S.Petri pr.Er. Loc.36650.S.Petri 2.Er. Locor.34500. Religionis non vacabilis Locor.5275. & Communitatum Loc.7912. & sic in totum Loc.84340. Ex quibus quolibet anno in bimestri Nativitatis D.N.I.C. absque ullo labore, ullaque necessitate recognitionis Exactoris, pro se de facto retinet obulos duos pro quolibet Loco, scù scut.1686. 80. & sic scut.140. 50. menstrua. Quæ excedunt summam, determinatam in *Const.*89. §.5. *fa.me.Alex.VII.* pro splendidâ manotentione unius ex V.S. Referendariis.

64 Uno autem ore concordant omnes Theologi apud *Bonacia.Oper.moral.to.2.tit.de Restit.in partic.disp.2. qu.8.punct.1 a.7.* quantitatem unius dumtaxat aurei esse materiam restitutionis *respectu personarum* (sunt ejus præcisa verba) *quæ vivunt ex suis redditibus, nec aliquo indigent artificio ad vitæ sustentationem*, ubi istam adducit bonam rationem; *Quamvis enim nummus aureus respectu similium personarum non noceat notabiliter in iis, quæ pertinent ad proprium victum; Nihilominùs videtur nocere notabilitèr, quatenùs nummus aureus inservit ad alendam Familiam, & potest esse pretium, ac salarium menstruum unius Famuli inferioris.*

65 Nec dicatur, quòd huiusmodi summa ei debeatur ex consuetudine. Adversùs siquidem huiusmodi prætextum militant rationes illæ, quas adducunt *Constantin.ad Stat.Urb.to.1.disc.gener.de Locis Mont.à a.241.* ibi: *An autem Depositarii Locorum Montium possint coactè exigere Strenas vulgò* Regaglie, ò Mancie *in fine anni, retinendo bononenos duos, vel saltem unum ex fructibus cujuslibet Loci Montis &c. Verùm videtur illicita retentio hujusmodi; Cùm enim Papa in erectione Montium promiserit Montistis pro fructibus certam, ac determinatam quantitatem fructuum pro quolibet Loco Montis, hæc integra non præstaretur, si retentio talis strenæ permitteretur, & maximè quia tales Depositaria sunt valdè lucrosa &c.* egregiè, & latè R.P.*D.Zaul. ad Statut.Faven.to.2.lib.6.rubr.14.à n.31.usque ad num.36.* quem sequutus sui in *Instit.crim.lib.2.tit.6.a.89.* ibi: *Non est dissimilis ab extorsione dictorum Ministrorum Postæ prætensio illa strena duorum obulorum pro quolibet Loco Montis, quam prætendunt Depositarii Montium in Bimestre Novembris, & Decembris occasione, seù prætextu Festivitatum Natalitiarum, quamvè a seipsis propria authoritate, & de facto retinent, solvendo illud minus, postquam Creditores Locorum Montium fecerunt Receputam pro integra summa, quod certè admirationem causat in Urbe &c.*

66 Quæ admiratio non caret solido fundamento, eo quia ex una parte agitur de illo Decalogi negativo præcepto, cujus respectu verificat. commune Theol. axioma: *Non dimittitur, nisi restituatur*, de quo *in cap. cùm tu 5. de Usur.*; Ex alia verò patet non semel, sed multoties talem prætensionem insubsistentem declararunt multi Illustrissimi, & Reverendissimi DD. Thesaurarii generales, & signantèr Hieronymus Vidonus, & Iacobus Fransonus, postea Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, his verbis, relatis *a Zaul.ubi supra fol.mihi 71. Comandiamo a tutti, e singoli Cassieri, e Deputati al pagamento de' frutti di qualsivoglia Monte, che non ardischino di ritenere a' Montisti rata, ò parte alcuna delli frutti, che li devono pagare, conforme alle Liste, sotto pretesto di mancia, ò altra ricognizione, nè differire il pagamento, ò usar strapazzo, ò atti tali, da indurre detti Montisti a darli contro voglia mancia, ricognizione &c.* Quæ Edicta fuerunt pluriès confirmata, & signantèr annis 1634. & 1658. suntque impressa *à Zaul. ubi suprà fol.72.*

67 Et quod magis est, re maturè discussâ, & Partibus acerrimè informantibus, ita constantèr resolvit magnum Tribunal Reverendæ Cameræ favore Domus Ruspolæ, testibus dictis *Zaulio, & Constantino locis supracitatis*, qui ulteriùs ad hominem respondent, & nullius efficaciæ ostendunt esse contrariam assertam consuetudinem, quam meritò irrationabilem vocat *Constantinus ubi suprà n.247.* ibi: *At consuetudo in casu nostra non est, nisi in profanis, ET EST IRRATIONABILIS, & ampliùs datio talis strenæ fuit ex urbanitate, undè non est trahenda ad obligationem, quæ tunc esset suborta, si, Depositariis volentibus exigere strenam, fuisset per Montistas contradictum, & postea iidem per lapsum temporis, legitimi ad præscribendum, acquievissent retentioni, & non reclamassent*; Quod non solùm non verificatur, sed potiùs manibus palpatur oppositum, eò quia petentibus strenas Depositariis, fuit eis impositum silentium, nedum ab Illustrissimis, & Reverendissimis DD. Thesaurariis pro tempore, mediantibus replicatis Edictis, de Mandato Summi Pontificis emanatis, sed causâ cognitâ, & acerrimè informantibus DD. Depositariis, ab ipsomet magno R. C. Tribunali, ex modò animadversis.

68 Solidis autem rationibus, & stringentibus congruentiis, ab iisdem Authoribus adductis adversùs huiusmodi strenarum abusum quoad illius substantiam, additur sequens, quæ nulla tergiversatione potest eludi.

69 Montistæ omnes, quando emerunt Loca Montium, nemine penitùs excepto, habuerunt, & conservant in Literis patentibus sequentem declarationem, seù præceptum Illustrissimi, & Reverendissimi D. Thesaurarii generalis: *Declaramus &c. de fructibus ad rationem scutorum trium monetæ pro quolibet loco, & anno, de bimestre in bimestre in fine pro rata respondere mandamus.*

70 In exequutionem huius literalis præcepti Computistæ Montium Cameralium, distribuentes scuta tria in sex bimestria, assignant unicuique Montistæ bononen.50. pro quolibet bimestre; Idque faciunt in quadam particulari Listâ, quæ suam perfectionem recipit ab approbatione, & subscriptione Illustrissimi, & Reverendissimi D.Thesaurarii generalis cum sequenti, vel simili formulâ: *Sig.Depositario del Monte S.Pietro prima Er.* (ex:gratia, & sic de 3.pariter Er.& de alia Montis Relig.non vacabilis, & Montis Communitatum) *potrà pagare alli Montisti di detto Monte, descritti nella presente Lista à ciascheduno di essi la rata secondo il presente Ripartimento scudi 42170. moneta, per frutti di ll.84340. e questi per il bimestre di Novembre, e Decembre 1718. à ragione di scudi trè simili per ogni luogo, & anno, che con le solite Ricevute &c.*

71 Et tamen Depositarius eorundem Montium in d. bimestre non solvit integrè scut.42170. sed solùm scut.40485. 20 retinendo pro seipso summam sc.1686. 80. quæ summa nimis considerabilis est, ut de se patet, longeque excedit materiam restitutionis, nedum respectu Personarum, quæ ex suis redditibus vivunt, sed etiam respectu maximorum Regum, ex adductis per *Bonac. loco supra citato num.64.*

72 Non attentâ responsione, quòd illa conflatur ex parvis summis, habito respectu ad omnes Montistas; Non enim infertur exinde, quòd possit D Depositarius illam ad sui libitum, & sine restitutionis onere à seipso accipere, & retinere, ut solemniter sancivit Venerabilis Dei Servus Innocentius XI. 2. *Martii 1679. proposit.38.* quando damnavit propositionem istam, quòd non teneretur quis sub pœna peccati mortalis restituere magnam summam, quando hæc conflata fuit ex parvis quantitatibus.

74 Quo verò ad prætensam consuetudinem, addi potest sequens dilemma, quod nimis stringere videtur. Aut Illustrissimi, & Reverendissimi DD. Thesaurarii generales, quando sexies in anno mandant D. Depositario, ut solvant certam summam Montistis, ut observavimus supra *n.69.* & 70. sciunt, vel ignorant prætensionem D. Depositarii retinendi pro seipso in bimestri Novembris, & Decembris dictam insignem summam loco strenæ, aut id ignorant; Inter duo hæc non datur medium. Si talis prætensio eis nota non est, non possunt figi pedes in illorum tolerantiâ, quia voluntas nunquam fertur in incognitum, iuxta axiomata, Legistis, & Philosophis communia, de quibus *Gob. Consult.122.n.12. Altolin. resol.111.*

Digitized by Google

*fol.*115.*n.*58. *& Rot.in Novarien. Pensionis* 24.*Martii* 1710. *§.Confessio coram Illustrissimo Falconerio*.

Si verò sciont talem prætensionem, & inhærendo Edictis suorum Antecessorum, Literis patentibus, ab ipsis subscripris, & resolutionibus, captis à Tribunali Reverendæ Cameræ, de quibus supra, tali prætensione non attentâ, cubitalibus literis mandant solutionem integræ summæ, tàm pro Bimestri Novembris, & Decembris, quàm pro reliquis quinque Bimestribus totius anni, & nemo apod ipsos reclamat adversus dictam prætensionem Depositariorum; Et non solùm allegari non potest illorom toleraotia, sed habemus positivos, claros, reiteratos, & expressos illorum dissensus, prorsus destructivos omnis bonæ fidei, omnis consuetodinis, omnisque prætextus, ut Consideranti patet.

75 In hac autem parte (fatendo ingenuè meam imbecillitatem) procuravi multoties captivare intellectum, sed nunquam potui invenire disparitatem; Quare Reverenda Camera deponente v.gr. apud ejus Depositarium generalem, vel in Banco Sancti Spiritus, aut in Monte Pietatis Urbis dictam summam scut. 43170. monetæ, atque mandante deinde dictis Depositariis, ut illam solvant diversis personis, id sequatur cum omni punctualitate, & absque minimâ diminutione neque in uno quadrante, & quod magis est id sæpissimè practicatur brevi tempote, seù post paucos dies facti depositi; Non sic autem, quando id mandat uni ex Depositariis Locorum Montium: *Quorum evidens utilitas refulat* (sunt verba *Constant. ad Stat. Urb. tom.* 1. *disc. gener. de Loc. Mont. artic.* 1. *sect.* 6. *nu.* 244. *fol. mihi* 586.) *ex quo Depositarii pecunias, assignatas pro solutione fructuum Montium promptè, ac anticipatè exigunt, & ipsi illas posticipatè solvunt, & ferè semper retinent in manibus quantitatem duorum Bimestrium, & ultra, cum quibus teneat in credito coram Bancam, & cum pecuniis Montistarum faciunt negocium, & lucrum*. Repeto, sed nunquam satis, cum *D. Hier. ep.* 13. *advers. Vigilant.* Fateor meam imbecillitatem, id non percipio.

76 Hoc unum scio, quod actus illi, qui opponuntur seriis, & replicatis mandatis Superiorum, dicuntur abusus, non fovendi, sed eliminandi, ut exclamant *Passerin. de Electione cap.* 9. *n.* 48. ibi: *Hanc non observantiam esse rationabilem &c. non puto, sed esse maximum abusum existimo, & minimè tolerandum, & Rot. dec.* 10. *n.* 40. *apud Pacion. de Locat.* ibi: *In hoc casu observantia judicandus est abusus, non admittendus, sed eliminandus*, cum aliis concordantibus, citatis in *To.* 3. *par.* 2. *discept.* 4. *n.* 39.

Quæ omnia sigillantur ab illa innegabili facti animadversione, quòd Depositarii Locorum Montium dicuntur, & sunt Ministri Montistarum, à quibus antiquis temporibus eligebantur, eodem modo, quo hodie eliguntur Cappellani Officiorum vacabilium, Et propterea videtur nimis improprium prætendere, ut Minister pro exequutione Ordinis sui Principalis petere possit illius manus recognitionem, sine qua nolit eundem Ordinem punctualiter exequi.

77 Circumstantia demùm, satis urgens pro hac parte, exclusiva contrariæ prætensionis, illa est, quòd recognitio manus in illis terminis, in quibus de Iure requiritur, vel in praxi adhibetur, exquiri solet ab illis Personis, quæ ignotæ prorsùs sunt, non autem ab illis, quæ publicas Professiones exercent, & à multo tempore in Civitatibus moram fecerunt in exercitio publicorum Officiorum. Et propterea non sine maximâ improprietate, præcipuè post tot urbanitatis actus, practicatos, tàm cum Ministro, quàm cum Depositario, & supra relatos, prætendi inciviliter potest manus recognitio ab illâ Personâ, quæ ab annis uno supra quadraginta, quibus in Urbe moram facit, per annos 32. Advocationis munus exercendo, & per annos 22. sacros Canones in Romanæ Sapientiæ Archigymnasio docendo, tot, & tanta scripsit, ut de eo verificetur id, quod de alio ejus Concive testatur *Abbas Barba in Vita Card. de Laurea fol. mihi* 43. his verbis: *Tot, tantaque scripsit, vel edidit, ut verè se probaverit hominum, de quo in Job enunciatur? Homo nascitur ad laborem*; Quæ dicta sint ex illa necessitate, quàm approbat *S. Gregor. lib.* 26. *Moral. cap.* 3. *Qui, necessitate cogente, vera de se bona loquitur, tantò magis humilitati jungitur, quantò veritati sociatur*.

78 Itaut petere recognitionem manus à Personis, quorum respectu prædicta omnia verificentur, videatur prætensio, omni prorsùs destituta legali fundamento, omnique congruentiæ ex diametro opposita.

79 Nec dicatur, prout candidè insinuatum fuit à Depositario, quòd dicta necessitas provenit ab eius Ministro, qui non potest habere notas omnes illas manus, quæ in Urbe notoriæ sunt.

80 Acceptatâ enim huiusmodi ingenuâ confessione, cathegorica responsio illa est, quòd, hoc supposito, expediret, ut idem Minister alteri Professioni se applicaret, relinquendo suum munus aliis longè magis expertis hominibus, qui Capserii Officium absque tot cavillationibus, & criticationibus adimplere sciunt, & possunt. Non autem permittendum videtur, ut Montistæ propriis sumptibus illum eximant ab illis mere possibilibus periculis, quæ parvi fiunt ab aliis Ministris, nedum similia munera laudabilitèr exercentibus in aliis Depositariis Montium, sed in publicis, famosisque Mercatorum nundinalium Teloniis, in Banco S. Spiritus, & in Sacro Monte Pietatis. Minùsque prætendere valet, ut pro eius instructione, & pro acquirendâ peritiâ sui Officii, immutetur natura, & essentia muneris Capserii Locorum Montium, tollendo ab eo omnia figurata pericula, cum tali, tantoque præiudicio publici commercii, & cum considerabili damno Montistarum, attentâ dictâ impensâ quolibet Bimestri ab eis replicandâ, ex hucusque animadversis.

81 Omniumque prædictorum hæc est ratio, quod Capserii munus, uti magnum, & periculosum, non potest ab omnibus indifferenter exerceri, experientiâ reste, & id observante *Card. de Luc. de credit. disc.* 68. *nu.* 10. ibi: *Magnum est onus tenentis Bancum in gratiam, & commoditatem publicam*, quodque cùm ferè impossibile sit ad temporis momenta icto oculi recognoscere omnes characteres facientium Ordines, & Giratas, ut notat *Card. de Luc. ubi proximè n.* 15. & fatentur ipsimet primæ Classis Capserii publicorum Bancorum, recurrere solent ad illos modos, quos docent Doctores, adducti in *Tom.* 1. *par.* 2. *discept.* 1. *nu.* 105. Et propterea illi, qui huiusmodi munus affectant, antequam illud acceptent, applicare sibi debent id, quod ad aliud quidem propositum, sed præsenti casui accomodatum, scriptum reliquit *Horat. de Art Poetic. post fol. mihi* 181. *Sumite materiam vestris, qui scribitis aquam Viribus, & versate diù quid ferre recusent; Quid valeant humeri*: Quando verò illud iam acceptarunt, seque impares cognoscunt ad illius exercitium, imitari debent æquè ingenuum, ac probum Ratiocinatorem Banci S. Spiritus, de quo sermo est in *disc.* 39. R.P.D. *Ansaldi de comm. & mercat.* qui adhuc vivit, quive nostris temporibus postquam coactus fuit reintegrare Bancum de summa, non vero Domino soluta, nil aliud fecit, quàm dimittere Ratiocinatoris Officium, & alteri minus periculosæ Professioni operam dare; Non autem ausus fuit Urbem clamoribus implere, & publicum commercium novitatibus perturbare.

82 Ex quibus abundè sublatus remanet prætextus hodiernæ novitatis exageratus ex illo accidenti, quòd paucis antè mensibus nonnulli Capserii Depositariorum Locorum Montium obligati fuerunt de proprio iterum solvere certas summas, ab eis exbursatas cum Ordinibus falsis cuidam Exactori, qui à multo tempore expleverat negotia illius, sub cujus mentito nomine Ordines falsos confecerat.

83 Et tamen dicimus primò, quòd falsitas in dicto casu erat adeò malè conficta, adeòque ineptè colorata, ut non omnes Capserii Depositariorum decepti fue-

rint, sed solummodò aliqui minùs attenti, qui proinde sibi ipsis hoc imputare debent, eorumque oscitantiæ attribuere dictam facilitatem solvendi cum Ordine evidenter falso, ex allegatis supra n. 31.

84 Dicimus secundò, quòd quatenus etiam hæc circumstantia non verificaretur, adhuc ex hujusmodi particulari casu nil omninò inferri posset ad præsentem, eò quia non est novum in Mundo, neque inauditum à Sæculis, prout etiam annumerari non solet inter illos casus, quos Doctores vocant insolitos, magis insolitos, & insolitissimos, de quibus *Bartol. in leg. Sejo §. Medico ff. de Ann. Legat.* ibi: *Secus si esset casus inusitatus, qui veniret de mille annis, una vice*, solutio alicui facta cum Ordine, vel Girata falsa, juxta animadversa per *R.P.D. Ansal. de comm. & mercat. disc. 39. & per Card. de Luc. de credit. disc 68. n. 26.* ubi quod frequentes habuit occasiones scribendi, vel pro veritate respondendi favore *Campsorum solventium Literas Cambii cum Giratis, & Ordinibus falsis*.

85 Excluso proinde dicto prætextu, remanet manifestum, quòd præsentis novitatis illa est origo, istque fons, quod Capserius Depositarii dictorum Montium vellet exercere suum Officium cum pingui provisione, sine aliquo periculo, & incommodo, seù vellet *la carne senza l'osso*, quod improbat *Rota in Camerinen. Manutentionis 28. Junii 1706. §. Nihilominus totam Rivarendiss. Ansald.* Vellet enim unire inunibilia, hoc est *pinguem provisionem, seù maximum salarium, infinitas vacationes, parvum laborem, & nullum periculum*; Professio autem hujus qualitatis, nedum in Urbe non datur, sed neque etiam in toto Orbe reperitur.

86 Imò in Urbe ferè omnes aliæ similes Professiones cum provisione quintuplo minore habent annexos labores decuplo majores, & quidem ab ortu solis usque ad multas noctis horas, ut ex. gr. sunt omnes Ministri Sacrarum Congregationum, Juvenes Computistaria rum diversorum Magnatum, minores Officiales Sacri Montis Pietatis, & Banci Sancti Spiritus, aliorumque famosorum Mercatorum Nundinalium, & similes; Isti enim non habent pro feriatis omnes dies Sabbathi totius anni, omnes dies Veneris Quadragesimæ, omnes dies Iovis mensis Octobris, omnesque festivitates, quæ ex devotione servantur in Urbe, præter alios dies feriatos, omnibus aliis Professionibus communes; Et quod magis est, fereque videtur incredibile, non habent solemnissimam vacationem integræ medietatis totius anni, hoc est omne tempus pomeridianum, à die 1. Januarii usque ad ultimam diem Decembris; Adeout quando idem Capserius dictiDepositarii habetet communem provisionem cum dictis aliis Ministris, & Iuvenibus, adhuc illius eventuale periculum in possibili solutione alicujus Ordinis falsi, esset plusquam sufficienter compensatum cum dicta monstruosà exemptione à servitio sui Domini, & Montistarum.

87 Non attento illo prætextu, quòd eadem exemptio, & vacatio pomeridiana necessaria sit ad confrontandas partitas, quas de mane solvit; Nostrum enim in hac parte non est docere illum circa modum, quem tenere debet ad utrumque commodè faciendum; Solùmque dicimus, notorium esse in Urbe, longe majores, longèque ponderosiores esse partitas mane, & vesperè solutas in Sacro Monte Pietatis, & Banco Sancti Spiritus, & tamen illius Ministri proprium munus commendabili attentione adimplent, omnesque partitas præcisè, & punctualitèr bis quolibet die confrontant, non retardato, neque impedito publico commercio pro toto tempore pomeridiano totius anni.

88 Terminando Discursum circa prætensam æqualiter insignem, Montistis præjudicialem, & publici commercii impeditivam novitatem, eam verbis illis *D. August. lib. 3. contra Julian. Nova sunt, caveamus*, & rationem adducit *Card. Garz. Milanus in Epist.* scripta *sa: mem: Greg. XV.* registrata in *ejus Vita cap. 7.* & apud *Pignatell. consult. 9. num. 19. to. 8. & in Tom. 3. Discept. Eccles. par. 2. discept. 18. à nu. 60.* his verbis: *Le novità non mostrano mai al primo aspetto tutte le difficoltà, che possono produrre, vedendosene tutto il di molte, che promosse con ottimo fine, hanno partorito pessimi effetti*.

Ex quibus, cognità à Capserlis insubsistentià propriæ prætensionis, ab illa recesserunt, & post publicationem præsentis Discursus, nunquam ampliùs similem promoverunt difficultatem, sed punctualiter exequuntur ordines Principalium, in Urbe moram facientium, absque ulla recognitione manus, nullàque necessitate mandati procuræ.

Alter Discursus in materia Steanorum per Depositarios Loccorum Montium prætensarum, est in hoc Tomo secundo pagina 72. ubi cùm pluries allegetur Constitutio fa:mem: Innocentii XI. cujus Exemplaria impressa, rara jam fecit lapsus temporis, eam in fine hujus Appendicis ponimus ad commodiorem omnium usum.

DISCURSUS PRIMUS
D. ADVOCATI DOMINICI URSAYÆ
IN CAUSA
Romana Pecuniaria.
ARGUMENTUM.

Prætensa consuetudo, seù intolerabilis abusus, quo mediante Portitor Supplicationum, à Sanctissimo signatarum, retinet illas in manica ad sui libitum, neque illas exhibet Cappellano Officii Scriptoratus Apostolici, cum inaudita prætensione, quòd pro eo tempore, quo ipse voluntariè differt illas exhibere Cappellano, non currant fructus Officiali, subjecto periculo amissionis fortis, ostenditur abusiva, injusta, reprobata, irrationabilis, iniqua, opposita Legi Divinæ, duobus Decalogi negativis præceptis, Juribus naturali, canonico, & civili, & ipsimet humanitati.

1 Die 29. Maii 1722. Advocatus Dominicus Ursaya duos direxit Ordines DD. Provisoribus Sacri Montis Pietatis Urbis in totum scut. 890. solvendorum *à Chi con frutti dal primo Giugno prossimo a venire averà eiegnata &c. una Porzione di Scrittorato Apostolico in persona della Sig. Anna Ursaya &c. & un altra in persona della Sig. Lucrezia Ursaya con la riserva &c.* Quarum una resignata fuit ab Excellentissima D. Candida Rospiliosa; Alia verò à D. Rosa Specchi, & illarum Supplicationes signa-

signatæ à Sanctissimo Domino Nostro decimo septimo Kalendis Iunii, cum eadem declaratione fructuum, decurrendorum ad favorem earundem à Kalendis dicti mensis Iunii ibi: *Officium prædictum &c. per eandem resignationem sic vacans, unà cum fructibus à Kalendis hujus mensis Junii &c. admittendam fore &c. Sibique de emolumentis prædictis integrè respondere &c.*

2. Nescitur autem ex quo motivo postquam ambæ hæ Supplicationes fuerunt, ut supra, signatæ, omnibusque numeris absolutæ, exhibitæ non fuerunt Cappellano Officii Scriptoratus prædicti, nisi die 26. ejusdem mensis Iunii.

3 Quia verò Depositarius ejusdem Officii prætensionem excitavit non solvendi fructus dictarum Portionum à die 15. Iunii, quo datus fuit consensus, necnon signatæ fuerunt supplicationes à Sanctissimo Domino Nostro, sed solùm velle eosdem fructus solvere post dictam diem 26. Junii, quando illæ exhibitæ fuerunt dicto Cappellano: Ideò post inutile experimentum replicatorum civilium, & urbanorum officiorum, cum omnibus illis inferioribus Ministris, qui poterant, & debebant cuncta in pace componere, coacti fuimus ad praxim reducere Evangelicum illud consilium *Matth.* 17. 18. Et propterea supplices hodiè petimus ab Eminentissimo Domino meo, ut dignetur injungere dicto Depositario integram punctualem solutionem dictorum fructuum à die signatæ Supplicationis in futurùm, absque ulla omninò detractione, & nostræ preces videntur exaudiendæ.

4 Agitur enim de Officio, quod de una ad aliam Personam translatum fuit per renunciationem, seù dimissionem ad alterius favorem, & propterea, cùm neque temporis momento vacaverit, difficile erit ostendere, quo titulo privari debeant fructibus ejusdem Officii dd. Anna, & Lucretia, quæ poterant pro dictis duodecim diebus, quibus Supplicationes exhibitæ nun fuerunt ab eo, qui ad id præcisè, & ratione Officii tenebatur, integrum capitale scut. 890. amittere, eò quia Vendens, seù Resignans Officia vacabilia, non solùm à die Signaturæ Supplicationis, juxta terminos præsentis casus, ex adductis in *dec. 281. n. 11. cor. Merlin. & dec. 34. n. 27. cor Ludov. & dec. 121. n. 6. par. 12. rec.* sed à die consensus præstiti dicitur liber ab omni periculo amissionis sortis, juxta resolutionem Congregationis particularis tempore fa:me: Alexandri VIII. occasione similis consensus, resignationi alterius Officii longè majoris valoris præstiti à clar:me: Card. Aloysio Homodeo juniore, tunc Prælato, qui casus non solùm inter Officiales Datariæ, sed in tota Vrbe notorius est.

5 Videtur proinde nimis durum, & æqualiter amarum, ut Officialis, pro eo tempore, quo subjectus est periculo amissionis sortis, habere non possit fructus sui Officii, non ex propria culpa, sed ex operationibus illius Ministri, qui sua habet magna emolumenta, quive ad proprium libitum differre potest, & non exhibere per spatium temporis longioris Supplicationem, seu Gratiam, iam perfectam per Signaturam Sanctissimi, ut Considerandi manifestum est.

6 Absque ulla prorsùs difficultate, attentis claris verbis illius Officialis, qui voluit emere suum Officium cum fructibus à die prima Iunii, & consideratis clarioribus verbis Sanctissimi Domini Nostri eosdem fructus à dicta die gratiosè concedentis; Et à viva ratione, quam Eminentissimus Dominus meus inter informandum benignè adduxit, quòd fructus non dantur Officialibus à Ministris, ex officio obligatis ad exhibendas Supplicationes, illasque ad proprium arbitrium non valentibus retinere in manica; Sed à Summo Pontifice, qui cùm clarè in Supplicatione loquutus fuerit, & per verba adeò expressiva, ut clariora dari non possint, ibi: *Cum fructibus à Kalendis hujus mensis Iunii &c.* & ibi: *Sibique de emolumentis integrè responderi debere*, non est locus cavillationi, & criticationi expressæ voluntatis ejusdem Summi Pontificis, benè *Rota dec. 3. n. 6. coram Ansaldo*, ubi, quòd contra claram voluntatem Summi Pontificis non est immorandum super generalitatibus, conjecturis, & discursibus, sed eadem voluntas præcisè, & adamussim pro lege servanda venit, & concordant alii adducti *in Romana Emolumentorum Paroch. prima Iulii 1718. §. Primi cor. Reverendiss. Lancetta Decano.*

7 Quibus additur, quòd talis est praxis omnium similium resignationum, càm Beneficiorum, quàm Officiorum, sive vacabilium, sive non vacabilium Romanæ Curiæ, cujuscunque qualitatis, & quantitatis illa sint, Eminentissimo Domino meo probè nota; Et proptereà eò magis in præsenti casu procedendum videtur cum dicta Iuris clara dispositione, cum innegabili praxi resignationum Beneficiorum omnium, & Officiorum Romanæ Curiæ, cum clariori voluntate Oratricis emere volentis, & cum clarissima Supremi Principis voluntate, concedentis Officium, unà cum fructibus à dicta die prima Iunii, ex adductis *à Rocca select. interpret. cap. 78. n. 6. & seq.*

8 Quibus non obstant duo prætextus, exadverso gratis ubique soliti exagerari; Primus, quòd talis sit praxis dicti Officii Scriptoratus Literarum Apostolicarum.

9 Secundus verò, quòd illa emolumenta, quæ non solvuntur Officialibus post illud tempus, quo signata fuit Supplicatio, & aliud, in quo placuit Ministro, ad id deputato, exhibere dictam Supplicationem Depositario, eadem emolumenta convertantur in utilitatem omnium Officialium: Et consequenter Officialis ille, qui dictis emolumentis privatur in primis mensibus emptionis sui Officii, tractu longissimi temporis illorum reintegrationem assequitur.

10 Incipiendo enim ab hoc secundo prætextu, quid quid sit, an ille in facto subsistat, circa quod multi multa dicunt, & Nos suum locum veritati relinquimus; Strictè respondemus, quòd in omnem casum non debet actuale & reale præjudicium alicui de præsenti inferri, sub pia meditatione, & futili consideratione, quòd potest deinde idem præjudicium tractu temporis minutatim compensari; Sed juxta prima Iuris elementa unicuique quod suum est tribui debet; Eo quia plura dari possunt accidentia, mortis nimirùm, resignationis, & similia, ex quibus talis reintegratio sequi non possit, juxta illa quotidiana exempla, quæ notissima sunt Depositario dicti Officii Scriptoratus.

11 Minoris relevantiæ est secundus prætextus contrarii usus, seù potiùs intolerabilis abusus; Relinquendo enim in hac etiam parte suum locum veritati circa introductionem, & probationem dicti abusus; Dicimus, quòd in omnem casum idem contrarius usus, uti corruptela, de medio tollendus, & reprobandus est, non autem sequendus, juxta literalem Textum in *can. Mala distint. 8.* & concordant *Divus Cyprianus in Jonn. 13. litera A.* ibi; *Consuetudo impedire non debet quominus prævaleat veritas, & vincat; Nam consuetudo sine veritate vetustas erroris est; Et Divus Gregorius in Epistola ad Guilmundum Episcopum Aversanum*, ibi; *Si consuetudinem fortassis opponas, advertendum est, quod Dominus dixit: Ego sum via, veritas, & vita; Non dixit; Ego sum consuetudo, sed veritas; Et Divus Augustinus de unico Baptismat. lib. 2.* ibi: *Veritate manifesta, cedat consuetudo veritati; Planè quis dubitet veritati manifestæ consuetudinem cedere, quia consuetudinem ratio, & veritas semper excludit, & lib. 4.* ibi: *Frustra, qui ratione convincuntur consuetudinem nobis objiciunt, quasi consuetudo major sit veritate*, & benè *Rot. dec. 10. n. 40. apud Pacion. de Locat.* ibi: *Quando non resisteret solito, expressa, rotunda, & literalis Conventio, quia in hoc casu talis observantia judicanda est abusus, non admittendus, sed eliminandus.*

12 Et viva ratio hæc est, quia sumus in terminis consuetudinis, circa occupationem alienarum rerum circa quas habemus duo præcepta Decalogi negativa,

Digitized by Google

quæ, cum obligent semper, & ad semper, non possunt illorum contraventiones trahi ad destruendam legem Divinam, seù Præceptum, cui opponuntur (quidquid sit de actibus malis, quia prohibitis, qui non sunt termini præsentis controversiæ) ut egregiè observat *Card. de Laur. in epistola ad Lector. sua Epitom. sacror. Canon.* ibi: *Nec ampliùs ad Amussim lapidem, sed ad lapidem Amussim aptare contendimus, non inquam legi voluntatem subjicimus, sed legem ipsam ad voluntatem trahere non formidamus.*

13 Ultra quod cùm simus in circumstantiis prætensi soliti, quod aliquando respicit majorem, aliquando verò minorem summam, juxta effrænatum arbitrium, & nullis limitibus restrictam voluntatem Illius Ministri, qui tenetur ex Officio Supplicationes à Sanctissimo signatas, Depositario exhibere, & illas non exhibet, nil mirum si aliquis Officialis forsan in præteritum per summam patientiam id toleravit; Ex qua proinde tolerantia nihil inferri potest pro continuatione ejusdem abusus, Textus est literalis in *cap. Cùm jamdudum de Præbendis*, ibi: *Cùm multa per patientiam tolerentur, quæ si deducta fuerint in judicium, justitia exigente non deberent tolerari*, & benè *Card. de Luc. de Iurisd. disc. 22. n. 4.* ibi: *Aliqui magis quietem desiderantes, plura concedere, vel permittere soleat, aliàs non permittenda.*

14 Et in effectu in alia simili Expeditione Supplicationis alterius Portionis Scriptoratus Apostolici ad favorem Luciæ Ursayæ, Sororis earundem Annæ, & Lucretiæ, signatæ die 9 præteriti mensis Octobris, si solvi voluisset quantitas unius julii statim exhibita fuisset Cappellano Supplicatio absque ulla amissione, vel minimæ quantitatis fructuum, quæ summa unius julii ad redimendas vexationes de facto exhibita fuit Officiali, sed deinde, re meliùs considerata, procurata statim fuit illius restitutio, sub fundata spe, quòd nota rectitudo Eminentissimi Domini mei, & notior ipsius zelus in Iustitiæ administratione, de medio sublaturus sit similes quæstuarias contributiones, injungendo Ministris illis, qui lucrosa habent Officia, punctualem exequutionem propriarum incumbentiarum, ad tollendas in futurum similes conquestiones, & recursus. Circa probationem autem, & verificationem hujus facti, licitum mihi sit uti verbis illis *S. Jo. Epist. 1. in princ. Quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectaverunt &c. testamur, & annunciamus.*

15 Enixis precibus supplicantes factum hoc præ oculis habendum esse, quia ex illo evidenter patet, Supplicationes, manu Sanctiss. signatas, retineri in manica cum tali, tantoque præjudicio Officialis, & non exhiberi Cappellano, propter proprium lucrum inferiorum Ministrorum, non autem propter illos inanes prætextus, qui hodiè adinventi sunt ad projiciendum pulverem ante oculos.

16 Pro quorum faciliori admissione dignetur Eminentissimus D. meus quatuor benignè ponderare.

17 Primùm quòd contrarium prætensum solitum directè opponitur dispositioni Iuris, Gratiæ Summi Pontificis concedentis; Voluntati Partis, ementis Officium; Et demùm universali praxi omnium aliorum Officiorum vacabilium; Et propterea etiamsi circa illud aliquod remaneret dubium, quod non credimus, in isto semper inclinandum esset pro rejectione, & abolitione ejusdem prætensi soliti, quatenùs de facto practicatum fuerit, ad Textum *in leg. Si unus §. Pactus in fine ff. de Pact.* cum concordantibus apud *Cerr. dec. 350. n. 15.*

18 Secundum, quòd istud non habet determinatum numerum dierum, & præfinitum tempus, in quo Minister tradat Supplicationem signatam Depositario; Sed omnia reposita sunt in illius mero arbitrio, & libera voluntate; Idque cum magno præjudicio Officialis, cui, non attento præcepto, & oraculo Papæ, ab illius salariatis Ministris prætenditur non dari suos fructus, correspondentes ejus Capitali, pro eo tempore, quo subjacet periculo amittendi integram sortem; Quod in rei veritate videtur nimis exorbitans, æqualitèr durum, atque amarum, & omnibus regulis Juris oppositum.

19 Tertium, quia, ut est notorium, nostris temporibus Officia vacabilia ferè reddunt illos fructus qui anteactis temporibus correspondebant fructibus Locor. Montium non vacabilium; Ex qua reflexione duo sequuntur; Primum, quod hodiè non est procedendum cum illo usu, seù abusu, quatenus etiam exadverso probaretur, qui vigebat tempore, quo Officia vacabilia reddebant fructus longè majores; Secundum verò, quòd, stante hac facti innegabili circumstantia semper inclinandum est pro minori præjudicio illius Officialis, qui cum eodem vitæ periculo, & dubio amissionis sortis, quod non est metaphysicum, longè minores locatur fructus, ad exclusionem illius Ministri, qui æquè gratuitum, ac lucrosum habet Officium, nulli periculo subjectum.

20 Quartum, quia Ministri agunt de Lucro captando, Officialis autem de damno vitando; In quibus circumstantiis uno ore concordant Doctores, semper inclinandum esse favore illius, qui agit de vitando damno, ex adductis per *Gratian. discept. 366. n. 14. & Rot. coram Buratt. dec. 480. n. 11. ubi adden. n. 24. & coram Dunoz. jun. dec. 561. nu. 11.* ibi: *Potior est causa &c. qui agit de damno vitando, quam alterius, qui agit de lucro captando.*

21 Convictus autem Depositarios à soliditate hujusmodi rationum, & motivorum, unicè se restringit, & recurrit ad sacram Anchoram prætensi soliti, seu consuetudinis, quam supponit vigere in dicto Collegio Portionum Scriptoratus Apostolici, idque ad distinctionem omnium aliorum Officiorum vacabilium Romanæ Curiæ, in quibus à die perfectionis Gratiæ, seu signatæ Supplicationis dantur omnes fructus Ementibus eadem Officia.

22 Solide autem multipliciter respondemus, & primò repetendo aurea illa verba *S. Augustini lib. 4. de Baptis. Frustra, qui ratione vincuntur, consuetudinem Nobis objiciunt, quasi consuetudo major sit veritate*; Necnon alia verba *Divi Gregorii in epistola ad Gulimun. Episcop. Avers. Si consuetudinem fortassis opponas, advertendum est, quòd Dominus dixit: Ego sum via, veritas, & vita, non dixit; Ego sum consuetudo, sed veritas*, cum aliis Sanctorum Patrum authoritatibus, quorum verba referuntur a *Gonzal. in cap. Consuetudinem n. 14. de Consuetudine*, & latè *Adden. ad dec. 28. nu. 248. par. 3. recent.* ubi, quòd mala consuetudo se habet ad instar falsæ monetæ, quæ tractu temporis improbam ligam, & impuritatem potiùs prodit, quam occultet.

23 II. Respondemus, quòd eidem prætenso solito, seu consuetudini opponitur expressa, & literalis conventio Partium, præcisè, & expressè volentium acquirere fructus suarum Portionum *dal primo Giugno prossimo a venire 1722.* Necnon Papæ concedentis, ibi: *Unà cum fructibus à Kalendis hujus mensis Junii*; In quibus circumstantiis solitum, oppositum voluntati ementis, & vendentis dicitur, & est verus, proprius, & solemnis abusus, non consuetudo, eliminandus, non fovendus, ut sequendo *Rovit. dec. 36. n. 3. & 4. & Urceol. dec. 25. n. 33.* qui sunt punctuales, exclamat *Rot. dec. 10. n. 40. apud Pacion. de Locat.* ibi: *Quando non resisteret solita expressa, rotunda, & literalis conventio; Quia in hoc casu talis observantia judicanda est abusus, non admittendus, sed eliminandus, ut exclamat Rovitus &c.*

24 III. Quia sermo est de consuetudine circa occupationem alienarum rerum, circa quas habemus duo Decalogi præcepta negativa, quæ cùm obligent semper, & ad semper, actus, illis oppositi non possunt destruere Legem Divinam, cui opponuntur, egregiè *Bald. in leg. Sicuti Cod. de Servitute, & Aqua*, ubi hujus generis consuetudinem vocat diabolicam, & *Baldum* sequitur *Afflict. dec. 325. sub nu. 16.* ibi: *Diceretur consuetudo reprobata, contra jus naturale &c. & esset consuetudo diabolica, & Adden. ad dec. 28. n. 46. par. 3. recen.* ibi: *Consuetudo alienum rapiendi à Mammona est &c.*

25 IV. Quia sumus in terminis Officiorum vacabilium,

lium, quæ uti Supremo Principi reservata, non subjacent abusui, seu consuetudini, ab uno, vel altero de Populo introducto, juxta Textum *in cap. Venien. de Iurejur.* quem sequitur *Natt.consf.179.n.23.* ibi: *Consuetudo non valet circa ea, quæ sunt Principi reservata &c. Nam nec etiam Populus circa ista potest statuere.*

26 V. Quia si non admittitur prætextus observantiæ contra claram dispositionem Statuti, ex adductis à *Rota coram Ludov.dec.184.n.5.* ibi: *Sub prætextu observantia non potest aliquid prætendi contra formam, & dispositionem Statuti &c. & dec.378.nu.22.cor.Beniacas.* ibi: *Ulterius etiam cùm agatur de actibus, de directo adversantibus enunciata dispositioni Statuti &c. ipso Iure sunt nulli, & inefficaces ad præscribendum, vel consuetudinem aliquam inducendam;* Multò minus prætextu observantiæ in nostro casu potest aliquid prætendi contra formam, & dispositionem Supplicationis, à Papa signatæ, cujus solus nutus, & umbra voluntatis tanquam lex executioni mandanda est, juxta phrasim *Gruter. de Arte benè desideran.resol.15.§.9.n.177.* ibi: *Paret nutus, & umbras voluntatis Summorum Pontificum esse festinanter, & inoffenso pede executioni mandandos, & adorandos*, & concordat *Gloss.in Clement.unica verbo Censemus de Probat.* ubi egregiè observat, quòd, non efficacissimum, atque mirabile verbum *Fiat*, juxta terminos nostri casus, sed solum verbum *Censemus* in calamo, & ore Summorum Pontificum æquivalet sequentibus verbis: *Iudicamus, sententiamus, statuimus, jubemus, deliberamus, existimamus; Hæc enim omnia sonat hoc verbum censemus*, juxta præcisa verba *d.Gloss.*

27 VI. Quia non est sermo de actibus majoris partis, vel omnium Officialium Officii Scriptoratus Apostolici, sed de arbitrario facto illius pedanei Ministri, qui nullam aliam figuram in nostris terminis facit, quàm simplicis, & meri Portitoris Supplicationum, à Papa signatarum, à Dataria Apostolica ad Domum Cappellani; Sicuti igitur non attenderetur factum omnium Officialium ad non exequendam claram Papæ voluntatem, ex supra animadversis; Ita multò minùs ad dictum effectum attendi meretur voluntarium factum dicti pedanei Ministri, & simplicis Portitoris Supplicationum.

28 VII. Quia contraria prætensio videtur à constitutione Mundi inaudita, non solùm respectu veræ maximæ Pontificiæ potestatis, sed etiam circa Ministros cujuscunque inferioris Principis, quod scilicet, isto demandantem solutione fructuum Officii vacabilis uno modo, seù à tali determinata die, ejus inferior, pedaneusque Minister talem modum ad proprium arbitrium, & pro illis diebus, pro quibus ei placet, retardare velit, & ad proprium libitum mutare.

29 VIII. Quia ex contraria prætensione in controversiam adduceretur (sunt verba *Cobell.ad Bull.bon.regimin. cap.34.art.23.sub n.10.*) *fides publica, & Sanctæ Sedis Apostolicæ authoritas, quibus fundamentis Montes, & Officia Romanæ Curiæ sunt erecta;* Accedendo siquidem Officialis cum sua Supplicatione, manu Pontificis signata, pro exigendis fructibus sui Officii vacabilis, & in argumentum publicæ fidei eandem Supplicationem, manu Papæ signatam, ostendens, illa nullatenus executioni demandaretur, ut omni jure faciendum est, præcipuè ab illius dilectis Ministris, & beneficatis Officialibus, ut in longè debilioribus terminis exclamat *Cobellus ad Bullam boni regiminis cap.34.art.23.n.1.* ibi: *Contingit aliquando ob negligentiam, ne dicam dolum, seu malitiam Ministrantium, & Officialium, læsam fuisse publicam fidem, quæ in materia Montium maximè venit adhibenda: Non enim Pupilli, Viduæ, Religiosi, Loca pia, Viri denique cujusvis generis, pecunias in emptione Montium erogarent, nisi crederent &c.* & concordat *Card. de Luc. de Offic.vacab. fol.337.n.22.* ubi, quòd omnis æquitas, & justitia clamant, ne Officialis sub bona fide Principis propriæ substantiæ jacturam patiatur, & *cap.17.n.14.* ubi quòd Princeps in Contractibus censendus est jure Privati, & præcipuè *in illis pactis, cum quibus conservatur humanum commercium, & humana fides, ac Societas.*

30 IX. Quia, quatenus per modum discursus admitteretur in facto contrarium solitum, in jure illud uti injustum, iniquum, & irrationabile ex hucusque animadversis, nullo tempore esset præscriptibile, & nullo modo allegati valeret, vel in judiciis deberet attendi, juxta rotundum *Textum in Auth.Ut nulli judic.cap.1.* ibi: *Malè enim adinventa, malæque consuetudines, neque ex longo tempore, neque ex longa consuetudine confirmantur*, cum aliis adductis *in dec.800.nu.9. versic.Consuetudo verò cor.Baratt.* & egregiè *Addent.ad dec.28.n.242.par.3.recen.* ubi refert æquè celebre, ac vulgatum illud: *Si mali fit usus, nunquam præscribit abusus, & Panimoll.dec.1.annotat.2.n.14.* ibi: *Consuetudo autem irrationabilis nunquam potest figere pedes, & redditur impræscriptibilis &c. Nec per tempus immemorabile induci potest &c. & dicitur irrationabilis si &c. aliquem indebitè gravet &c.*

31 X. Quia tale prætensum solitum non est universale respectu omnium Officiorum vacabilium Romanæ Curiæ, sed unicè prætenditur practicari respectu Officii Scriptoratus Apostolici; Et propterea eò magis à notoria rectitudine Eminentissimi Domini mei, ex Divina Providentia nati, & meritissimè exaltati ad extirpandas malas consuetudines, & irrationabilia solita, de medio tollendum est, duplici ratione; Prima, ne magis radicetur in dicto Officio Scriptoratus Apostolici, neve in futurum pro lege veneretur, & Privilegiorum more celebretur, juxta phrasim Sancti Nicolai Papæ *in can. Mala dist.8.* ibi: *Mala autem consuetudo non minus, quàm perniciosa corruptela abjicienda est, quæ nisi citiùs radicitùs evellatur, in privilegiorum &c. assumitur, & incipiunt prævaricationes, variæ præsumptiones, celerrimè non compressæ, pro legibus venerari, & Privilegiorum more perpetuò celebrari*, & concordant adducti *ab Addent.ad dec.28. nu.251.par.3.recen.* ibi: *Ad Officium Superioris spectat celerrimè obviare, ne mala consuetudo radices producat.* Secunda verò, ne extendatur ad alia Officia vacabilia, juxta nobilem animadversionem *Cassiodori var. Epist. 14. lib.4.* ibi: *Comprimendus excessus est, ne paulatim reliquos comprehendat.* Neque est novum in Urbe, vel in Mundo inauditum, quòd malæ consuetudines, & irrationabilia solita, nedum antiquissima, sed immemorabilia, quando demonstrantur iniqua, & injusta, de medio tollantur; Circa quod cum majori otio componi possent Volumina, *& dies me deficeret, si hujus rei omnia exempla referre velim*, juxta præcisa verba *Alciat. lib.10. Parerg cap.21.*

32 XI. Quia per cannonizationem contrarii prætensi soliti relinqueretur aperta magna, atque spatiosa porta continuis præjudiciis Officialium, dum tempus exhibendi Supplicationes, à Papa signatas, Cappellano dicti Officii, non est limitatum, minùsque intra cancellos determinatorum dierum restrictum est, sed indefinitè repositum est in libera voluntate illarum Portitoris, qui sicuti in præsenti casu illam distulit exhibere per dies duodecim, ita in aliis poterit id differre per dies quindecim, viginti, & tot, quot illi videbuntur, quod non videtur permittendum, quia Princeps in liberalitate potiùs crescere, quàm decrescere solet, sunt verba *Rot.dec.678.n.23. coram Dunoz.jun.* Et applicatur celebre illud dictum *D.Io.Chrisost.* relati *in Can.Alligo.n.26. q.7. Ubi Domiani largas est, Dispensator non debet esse tenax.*

33 XII. Quia omnia hujusmodi inconvenientia in futurum erunt inevitabilia, attentâ præsenti contradictione, & succumbentiâ, quatenùs illa sequatur, eò quia in actibus etiam facultativis, quando quis reclamat, se opponit, & succumbit, inducitur obligatio in futurum, ex adductis *in dec.883.n.8. coram Emer.jun. & dec.281.n.23. & dec.385.n.9.par.15.rec.*

34 XIII. Quia, admissâ contrariâ prætensione, esset physicè inevitabile præjudicium unius Partis ex illis, quæ considerari possunt respectu ejusdem Portionis; Quod ita ad hominem demonstratur: Fructus illi, qui cur-

Digitized by Google

currunt à die signatę Supplicationis usque ad diem illius exhibitionis, factæ Cappellano, vel spectant ad Ministros Collegii Scriptorum, vel ad Officialem illum, qui emit suam Portionem, inter quæ non datur medium, quocunque autem modo operetur Portitor dictæ Supplicationis, semper emicat dictum præiudicium; Ministrorum, si suum officium punctualitèr exequitur; Officialis verò si negligens est in adimplenda sua obligatione, ut Consideranti manifestum est.

35 Non videtur autem id permittendum, minùsque relinquendum effrænato arbitrio Portitoris Supplicationis præiudicare uni, vel alteri ex dictis Partibus, eò quis, neque ipsemet Princeps præsumitur tale præiudicium Partibus velle inferre, ut notant *Pignatel. consul.52. nu.7.10. 10. & Card.de Luca de Jurepatr.disc.70.nu.15.* & firmavit *Rot.dec.74.nu.21.par.16. & dec.618.n.6.par.18. recen.* Etiamsi præiudicium esset minimum, ut ampliat eadem *Rota coram Pamphil.dec.81.sub nu.3.* ibi: *Qua habet locum in quolibet jure, etiam minimo, & quomodolibet competente, & coram Emer.jun.dec.998.nu.13.* ibi; *Tertio praejudiciales, tametsi alias præjudicium sit modicum,* & egregiè *coram Ubng.dec.34.n.22.* ibi: *Dum, Papam ipsum noluisse præfatum Ius Archiepiscopi lædere, ut supra firmatum est, utique prorsus inverisimile est facultatem concedere voluisse Capitulo illud lædendi.*

36 XIV. Quia ad nostrum effectum *Judex* (sunt verba *Addeu ad dec.28.n.7.par.3.rec.*) *attentè perpendere, & considerare debet, & informare animum suum, non tantùm quoad principium, sed etiam animadvertere, utrum finis talis consuetudinis sit bonus, necne?* Id autem ad nostrum effectum perpendendo, manibus palpabit pessimam qualitatem finis contrarii abusus, dum ex.gr. cum solutione unius in lii Officialis nullos amittit fructus iuxta casum, de quo supra; Sine verò tali solutione retardatur exhibitio Supplicationis iàm signatæ pro tempore, beneviso Portitori; Ex quibus nemo non videt, quod quatenus etiam per modum simplicis discursus (quod tamen absolutè negatur) contraria consuetudo bonum habuisset principium, hodiè pessimum habet finem.

37 XV. Demum, quia, admissâ contrariâ prætensione, oporteret mutare formam Signaturæ Supplicationum Sanctissimi, & post verba illa: *Fiat, ut petitur,* sequentia, vel similia superaddere: *Si placet, quando, & quomodo placet Portitori Supplicationum;* Quo nihil absurdius, nilve irrationabilibus, vel monstruosius, non solùm dici, sed nec etiam potest excogitari.

38 Modus iste discurrendi nullam involvit exageratonem, sed est puræ veritati innixus, eò quia, loquendo de nostro casu, eadem Supplicatio à Sanctissimo Domino Nostro signata die 15. Junii, non fuit consignata Registratori, nisi quando placuit Portitori eiusdem, hoc est post duodecim dies, quando statim registrata fuit, ut patet ex illius adnotatione in eius dorso, utque commendabili ingenuitate fassus fuit, & promptus, atque paratus est omnibus palam facere illius Registrator, in illa subscriptus, asserens, illam dicta die 26. Junii, & non anteà, ei fuisse traditam ad registrandum.

39 In hac autem parte Ego libenter peterem à d. Portitore eiusdem Supplicationis. Si ipsi notus erat usus, seu abusus non solvendi fructus Officiali; nisi post exhibitionem Supplicationis, factam Cappellano, quare illam retinuit in manibus per dies duodecim? Quare illam statim non tradidit uni ex multis Registratoribus, qui habent obligationem illas registrandi, &, nullâ interpositâ morâ, illas registrant? Est ne in eius arbitrio præiudicare Officialibus, subiectis periculo amissionis sortis? Qua authoritate non exequitur claram Principis voluntatem? Potestne minuere id, quod Princeps benignè concessit? Egregiè *Amayd.de Styl.Datar.lib.1.cap.31.n.65.* ibi. *Aliàs enim Officialis plus valeret; quam ipse Princeps?* Vinculum humanæ Societatis, ab ipsamet natura obligatum, à quanto temporè citra inter homines, dissolutum fuit? Quo iure dominium dictorum fructuum, quos ipse nunquam, habuit transferre in alterum potuit? contra Textus literales *in leg. Traditio ff.de Acquir. rer.domin. & in cap. Nemo plus de Regul.Iur.in 6.* Sunt hæc adeò exorbitantia, adeòque opposita omnibus Juris, congruentiæ, & æquitatis regulis, ut nihil durius, nihil insubsistentius, nihilque exorbitantius excogitari possit.

40 Imò serenâ fronte asserimus modum istum operandi ex diametro opponi, non solùm Iuribus divino, naturali, canonico, & civili, sed ipsimet humanitati, seu vinculo humanæ societatis.

41 Opponitur Juri Divino, præcipienti alteri faciendum non esse id, quod pro se quia non vellet pati, & diligere Proximum sicut seipsum *Marci 12.30.31.*

42 Opponitur Iuri naturali, quia *omnis Creatura movetur ad benefaciendum ei, qui sibi benefecit, & talis obligatio ex instinctu naturæ procedit,* sunt verba *Gloss. in leg.28.Verb.Obligaverunt ff. de Petition.hæredit.* cum concordantibus sequutis a *Rot. in Romana Dot.16.Iun.1679. §.Tum denique coram Bourlemont, & in Bononien.Legati 16.Aprilis 1614. in princ. coram Eminentissimo Scotto.* Deberet proinde Portitor Supplicationum, si non benefacere, saltem non præjudicare illi Officiali, qui sibi benefecit, clausis oculis dando pro Expeditione summam illam, quam petiit, quæve forsan eidem integraliter debita non erat, & in casu nostro fuit scut.58.07.$\frac{1}{2}$ pro tribus Portionibus, quæ non videtur tenuis quantitas, habito respectu ad integram summam omnium trium Expeditionum in totum sc.55.72.$\frac{1}{2}$

43 Opponitur Juri Canonico, quo attento nemini absque propria culpa, vel negligentia præjudicium inferri potest *cap.Sine culpa de Reg.in 6.*

44 Opponitur Iuri Civili, quod in *leg. Non debet ff. de Reg.Jur.* præcipit alteri per alterum non esse præjudicium inferendum, & *in leg.1.ff.de Solutionib.* ita disponit *Æquissimum enim visum est, Creditorem ita agere rem Debitoris, ut suam ageret,* cum aliis apud *Roman. consil.55.n.1.* ibi: *Non enim debet bonus Vir aliter judicare, quam in se judicari vellet, & Emer jun.dec.266.n.5.*

45 Opponitur demum humanitati, quia *Solius humanitatis vinculum non permittit, ut sine proprio commodo alteri simus damno, & nocumento,* sunt verba *Gaill.practicar.observat.69.nu.28.* & concordant adducti a *Mascard.de Probat.conclus.sen.qu.20.n.6.*

46 Nec credimus asserendum, eandem tarditatem traditionis Registratori provenisse ex mora solvendi solita emolumenta. Ista enim magnâ punctualitate statim ac data fuit illarum notula, exbursata fuerunt, ut credimus non esse in controversiam deducendum. Imò tali, tantaque punctualitate pro alia ex dictis Portionibus soluta fuerunt emolumenta Expeditionis, ut exbursata fuerint ad simplicem petitionem per mensem ante Signaturam Supplicationis, hoc est ipsomet momento temporis, quo consignatus fuit Ordo pro illius emptione.

47 XVI. Ultrà quod esset in rei veritate novum genus soliti, juxta phrasim *Sac.Rot.in dec.81. in princ.apud Torr. de Pact.futur.success.* Necnon curiosissima species consuetudinis, juxta phrasim *Card.de Luc.disc.6 u.sub n.2. de Donation.* prorsùs incognitæ *Antonio Scappio, & Jacobo Lersener de Jur non script. Arismino Tepato de consuet. & solit. Joanni Eutbellio, & Jacobo Lembeken. de consuetudinibus pravis, & irrationabilibus, Paulo Crasseria de Natura, & effectibus consuetudinis, Petro Raveanæ de consuetudinibus, & Statutis, Ioanni Francisco Lovanetta de moribus Majorum, & longa consuetudine,* aliisque tractantibus de Consuetudine. Illa, quæ exadverso, prætenditur; hoc est, quod Famulus prætextu consuetudinis non obediat Domino, neque exequatur illius præcepta, seu quod Minister salariatus prætendat ex consuetudine non obedire claro, & literali præcepto Papæ, cujus est Minister. Dum iste tali claritate locutus fuit, ut nullam reliquerit dubitandi, vel criticandi occasionem, quin fructus debeantur Officiali à die Signaturæ Supplicationis, ex supra animadversis.

Estque

48 Estque in rei veritate contraria prætensio taliter exorbitans, ut neque etiam de mero possibili possit exorbitantior excogitari. Ponamus enim casum, quod Officialis velit emere suum Officium, & habere illius fructus à principio mensis Junii, & non aliàs. Quodque Papa æquali efficaci voluntate velit illos concedere ab initio ejusdem mensis, & non postea: Ego libenter peterem à Portitore Supplicationum, quibus verbis uti deberent Officialis, & Papa, si sequentia non sufficiunt? *Con li frutti dal primo Giugno prossimo*, & illa: *Unacum fructibus a Kalendis hujus mensis Junii*. Aut ego ista non capio; Aut oportet mutare nomina verbis, juxta id, quod legitur *Isaiæ* 5. 20. Prætendere autem consuetudinem, usum, & solitum contra expressam Partium conventionem, est mera vanitas, & verum paradoxum, præter solitum quidem, sed cum omni legali fundamento non sine exclamatione reprobatum à *Rot. in dec.10.n.40 apud Paciun. de Locat.* cujus verba registrata fuerunt *supra num.23*.

49 Paritas Canonici, qui postquam expedivit suas Bullas, differt voluntariè capere possessionem sui Canonicatus, toto Cœlo differt a casu præsenti; Tum, quia in dictis terminis verificatur vacatio Canonicatus per obitum, quo attento Capitulum omni Iure cœpit facere fructus suos, & continuat illos habere usquequò novus Canonicus possessionem accipit, quod nostro casui, neque per umbram applicatur, quia Officium neque etiam temporis momento vacavit, sed in illamet Supplicatione, in qua Papa admisit resignationem unius, subrogavit alium Officialem. Tum, quia postquam Canonicus suas expedivit Bullas, sibi imputare debet, si possessionem sui Canonicatus non capiat. Non sic autem in nostro casu, in quo nihil imputari potest Officiali, cui adversùs omnia Iura, omnes congruentiæ, & omnem æquitatem, non consignatur sua Supplicatio, à Papa signata, ab illo Ministro, qui sua habuit emolumenta, sed illam retinet in sacculo, ex quo motivo, ipse videat. Tum demum, quia perceptio fructuum, debitorum novo Canonico, non retardatur illi à mera voluntate Tertii: sed in casu nostro id ad unguem verificatur, quia fructus prætenduntur tolli à voluntario facto tertiæ Personæ, pro tempore, sibi benè viso, quod si Papa noluit id facere, sed illos dedit Officiali, multò minùs præsumitur talem facultatem concedere voluisse dictæ tertiæ Personæ, egregiè *Rot. dec.34.n.22.& 23.coram Ubald.* ibi; *Quia dum Papam ipsum n. luisse præsumum Jus Archiepiscopi laderet, ut supra firmatum est, utique prorsùs inverisimile est facultatem concedere voluisse Capitulo illud ladendi*, & concordat *Rot. dec.368.n.14 par.13.rec.*

50 Quibus additur æquè palpabilis, ac palmaris illa differentia, quòd circa acquisitionem fructuum Beneficiorum, Papa non determinat tempus, neque diem illorum acquisitionis, sed solùm mandat Executori, ut Provisum de Beneficio mittat in possessionem sui Beneficii, quod non potest verificari, nisi quando eidem Executori præsentantur Bullæ à Proviso, Non sic autem in nostro casu, in quo Papa ipse determinat diem, à qua incipere debet cursus fructuum, & propterea eandem Papæ voluntatem punctualiter exequi tenetur illius Minister, ex supra animadversis.

51 Præcipue, quia Listam novorum Officialium Cappellanus conficere tenetur in fine cujuslibet mensis, & non antea: Undè in casu nostro, non solùm poterat, sed omninò tenebatur describere Creditorem fructuum à die 15. Iunii, Officialem illum, quem Papa Creditorem dictorum fructuum à dicta die fecerat, juxta rotundum Papæ præceptum, sæpè quidem supra, sed nunquam satis repetitum, ibi: *Unacum fructibus a Kalendis hujus mensis Junii &c. Sibique de emolumentis integrè respondeei debere*; Observandò vim, & efficaciam illius dictionis *integrè*? *Integrè enim ille dicitur aliquid habere, qui totum habet, ex quo dicta dictio nullam patitur diminutionem*, sunt verba *Barbos. post* catervam Doctorum, quos sequitur *in Tract. de Diction. dict.167.nu.1.* quibus addo alios, citatos *in dec.308.nu.10.coram Cels.* ibi. *Verbum integrè excludit penitus quamcumque diminutionem*, & *dec.359.nu.5.* ibi: *Verbum integrè non admittit diminutionem*, & habemus in hac parte Textum, qui non potest esse rotundior *in leg. Nomen debitoris §. Pater ff. de Legat.3*.

52 Nec juvat repetere, quòd emolumenta contraversa minuantur convertantur in utilitatem omnium Officialium, & consequenter etiam illius, qui illa à principio non consequitur.

53 Ultra quod enim mihi supponitur in facto, id nullo modo subsistere, ut indicavimus supra *num.10.* Et ultra, quòd solutio, minutarum facta, uti creditori præjudicialis, ipso invito, fieri non potest, ex adductis *in dec.91.n.11.cor. Ansald. & dec.703.n.26.par.18.rec.*

54 Objectio contraria meretur potiùs admirationem, quàm responsionem, eò quia videtur nimia improprium (ut modestiæ fines non excedamus) quòd, assignante Summo Pontifice fructus omnes, ex.gr. unius integri mensis, illi Officiali, qui emit Officium vacabile, quive potest suum Capitale quolibet momento ejusdem mensis amittere, reperiatur in Urbe pedaneus Minister, qui, inconsulto eodem Summo Pontifice, cursum fructuum, ab eodem præcisè, & literalitèr demandatum, de facto audeat pro suo libito mutare, & illos aliis Officialibus proprio marte attribuere.

55 Si enim talem facultatem mutandi ea, quæ Summus Pontifex injunxit, nemini sub Sole comperit, comprehensa etiam totâ Catholicâ Ecclesiâ, in generali Concilio legitimè coadunata, ut est indubitatum; Qua fronte prætendit simplex Portitor, & materialis Delator Supplicationum, à Papa signatarum, sibi attribuere id, quòd non solùm Officialibus omnibus Scriptoratus Apostolici, sed nec etiam omnibus Officialibus Officiorum vacabilium Urbis comperit? Egregiè *D. Thom. 2.2 q.60. art.2. in corp.* ubi, quod similis operandi modus, uti contra justitiam, contra prudentiam, & sine legitima authoritate ad praxim redactus, dicitur injustus, perversus, vitiosus, illicitus, & temerarius.

56 Supplicamus proindè pro declaratione, quod Depositarius solvat omnes fructus, juxta formam, & præcisum tenorem Supplicationis, manu Papæ signatæ, ibi: *Cum fructibus a Kalendis hujus mensis Junii &c. Sibique de emolumentis prædictis integrè respondeti &c.* & speramus vot compotes fieri, quia Principi convenit illud *Psal.88.35. Quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita*, quod ad nostrum effectum egregiè expendit *Card. de Albiç. de Inconst. in Iudic. in præfat. à nu.7. & nu.19.* & concordat *Amayden. de Stylo Datariæ lib.1. cap.3 1.nu.76.* ubi, quod his terminis non est permissum recedere à claris verbis Supplicationis, manu Papæ signatæ.

57 In omnem verò pessimum casum, quatenus his omnibus non obstantibus, neque attentis, ex parte Depositarii dicti Officii Scriptoratus Apostolici insistatur adhuc pro continuatione dicti prætensi soliti, dignum, & justum videtur, ut omnes illi fructus, quos integraliter non percipit Officialis, solvantur ab illo Ministro, qui ex una parte negligens fuit in adimplendo suum officium, nescitur quo spiritu ductus, retinendo in sacculo per dies duodecim Supplicationes, manu Papæ signatas.

58 Ex alia verò parte diligentissima extitit in exigendo emolumenta, sibi debita ratione Expeditionis, & aliarum incumbentiarum, nempè pro Supplicatione scut.30. Pro consensu, & decreto scut. . 70. Pro expeditione scut.1.74. Pro augumento auri scut. 05. Et pro D. Administratore scut.3.22.½ Et sic in totum scut.6.02.½ Quæ non videtur parva summa pro tenui labore paucis temporis momentis, ope Formularii, terminato, absque ullo periculo amissionis alicujus Capitalis, vel minimo sanitatis præjudicio, quæ est una ex maximis sublunaribus felicitatibus, ad quas rentiam honora.

Digitized by Google

norariorum probatorum Curialium, quæ ex propria experientia meritò pretium sanguinis vocat *Card. de Luc. de Emphyt. disc. 50. in princip.* quem sequutus fui in *Instit. crim. lib. 2. tit. 8. n. 105.* ubi ex propria pariter dolorosa experientia addidi, cum omni sermonis proprietate vocari posse pretium illius rei, quæ est omni thesauro Mundi charior, & rationem adducit *Gloss. in Auth. Ut Iudices sine quoquo suffrag. in princ. lit. X. verb. Utentis,* quia scilicet dicti Curiales, contra regulas, sibi à Medicis præscriptas, in certis Causis, & temporis angustiis tantùm vigilare coguntur, quando dies magni sunt, ac quando sunt parvi, & concordantes adducit *Macr. in Hierolexic. verb. Zizania,* ibi. *Ad Curiales redeo, apud quos in accipiendo cibo, in vigiliis, non est ordo, non est ratio, & non est modus.*

59 Sunt enim axiomata, uno ore à Doctoribus recepta; Quod culpa suum debet tenere Authorem; Quod negligentia unius alteri nocere non debet; Quod nihil potest imputari ei, qui non facit id, quod facere non tenebatur; Quodque nemo debet jacturam pati ex facto alterius, ut videre est apud *Barb. axiom. 62. n. 1. & axiom. 159. nu. 2. Thomaset. in Floril. leg. reg. 190. Nicol. in Flosc. verb. Regulæ juris lit. N. n. 5. & 50. & Rot. dec. 1298. n. 3. coram Emer. jun. & dec. 168. n. 34. cor. Ansald.*

60 Prout etiam communiter receptum est inter Doctores, quòd illi Ministri, qui sua habent emolumenta, non solùm tenentur de culpa lata, & levi, sed etiam de levissima, ut videre est apud citatos in *Inst. crim. lib. 1. tit. 2. n. 20.* & concordant *bonæ mem. Ansald. de Commer. & Mercat. disc. 32. n. 25. & Rot. dec. 10. n. 20. & seq. apud Pacion. de Locat. & dec 98. nu. 12. cor. Cels.* ibi: *Fuisset in manifesta culpa, ob quam propterea tenetur de proprio.*

DISCURSUS SECUNDUS.

NON obstantibus magnis conatibus, exadverso adhibitis, Eminentissimo D. meo Cardinali Prodatario remissâ cognitione Causæ à R. P. D. Auditore SS. mediante Decreto, obtento die 13. Ianuarii 1723. eâ ratione, quia Datarii sunt in pacifica possessione præscribendi leges, & injungendi mandata omnibus Ministris, & Officialibus Datariæ, & Cancellariæ in concernentibus solutionem fructuum Officiorum vacabilium, sive Gratias illas, quæ expediuntur per solam Pontificis Signaturam, ut notorium est, & respectu solutionis fructuum dictorum Officiorum vacabilium æquè nota, ac punctualiter semper executioni demandata sunt Edictum Maraldi sub die 4. Ianuariis 1617. Aliud Card. Corradi die 7. Decembr. 1655. Aliud Cardinalis Carpinei sub die 27. Octobr. 1670. Aliud Card. Panciatichi sub die 24. Aprilis 1690. Et aliud Card. Sacripantis sub die 7. Ianuarii 1701.

2 Imò idem Cardinalis Corradus tempore sui Datariatus removit tres Cancellariæ Ministros, nempè Ioannem Antonium Amenum, Ioannem Franciscum Testam, & Gregorium de Igny, eodem tempore alios tres in eorum loca subrogando, subsequutâ approbatione fa: me: Alexandri VII. ut patet ex Actis Antonii Iordani, Notarii Cam. Antecessoris Petrucci sub die 23. Iun. 1659.

3 Renovantur hodiè preces pro executione favorabilis Decreti, obtenti die 13. Decembris 1722. & voti compotes fieri speramus.

4 Quia verò præsens instantia unicè restringitur ad punctualem executionem Gratiæ, à Sanctissimo Domino Nostro signatæ die 15. Iunii 1722. favore Annæ, quæ in omnibus, & per omnia concordat cum duabus similibus Gratiis favore Lucretiæ, & Luciæ ejus Sororum, ideò operæ pretium est illam hic per extensum registrare, in conflictu alterius modi concedendi eadem Officia vacantia per obitum.

5 Primus modus per viam Resignationis est sequens.

6 *Cùm devota vestra nobilis Mulier Maria Candida Rospigliosi Romana &c. in sui Persona liberè obtineat unum Officium Portionis Scriptoriæ Literarum Apostolicarum &c. ex certis causis, animum suum moventibus, Officium prædictum in S. V. manibus spontè, & liberè resignare proponat, & ex nunc etiam resignet. Supplicat igitur humiliter S. V. devota illius Oratrix Anna &c. quatenus Resignationem hujusmodi admittendo, ac specialem sibi Gratiam faciendo, dictum Officium, per eandem resignationem sic vacans, una cum fructibus à Kalendis hujus mensis Iunii, ac omnibus, & singulis illius honoribus &c. Annæ &c. Oratrici concedere, & assignare, ipsamque in locum dictæ Mariæ Candidæ quoad Officium hujusmodi, substituere, & subrogare, necnon devotorum etiam vestrorum aliorum Scriptoriæ Literarum Apostolicarum hujusmodi Portionariorum numero, & consortio favorabiliter aggregare, eamdemque Oratricem* ex nunc *ad dictum Officium, necnon honores &c. & emolumenta prædicta in locum dictæ Mariæ Candidæ recipiendam, & admittendum fore, & recipi, & admitti, sibique de emolumentis prædictis* integrè *responderi debere decernere, & mandare dignemini de Gratia speciali. Non obstantibus ejusdem Officii, seu illius Collegii Institutione, seu Erectione, si in aliquo obstet, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque Fiat; ut petitur M. A.*

7 Secundus verò per obitum est sequens; *Motu proprio. Cùm, sicut accepimus, unum Officium Portionis Scriptoriæ Literarum Apostolicarum, quod Laura* Patritia *Naet in ejus Personam nuper obtinebat, per obitum dictæ Lauræ jampridem sic vacans, & illius diuturna vacatio non parùm afferat Datariæ, & Cancellariæ Apostolicæ damnum, & præjudicium* (consistens forsan in eo, quod dicto tempore vacantiæ fructus percipiuntur à Collegio) *Nos igitur &c. motu simili &c. Officium hujusmodi, unà cum fructibus à die illius admissionis, ac omnibus, & singulis honoribus &c. dilecto Filio Carolo Albano &c. concedimus, & assignamus &c. Fiat motu proprio* I. F. Quæ formula desumpta est ex contrario Summario.

8 Ex quibus, toto Cœlo diversis Formulis concedendi dicta Officia per unum, vel alium modum, evidentèr patet, quòd eadem Anna obtinuit dictum Officium, non per obitum alterius Officialis, sed per Resignationem Excellentissimæ Dominæ Mariæ Candidæ, in cujus locum in ipsomet temporis momento, quo Papa admisit illius resignationem, subrogavit Annam, duabus vicibus repetendo dictionem illam *ex nunc*. Primò, quando admisit Resignationem D. Mariæ Candidæ, ibi: *Ex nunc etiam resignet*; Secundò, quando post momentum admissionis Resignationis ejusdem Officii, admisit Annam in Officialem ibi: *Ex nunc ad dictum Officium &c. recipi, & admitti*; Quæ dictio *ex nunc* omnem dilationem excludit, & ad oculum demonstrat præsens tempus, juxta *Text. in leg. 1. §. Nunc tractemus ff. de Tutel.* cum concordantibus apud *Rot. dec. 74. n. 19. cor. Ansald. & dec. 536. n. 8. par. 18. rec.*

9 Et propterea remanet plusquam manifestum, quòd, attentâ dictâ immediatâ subrogatione Annæ, post immediatam acceptationem Resignationis D. Mariæ Candidæ, nullum datum fuit tempus, imò nullum temporis momentum, quo potuerit affirmari, dictum Officium vacasse, & consequenter, quòd pro tempore illius vacationis fructus spectare potuerint ad Collegium, ut Consideranti manifestum est.

10 Adversùs quæ, solidè fundata in simplici, & sola lectura dictæ Supplicationis, in clara voluntate Annæ petentis, & in clarissima voluntate Papæ, concedentis Officium, non obstant ea, quæ dicta fuerunt in contraria Scriptura.

11 Restringendo enim omnia ea, quæ in illa, ejusque Summario continentur, hoc unum, & nihil aliud desu.

desu.

desumitur, quòd Collegium Scriptorum Literarum Apostolicarum, sive ex Privilegio, sive ex Consuetudine, jus habet percipiendi fructus, non omnium Portionum indefinitè, sive illæ conferantur per obitum, sive per Resignationem, sed strictè, limitatè, præcisè, & unicè Portionum, per obitum *vacantium*, pro toto illo tempore, quo effectivè *vacant*, etiam si longo tempore id verificetur; Cum hoc, quòd in terminis novæ collationis per obitum Officialis, Papa non confert Officium, neque illum admittit ad participationem *ex nunc*, hoc est à tempore signatæ Supplicationis, ut facit in terminis Resignationis, sed à die admissionis, seu receptionis novi Officialis.

11 Hoc mirabilitèr probat Summarium contrarium. Etenim in *num.1.* sermo est de tribus integris Officiis, necnon de tertia parte alterius Portionis, vacatis per mortem Martii Ursini, Flaminii Moroli, Ioannis Baptistæ Sampieri, & Nicolai Nargues, quæ concessa fuerunt clar:me:Cardinali Carpineo die 14. Martii 1676. cum fructibus, non ex nunc, neque à die obitus eorundem, sed à die admissionis eiusdem, iuxta Collegii Privilegium, seu antiquam Consuetudinem.

12 *Sum.n.2.* ubi sermo est de quatuor similibus Officiis, vacatis per obitum Iosephi Moraldi, Bartholomæi Reghezzii, Petri Pauli Brandi, & Ioannis Petri Testæ, die 26. Iunii 1680. concessis clar:mem:Principi Livio Odeschalco, cum illa discretiva, quod eodem tempore, & in eodem Brevi, eidem Principi concessa fuerunt novem alia Officia diversæ speciei, cum fructibus à die obitus cuiuslibet ex illorum Titularibus defunctis, novem verò Portiones Officii Scriptoratus cum fructibus à die admissionis ejusdem Principis.

14 Enixis precibus supplicantes hic observare, quòd dicta enunciativa Summi Pontificis, *à die admissionis*, apposita fuit ad comprehendendum tempus post obitum Officialium, postquem Privilegium, seu Consuetudinem habet Collegium Scriptorum percipiendi fructus, non autem ad excludendum novum Officialem, admissum per Resignationem antiqui, à consequutione fructuum à die signatæ Supplicationis, quando Summus Pontifex, medianre illa dictione *ex nunc*, admisit Resignatarium in novum Officialem.

15 *Sum.n.3.* ubi sermo est de Portione, vacatâ per promotionem clar:me:Cardinalis Michaelis Angeli Riccii, creati die 1. Septembris 1681. & eidem concessi die 8. Novembris ejusdem anni 1681. & consequenter postquam idem Officium effectivè vacaverat mensibus duobus, & diebus septem.

16 *Sum.n.4.* ubi sermo est de Portione, vacatâ per obitum Francisci Mariæ Grimaldi, die 12. Ianuar. 1701. concessâ bo:me:Francisco Monthiono.

17 *Sum.n.5.* ubi sermo est de duabus Portionibus, vacatis per obitum Sulpitiæ Chisiæ, & Angelæ Pocavenæ, die 3. Aprilis 1705. concessis Emo Domino Card. Origho.

18 *Sum.n.6.* ubi sermo est de Portione, vacatâ per obitum Lauræ Patritiæ Nariæ, die 28. Aprilis 1712. concessa Excellentissimo Domino Carolo Albano.

19 *Sum.n.9.* ubi sermo est de Portione, vacatâ per obitum clar:me:Principis Livii Odeschalchi, die 7. Decembr. 1713. concessa d. Excellentissimo D. Carolo Albano.

20 *Sum.n.8.* ubi sermo est de Officio, die 24. Aprilis 1671. acquisito à clar:me:Cardinali Carpineo, cujus ibidem adducitur specialis declaratio, ipsum nolle acquirere fructus eiusdem Officii à die obitus quondam Ambrogii Costæ, per quem vacaverat, eâ adductâ ratione, quòd fructus eiusdem Scriptoratus à die obitus dicti quondam Ambrosii spectabant eidem Collegio, quod *è in possesso di avere i frutti delli Scrittorati vacanti*.

21 Enixis pariter precibus supplicantes hìc observare verba illa *Scrittorati vacanti*, quod in nostris terminis non verificatur, quia ex præcisa, & clara voluntate Papæ, Portio, de qua est quæstio, nunquam, neque temporis momento, vacavit, ex supra animadversis.

22 Cùmque simus in terminis Privilegii, seu Consuetudinis, contra claram Iuris dispositionem, contra clariorem mentem Papæ concedentis, & contra clarissimam voluntatem Officialis, volentis emere suum Officium, & se exponere periculo amittendi sortem ab illo momento, in quo Papa Gratiam concessit, & Supplicationem signavit, non autem quando placere poterat Portitori Supplicationis, istam exhibere Cappellano; tale Privilegium, seu Consuetudo percipiendi fructus in provisione, sequuta per obitum Officialis, nullatenus potest extendi ad diversam lineam, & distinctam speciem Provisionis per viam Resignationis, sive consideretur natura Privilegii, sive efficacia Consuetudinis, ut de primo casu videre est *apud Rot.dec.8.n.7.par.8.rec.* ubi, quòd Privilegia tantum suffragantur, quantum literalitèr sonant; Et de secunda apud *Bich.dec.650.n.12.* & 13. ubi, quòd Consuetudo exorbitans extendi non debet de tempore ad tempus, vel de casu ad casum, sed præcisè, & strictè accipi debet in casu, & terminis, in quibus verificatur.

23 Habemus in hac parte æquè notorium, quotidianum, ac practicum exemplum in fructibus Beneficiorum, qui pro eo tempore, quo Beneficia vacant, spectant ad Cameram Apostolicam, & ab illius Subcollectoribus percipiuntur usquequo novus Provisus possessionem accipiat; Cæterùm, quando Beneficia de una ad aliam Personam transferuntur, per viam Resignationis, inauditum prorsùs est, quòd illorum fructus pro aliquo tempore spectent ad Cameram, vel ab illius Subcollectoribus percipiantur.

24 Hujusmodi autem exemplum eò fortiùs stringit, quo Resignatarius Beneficii à die concessionis Gratiæ nulli est subjectus periculo, non sic autem novus Officialis, qui, si à die signatæ Supplicationis usque ad diem, quâ illius Portitor exhibet illam Cappellano, non haberet fructus sui Officii, verificaretur maximum illud absurdum, & intolerabile inconveniens, quòd esset expositus magno periculo amittendi Sortem, seu Capitale, absque ullo prorsùs emolumento, quod in rei veritate videtur, & est, inconveniens adeò intolerabile, adeòque monstruosum, ut neque de mero possibili dari possit intolerabilius, magisque monstruosum.

25 Aliud, nostro casui simillimum, habemus exemplum in diversis speciebus Officiorum vacabilium, quæ ab una ad aliam Personam per viam Resignationis transferuntur (Non enim privativam habet in hac parte Collegium Scriptorum, ut in ipsius dumtaxat Portionibus admittantur Resignationes) In dictis enim aliis Officiis vacabilibus, pro tempore vacationis, illorum fructus spectant ad Datariam; Et tamen inauditum prorsùs est, quòd ab illa pretensi fuerint, vel ullo unquam tempore habiti fructus illi, qui decurrerunt à die Resignationis, à Papa admissæ, mediante Supplicatione, illius manu signatæ, usque ad illam diem, qua placuit Portitori illam Cappellano Collegii exhibere; Sunt hæc adeò nota, adeòque notoria, etiam ipsiusmet Datariæ Tyronibus, ut pigeat in hac veritate demonstranda ulteriùs immorari; Sicuti enim *è disdicevole addurre poche prove in materie molto dubiose, così, secondo la regola del Filosofo, è più disdicevole ancora l'addurne molte in materia, assai manifesta*, sunt verba P. *Segneri nella pred. 8, num.3.*

26 Plusquam verò palmaris, & manibus palpabilis ratio differentiæ inter unum, & alium casum, in eo residet, quod in primo casu vacationis Officiorum, agitur de solo præjudicio, & interesse Datariæ, vel Papæ, ut ipsemet testatur in concessione, juxta verba, regi-

strata supra *num.* 7. qui proindè, absque ullo Tertii præjudicio, potest per viam Privilegii concedere, vel per aliam viam Consuetudinis, & tolerantiæ, permittere, ut fructus, ad se spectantea, alter percipiat; Non sic autem in alio casu Resignationis, quia tunc non agitur de Iuribus Datariæ, vel Papæ, sed de maximo præjudicio innocentis Tertii, qui suum Officium acquisivit per viam contractus onerosi, & cum quotidiano periculo amittendi integram Sortem, & Partem suæ substantiæ, absque ulla propria negligentia, facto, vel culpa, etiam veniali, & levissima; In quibus circumstantiis sunt verba *bo:me:Ansald.* citantis innumeros Concordantes, & loquentis de Papæ Officialibus *in dec.30.nu.69. Princeps non debet de per se, nec alio modo permittere, quod sui Officiales priventur emolumentis, vel aliquo modo patiantur in eis dimiautionem, ut uno ore tradiderunt Valenzuela &c.*

27 Gratias proinde, & quidem maximas, ex corde agentes D. contrario Defensori pro dictis pretinsis Iustificationibus, in ejus Summatio exhibitis (quasve, postpositis reiteratis precibus, tàm cum Cappellano, quàm cum Depositario, adversùs laudabilem Curiæ praxim, Nobis permissum non fuit recognoscere in Libris Originalibus, indicatis in margine ejusdem contrarii Summarii) constantissimè dicimus, quòd ex illis tria sequuntur, quæ contrariam prætensionem evidenter excludunt.

28 I. Principium, seu origo abusus non dandi Officialibus, acquirentibus Officia per viam Resignationis fructus illos, qui eis à Papa assignati fuerunt *ex nunc*, seu à die, & momento signatæ Supplicationis, sed solùm à die admissionis ad Collegium; Confundendo dictum primum modum acquisitionis per viam Resignationis, circa quem nullum omninò Privilegium habet idem Collegium, cum alio longè diverso modo acquirendi Officia, quæ vacant per mortem, vel promotionem Officialis, in quo restrictivo, & præciso casu Privilegium habet, seu Consuetudinem, pro se retinendi fructus Officii vacantis usque ad novi Officialis admissionem, ad terminos Iustificationum, adductarum in contrario Summario.

29 II. Palpabilis discretiva Summorum Pontificum, concedentium Officia, quæ vacant per mortem, vel promotionem Officialium, non per viam subrogationis in locum antiqui, minusque *ex nunc*, sed cum illa enunciativa acquisitionis fructuum à die admissionis, contrario Summario à *n.1.* usque ad *n.7.*

30 E' contra verò illa Officia, quæ non vacant, sed transferuntur per viam Resignationis, concedendo cum longè diversa phrasi, mediante instantaneâ substitutione, & immediatâ subrogatione in locum Resignantis, & in eodem actu, in quo Papa admittit Resignationem, aggregat Collegio novum Officialem, illumque immediatè subrogat antiquo, iuxta verba, registrata supra, & hic opportunè repetenda: *Quoad Officium hujusmodi substituere, & subrogare, necnon aggregare, eandemque Oratricem* ex nunc *ad dictum Officium, necnon honores, onera, salaria, & emolumenta prædicta, in locum dictæ Mariæ Candidæ &c. recipiendam, & admittendam fore, ac recipi, & admitti &c.* Quantæ enim efficaciæ, quantique ponderis sit discretiva loquutio ad ostendendã diversam Loquentis voluntatem, sunt plena Volumina legalia, estque *Textus literalis in leg. unic §. Si autem Cod. de Caduc. tollen.*

31 III. Demùm, quòd sequitur est; quòd detectâ hujusmodi veritate, & quidem ex Scripturis, & Iustificationibus, exadverso exhibitis, de medio tollendus est abusus prædictus, juxta aurea illa verba *Textus in can. 4. distinct. 8.* ibi: *Veritate manifesta, cedat consuetudo veritati; Planè quis dubitet veritati manifestæ consuetudinem cedere?* Cum aliis congruis responsionibus, eidem abusui datis in alio Discursu, inter quas mirabiliter urget illa claræ voluntatis Papæ concedentis, & clarioris Officialis, ementis suum Officium cum fructibus à determinata die; In quibus circumstantiis (quæ sunt nostræ præcisæ) inallegabilis est quilibet, licèt esset antiquus, & antiquissimus usus, juxta punctualissimam *dec. 10. n. 40. apud Pacion. de Locat. & cond.* Idemque Officialis serenâ fronte dicere potest Collegio, pacto convenisse cum Domino Officiorum, juxta animadversa *per Rot. Select. Interpr. Iur cap. 78.* ubi, quòd verba illa: *Pacta servabo*: fuit vox Dei in ore Prætoris.

32 Quibus positis, enixis precibus supplicamus cavere ab illo voluntario æquivoco Copistæ, qui transcribendo contrariam Scripturam, milliès in eadem Scriptura addidit verbum illud *Resignationis* illarum Portionum, quarum justificationes citantur in contrario Summario. Et tamen mirum in rei veritate est, imò omnem superare videtur admirationem, quòd nulla syllaba, nullus apex, nullumque miserabile Iota ibidem legitur circa Resignationes, sed omnes concessiones Portionum, in illo contentæ, unicè, & præcisè concernunt translationem Officiorum, per obitum vacantium, non autem acquisitarum per viam Resignationis, ut ex confrontatione Librorum originalium, quæ Nobis æquali injustitiâ, ac incivilitate denegata fuit, ictu oculi desumi potest.

33 Duo observantes hic; Primum, quòd est pessimi juris optimum signum, quando Summarium non concordat cum Scriptura, quòdque Majores nostri omnem semper adhibuerunt curam pro concordantia Summarii cum Scripturis, in quibus citatur; Secundum verò, quòd si consonantia Scripturæ cum Summario necessaria est in omnibus iudiciis, & coram quibuscunque Iudicibus, etiamsi isti pedanei sint; Multò magis id practicandum est coram illo Tribunali, quod vocatur, & est Organum Papæ, ut dicunt *Card. de Luc. de Benef. disc. 16. n. 9. & Rot. dec. 703. n. 11. cor. Cerro, & dec. 379. n. 2 par. 19. recen.* cum aliis concordantibus, citatis *in to. 4. par. 2. disc. 19. num. 44.*

34 Videntur hæc adeò clara, ut nullam admittant dubietatem, & tamen, quatenus aliquod superesset dubium, quod non credimus, sive ex Collegii Institutione, sive ex quocumque alio prætextu, illi cubitalibus Literis derogatum fuit in nostra Supplicatione, mediantibus illis verbis: *Non obstantibus ejusdem Officii, seu illius Collegii Institutione, seu Erectione, si in aliquo obstet, cæterisque contrariis quibuscunque.*

35 Si enim Summus Pontifex ad hoc, ut eius Gratia punctualem haberet exequutionem, non per verborum involucrum, sed cubitalibus literis, derogavit etiam Institutioni, & Erectioni Collegii, quatenus illæ compatibiles non essent cum eius Gratia, licèt agatur de Erectione, & Institutione, quas D. exad. Scribens in principio suæ Scripturę supponit æternas à parte antea, ibi: *Collegium Scriptorum Apostolicorum adeò antiquam habuit erectionem, & fundationem, ut suam originem ignoret*; Itaq; non sine curiositate pervolvere voluerim Librum *Genesis*, ad videndum, an forsan in illius Capitibus aliqua de eodem Collegio mentio haberetur, quando Mundus creatus fuit. Quis poterit unquam prætendere, quòd non derogaverit, neque de medio tollere voluerit modernum abusum, & moderniorem damnabilem extorsionem unius, vel alterius inferioris Officialis? Iuxta Individualem casum, indicatum in alio Discursu §. 14.

36 Verum est, quòd secundùm mundanam arithmeticam non expediret præsentem instantiam cum magnis expensis, & cum maiori applicatione promovere. Sed non omnes Christianorum operationes habent pro fine *densum Lutum*, iuxta phrasim *Habacuc. 2. 6.* Sed debent esse directæ ad procurandam punctualem observantiam divinorum Præceptorum, Proximi utilitatem, & intolerabilium abusuum eradicationem, non solùm cum profusione secundi, sed etiam mediante effusione primi, & proprii sanguinis. Præcipuè, quando quis ferè

per

Digitized by Google

per vim prætenditur ſpoliari, & privari ſuia bonis, iuxta nobilem animadverſionem. *Divi Thomæ in cap.10. 2.ad Corinth. lect.2.verſ.Quando provocentur opprobriis, & conculcatur.*

37 Licèt autem non omnibus datum ſit, id poſſe procurare in linea poteſtativa, & in figura Judicis, procurandum tamen, *juxta propriam virtutem*, ut dicitur *Eccleſ.26.27.* eâ ratione, quia licèt *ad Officium Superioris ſpectet celerrimè obviare, ne mala conſuetudo radices producat*, iuxta verba *Adden.ad dec.28.nu.251.par.3.recent.* Nec non licèt nemo dubitet, *omnem exceſſum comprimendum, ne paulatim reliquos comprehendat*, iuxta verba *Caſſiod.Variar.epiſt.14.lib.4* id tamen ſperari non poteſt, niſi poſtquam iidem Superiores abuſus cognoverunt, eiſque pateſacta fuit veritas, iuxta firmata per *Rot. deciſ.295.n.30.par.17.rec.*

38 Quòd ſi, his omnibus non obſtantibus, finis dictarum operationum non obtineatur, non exinde quia illas omittere poteſt, quia *ſicuti non detrahit honori Medici, gloriæ Ducis, & laudi Naucleri, ubi omnia egerunt ſecundum regulas Artis, quamvis Navis ſubmergatur, Infirmus moriatur, & victoria non ſequatur; Sic apud bonos, graveſque Viros, non minus benè audit, qui ritè, rectè, atque ſecundum Iuris rationem aliquid molitur, licèt ex animo res non ſuccedat, nam ſufficit, ubi quis fecit, quod ſuum erat, quia etiam Chriſtianus Orbis major eſt Urbe, omniſque actus, non ab eventu, ſed à cauſa ubique judicatur, & judicabitur, maximè quia in forenſibus Controverſiis multa conſiderantur adjacentia, & circumſtantia &c.* ſunt verba *Oliver.de Matrim.nullit.fol.8.in med.* & concordat *D.Hieronym.in epiſt.ad Paulin.* impreſſa *in princ.Bibl.* ibi: *Non enim quid invenias, ſed quid quæras, conſideramus*,

39 Gratias agit Principalis exadverſo Scribenti pro figura eius Magiſtri Domus, & Tutoris, quam gratis aſſumpſit *in §.Et mirandum*, ibi: *Et mirandum ſane eſt, quòd laborare velit contra proprium commodum*; Ipſe enim probè ſcit quid ei expediat, quidve utile ſit. Cumque in alio Diſcurſu ſolidè probaverit, iuſtum non eſſe, ut Collegii Officiales, & Miniſtri ſibi approprient res alienas, quando in noſtris terminis eadem ſomniata utilitas, adverſùs rei evidentiam, verificaretur, hæc ſola reflexio ſuperabundat pro cathegorica reſponſione. Si enim ipſimet Gentiles, ſolo naturali lumine diſcurrentes, intrepidè aſſeruerunt, *non poſſe utile dici id, quod juſtum non eſt*, ut adducendo præciſa verba *Plutarchi, Ciceronis, & Temiſtocli*, notat *P.Segner. nella Predic.33. num.2.* Multò magis id verum erit inter illos, in quibus receptum eſt axioma illud: *Non dimittitur, niſi reſtituatur.* Et aliud *Doct.Gent.ad Roman.3.8.* Non ſunt facienda mala, ut indè eveniant bona.

40 Poterat omitti reflexio illa, quòd Principalis ſibi præiudicaverit, *dum ſpatio ſex menſium exegit fructus, ſucceſſivè decurſos, abſque ulla contradictione, aut reſervatione.* Ipſe enim libenter diſceret in anno 45. eius Curiæ forenſis, an poſſit dari maior contradictio, meliorque reſervatio propriorum Iurium, quàm non exigere ſummam illam, quæ ei integraliter de facto non vult ſolvi, quamve ab octo menſibus retinet in manibus Depoſitarius.

41 Et quòd videtur incredibile (licèt palpetur manibus) in iſtis circumſtantiis, in quibus Collegium retinet ſummam, duplo majorem illa, quam ſolvere recuſat, neque etiam tempus ad reſpirandum tribuit, juxta phraſim *Judic.16. 16.* ex una parte addendo Calcaria pro ſollicita Cauſæ terminatione; Ex alia verò retinendo Habenas in non permittendo confrontationem contrarii Summarii, quæ neque etiam practicantur in Curiis, dimidiis tantùm luſtratis lacernis, juxta phraſim noſtræ ætatis Juvenalis.

42. Pro reſponſione ad illa verba, quibus aſſeritur in *§.Et quidem*, eundem Principalem, *uti in Foro, & Curia ſumma cum laude verſatum, & in negociis Officiorum vacabilium, & Locorum Montium ſatis peritum, non præſumi inconſideratè, & oſcitanter res ſuas agere*, applicari videtur celebre illud factum Martin.IV. quod narrat *Villan. in Chronic. lib.7.cap.63.fol.206.* ubi referendo factum Oratorum Siculorum, qui præcepta ejuſdem Summi Pontificis non ſervaverant, quive deinde miſſi ad petendam ab eo veniam, ter eidem dixerunt: *Agnus Dei, qui tollis peccata Mundi, dona Nobis pacem*, nullum aliud eis dedit reſponſum Summus Pontifex, præter ſequens: *Il Papa in pieno Conciſtoro fece dare queſta riſpoſta, ſenza altre parole; Ave Rex Judæorum, & dabant ei alapam.*

43 Mirabiliter contra exadverſo Scribentem retorquentur ea, quæ latò calamò aſſerit circa dominium fructuum Officiorum vacabilium penes Papam, qui proinde potuerit illos per privilegium, tolerantiam, vel conſuetudinem concedere Collegio dictorum Scriptorum. Contraria ſiquidem reflexio procedit antequam Papa de eiſdem fructibus diſponeret ad favorem particularis Officialis; Cæterùm poſtquam de illis, expreſſis, & cubitalibus literis diſpoſuit, puta (loquendo de noſtro caſu) à Kalendis Junii 1722. eoſdem fructus ex tunc concedendo Annæ, & quidem titulo oneroſo, & cum probabili periculo amittendi Sortem, non ſine magna, imò maxima injuria Pontificiæ Majeſtatis dicitur exadverſo, quod deinde eoſdem fructus per tolerantiam, vel conſuetudinem concedere voluerit Collegio. Eſſet enim, Dominum de eadem re ad favorem duorum diſponere, quod ſi nemini convenit, multò minus aſſerendum eſt de Summo Pontifice, æquiſſimo, juſtiſſimo, & Sanctiſſimo Principe.

44 Imò ex hoc dominio fructuum, penes Papam exiſtente, & ex aſſerto Privilegio, cujus vigore prætendit Collegium illos ſibi appropriare, tàm pro illo tempore, quod currit inter Datam Supplicationis, manu Papæ ſignatæ, & inter illius exhibitionem, factam Cappellano ejuſdem Collegii, quàm pro medietate 1. & 2. menſis, aliud deſumitur efficax argumentum adversùs contrariam prætenſionem; Eò quia pro dictis temporibus fructus omnium aliorum Officiorum vacabilium nullatenus ſpectant ad eundem Papam, ſeu ad Datariam, ſed ad illos Officiales, qui retinent propria Capitalia expoſita periculo amiſſionis, ut eſt notorium; Ex contraria autem prætenſione multa ſequerentur abſurda, quòd ſcilicet Collegium, Ceſſionarium Papæ, haberet majus Jus, quàm habet Cedens, quodque Princeps diceretur conceſſiſſe id, quòd in ſe non habet, & antecedentèr conceſſerat aliis ſuis Officialibus, & ſimilia; Idque adversùs communia, & notoria Juris axiomata, de quibus *Rot.dec.438.n.2.coram Burat. & dec.601.n.10.coram Dunoz.jun.*

45 Eadem evidentiâ retorquentur ea, quæ inculcantur exadverſo de neceſſitate religiosè ſervandi pacta conventa, reſpectu Principis, ſeu Papæ; Textui enim, citato in contraria *Scriptura § Si ergo in leg.1. ff.de Pact.* addimus alios *in l.5.Cod.de Action. & in leg.Non minorem Cod. de Tranſact.* ibi: *Nihil ita Fidei congruit humanæ, quàm ea, quæ placuerunt, cuſtodire*, cum concordantibus, ſequutis *in Rot.in Nullius, ſeu Caven.3.Iunii 1710.§.Nec officit coram Illuſtriſſimo Urbis Gubernatore*; Ex quibus concludendo dicimus, quòd omni Jure ſperat Anna, ſibi eſſe punctualitèr adimplenda ea, quæ ei à Principe liberalitèr conceſſa fuerunt; De Summo ſiquidem Pontifice in omni Gratiarum genere ad unguem verificatur id, quòd legitur *Num.30. 3.* ibi: *Non faciet irritum verbum ſuum, ſed omne, quòd promiſit, implebit.*

46 Pluſquam tacitè admittuntur hæc in contraria Scriptura, in cujus *§.Tertiò quia*, aſſeritur, non eſſe attendendam novam Gratiam conceſſionis fructuum, favore Annæ, quia Privilegio Collegii per Papam derogatum non fuerit, & in concurſu duarum Gratiarum præferenda ſit anterior.

47 Cathegorica autem reſponſio deſumitur ex ſola, & ſimplici lectura d.Gratiæ, in qua, non per verba ge-

necalia, ut exadverso gratis dicitur, sed per illa clara verba in specie, & præcisè derogatum fuit Institutioni, & Erectioni Collegii, omnibusque aliis, in contrarium facientibus. *Non obstantibus ejusdem Officii, seu illius Collegii Institutione, seu Erectione, si in aliquo obstet, ac Constitutionibus &c.* juxta verba, relata *supra n.6.* Esse autem pessimi Iuris optimum signum insistere in Privilegiis revocatis, seu quibus derogatum fuit, in specie observat *Gob.consult.51.n.118.* & firmavit *Rot.dec.1610, n.4. cor.Coccin* ubi id vocat ridiculum.

48 Panico illi timori, plus justo inter Officiales evulgato, & his verbis exagerato in contraria Scriptura §. *Et mirandum, Si verò prælaudatum Privilegium, & Consuetudo destruerentur, statim insurgerent omnes moderni Scriptores, eorumque Antecessores, vel illorum Hæredes, & cùm omnes eandem jacturam passi sint, omnes etiam peterent reintegrationem hujusmodi fructuum, pro qua non sufficerent proventus sex mensium.* Respondet ipsemet contrarius Defensor in §. *Et quidem*, sibique pueriliter contradicit, observando, Collegium componi (sunt ejus verba) 40. *integris Scriptoratis, 61. Titulis, & 244. Portionibus, itaut non rari, sed frequentiores sint casus mutationis Officialium*, ubi deinde prosequitur, quòd emolumenta, quæ percipiuntur ex dictis continuis mutationibus: *Ponuntur in Massa communi, de qua participant omnes Officiales, & Portionarii, & consequenter in futuris casibus vacationum reintegrantur de eis, quos ante admissionem amiserunt.*

49 Si enim hæc vera sunt, uti prolata ex ore illorum Officialium, qui dictos fructus percipiunt, qua fronte asseritur, & cum qua veri apparentia prætenditur, quòd venire possint Hæredes defunctorum Portionariorum, vel alii antiquiores ex eis, hodie viventes, & petere reintegrationem illius summæ, quam superabundanter recepisse supponit dictus exadverso Scribens?

50 Quis potest hæc capere capiat. Juvat hoc iterum repetere. Si fructus, qui non dantur novis Officialibus, convertuntur in utilitatem antiquorum; Igitur isti in futuris vacationibus, quæ non sunt raræ, reintegrantur de iis, quos in miserabili summa amiserunt. Si verò id non verificatur, & possunt moderni Scriptores, eorumque Antecessores, illorum hæredes, & qui nascentur ab istis, petere reintegrationem illorum fructuum, qui non dantur novis Officialibus; Igitur isti non convertuntur in utilitatem antiquorum, neque etiam in utilitatem novorum, ut supponimus; Quid ergo de illis fiat nostrum non est divinare, solumque repeto: Quis potest capere, capiat.

51 Huic responsioni, solidè innixæ mero facto, exadverso clarè admisso, additur alia, solidiùs in Jure fundata, quòd quando à Judicibus de medio tolluntur abusus, illorum Decreta non habent oculos retrò, sed solùm futuris casibus prospiciunt, ut egregiè discurrendo firmavit *Rot.in Ilerden.4.Februarii 1705.§ Quòd si coram bo:me:Ansald.* & *in Romana, seu Savonem 8.Februarii 1706.§.Eoque fortiùs coram eod.*

52 Hujus veritatis duo habemus æquè moderna, ac notoria exempla in Urbe, in abusu nimirum dimidii Quadrantis, occasione portus Epistolarum, & in Strenis Locorum Montium; Postquam enim primus abusus de medio totalitèr sublatus fuit, & secundo modus præscriptus, non fuerunt vexati Ministri Postarum, minusque Depositarii fructuum Locorum Montium pro præteritis exactionibus, seu restitutione illius summæ, quam antea dictis titulis exegerunt, ut est in Urbe notorium.

53 Verba illa *S. August. epist.118. cap.5.* sequuta *à Rot.in Aretina 15.Januarii 1703.§.Cæterum cor.b.me.Ansald.Ipsa mutatio consuetudinis, licet utilitate adjuvet, novitate tamen perturbat*, non intelliguntur, neque detorqueri valent ad consuetudinem, de qua disputamus, abusivam, injustam, reprobatam, irrationabilem, iniquam, oppositam Legi Divinæ, duobus Decalogi negativis præceptis, Juribus Naturali, Canonico, & Civili, & ipsimet Humanitati, uti talem solidè demonstratam in alio Discursu, cujus respectu mirabilitèr applicantur illa alia verba ejusdem Ecclesiæ Doctoris: *Frustra qui ratione convincuntur, consuetudinem Nobis objiciunt, quasi consuetudo major sit veritate*, & illa alia; *Veritate manifesta cedat consuetudo veritati; Planè quis dubitet, veritati manifestæ consuetudinem cedere? quin consuetudinem ratio, & veritas semper excludit*, cum aliis Sanctorum Patrum authoritatibus, quorum verba registrata sunt *in alio Discursu § 11.*

54 Adversùs quem non obstant piæ meditationes, exadverso adductæ in contraria Scriptura, ex eo quia tolerata fuerit usque ad præsens. *Multa enim per patientiam tolerantur, quæ quando deducuntur in judicium, justitia mediante, tolerari non debent*, ut sancivit *Innoc.3. in cap.Cùm jamdudum de Præbend.*

55 Non habent autem facti assistentiam ea, quæ ad excludendam oppositionem Juri Divino, & Decalogi præceptis dicuntur in contraria Scriptura § *Si ergo* his verbis: *Nam non occupatur res aliena, dum Princeps, quod suum erat, alteri concessit, cum ea libertate, quam unusquisque etiam Privatus habet disponendi de rebus suis.*

56 Hoc enim mirabilitèr applicatur concessioni, factæ Annæ, registratæ supra §.7. Estque mera vanitas asserere, ut fit in contraria Scriptura, quòd *Concessio, de eis facta Annæ, non est exequenda, tanquam posterior concessioni, factæ favore Collegii.* Hujusmodi enim concessio favore Collegii, nescitur ubi sit, & à quo Pontifice facta fuerit in Resignationibus Officiorum, & propterea dicitur somnium Vigilantium, & ens rationis chimericum, in concursu præsertim concessionis literalis eorundem fructuum, quæ oculis corporeis legitur in Supplicatione originali, manu SS.D.N. signata.

57 Eadem insubsistentiâ laborant ea, quæ exagerata fuerunt in contraria Scriptura ad ostendendum, quòd dicta contraria consuetudo non sit opposita Juri Canonico, & Civili, ex illa regula, & regulari propositione, quia *consuetudo vincit Legem, & prævalet Juri scripto.* Hoc enim verum est in illis terminis, in quibus loquuntur Authores, exadverso citati, hoc est, quando non est sermo de consuetudine occupandi aliena, irrationali, injusta, & læsiva; Quia tunc illa *a Baldo* vocatur Diabolica, ut videre est *apud Afflict.dec.321.sub num.16.* neque unquam præscribi potest, *Text.est literalis in can. Mala distinct.8.* cujus verba relata fuerunt in alio *Discursu §.30.& seqq.* Quibus addo *Rot. in Tarraconem. 18. Junii 1697.in fine coram Card.Capr.ar.* ubi, quòd consuetudo irrationabilis, tanquam corruptela, sperni semper debet, & *in Tranen, Præeminentiarum 19.Novemb.1717. §.Quibus cor.Ansald.* ubi quòd corruptelæ, & abusui nulla suffragatur consuetudo,

58 Non benè autem eadem consuetudo asseritur consentanea justitiæ, & æquitati, ex eo quia Collegium habet annexum exercitium scribendi Literas Apostolicas, illasque videndi, & taxandi; Officiales, enim illi, qui hæc faciunt, ultra fructus propriarum Portionum, habent ulteriùs condignam recognitionem, correspondentem eisdem laboribus ex communi Massa, ut notorium est.

59 Et proindè nihil ad rem facit reflexio contrariæ Scripturæ, justum esse, quòd iisdem Officialibus accrescant fructus illi, de quibus disputamus, ex eo quia quilibet Operarius dignus est mercede suâ. *D Paul. 1. ad Timoth.5.18.* Ut enim diximus, & opportunè repetimus dicta merces desumitur à communi Massa, non autem ex illis fructibus, qui decurrunt à die signaturæ Supplicationis favore Resignatarii, usque ad diem exhibitionis dictæ Supplicationis, quos, ut observavimus supra, exadverso Scribens asserit, non converti in utilitatem, neque antiquorum, neque novorum Officia-

Digitized by Google

tialium; Ipse propterea videat quid de ipsis fiat, & ad cujus utilitatem erogentur,

60 Imò ex hac contraria animadversione plusquam tacitè infertur, quòd dicti fructus nti nullatenus erogati in utilitatem omniom Officialium, subjecti sint restitutioni, quatenus abusus illos retinendi de medio tollatur; Et hæc est ratio, quatè exadverso Scribens magnoperè timeat, quòd, sublato de medio intolerabili abusu, de quo est quæstio, antiqui Portionarii, & Hæredes Defunctorum prætendere possint restitutionem illius summæ, quæ eis, illorumque Authoribus soluta non fuit.

61 Cùmque ex eadem communi Massa detrabatur id, quòd Summo Pontifici, ex antiqua consuetudine Collegium offerre solet in die Epiphaniæ Domini, sive in Vasculo aureo, ut practicabatur anno 1551. juxta *dec.Putei 368.nu.2.lib.3.* Sive in centum scutis aureis, juxta modernam praxim, semper verum est, quòd istud munus abundantissimè compensatur cum illis fructibus vacantibus 40. Officiorum, 61. Titulorum, & 244. Portionum, quos percipit idem Collegium; Neque dignum, & justum videtur, ut novi Officiales duplicitèr eidem oneri subjecti sint, primò ex eorum Portione in communi massa, & secundò ex illis fructibus, qui eis non solvuntur ex dicto plus justo magnificato prætextu.

62 Non est verum, quòd in Collegio Portionariorum Ripæ respectu illarum Resignationum circa fructus vigeat idem abusus, quòd non curtant à die signaræ Supplicationis, sed à die admissionis, cujus praxis Principalis habet experimentalem notitiam, eò quia de mense Ianuarii 1722. emit unam ex dictis Portionibus cum fructibus à Kalendis ejusdem mensis Ianuar. 1722. quos punctualiter recepit die 31. Martii ejusdem anni pro integro eodem mense, & pro omnibus subsequentibus, eodem prorsùs modo, quo illos receperunt omnes alii Portionarii, neque in miserabili obulo minus, sive illi sint antiquissimi, sive moderni, & sive modernissimi.

63 Idemque ad evidentiam usque comprobatur ab extractione Partitarum *del Libro mastro*, retento à Domino Depositario earumdem Portionum Ripæ, facta à publico Notario, ex quibus patet, nullam adesse differentiam inter fructus, debitos, & solutos Officialibus antiquis, & modernis, ibi: *Fidem facio &c. qualiter die 25.Februarii 1723. requisitus ego Notarius &c. accessi, meque personaliter contuli ad Bancum Illustrissimi D. Ferdinandi Alexandri Minucci &c. quo perventus, coram infra scriptis Testibus ex quodam Libro &c. intitulato: Porzioni di Ripa, incipiendo à mense Januarii ad totum mensem Decembris 1722. signato Literis F.A.M. extraxi infrascriptas Partitas, videlicet: Io Venanzio Biagini hò ricevuto per Gio: Alraciti, come a dietro scudi 2.3. Io Domenico Versaya ho ricevuto per Veronica Caballina Versaya scudi 2.3. Io Giacomo Podiani hò ricevuto per Monsignor Carlo Collicola, con ordine del Signor Francesco Collicola Montbioni scudi 2.3. Qua extractione completa, dimisso dicto Libro, in eodem Banco, discessi, & ad Officium meum redii &c. In quorum fidem &c. Ita est Bernardinus Angelicus C.C.C.N.*

64 In qua parte contrariæ assertionis insubsistentia non potest esse major; Si enim nigrum pro albo subrogatur, in re omnibus notoria, & quæ ictu oculi, & sola Librorum aperitione, & recognitione manibus palpatur, nec non exadverso Scribens promptitudine verè mirabili affirmat verum paradoxum; Quid erit dicendum de Partitis illis, quæ continentur in Libris, retentis in Archivio Collegii Scriptorum, quos permissum Nobis non fuit videre, & confrontare cum contrario Summario, egregiè *Rota duen.dec.33 n.1.&* a ubi refert, & sequitur illud Virgilii: *Crimine ab uno Disce omnes, & Bencincas.dec.168.n.12.*

65 Pro quorum faciliori admissione duæ reflexiones nimis urgere videntur.

66 I. Quòd consuetudo sibi appropiandi fructus Officiorum vacabilium pro eo tempore, quo effectivè vacant, & usque ad tempus admissionis novi Officialis, non est aliquid novum, neque inauditum in Romana Curia, dum illa antiquis temporibus erat communis omnibus Collegiis Officiorum vacabilium, ut patet ex antiquis Libris eorundem Collegiorum, & omnibus palam testatur D: Decanus Cappellanorum eorundem Officiorum, qui id demonstrare paratus est ex sola aperitione antiquorum Librorum sui Collegii.

67 Licèt autem eadem consuetudo retineatur hodiè in solo Collegio Scriptorum Apostolicorum, sive quia illud antiquitùs solitum erat in die Epiphaniæ Summo Pontifici offerre aureum Vas, ut dicitur *in dec.368. so.Put.lib.3.* in cujus locum hodie subrogata est summa centum scutorum aureorum, sive ex alio forsan motivo, quòd non est necesse hic investigare; Non exinde dici potest, quòd illa mutata fuerit, vel extendi possit à modo provisionis per obitum, ad modum provisionis per viam Resignationis, ex authoritatibus supracitatis.

68 II. Verò, quòd, abolitâ dicta generali consuetudine, reassumptoque per Principem Iure sibi appropriandi fructus, currentes tempore veræ vacationis, duplex hodie servatur modus circa dictam appropriationem fructuum. Primus illos recipiendo ipsemet Princeps ad mensuram temporis, pro quo effectivè vacant. Secundus verò mediante conventione cum Depositario Collegii, qui solvere solet quolibet anno certam summam, & sibi appropriare omnes dictos fructus. Notorium autem est, quòd in utroque ex istis modis nunquam gravantur Officiales, acquirentes Officia per viam Resignationis, sed tàm Dataria, quàm Depositarius, qui convenit pro certa summa, sibi appropriant dumtaxat illos fructus, qui currunt tempore veræ, & propriæ vacationis, nunquam autem occasione Resignationum.

69 Quæ omnia manibus palpare faciunt insubsistentiam contrariæ prætensionis, quia si Principi competeret Ius sibi appropriandi fructus illos, qui decurrunt inter tempus signaræ Supplicationis, & aliud tempus illius exhibitionis, faciendæ Cappellano, tàm Dataria; quàm Depositarius, illius Cessionarius, non omisissent in præteritum, neque omitterent de præsenti sibi appropriare dictos fructus. Et tamen in facto est indubitatum, quòd neque Princeps illos exigit ab illis Collegiis, quorum Depositarii eidem non solvunt aliquam certam annuam summam, neque Depositarius illius Collegii, qui talem habet conventionem cum Principe eosdem pariter fructus exigit.

70 Reflexio non solùm videtur in se evidens, sed cum omni sermonis proprietate dici potest, quod descendat à quarta generatione evidentiæ, eò quia contraria prætensio redarguere in hac parte videtur de negligentia, oscitantia, & fatuitate multas qualificatas personas Depositariorum, omnesque attentissimos Ministros Supremi Principis, contra omnia Iuris principia, de quibus *Rocc.Select.Interpr.cap.184.num.17. & Rota cor.Bich.dec.74.n.10.& dec.556.n.5.*

71 Absoluta defensione proprii Collegii, transit contrarius Defensor ad gratuitam defensionem Expeditionerii, seu Portitoris Supplicationis, de qua disputamus, in qua parte quantùm vera sunt ea, quæ ipse dicit, quòd idem Expeditionerius non sit Minister Collegii, quòdque proinde illius culpa nequeat attribui eidem Collegio; Tantùm à vero aliena sunt ea, quæ proprio marte gratis ubique asserit de retardatione Expeditionis, ob non solutionem Emolumentorum, eidem debitorum. Dictus siquidem Expeditionerius habuit *quantum, & quando* dicta emolumenta petiit, ut ipsemet nullatenus negabit, eodem prorsùs modo, quo anticipatè habuit similia emolumenta, *quando, & quantum* petiit pro tertia Expeditione similis Gratiæ de mense Octobris 1722.

72 Nescimus proinde videre cum quanta verisimilitudine, tanquam ex Cathedra loquens, idem contrarius Defensor *in §.Declamationibus* asserat ibi: *Hac de causa fuit facta celerior expeditio*; Ista enim celerior ex-

pedi-

ditio facta fuit intuitu *di un Giulietto*, ab eodem petiti, & eidem consignati à Principalimet, qui deinde fecit sibi illum restitui, ut candidè narratum fuit in *alio Discursu §. 14.* io cujus comprobationem utitur Principalis verbis illis *Farinac. consil. 108. nu. 51. lib. 2. Testis sit mibi in his Deus meus*.

73 Excluso ex mero facto eodem prætextu dilatæ Expeditioois, noo sine magna admiratione sub oculis haberi possunt verba illa contrariæ Scripturæ: *Expeditio retardata fuit aliquibus diebus ex eo, quod tradita non fuerint pecunia pro Expeditione*, ac si per viam Repræsaliarum, & cum tali eorum irreparabili præjudicio, amissionis propriæ substantiæ, possent Officiales cogi ad solvendam summam Emolumentorum Expeditionerio, antequam perficiatur Expeditio? Si enim unquam aliàs in præteritum, sanè nostris temporibus circa Datariæ Expeditiooes punctualitèr applicantur ea, quæ leguntur *in leg. 1 C. de His, qui per met. Jud. non appellar.* ibi: *In Sacro Comitatu nostro nihil timere potuisti*. Notoriæ enim in hac parte sunt saluberrimæ Ordinationes, & cubi talia Edicta, & notior illorum punctualis, & præcisa exequutio.

74 Addito, quòd Expeditionetius ante perfectam Ex peditionem uullum habet Jus, nullamque actionem pe endi sua emolumenta; Multi enim dari possunt casus, ex quibus Expeditio non sequatur, in quibus gravaretur Officialis ad procurandam, & solvendam dictam summam, quæ deinde ei restitui deberet.

75 Cujus rei habemus practicum eecemplum in una ex Oratricibus, quæ volens emere aliam similem Portionem de mense Octobris 1722. in principio ejusdem mensis dedit Ordinem eidem Expeditionetiomet, qui eodem tempore petiit, & obtinuit sua emolumenta in majori etiam quantitate, ac ei debita fuissent; Cùmque dilata postmodum ex legitimo impedimento fuerit Expeditio usque ad diem 7. Novembris, fuerunt eadem emolumenta restituta, & congruo tempore iterum eidem Expeditionerio æquali punctualitate soluta.

76 Est etiam omni observatione dignum, quòd si in hac Causa determinaretur, fructus Illorum Officiorum, quæ per viam Resignationis transeunt In novos Officiales, spectare ad Collegium pro eo tempore, quo hujus Cappellano non exhibetur Supplicatio ab illius Portitore, magna aperietur via extorsionibus, & Recaptationibus (parcant mihi latinæ Linguæ delicati Professores, si ad meliorem explicationem cogor uti hujusmodi verbo, imitando doctissimum *Raynald. tom. 1. cap. 12. §. 1. num. 5.*) quia posset iste petere à nuvo Officiali, non amplius *un Giulietto*, sed scutum, vel similem summam, eidemque Officiali conveniret, vel bibere, vel mergi, quia dum consuleretur inter ipsum, & dictum Portitorem circa majorem, vel minorem summam, pro illo tempore, quo recaptatio non concluderetur, irreparabiliter suos fructus amitteret, illosque sibi appropriaret Collegium.

77 In hac autem parte protestor expressè, imò expressissimè, me loqui de illa potentia, quam Philosophi vocant *Possibilitatis*, non autem de alia, quæ dicitur *Futuritionis*. Verum tamen est, quòd ad Superioris Officium pertinet, non solùm præcludere viam abusibus futuris, & proximis, sed etiam remotis, & probabilibus; Quia id, quod respectu unius temporis, vel Personæ merè possibile, & simpliciter remotum est, respectu alterius temporis, vel Personæ potest esse actuale, & de facto verificari, quòd utinam experientia verum quotidiè non comprobaret.

78 INtolerabili abusui salatiati, & beneficati Ministri Summi Pontificis, non adimplentis illius claram voluntatem, neque exequentis Supplicationem, illius manu signatam, in ea parte, in qua ipse die 15. Junii 1722. *ex nunc* mandavit, solvendos esse Officiali fructus sui Officii, jungitur aliud longè intolerabilius (attentâ majori summâ) in ea parte, in qua idem Summus Pontifex mandat, eidem Officiali, eosdem fructus *integrè* solvendos esse, eò quia prætendit primo, & & secundo mensibus dare dimidiatos eosdem fructus.

79 Quia verò Cappellanus erubescit talem detractionem clarè aperire in illa Lista, quæ de facili potest recognosci penes Depositarium, modò æqualiter curioso, ac exorbitanti, in dicta Lista, quam quolibet mense tradit eidem Depositario, pro dictis primo, & secundo mense nihil assignat dicto Officiali, sed scribit, *Anna &c. primus mensis. Anna &c. secundus mensis*, cujus Cifra hoc importat, quòd eidem Officiali dd. primo, & secundo mensibus detur solùm medietas suorum emolumentorum.

80 Adversùs autem hunc æquè improprium, ac inauditum modum operandi, à fortiori militant omnes sexdecim reflexiones, contra dictum alium abusum expensæ in alio Discursu; Circa illius autem denominationem mihi non suppetunt verba, sufficientia ad illum explicandum, solùmque addo, quòd in substantia, & rei veritate idem operandi modus nihil aliud est, quàm *detractio rei alienæ, invito Domino*.

81 Respectu enim sensibilis præjudicii Officialis, læsionis publicæ fidei, & intolerabilis abusus, ad unguem verificantur omnia, huc usque expensa; Quia Minister non exequeretur Papæ præceptum, in ejus faciem, non solùm illud rotundè transgrediendo, sed ulteriùs proprio marte mutaret ea, quæ Papa expressissimè demandavit, non dando Officiali primis duobus mensibus integros fructus sui Officii, eo tempore, quo eidemmet subjacet periculo amissionis, non medietatis, sed totius Sortis, cui subjacet pro sequentibus mensibus; Quod videtur nimis exorbitans, & æqualiter monstruosum; Si enim Computistæ Locorum Montium, qui in eorum Officio faciunt ea, quæ adimplent Cappellani Officiorum vacabilium, punctualiter tenentur efformare Listas Montistarum *conforme la Nota, che se li dara, sottoscritta dalli Segretarj, e Prosegretarj, qual Nota, dovranno esseguire puntualmente*, juxta Ordinationes, impressas *à Cobell. ad Bull. bon. regim. cap. 34. artic. 35. num. 9.* coofirmatas anno 1689. *in Reformat. Mont. §. 12.* Quare idem practicare non debet Cappellanus Officiorum vacabilium, non respectu Listæ, ei transmissæ ab aliquo inferiori Ministro *Dat.* sed respectu *Supplicationis*, manu PP. viventis signatæ?

82 Fateor autem rubore suffundi adducendo hanc paritatem, derogantem venerationi, omni jure debitæ, Majestati Summi Pontificis, necnon Supplicationibus sacra illius manu signatis, juxta nobilem animadversionem *S. Hieron.* sequuti *à P. Segn. nel Christ. inst. par. 1. rag. 7. num. 7.* ibi: *Quando majora minoribus coæquantur, Minoris comparatio, Majoris injuria est*; Sed cogor ad illam adducendam ex defectu aliarum authoritatum, eò quia nullus Doctor somniare potuit, quòd in Urbe, in faciem Summi Pontificis viventis, unus ex ejus beneficatis Ministris, eò devenire possit, quòd, admittente eodem Summo Pontifice, qui in hac parte facit figuram Privati, Ordinem illius Officialis, qui voluit emere suum Officium, cum omnibus fructibus à die signatæ Supplicationis, & demandante Cappellano Collegii Scriptoratus Apostolici, ut ex illa die signatæ Supplicationis, importatâ per clarissimam illam dictionem *ex nunc*, in posterum describat illum Creditorem pro omnibus fructibus dicti Officii, cum illa nimis significativa dictione *INTEGRÈ* ex allegatis *supra nu. 7.* Reperiatur in Urbe Minister, qui id non exequatur, sed alio modo, sibi benè viso, disponat de dictis fructibus; Repeto, quòd nullus Doctor, non solùm id credere potuit pro vero, sed nec etiam habere potuit pro verisimili, quia reverà talis arbitrarius operandi modus superat omnem admirationem, neque potest satis exprimi, etiam si quis haberet centum linguas, & totidem ora, juxta phrasim illam *Virgilii*, sequuti *in Instit. crim. Lib. 4. tit. 5. num. 160.*

Nun

Non mihi si lingua centum sint, oraque centum, Ferrea vox &c.

83 Non omittentes observare contrariam prætensionem involvere propositionem nimis considerabilem, & magnatum consequentiarum productivam, quòd scilicèt adversùs Summi Pontificis viventis expressum mandatum, admittantur io Urbe apertæ transgressiones illius inferiorum Ministrorum, ad inducendam consuetudinem punctualitèr non adimplendi id, quod cubitalibus literis præcepit, imò suo marte mutandi ordinem, ab ipso Papa proprio charactere determinatum, præfixum, & iojunctum; Circa quam coosultò abstinemus ab ulteriori confutatione, quia exorbitantia de se clarè patet, multique ponderis est.

84 Hujusmodi autem inconvenientia nullatenus evitantur ex illa solita cantiuncula, juxta phrasim *Ludovic.Vives in Exercit.ling.latin fol.2.* quòd præiudicium oon perceptionis fructuum integraliter primis duobus mensibus, progressu temporis compensetur cum aliis fructibus futurorum Officialium, qui pro dictis primis mensibus distribuuntur inter antiquos.

85 Ultra responsiones eoim, supra datas huiusmodi piæ meditationi, Cathegoricè respondemus, quòd talis discurrendi modus habere posset locum, quando Cappellanus esset absolutus Dominus Officiorum vacabilium, seu quando ageretur de suis propriis redditibus, & boois, distribuendis ad eius arbitrium, eà congruà ratione, quia tunc, uti illorum Dominus, & arbiter, posset de rebus, & fructibus, sibi spectaoribus, ad sui libitum disponere; Non autem admitti possunt io nostris terminis), io quibus sermo est de rebus alienis, quas Cappellanus non solùm distribuere non potest ad eius arbitrium, sed nec etiam illas desiderare ei permissum est, ex Decalogi Præceptis; Cùmque idem Cappellanus sit merus, purus, & simplex Papæ salariatus Minister, obedire omni Jure tenetur suo Domino, non autem per similes inaoes discursus io Officialium præiudiciom, & maximam coosusionem voluntatem Papæ non exequi.

80 Fortiùs, quia talis modus distribuendi fructus nullatenus tolerandus videtur, uti non universalis respectu omnium Officiorum vacabilium, injustus, abusivus, inæqualis, Iniquus, irrationabilis, læsivus publicæ fidei, & derogatorius Pontificæ potestatis.

87 Est idem modus distribuendi fructus ioæqualis. Impossibile enim est, quòd novus Officialis punctualitèr tot percipere possit fructus pro eo tempore, quo possidet Officium, quot ei debiti sunt primis duobus mensibus.

88 Est injustos, quià illo mediante, ooo tribuitur unicuique quod suum est.

89 Est abusivus, quia oolli innititur solido principio, sed ortum babet à mera voluntate Ministri.

[90 Est restrictus ad unum Scriptorstuum Officium, non est autem universalis; Et propterea omnibus modis procurandum est, ne se extendar ad omnia alia Officia vacabilia, optimà illa congruentià, quam adducit *Cassiodorus*, cujus verba impressa sunt in alio Discursu §.3.

91 Est iniquus, quia contra æquitatem. *Cùm enim Jus naturale dicatur id, quòd bonum, & æquum est &c. necessariò, quòd illi adversatur debet esse iniquum*, sunt verba *Gonzal.in cap.Cùm tanto 11.n.10.de Consuet.*

92 Est irrationabilis, quia iodebitè gravat oovum Officialem, *Panimol.dec.1.adnot.2.n.14.* ibi: *Consuetudo &c. dicitur irrationabilis, si aliquem indebitè gravet.*

93 Est læsivus publicæ fidei, quia Officialis, in tantùm emit suum Officium, quia Papa admittendo illius preces, & Ordinem pro illius pretio, eidem integralitèr assignavit fructus, tàm pro primis, quàm pro posterioribus mensibus.

94 Est demum derogatorius maximæ Pontificiæ Potestatis, quia Minister non obedit Principi, & Subditus non paret Domino, idque adversùs omnia Jura, omnemque congruentiam.

95 Adversùs quæ oon meretur allegari prætextus taciti consensus novorum Officialium, cum supposito, quòd quando emunt Officium, præsumantur se conformare cum solito, quod practicatur io Collegio Scriptorum Apostolicorum: Talis eoim prætextus non regit in facto, quod plusquam evidenter patet ea Ordine, quo mediante Anna suam emere voluit Portionem, hoc est cum fructibus, non ad arbitrium Cappellanii, sed à Kalendis Iunii; Nec oon ex facto Papæ, qui eosdem fructus à dicta die concedere voluit, ooo per menses dimidiatos, & ad libitum Cappellani, nullam eidem dando facultatem dimidiandi dictos fructus, oeque pro primis, oeque pro posterioribus mensibus, sed *INTEGRE'*; Sunt enim propositiones, uno ore receptæ inter Doctores, & ab omnibus Tribunalibus admissæ, quòd præsumptio semper cessat, quando clarè constat de expressa voluntate in contrarium, ex innumeris authoritatibus, adductis *in tom.1. par.2. discept.2. num.28.* Quòdque contra Partium conventionem, & clara verba Contrahentium, non potest, non debet, & est oimis improprium, & plusquam monstruosum allegare quamcumque consuetudinem, & quodlibet solitum, juxta verba punctualissimæ *dec.10.Sac.Rot.n.40.apud* Pacion.de*Locat.*ibi: *Quando non resisteret solito expressa, rotunda, & literalis conventio, quia in hoc casu talis observantia judicandus est abusus, non admittendus, sed eliminandus.* Adversùs quam libenter responsionem aliquam videremus, quia hæc sola punctualis decisio præsentem vexationem tollere videtur, & prætensam consuetudinem prorsùs excludere.

96 Ex quibus, simul unitis, in rei veritate contraria prætensio non potest esse exorbitantior, quia insistitur exadverso lo hoc, quod sequentia numerô verba, nullô apice mutatô, vel additô, quibus, juxta illarum Formularium concipiuntur Supplicatiooes omoes Resignationum Officiorum vacabilium, manu Papæ signatæ: *Una cum fructibus* a Kalendis *hujus mensis &c.* Ex nunc *recipi, & admitti &c. Sibique de emolumentis* integrè *responderi debere*, in omnibus aliis Officiis vacabilibus, juxta eorum obvium, proprium, & literalem sensum, taliter accipiantur, ut Officialis ab illo die, quo signata est Supplicatio, usque ad tempus, quo vacat Officium per illius mortem, vel Resignationem, faciat suos omnes omninò fructus sui Officii, neque uno miserabili obulô detractô, vel dimiputô. Diversimodè autem accipiaotur in Collegio Scriptoratus Apostolici, in quo id toleratum fuit per summam patientiam, ex illo motivo, quod Officiali non erat utile, neque expediens pro paucis juliis super se litem assumere, cum illis expensis, quæ experientià teste notoriæ sunt, quasve describit *Rota* in locis citatis *in to.2.par.2.disc.17.n.8.*

97 Hodiè verò, eadem contrarià prætensiooe in judicium deductà, ostensisque illius injustitia, irrationabilitate, & monstruositate, non solùm prætenditur illius toleraotia, sed ulteriùs, quod debeat canonizari pro Lege, obligatoria in futurum, cum facili extensione ad omoia alia Officia vacabilia, idque adversùs dispositionem omnium Iurium, & congruentiarum, quod improbat literalis *Text.in cap.Cùm jamdudum de Præben.* Cujus aurea verba sunt hæc: *Cùm multa per patientiam tolerentur, quæ, si deducta fuerint in judicium, justitia exigente, tolerari non debent.* Io cujus seqoelam, omissis aliis, de quibus *in dec.418.à n.12 par.18.recen. & in Instit.crim.lib.1.tit.10.§ 4.num.239.* nostris temporibus à Cappella Pontificia de medio sublatum fuit aliud, nedum antiquissimum, sed immemorabile solitum, videntibus, taeentibus, atque tolerantibus per tempus immemorabile tot, tantisque Sommis Pontificibus, & S. R. E. Cardioalibus, quot per dictum immemorabile tempus in Cappella Pontificia iotervenerunt, ut videre est *in tom.2.par.1.discept.28.per tot.*

98 Ul-

98 Ultra quòd, si in nostris terminis toleraretur ampliùs dictum prætensum solitum, postquam deductum fuit in judicium, ostensumque fuit injustum, iniquum, & monstruosum, omnibus illis aliis inconventibus, absurdis, improprietatibus, & exorbitantiis, supra expressis, adderetur hoc, quòd illud non solùm esset oppositum regulis, & axiomatibus Juris, sed etiam Philosophiæ principiis, juxta quæ *Idem, manens idem, semper facit idem*. Et tamen in nostris terminis Supplicatio, manu Papæ signata, manens semper eadem, non semper faceret idem, quia apud Cappellanum Collegii Scriptoratus Apostolici importaret pro medietate detractionem emolumentorum pro primo, & secundo mense, quam non importaret in aliis Collegiis. Inconveniens non potest esse majus, neque evidentiùs demonstrari.

99 Quibus positis, sequenti dilemmate res poni videtur intra evidentiæ fines: Aut Papa die 15. Iun. 1722. admittendo Resignationem D. Mariæ Candidæ ad favorem Annæ, potuit isti integrè concedere fructus omnes Officii resignati, quos eadem Anna integraliter acquirere voluit; Aut non potuit; Inter quæ, uti contradictoria, non datur medium.

100 Si à suis dilectis Ministris, & beneficatis Officialibus asseratur secundum, hoc est quòd id facere non potuerit, mihi non suppetunt verba, apta ad replicandum.

101 Si verò dicatur primum, hoc est, quòd id facere potuerit; Ego, usurpando in hac parte phrasim *S. Hieron. epist. 13. in fine advers. Vigilan.* fateor ingenuè meam imbecillitatem percipere non valeo, quibus diversis verbis ad dictum effectum Summus Pontifex uti poterat, & debebat, si sequentia, quæ superabundant in omnibus aliis Supplicationibus, quæ à Papa quotidiè signantur, in nostro casu satis non fuerunt? iterum hic repetenda, juxta *consilium Plinii epist. 20.* ibi: *Prævaricatio est cursim, & breviter attingere, quæ sunt inculcanda, infigenda, & repetenda; Una cum fructibus à Kalendis hujus mensis Jun. &c. Eandemque Oratricem ex NUNC ad dictum Officium, nec non honores, onera, salaria, & emolumenta prædicta in locum dictæ Mariæ Candidæ recipien. & admitten. fore, & recipi, & admitti; Sibique de emolumentis INTEGRE' responderi debere, decernere, & mandare. Fiat, ut petitur M. A.* Quæ si talem Papæ voluntatem non probant, repeto cum *Isaia 5. 20.* quòd opus est mutare nomina rebus, & verbis, necnon à *Lib. 5. Decretal.* delere *tit. 40.* & à *Lib. 50. Digest.* delere *tit. 16. de Verbor. & rer. significat.*

102 Hæc sunt, quæ palpabili evidentiâ contrariam prætensionem excludere videntur; Cæterum, quatenus, his omnibus non obstantibus, neque attentis, continuare velit Collegium in suis antiquis abusibus, licitum mihi sit ejusdem Cappellano, vel Depositario, vel ambobus dicere cum *D. Gregorio Magno in epist. 42. indict. 9. lib. 1. fol. 671.* juxta impressionem Basileæ, scripta *Petro Diacono: Vide, ut omnia absque imminutione custodias* (& Officialibus integrè tribue) *Quia, de his, quæ Tibi pro servanda justitia scribo, Ego absolvor, & Tu, si negligis obligaris.*

DISCVRSVS TERTIVS.

1 POst multa Contradictoria, in hac Causa habita coram Eminentissimo D. Cardinali Pro-Datario, in ultimo dici 21. Augusti 1723. E. S. multis adductis solidis congruentiis, & solidioribus rationibus, se declaravit expressè contrariam consuetudinem non esse attendendam, uti abusivam, iniustam, & irrationabilem, ad quod demonstrandum omnes operationes ex hac parte unicè directę fuerunt.

2 Verum, quia addidit, ante Causæ expeditionem velle audire sensum aliquorum Romanæ Curiæ Prelatorum, interim verò permittendo fructuum exactionem sine præiudicio Iurium Partium, fuit eidem porrectum sequens Memoriale. *A nome di Anna, Lucrezia, e Lucia &c. si supplica umilmente Vostra Eminenza sospendere la deputazione della Congregazione particolare, ò sia Aggionta di quattro Prelati per decidere la Controversia tra esse, ed il Venerabile Collegio de' Scrittori Apostolici, bastando alle medeme Oratrici di aver fatta talmente conoscere la giustizia della loro instanza, che Vostra Eminenza, unico Giudice di simili Controversie, e come tale canonizzato da Monsignore Illustrissimo Uditore di Nostro Signore, non ostanti tutte le contrarie gagliarde opposizioni col suo solito lodevole candore, alla presenza di circa trenta Curiali e Spedizionieri, siasi degnata nel Contradittorio di questa mattina publicamente dichiarare, e canonizzare la pretesa contraria consuetudine per abusiva, ingiusta, & irragionevole, ed il tutto &c.*

3 Et hoc modo præsens Causa illum finem habuit, quem indicavi supra eadem *par. 2. discept. 3 a n. 56.*

4 Motivatum fuit pro continuatione dictæ consuetudinis, quòd illa non erat præjudicialis Officiali, ex quo iste brevi tempore recipit ex aliorum admissione id, quod amittit ex propria in primis duobus mensibus acquisitionis Officii; Fuit autem statim replicatum, & ab E. S. admissum, hoc in facto non subsistere, quia id, quod amittit Officialis primis duobus mensibus, consistit in scutis tribus circiter, ut est indubitatum; Ad hoc autem, ut hujusmodi præjudicium eidem compensetur, requiruntur admissiones 1211. circ. quæ neque per spatium annorum quinquaginta verificantur; Quod ita mathematicè demonstratur: Ex admissis à Defensore Collegii Scriptorum, istud componitur ex 40. Scriptoratibus, 61. Titulis, & 144. Portionibus: Emolomenta verò inter ipsos hac methodo dividuntur; Scriptor habet sex partes, Titularis duas, & Portionarius unam; Reducendo proinde omnes dictas partes ad minimam, quæ est Portio, juxta regulas Arithmeticæ, ad hoc ut possit fieri congrua divisio partium, inter se dissimilium, emolumenta illa, quæ amittit Portionarius primis duobus mensibus, consistentia in scutis tribus circiter, dividi debent in partes 606. Et proinde pro qualibet admissione novi Officialis percipit Portionarius quadrantes duos, cum aliquibus minutiis alterius quadrantis.

5 Si autem quælibet solutio, minutatim facta, considerabile affert præiudicium Creditori, ex adductis in *dec. 91. n. 10. coram Ansald.* Quid dicendum erit in nostris terminis, in quibus, non est sermo de solutione minutatim, sed de minutatissimè facienda Creditori, invito, & reluctanti; Contra ipsius expressam conventionem cum Principe, & contra istius claram voluntatem, Et quod exorbitantiam in immensum auget, omnia hæc fiunt ex mera voluntate Cappellani Collegii, qui non habet arbitrium disponendi de rebus alienis, seu Officialis, sed omnis, & tota ejus potestas restricta est ad facultatem faciendi Listam quolibet mense, & distribuendi fructus Officiorum vacabilium, eodem prorsus modo, quem Princeps in Supplicatione præscripsit, ut vidimus in *parte 2. discept. 30. à num. 164.* & addimus *Fatinell. respons. 51. num. 15. tomo primo*, ibi: *Officialium autoritas, & munus versatur in apponendo clausulas, tendentes ad exequutionem voluntatis Papæ, non autem ad eam infringendam, & statuendum contra id, quod in Supplicatione expressè disposuit; Papa enim concedit Gratias, non Officialis.*

6 Et ex hac reflexione abundè satisfactum remanet exagerato præiudicio præsentium Officialium, si aliqua in hac parte fieret innovatio in eodem Collegio; Illud enim, omni scrupulosâ consideratione perpensum, iuxta

dictam

dictam mathematicam demonstrationem, reduceretur ad dictas minutias duorum circiter quadrantium pro qualibet admissione novi Officialis; Quod tenuissimum praeiudicium an sit tanti aestimandum, ut in illius conflictu permittenda sit continuatio contrariae consuetudinis, abusivae, iniustae, & irrationabilis, non restrictae, & limitatae ad aliquod determinatum tempus, & certos dies, sed arbitrariae Portitori Supplicationis, cum facilitate recattandi Officiales, iuxta animadversa *in par. 2. discept. 30. à n. 135.* nostrum non est iudicare.

7 Caeterùm ea omnia, quae de eadem consuetudine dicta exadverso fuerunt, & ex hac parte, uti insubsistentia in facto, & irrelevantia in Iure demonstrata *in disc. 8. par. 1. & discept. 30. par. 2.* sunt de subiecto non supponente; Quia est verum paradoxum praetendere consuetudinem in nostro casu, in quo non agitur de unica prohibitione, seu unico actu, adversus quem adducantur multi alii actus contrarii, in quibus terminis datur locus discurrendi de viribus consuetudinis, deque illius iustitia, & rationabilitate; Sed est sermo de tot actibus subtractionis rei alienae, quot sunt prohibitiones, & derogationes Supremi Principis, dum in unaquaque Supplicatione adest rotunda derogatio omnibus, in contrarium facientibus, imò ipsimet erectioni Collegii, quatenus Papae Gratiae obstaret, seu cum illius voluntate non esset compatibilis; Et propterea videtur nimis durum, & aequaliter amarum insistere ad probandam consuetudinem in illis actibus, quibus cubitalibus literis derogatum fuit in qualibet Supplicatione, manu Papae signata, ex adductis *in par. 1. discept. 21. à n. 17.*

8 Itaut ex his omnibus, & aliis, latè adductis *in discept. 8. par. 2. & in discept. 30. par. 2.* si in Scholis, gratia exempli, adducenda esset species aliqua consuetudinis, in facto non probatae, nec probabilis, & in Iure insubsistentis, cum omni sermonis proprietate adduci posset illa, exadverso exagerata, juxta nobilem phrasim *Card. Sfrondat. in Lib.* cui titulus *L. R. fol. mihi* 100.

9 Pari infelicitate repetitum fuit obiectum, quòd cùm Portiones sint accessoriae ad Scriptoratus, regulari debeant ad instar eorundem, neque proindè admitti possint Portionariae, nisi probatis requisitis Bullae Eugenianae, quae in viridi sunt observantia, itaut Scriptor, in quo illa non concurrunt, nullatenus admitti debeat, neque etiam possit ab ipsomet Cardinali Vice-Cancellario; Ex quo factum est, quòd pro supplendis illorum defectibus, quotidiè obtineantur Dispensationes circa eadem requisita.

10 Fuerat enim praeventivè responsum in Scripturis, & ab Emo Datario admissa congrua responsio, desumpta ex simplici lectura Bullae Eugenianae, in qua eadem requisita praescribuntur, & sunt sequentia. *I. De legitimo Thoro procreatus. II. In constructione, & Scriptura sciens, & expertus. III. Bona fama. IV. Honestae conversationis. V. In sacris, seu minoribus Ordinibus constitutus, vel saltem Clericali charactere insignitus. Et VI. Decimum octavum suae aetatis annum attingens.*

11 Quantùm siquidem huiusmodi requisita propria sunt Scriptoribus, & necessaria, ad hoc, ut illi possint proprium officium exercere, tantùm impropria sunt Portionariis, qui possunt esse etiam Infantes, & Foeminae, iuxta earum erectionem, & quarum respectu nullum aliud concurrere debet requisitum, praeter pretii solutionem, quae indispensabiliter praecedere debet signaturam Supplicationis; Nisi dicere velimus, Rescribendarium, aliosque Deputatos Collegii velle recognoscere, an eaedem Foeminae utantur illis crispantibus Mitris, & stridentibus Calceolis, de quibus loquitur *Sanctus Hieronymus*, cuius verba registravi *in Instit. crimin. lib. 3. tit. 5. n. 141.* Necnon, an Caput muniant adulterinis illis crinibus, tanquam Turribus, quos damnat *S. Gregorius*, relatus à *Lancell. nell'Oggidi dising. 4.* ibi: *Cavete o Mulieres, ne Caput vestrum nobis, & adulterinis crinibus, tanquam quibusdam Turribus, muniatis*; Vel demum recognoscere velint *l'Abuso feminile di fare l'Ombrellina alle Pianelle*, iuxta phrasim moderni faceti Poetae, cujus memoria in benedictione est.

12 Disparitatis proinde ratio inter utrosque Officiales palpatur manibus; Quia respectu Scriptorum, etiam si Papa mandet, illis competere fructus à Kalendis alicujus Mensis, vel ab alia certa, & determinata die, vel ex nunc, id supponit per necessarium antecedens concursum dictorum requisitorum, sine quibus Officialis, cùm non possit, neque debeat admitti, potest dari casus, quòd Officii possessionem non obtineat; Et propterea neque dignum, neque justum est, quòd interim idem Officialis faciat suos fructus illius Officii, cujus requisita non habet, & ad cujus possessionem non fuit admissus, & ex quorum defectu admitti non potest, neque debet.

12 Non sic autem respectu Portionariorum, quibus cùm nulla sint praescripta requisita à *CLEMEN. IX* illorum Fundatore, & Erectore, non est assignabile motivum, non est excogitabilis congruentia, non somniabilis ratio, quare illis dari non debeant fructus ab illa die, à qua Princeps, illorum Dominus, mandavit esse dandos.

13 Nullum denique plausum habuit reflexio illa, quod verificaretur Leonina Societas inter Scriptores, & Portionarios, si isti subjecti non essent consuetudini amittendi fructus, decursos à die signatae Supplicationis, usque ad diem admissionis, cui subjiciuntur Scriptores.

14 Ultra etenim solidam illam responsionem, de qua *in par. 2. discept. 30. num. 7. 11. 100. & 120.* quòd scilicèt iidem Scriptores non habent, de quo possint conqueri, si Officium petierunt, & obtinuerunt à Papa cum dicta suspensione fructuum usque ad diem eorum admissionis, & usque quo doceant de requisitis, praescriptis in Bulla Eugeniana.

15 Strictè replicatum fuit, quod verificatur potiùs monstruosa disparitas inter Portionarios, & Scriptores in titulum; Quia isti, sive in exercitio Officii, sive pro menstruâ interessentia Congregationibus; Sive pro muneribus Referendariorum, Deputatorum, & similium, quorum non sunt capaces Portionatiae, talem, tantamque utilitatem sentiunt, & tantum percipiunt lucrum ex communi massa, tanquam per antipartem, ut mirum certè videatur, quod praetendant se esse inferioris conditionis dictis Portionariis, qui cum aequali pretii exbursatione, & cum eodem periculo amittendi Sortem, aequale non participant lucrum.

16 Dixi *aequali pretii exbursatione*, quia licèt pretium sex Portionum aequivaleat pretio unius Scriptoratus; Fructus tamen unius Scriptoratus ferè in tertia parte superant fructus sex Portionum, attentis dictis considerabilibus menstrualibus emolumentis, quorum non sunt capaces Portionarii, & quorum aliqua, raro exemplo, eisdem Officialibus Scriptorum competunt etiam tempore Sedis vacantis.

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

INNOCENTII PAPÆ XI.

DIVINA PROVIDENTIA

Confirmatio Provisionum, Ordinationum, & Taxarum pro recta Montium Romanę Curię, ac negotiorum, scripturarumque ab eis dependentium directione, & gubernio editarum.

INNOCENTIUS PAPA XI.

MOtu proprio &c. Cum recol. mem Clemens VIII. Prædecessor noster ad tollendas fraudes, quæ in Resignationibus Locorum Montium Romanæ Curiæ ad Cameram Apostolicam, ac etiam Religiones, Commonitates, Domicellos, & alios spectan. àSecretariis dictorum Montium in præjudicium eiusdem Cameræ, aliorumque prædictorum committebantur sua motus proprii Cedula die 15. Maii 1600. publicata certam formam desuper præscripserit, ac plures Ordinationes, Decreta, & mandata etiam pœnalia, ea contrafacientes, promulgari iusserit, prout in ipsa motus proprii Cedula latiùs continetur, ad quam &c. Cumque anno 1608. similis memoriæ Paulus V. pro tollendis præiudiciis, abusibus, difficultatibus, & impedimentis, quæ circa præfatos Montes irrepserant, Congregationem super eisdem Montibus cùm diversis facultatibus, Privilegiis, & Auctoritatibus deputaverit, ac subindè varias Provisiones, Ordinationes, & Taxas, quas eadem Congregatio pro recta eorumdem Montium, ac Negociorum, Scripturarumque ab eis dependentium administratione, & gubernio anno 1615. edidit alia motus proprii Cedula confirmaverit, ac expresse servari iusserit modo, & forma in eisdem Cedulis contentis, ad quas relationem haberi volumus. Cumque anno 1671. Omnes dictorum Montium Secretarias in unam à felicis recordationis Clemente X etiam sub aliis certis Regulis, & Ordinationibus redactas idem Pontifex Didaco Ursayæ Clerico Polycastrensi sua vita naturali durante, concesserit in alia motus proprii Cedula, & Chirographo ab eodem Pontifice Clemente diebus 7. & 17. Septembris anni 1671. Subsignatis, ad quæ pariter relationem haberi volumus. Nuper verò die 21. Junii 1688. proximi præteriti idem Didacus Ursaya officium dictarum Secretariarum in manibus nostris sponte renunciaverit. Nosque Populi Nobis commissi utilitati, ac publicæ commoditati omni studio invigilantes, & considerantes unius personæ industriam tanto oneri ferè imparem esse, quodque si in tali ministerio plures assumerentur maior exindè utilitas publico comercio, & longè maior in expediendis negociis facilitas resultaret, quodque ita quoque indemnitati nostræ Cameræ aptiùs consuleretur, dum eveniente obitu unius Secretarii possent alii æquè idonei, & informati usque ad novam Successoris deputationem, illius vices supplere absque ullo publici Servitii detrimento. Proptereà dictam renunciationem admittentes Officium dictarum Secretariarum in quatuor æquales portiones distinctè, & separatim per quatuor personas diversas exercendas, & administrandas divisetimus, & separaverimus modo, & forma, ac ex causis, & rationibus in motus proprii Cedula manu nostra desuper subsignata pleniùs contentis, & expressis. Successivè autem ad dirimendos abusus, multosque casus noviter exortos declarandos injunxerimus Iosepho Renato Imperiali Thesaurario nostro, ut providè occurreret, quod Montes præfati, ac Scripturæ, & negocia ab eis dependentia omni debita fidelitate administrarentur, ac respectivè custodirentur, pœnasque suo arbitrio in contrafacientes irrogaret eidem ulterius committendo, ut ad removenda gravamina, quæ circa solutionem emolumentorum, ac mercedum tàm Secretariis, quàm aliis Officialibus eorumdem Montium debitorum congruas Provisiones, Taxas, & Ordinationes desuper statueret. Cumque idem Thesaurarius noster auditis pluribus Personis de præmissis informatis, maturèque perpensis reformatione dicti Pauli V. atque etiam Chirographis Gregorii XV., Urbani VIII., & Clementis X. super eisdem Montibus diebus 3. Decemb. 1622., 14. Ianuarii 1624., ac 12. Septembris 1671. respectivè signatis, nec non etiam Decretis à Congregatione super eisdem Montibus deputata occasione plurium casuum particularium emanatis, bannimentis quoque, aliisque Ordinationibus desuper factis, & editis infrascriptas Provisiones, Ordinationes, & Taxas à Secretariis, & Prosecretariis, Depositariis, Computistis, aliisque Officialibus, & Ministris, nec non etiam eorumdem Montium Proxenetis paritèr servandas sub certis pœnis providè statuerit, atque decreverit, prædictaque omnia subindè fuerint ab eadem Congregatione Montium sedulò approbata, & confirmata; Nos itaque volentes, ut Ordinationes, Taxæ, & Provisiones prædictæ manu dicti Iosephi Renati Thesaurarii Nostri sub die 30. Aprilis 1689. firmatæ, ac omnia, & singula in eis contenta, espressa, & demandata quæcumque tamquam de mandato, & voluntate Nostris gesta, suum plenarium sortiri debeant effectum, ac ut eæ, cæteraque in eis, ut supra contenta, validiora, & firmiora subsistant, omnibusque innotescant, & à cunctis Secretariis, & Prosecretariis, & aliis antedictis nunc, & pro tempore existentibus perpetuò, & inviolabilitèr serventur. Motu proprio, & ex certa scientia, deliberataque voluntate Nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine de contentis in prædictis Provisionibus, Ordinationibus, & Taxis ad plenum informati, illarumque tenorem de verbo ad verbum præsentibus pro expressis, insertis, & registratis habentes, Provisiones, Ordinationes, & Taxas ipsas, omniaque, & singula in eis contenta, expressa, & demandata quæcumque tenore præsentium confirmamus, & approbamus,

ac

ac illis Apostolicę firmitatis robur adjicimus omnibus, & singulis tàm Iuris, quàm facti, & solemnitatum, quantumvis, necessariarum substantialium, & formalium ex dispositione quarumcumque Constitutionum Apostolicarum forsan requisitarum defectibus, si qui in præmissis intervenerint, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus omninò supplemus, easdemque Provisiones, Ordinationes, Declarationes, & Taxas respectivè publicati, & à quibuscumque dictorum Montium tàm vacabilium, quàm non vacabilium, sive ad Cameram nostram, sive ad Principes, Barones, Communitates, Universitates, Religiones, aut alias quasvis personas quomodolibet spectantium, & pertinentium Depositariis, Secretariis, Prosecretariis, Computistis, Procomputistis, Proxenetis, & aliis, ad quos spectat, & in futurum spectare poterit sub pœnis in eisdem Ordinationibus, & Taxis irrogatis, ac arbitrio dicti, & pro tempore nostri, & Cameræ Apostolicæ Thesaurarii irrogandis inconcussè, ac inviolabilitèr observari, ac in singulis dictorum Depositariorum Banchis, Secretariorumque, & Computistarum, cæterorumque prædictorum Domibus impressas in loco publico, quo ab omnibus inspici, legi, & intelligi possint affixas retineri mandamus, & ità, & non alitèr per eosdem Montium Protectores, & alios quosvis Iudices ordinarios, & extraordinarios, Commissarios, Delegatos, Subdelegatos, ac Curiæ Causarum Cameræ prædictæ, Sacrique Palatii Apostolici Auditores, nec non Cameram ipsam, illiusque Camerarium, Thesaurarium, Decanum, Clericos, Præsidentes, & S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & quavis auctoritate fungentes in quacumque Instantia, sublata eis quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate judicari, & definiri debere mandamus, irritumque, & inane quidquid super his à quoquam scientèr, vel ignoranter contigerit attentari, licet ad id non vocatis, neque auditis quibusvis personis desuper interesse habentibus, sive habere prætendentibus, ac non obstantibus omnibus, & singulis, quæ in eisdem Ordinationibus, & Provisionibus dictum fuit non obstare, nec non quibusvis prædictorum Montium erectionibus, & institutionibus, ac illorum Collegiorum statutis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, minusque regula Cancellariæ nostræ de Iure quæsito non tollendo, neque stylis, consuetudinibus, privilegiis, indultis, facultatibus, literisque Apostolicis eisdem Protectoribus etiam Cardinalibus, ac dictis Montibus, eorumque, & cuilibet ipsorum Collegiis, & Montistis, Depositariis, cæterisque aliis superiùs nominatis quibuscumque, etiam motu proprio, & forsan consistorialitèr sub quibuscumque tenoribus, & formis etiam in vim contractus, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in genere, vel in specie per quosvis Prędecessores nostros, & seu etiam per Nos concessis, approbatis, confirmatis, & innovatis, cæterisque contrariis quibuscumque, quibus omnibus, & singulis etiamsi de illis expressa mentio facienda foret eorum tenores hic pro expressis, & de verbo ad verbum registratis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxàt specialitèr, & expressè derogamus. Decernentes insuper hujus nostri motus proprii cedulæ solam Signaturam nostram sufficere absque alia data illique, & transumptis, seu exemplis ejus, etiam impressis manu alicujus Cameræ Apostolicæ Secretarii, & Cancellarii subscriptis, ac Sigillo dicti Camerarii, seu Thesaurarii, vel alteriùs Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis plenam fidem in Iudicio, & extrà, ac ubique locorum adhiberi, regula quacumque, aliisque contrariis non obstantibus quibuscunque.

Placet motu proprio B.

Die Lunæ 6. Mensis Iunii 1689. suprascripta Cedula Motus proprii per Sanctissimum signata in plena Camera Apostolica exhibita, & præsentata fuit, illaque commissa Illustrissimo, & Reverendissimo D. Laurentio Corsino ejusdem Camerę Clerico; Deindè die 8. ejusdem mensis citato desuper Illustriss. D. Petro Mathia Totto SS. D.N. Papæ, & ipsius Cameræ Procuratorè Fiscali Generali, ad relationem supradicti Illustrissimi, & Reverendissimi D. Corsini admissa, & registrata in libro quarto Signaturarum ejusdem Sanctissimi sub fol. 165.

Franciscus Antamorus R.C.A. Secr.

PROEMIO.

La Santità di Nostro Signore Papa INNOCENZO XI. che con Paterno affetto, & indefessa attenzione invigila all'indennità de' suoi Sudditi, & al buon Governo generale di tutte le cose, avendo inteso, che doppo la Riforma della santa me: di Paolo V. fatta sopra la materia de' Monti, e publicata li 4. Aprile 1615. dal Cardinal Serra, allora Protesoriere Generale, e dopo altre Constituzioni, & Ordini in diversi tempi emanati, siano nati degli abusi in grave danno, e pregiudizio de' Montisti, e di altre persone interessate in detti Monti, hà però ordinato provedersi, che nel pagamento dell'emolumenti, e mercedi dovute alli Segretarj, ed altri Officiali di essi nessuno sia gravato, e che in oltre si rimedii a molte cose, alle quali non vien provisto dalla detta Riforma, e Constitazioni, & avendo dato il carico di tutto questo negozio a Monsig. Illustriss. e Rever. Giuseppe Renato Imperiale Tesoriere Generale con l'approvazione della Congregazione deputata sopra li Monti, dopo esser stati dal medemo Monsignor Tesoriere chiamati, e sentiti alcuni Segretarj, & altre persone informate, considerata la detta Riforma di Paolo V., ed il Chirografo di Gregorio XV. in data delli 3. Decembre 1622. il Chirografo di Urbano VIII. delli 13. Gennaro 1624. Il Chirografo di Clemente X. in data delli 12. di Settembre 1671. inserito nell'Istrumento della Segretaria Generale de' Monti rogato per gli atti dell'Antamoro Segretario, e Cancelliere della Reverenda Camera a dì 15. di detto mese, li Decreti della medesima Congregazione fatti in contingenza di casi particolari, & altri Ordini, e Bandi publicati sopra tal materia, e dopo di essere state trattate, e discusse tutte le cose maturamente in alcune Congregazioni particolari tenute specialmente per detto effetto si sono fatti stabiliti, e conclusi gli Ordini, Provisioni, e Tasse, che seguono quali essendo stati approvati dalla Congregazione de' Monti si dovranno osservare in avvenire inviolabilmente dalli Segretarj, Prosegretarj, Computisti, & altri Offiziali, Ministri, e Sensali di tutti li Monti di Roma sotto l'infrascritte pene.

CAP. I.

E Prima per rimediare, e schivare tutti gli errori, che potrebbero seguire, e commettersi, se in caso di morte delli Montisti, in persona de' quali cantano li luoghi de' Monti, e sono spedite le Patenti, non si rinuovassero dette Patenti, si stabilisce, decreta, & ordina, che succedendo detti casi di morte, gli Eredi, e Successori del Defonto siano tenuti, ed obligati onninamente rinuovare le dette Patenti, e che a tale obligo siano sottoposti tutti, e singoli Eredi, di modo, che venendo a notizia de' Segretarj la morte di qualche Montista, e non essendosi dall'Erede fatta la translazione de' Monti Ereditarj, sia lecito a' medesimi con la giustificaziono della morte impedirgli l'esazione de' frutti; si dichiara però, che per la remozione di tal impedimento non possano pretendere cosa alcuna, nè meno il giulio dell'ordine, ed in caso, che li Depositarj pagassero non ostante tal impedimento, siano tenuti sodisfare del proprio a' Secretarii tutti quelli emolumenti, che dovrebbero conseguire dall'Erede, per la translazione in conformità della presente Tassa; E li Segretarii, e Prosegretarii debbano all'incontro spedirgli le Patenti, e dargliele rinovate, con farsi però prima consegnare copia autentica delli Testamenti, e Disposizio-

Che si rinuovino le Patenti in caso di morte, e ciò devano osservare li Segretari a tal' effetto.

Digitized by Google

ni fatta dalli Defonti, ed avuta diligente, ed esquisita consideraaione alli detti Testamenti, e Disposizioni, ed a tutte le condizioni, e vincoli apposti in essi, e non essendovi Tellamento, nè disposizione alcuna alle fedi, e feritture, che da detti Eredi per verificare, e giustificare le loro successioni se gli presentaranno. Con avvertire ancoche siano sofficienti, ciò s'intenda mentre non preceda Decreto di Giudice competente di Roma, ma essendovi decreto di Giudice si eseguiscano li detti Decreti, e li Mandati, & Ordini, che per vigore di essi forse si spediranno, con avvertire però, che non essendo detti Mandati, & Ordini di Monsignor Tesoriere Generale pro tempore, abbiano l'Exequatur del medemo Monsignor Tesoriere, nè in materia de' luoghi de' Monti, potranno li Segretarj, ò Prosegretarj dare esecuzione a' Mandati di qualsivoglia altro Giudice, senaa l'Exequatur sudetto di Monsignor Tesoriere; Et in dette Patenti rinuovate debbano li Segretarj, e Prosegretarj sudetti mettere, ed inserire prima per extensum tutti li vincoli, e condiaioni, che si trovaranno essere nelle Patenti spedite in testa del morto, e poi fare anco menzione degl'altri, che saranno nelli Testamenti, Disposiaioni, Decreti, e Mandati indetti, secondo il loro tenore, e ricevute, che averanno le giustificazioni necessaie, dovranno spedirgli le Patenti in termine di giorni 15. sotto l'infrascritte pene.

CAP. II.

Tassa dell' Emolumenti di dette Rinuovazioni nelli figliuoli, ed altri Descendenti per retta linea.

PEr la quale rinuovaaione facendosi a favore de' figliuoli, nepoti, ed altri descendenti per retta linea del Defonto; si statuisce, decreta, & ordina, che non si debba far pagare, nè riscuotere cosa alcuna, nè per il giulio de' Sensali, nè per il giulio del Collegio, nè per il giulio del Regentato, nè per li Computisti, o Procomputisti, nè meno per il giulio applicato all'Archiconfraternità della Pieà de' Carcerati, nè li due giulj dell'Abondanza, nè li quattro giulj della Mensa di Policastro rispetto al Monte Fede; E quanto alli Segretari, e Prosegretarj possino pigliare per qualsivoglia Patente un giulio per la carta, laccio, seta, e cassetta con proibirsegli espressamente, che senaa la sudetta cassetta non possino consegnare le Patenti, e consegnandosi non siano obligati li Montisti pagare il detto giulio, e siano ancor sottoposti ad altre pene ad arbitrio di Monsignor Tesoriere, ed oltre il sudetto giulio non possano avere, riscuotere, nè pigliare per loro mercede, più dell'infrascritte somme.

Sino a tre luoghi inclusivè tre giulj.
Sino a sei luoghi inclusivè quattro giulj.
Sino a dieci luoghi inclusive sei giulj.
Per dieci luoghi, fino a venti inclusivè otto giulj.
Da venti, fino a qualsivoglia somma, e quantità de' luoghi, un scudo, e non più.

Nè questa Tassa possa in alcun modo alterarsi, o accrescersi sotto pretesto, che li luoghi de' Monti siano parte vincolati, e parte liberi, overo soggetti a diversi vincoli; Ma li Segretarj, e Prosegretarj debbano fare un conto solo per ogni specie di Monte.

Dichiarandosi, che la sudetta Tassa devasi inviolabilmente osservare nelle Translazioni, che si fanno nelli figliuoli, o altri descendenti per retta linea per causa di legitima, di legato, o per qualsivoglia altro titolo, ancorche particolare, ed ancora nelle rinuovaaioni in virtù di donazione, o altro titolo singolare per contratto anco inter vivos, purchè l'effetto di esso sia conferito doppo la morte del Padre, o di altro ascendente.

E rispetto alle doti quando l'assegna si facci dal Padre alle figliuole, dovrà parimente esigersi solamente la sudetta Tassa, purchè la Translazione non si faccia in persona del marito, nel qual caso potranno esigere la Tassa, come se seguisse a favore di estraneo, e come si dispone nel Cap. V.

Similmente si dichiara, che dovendosi fare rinuovazione a favore de' figliuoli, ed altri descendenti per retta linea come sopra, se li detti figliuoli, o altri descendenti saranno più Persoae li Segretarj, e Prosegretarj senaa loro richiesta non possano spedire, che una sol patente a favore di tutti.

Inoltre si dichiara, che rimanendo li Monti per disposizione del Testatore sotto nome dell'istesso Testatore, o facendosi la Translazione, o rinuovaaione a favore, o sotto nome di Primogenitura, e non di figliuolo Primogenito specialmente nominato, overo sotto nome di Eredità, fideicommisso, o altro nome perpetuo, benchè li successori fossero figli, o altri descendenti, in questi casi li Segretarj potranno esigere intieramente alla ragione delle traslazioni, e rinuovazioni delli Estranei, come si dispone al Cap. V.

CAP. III.

Tassa per le Rinuovazioni nelli Ascendenti, e ne' Transversali in primo grado.

E Non essendo li Eredi descendenti per retta linea, ma Padre, e Madre, o altri ascendenti di qualsivoglia grado, overo Transversali di primo grado, cioè fratelli, o sorelle, ancorche uterini, overo ex latere Patria, si concede, che li detti Segretarj, o Prosegretarj possino nelli sudetti casi pigliare, a riscuotere per la loro poraione il doppio della sopradetta Tassa, come sopra stabilita nelle rinuovazioni ne' descendenti, ed inoltre il giulio per l'Archiconfraternità della Pietà de' Carcerati, e li due giulj dell'Abbondanza per ciaschedun luogo.

E perche puole succedere, che essendo stati trasferiti li luoghi de' Monti in un descendente Erede gravato, per la morte del quale devasi fare la rinnuvazione in un figliuolo del Defonto, chiamato al fideicommisso Paterno, si dichiara, che in questo, ed altri casi simili per riguardare la Tassa dovuta per la translazione, si attenda il grado dell'ultimo Defonto, dalla persona del quale li luoghi de' Monti devono trasferirsi.

CAP. IV.

Tassa per la Patenti Vincolate.

E Tutto ciò s'intenda quando nelle Patenti, o vecchie, o da rinuovarsi non vi siano vincoli, nè condiaioni di sorte alcuna, ma essendovi, e dovendosi far menaione di essi si concede, che li detti Segretarj, e Prosegretarii possino pigliare, e riscuotere un giulio di più solamente per ciascheduna Patente, per ragione del vincolo, nè possano prendere di vantaggio, ancorche fossero più vincoli, e la Patente contenesse qualsivoglia quantità di Monti, osservaodo nel resto sempre le sudette Tasse, nel modo, che si è detto di sopra, e senza che si possino moltiplicare in conto, nè modo, nè maniera alcuna.

CAP. V.

Tassa di Rinuovazione ne' Transversali oltre il primo grado, ed in tutti li Estranei.

E Se gli Eredi saranno oltre il primo grado de' Transversali, overo Estranei potranno li Segretarii, e Prosegretarii de' Monti, tanto Camerali, quanto Communità, e di Religione esigere secondo la Tassa, a ragione delle rassegne, delle quali si parla nel Cap. XV. eccetto però il giulio detto de' Sensali.

E trattandosi de' Monti Baronali, dovrà osservarsi la Tassa di sopra stabilita nel Cap. III. delli Ascendenti, e Transversali di primo grado.

CAP. VI.

Tassa delle Rinuovazioni per causa di legato.

E La sudette Tasse, e Regole fatte nelli casi delle successioni, dovranno inviolabilmente ancora osservarsi nelle translaaioni da farsi per causa di legati, di modo tale, che ne' legati similmente si osservi la Persona del Testatore, cioè se sia Ascendente, o Descendente, o Transversale, o Estraneo, & in tutto, e per tutto, come si è detto di sopra.

Dichiarandosi, che nelli legati, che si faranno sopra specie certa de' Monti, overo de' luoghi de' Monti in genere, ma da Testatore, che abbia una sola specie de' Monti, li Segretarii, o Prosegretarii non potranno esi-

Digitized by Google

esigere, che una sola Traslazione direttamente dalla Persona del Testatore, in quella del Legatario, ma se si tratterà di legato fatto de' luoghi de' Monti in genere, ed il Testatore avrà diverse specie de' Monti, cioè di diversa erezione, benche siano dell'istesso valore, in tal caso dovranno farsi, & esigersi l'emolumento per due Translazioni, cioè la prima da farsi in persona dell'Erede, e la seconda dall'Erede nella persona del Legatario.

C A P. VII.

Dichiarazione intorno a dette Rinnovazioni.

